




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

1F.6

1.6.643

4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

JOH. MICRÆLII

SYNTAGMA HISTORIARUM POLITICARUM,

TERTIA EDITIONE

AD ÆR. CHRISTI cIↄIↄcLIV. CONTINUATUM,

ET SIC LOCUPLETATUM,

UT

INDICUM ADJUNCTORUM

TABULARUMQUE GENEALOGICARUM

ET CHRONOLOGICARUM

BENEFICIO

INSTAR

LEXICI HISTORICI

ESSE POSSIT.



STETINI,

Typis & impensis JOHANNIS VALENTINI RHETII,

Regii per Pomeraniam typographi & bibliopolæ,

ANNO cIↄIↄcLIV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SERENISSIMÆ
ET
POTENTISSIMÆ
PRINCIPI ET DOMINÆ,
DOMINÆ
CHRISTINÆ,
SVECORUM, GOTHORUM ET
VANDALORUM REGINÆ,
MAGNÆ DUCI FINLANDIÆ,
DUCI ESTONIÆ, CARELIÆ, BREMENSI,
VERDENSI, STETINI, POMERANORUM,
CASSUBIORUM ET VANDALORUM,
PRINCIPI RUGIÆ,
DOMINÆ INGRIÆ ET VISMARIÆ,

REGINÆ MEÆ CLEMENTISSIMÆ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643



NIsi Majestatis Tuæ radii, DOMINA, qvoties è fastigio obtuentium oculos divo fulgore præstringunt, pectora simul eorum, qvi, augustum illud lumen submissius veneraturi, ad pedes tuos provolvuntur, grato accenderent calore, vix vel è longinqvo ad conspectum tuum ausim consistere. Qvum vero divinitatem solis, qvi undiqvaq; lumen in tenebras, ut discutiantur, benignius demittit, æmuleris, prodeo instar illorum, qvi locis subterraneis egressi, postqvam caligantes hactenus oculos ad primas luminis stricturas aliqvamdiu adsvevecere, illos tandem apertos ad ipsum solem convertunt, ne caloris vivifici autorem videantur dedignari. Hactenus vultum ad fulgentissimum Majestatis Tuæ sidus, unde non raro incalui, convertere non sum ausus. Plusculis tamen jam annis sic hebetudo oculorum meorum diffuso à te splendori assvefacta est, ut ingratus sim, imo impius, si coram ad thronum tuum me tandem non sistam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

sistam, nec, qvanqvam timidiusculus, ceu solent, qvi solem adspiciunt, ipsam te, REGINA, compellem. Vota pro tua salute hactenus fudi tacitus. Nunc iisdem sonora voce debitos jungo plausus. Ut esses, qvæ es, utq́ue, omnibus superior hostibus, pacem triginta annis Germaniæ afflictæ subtractam redderes, regnisq́ue avitis, ipsa novis semper animi corporisq́ue viribus auctior, incrementa nova lucrareris, qvamdiu vixisti, precatus sum. Preces cœleste numen exaudiit, idq́ue vicinis Gothici maris in utroque littore accolis, tuis indulsit auspiciis, ut, sedatis belli diuturni fluctibus, qvieti, sua libertate fruentes, eadem utrobiq́ue religionis sinceritate Deum colant; ut tota Germania sibi de nova tecum societate gratuletur; ut deniq́ue nullus per vastissimam Europam, adde Asiam, rex sit, nullus princeps, nullus paulo valentior populus, qvi non tuam sive amicitiam exambiat, sive patrocinium discupiat. Septentrio sane, te res suas feliciter moderante, novam induit faciem: inq́ue eum, qvicqvid regna hinc stabilire, illinc ornare potest, paucis retro annis est invectum. Viri autoritate graves te undiqvaque cingunt, &, sive sapienter consulendum, sive fortiter agendum, sive qvodcunque aliud opus conficiendum, animo, ore & manibus promti, mandata tua

cupi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

cupidissime exeqvuntur. Populi à tuo nutu in amplissimis regionibus suspensi, qvi Romam qvondam, illam orbis domitricem, domuerunt, & Germanis, Gallis, Hispanis, ipsaq; Africa, jugo illius subtractis, à suo arbitrio suspenderunt, te rerum suarum arbitram devote venerantur, & læti, expeditionibus illis, qvibus tuq; Divusq; tuus parens antiqvam Gothorum virtutem orbi denuo probastis, nuper se interfuisse, dum novas in triumphis vestris portatis provincias, exultant & triumphant gaudio. Hoc gaudium sentiunt intensius, cum in annalibus, qvi reges Assyriorum, Persarum, Græcorum & Italorum jamdudum testantur defecisse, seriem regum suorum ab ipso usq; diluvio inveniunt tam feliciter continuari, ut, qvicqvid illa regna commendabat, ad se jam cumulatim confluxisse videatur. Providentiæ scilicet divinæ, ut admirandum, ita deprædicandum opus est, orientem, qvamdiu sic arma tractavit, ut studio simul sapientiæ, justitiæ & pietatis incumberet, supremum suis inter reliqvos reges monarchis axioma meruisse; occidentaliores postea orbis partes, optatos rerum successus à literarum & virtutum studio dependere conspicatas, qvamprimum & ipsæ se illi consecrarunt, summam rerum inter mortales ad sese traxisse. Sic

Persæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Persæ ex occidente ſuprema dignitate exuerunt Asſyrios. Sic Perſis Græci; Græcis Romani; Romanis Germani prævaluere. Orientem ſemper occidens redegit in ordinem, qvoties melior. Meridiem ſeptentrio coercuit, qvoties à vitiis & barbarie remotior. Germani ſane in occidente & ſeptentrione tum demum ſplendorem ſummi imperii emeruere, cum imperatores Romani, ſeceſſu in orientem facto, inter Græcos & Thracas otio diffluebant & flagitiis; Carolus Francorum rex econtra, doctis ad ſe & ſapientibus viris invitatis, artes & ſcientias bene beateq; regendi conatu indefeſſo addiſcebat. Hanc dignitatem Germaniæ non invidebant populi magis in ſeptentrionem vergentes. De felicitate, qvam ad ſe qvoq;, tanqvam congeneris ſangvinis & lingvæ, redundare credebant, illi gratulabantur: eamq; ob cauſam, cum inter Germanos nuper omnia ab illis turbabantur, qvibus nil placet, niſi qvod Roma, ſub nova ſpiritualis cujusdam monarchiæ fallacia ſuperbiens, ſive decernit ſive comprobat, tu, REGINA, arma tuorum heroum tamdiu ex ſeptentrione illis oppoſuiſti, donec inter principes Germanici imperii numerata, tribus in ea Ducatibus, cisq; marinis in oceano & in mari Balthico portubus aucta, omnibus qvietem redderes

deres

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

deres deperditam. Hæc tua facinora heroica qvi non æstimant, stupidi sunt; qvi non plausu excipiunt, ingrati & impii. Inter neutros numerari velim, & ob id hanc qvasi votivam tabellam ad aram Divo tuo nomini sacratam suspendo, meq; inter eos non ultimum profiteor, qvi te, tanqvam numen qvoddam inter mortales, colunt. Pium hunc submissi pectoris affectum ut publice contester, hoc politicarum historiarum Syntagma, ad hæc nostra tempora continuatum, atq; sic tertia editione locupletatum, ut instar Lexici historici esse qveat, ad pedes tuos depono. Chartaceum munus, fateor. Sed non sunt mihi gemmæ, aurum, aromata, qvæ Sabæ regina afferebat, Salomonis sapientiam tentatura. Cum illa ipsa tamen exclamare possum: Beati viri tui, & beati servi, qvi stant coram te semper & audiunt sapientiam tuam! Sit Dominus tuus benedictus, cui complacuisti. Cum igitur coram te consisto, me beatiorem Solone judico & Platone: qvorum ille Crœso; hic Dione in aula regia salutatis, non invenere, cui sapientiæ studium persvaderent. Ego vero, qvanqvam Soloni & Platoni nullo modo comparandus, in tua aula nec barbaricum Crœsi fastum, nec inconstans Dionis ingenium invenio. Qvin potius, qvod illi à Philosophis discere noluerunt,

luerunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

luerunt, ego à te, REGINA, *mihi videor auditurus. Macte tua virtute, & ad seros usq; annos incolumis, omnibusq; facile expedita adversitatibus, votis tuis felix fruere: nec à me, quem jamdudum inter servos numerasti, nunc temporis, cum tibi, tanquam unico patriæ nostræ soli, hoc libro, quasi quodam farre & salsa mola, devotus lito, benignos clementiæ radios averte.*

Sæ. Ræ. Mtis. Væ.

servus humillimus

JOH. MICRÆLIUS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643



Cum bono Deo.

CIvilem præcipuarum monarchiarum, regnorum & rerumpubl. historiam methodice designaturi, ad qvatuor illa summa imperia, qvæ Deus Nabuchodonosori per difformia vastissimæ statuæ membra, & per diversas horrendarum bestiarum effigies Danieli depinxit, Syntagmatis hujus ordinem revocabimus, & in primo libro, præmissis iis, qvæ de prima hominum creatione, deq; rebus ante cataclysmum aqvarum gestis memoranda judicavimus, trium priorum monarchiarum historiam colligemus, singulis ea adjecturi, qvæ in aliis orbis regnis & rebusp. memoratu digna contigere: in secundo Romanum imperium in qvinq; ætates distributum lustrabimus: in tertium illa regna, & provincias rejiciemus, qvæ nostro adhuc seculo florent, & absq; qvibus historia Romanorum atqve Germanorum vel parum, vel nihil intelligi poterit.

LIBER PRIMUS.

Sectio I.

de rebus ante diluvium gestis.

Qvæstio I. *Qvænam de rebus ante diluvium gestis memoratu digna habes?*

ETsi pauca admodum de iis, qvæ ante diluvium contigere, literis consignata sunt, & multi ob id in universali historia tradenda statim ad qvatuor illa summa imperia properant, nos tamen, qvæ explicatione indigent, & indagine digniora visa sunt, paucis proponemus, illa, qvæ ad ecclesiæ historiam magis accedunt, in suum peculiarem librum rejicientes. Et initio qvidem eorum historicorum errorem notamus meritò, qvi aut cum Peripateticis ipsum mundum, aut cum Ægyptiis, referente Diodoro Siculo in primo Bibliothecæ libro, chaos, unde omnia sponte sua prodierint, æternum statuunt; qviq; cum Platone in Timæo: & cum Macrobio lib. II. in somnium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Scipionis cap. X. manente mundo res humanas ſæpe propter eluviones,exuſtionesq; rerum, qvas accidere tempore certo neceſſum ſit,occidere & rurſus oriri, interq; exuperantis caloris,humorisq; vices,terrarum cultus cum hominum genere ſæpe intercidere, & reducta temperie rurſus novari credunt: & ob id, qvia ſive eluvio ſive exuſtio omnes terras & omne hominum genus nunqvam vel omnino operiat, vel penitus exurat, cum Ægyptiis infinita annorum millia ſupputant. Hos enim & reliqvos omnes, qvibus non licuit veritatem cœleſtem ex limpidiſſimis Iſraelis fontibus haurire, miſere oportuit hallucinari, qvoties ad prima mundi exordia animum revocarunt. Id vel unius Ariſtotelis ampliſſima diſputatio comprobat,qva in Acroaſi Phyſica plures philoſophorum opiniones de primis principiis refellit, ipſe non uno loco arguendus. Æternitatem enim mundi non firmioribus aſtruit fundamentis, qvam vel Epicurus & Democritus ſuas impatibiles & ſempiternas non unius mundi genitrices atomos, vel Thales ſuam aqvam, vel ſuum aera Anaximander, vel ſuum ignem Heraclitus, & numeros ſuos Pythagoras. Omnes à ſcopo veritatis aberrarunt: magis tamen ii, qvi Deo omnipotentiam detrahentes, ex nihilo qvicqvam fieri poſſe negarunt. Ideoq; & qvi chaos ſive aqveum,ſive aereum,ſive igneum, ſive atomis commixtum innumeris, Deo coæternum fingunt, & qvi homines in mundo increato perpetim fuiſſe ſomniant, eodem loco habemus, & illud divini Moſis primum effatum qvorumvis impietati opponimus: *In principio creavit DEUS cœlum & terram.*

II. Qvalenam illud eſt principium, in qvo creavit DEus cœlum & terram?

Origenes Adamantius homilia prima in Geneſin illud refert ad omnis creaturæ primogenitum,Chriſtum Servatorem,in qvo omnia condita ſunt. Cui ſuffragatur Targum Hieroſolymitanum, qvod ita textum interpretatur, ut legat: In ſapientia creavit Deus cœlum & terram. Sed nos hic temporis initium intelligimus, qvod cœpit,cum mundus inciperet. Hæc enim ex Moſis verbis ſententia non inepte eruitur: omnia, qvæ ſunt,eſſe creata à Deo: ac principio primi diei creatam eſſe rudem molem luti ſeu terræ, & nebulæ ſeu aqvarum vaporis inſtar per immane diffuſarum: his ſtatim infudiſſe Deum lumen, ut appareret dies, qvæ oſtenderet iſtam rudem molem cœli & terræ non diſſimilem rudi ſemini, ſed tamen apto ad producendum aliqvid: & qvidem qvum hæc indigeſta, rudis & informis maſſa, qvæ omnium rerum materiam in ſe comprehendebat,virtutem Spiritus ſanct. ſuſtentatricem neceſſario reqvireret, motaſſe ſe Spiritum ſuper facies aqvarum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

aqvarum, & instar gallinæ aut columbæ molem totam incubando fovisse & calefecisse, donec sex dierum spatio pulcerrimum hoc mundi theatrum prodiret.

III. *Potesne, qvæ qvoqvo die opera Creator produxerit, compendiose enarrare?*

Primis tribus diebus cœlum, aqva & terra fuisse distincta; reliqvis tribus exornata videntur. Nam primo die, qvo ipsa rerum omnium materia creata est, lucem à tenebris; altero aqvas ab aqvis, ut inter eas firmamentum seu expansum esset; tertio aqvas à terra dispescuit Deus. Qvarto autem die exornavit cœlum astris; qvinto aqvas piscibus; sexto terram animantibus. Qvæ ut paulò accuratius considerentur, lucem illam, qvam primo statim die Deus creavit, ex Basilio rariorem & sparsam fuisse censemus, qvæ coacta postea & conglobata fuerit. Primo, inqvit, die ipsa natura lucis condita est: neq; solis motu, sed primæ illius lucis dilatatione vel constrictione vices diei & noctis conficiebantur, juxta mensuram à Deo definitam. Qvarto verò die corpus solis ita est constitutum, ut lucis illius primogeniæ vas esset & receptaculum, vel potius vehiculum. Qvemadmodum enim aliud est ignis, vim illuminandi habens, aliud lychnus ad hunc usum factus, ut lumen diffundat: ita luminaria condita sunt, ut lucem illam purissimam circumvehant. Altero porro die, ut primo ad tollendas tenebras lux, ita ad aqvarum confusionem submovendam facta est expansio in medio aqvarum. Qvod qvomodo factum, disqvirant alii. Nos interea non possumus prorsus eorum improbare sententiam, qvi, ne secundi diei opus divina approbatione careat, neve tertius dies bis eandem habeat, opus tertii diei à plantarum productione Genes. I. 11. ordiuntur. Etsi enim v. 8. opus secundi diei videtur concludi, & aqvæ inferiores à cœlestibus secretæ, sed adhuc terræ circumfusæ, in suos alveos tertio die confluxisse, aptumq; & conveniens animantibus, & imprimis homini propediem creando, effecisse domicilium intelligantur, hysterologias tamen similes passim in Scripturis occurrere nemo negabit. Postqvam autem primo die cœlum accepit lucem; secundo aqvæ discerniculum; tertio terra herbas: suus cuiq; operi deinde ornatus accessit. Nam qvarto die sidera & luminaria in cœlo collocata sunt, cum ad distinctionem diei & noctis, tum ad determinandas anni vices & tempestates, tum deniq; ut sint signa & qvædam rerum prognostica. Qvinto vero die mare fœcundum est redditum, spirantiq; anima adornatum: & ex eo non saltem pisces, sed & volucres emerserunt. Illæ enim, autore Basilio, qvodammodo sunt piscibus congeneres & connatæ. Volandi namq; usus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

est species qvædam natandi, & ut piscibus sqvamæ, ita avibus plumæ sunt veluti qvædam excrementa copiosioris humoris: utriq; cauda iter suum pariter flectunt: illi pinnis; hæ alis suffultæ. Tandem terram animantibus variis replevit Deus, hominemq; illud naturæ compendium & miraculum, in suiipsius imaginem, ex pulvere terræ formavit, eiq; flatum seu halitum vitæ inspiravit. Singula hæc singulorum dierum opera his versibus incluserunt:

Prima dies lucem; cœlum altera; tertia terram;
Sidera qvarta; seqvens piscem habet & volucrem.
Sexta animal qvodvis, hominemq; ex pulvere terræ
Protulit: at reqviem septima lux tenuit.

Georgius Fabricius idem sic protulit:

Prima dies lucem profert: locat altera cœlum.
Post hanc stat tellus: qvarta duo lumina lucent.
Qvinta replet vastum variis animalibus orbem.
Adam parq; Deo formatur imagine sexta.

IV. Qvum autem spiritus qvoqve seu angelos innumeros, qvos genios nominant, in mundo esse sciamus, qvandonam illos creatos esse censes?

Multi ex theologis Græcis, ex Latinis etiam nonnemo, angelos multis ante aspectabilis hujus mundi primordia seculis creatos extitisse asserunt. Sed qvum Moses dicat, Deum creasse cœlum & terram in principio creationis, ante illud principium nihil creatum esse manifeste innuit. Angeli sane ad harmonicam systematis mundi perfectionem necessario reqviruntur, ut, sicuti spiritus est, qvi corpori conjunctus vivit, ita aliqvi qvoq; sint spiritus, qvi ab omni corporis mole secreti, perennem ducant vitam. Qvam ob causam non abs re à philosophis pars universi vocantur, qvocum sint creati, & qvidem, plerisq; ita censentibus, prima die, qva lux est condita. Etsi autem omnes eam perfectionem per creationis beneficium sortiti sunt, ut & Deum autorem agnoscerent, & ejus nutum servitio pio observarent, statim tamen post sui productionem lapsi leguntur, seu qvod in se & reliqvas creaturas dominium homini superbe invidebant, seu qvod alio modo divinitatem sibi haud concessam affectabant. In veritate non perstitisse, nec originem suam servasse, sed proprium domicilium reliqvisse, ait Scriptura. Hinc & ipsi sempiternis cruciatibus expositi sunt, & protoplastos fallacia subdola ab obseqvio Dei seductos cum universo humano genere exitiali crimine alligarunt.

V. Nota

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

V. Nota est primorum parentum seductio: & fraudes Satanicas non Scriptura saltem loqvitur, sed & pii hodienum sentiunt. Qvum vero paradisus, intaminatæ voluptatis hortus, ex qvo nunc exulamus, minus notus sit, dic qvæso, qvonam in terræ loco is fuerit?

Omnis qvidem terra, anteqvam maledictioni obnoxia spinis & tribulis felicitatem hominis infestaret, amœna erat, victumqꝫ homini ultro præbebat necessarium. Sed paterna Dei providentia, præter illam stationem homini cum brutis communem, voluit qvoqꝫ hortum Edenis ei tanqvam arcem regiam exstruere, in qvo non saltem voluptatem caperet sinceram, sed & dominium sibi in universa animalia concessum pleno jure exerceret, & cultum Deo tanqvam in templo augustissimo exhiberet. Hunc paradisum (sic enim vocant hortum illum Edenis) cui nec Alcinoi, nec Adonidis, nec Hesperidum horti, à poetis passim celebrati, svavitate & amœnitate respondere possunt, Origeniani in cœlo; Manichæi in toto mundo; alii vel in altissimis montibus, ad qvos aqvæ non penetrarunt, vel sub Æqvatore, & qvidem in amœnissima insula Zeilan, vel in Sodomæ & Gomorrhæ regionibus, vel tandem in Palæstina collocant. Sed nos ejus situm ex situ Edenis & IV. fluviis eum irrigantibus, qvos Moses describit, cognoscimus. Qvum igitur Gen. II. 8. Eden dicatur plantatus versus orientem, vix alia intelligi poterit regio, qvàm Babylonia, qvam orientalem habuit Moses. Hujus tres partes seu provincias faciunt Geographi, qvarum suprema Auranitis, an Audanitis, qvasi Edenitis, Euphrati adjacet, tam fertilis, teste Plinio lib. XVIII. cap. 17. ut segetum luxuria qvotannis bina sectione, & tandem pecorum depastione castiganda sit, terraqꝫ cum qvinqvagesimo fœnore, diligentioribus cum centesimo qvinqvagesimo, reddat messes, annoqꝫ seqvente restibilem producat segetem, impressis vestigio seminibus. Media Chaldæa Arabiam desertam attingit. Infima tandem Amordacia, seu Merodacia, seu Mardocæa ad sinum Persicum extenditur. Si igitur, in qvanam harum provinciarum idem fluvius sit qvadripartitus, & se in qvatuor fluenta diffundat, inqvirimus, Auranitis statim occurrit. Nam in ea Euphrates seu Phrath, ex Niphate monte Armeniæ oriundus, Babylonem interfluens, & Hidekel seu Tigris commiscentur. Pison vero & Gihon sunt duo brachia & alvei Euphratis: qvorum ille Ptolomæo Basilius; hic Maarsares dictus est. Etsi autem summa amœnitas hæc Babyloniæ loca singulari Dei privilegio initio occupavit, &, expulsis inde primis parentibus, sub angelorum custodia usqꝫ ad memorabilem aqvarum inundationem durasse videtur, omnis tamen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

amœnitas nunc temporis in beatissimam cœlorum sedem translata est, & diluvium paradisi terrestris vestigia prorsus delevit, adeo, ut nunc regiones illæ omnes, in qvibus beatitudinis primam sedem Deus constituit, Machometicæ inserviant impietati, utq; ex eo terrarum tractu, in qvo Adami lapsus mundum primo inqvinavit, per Machometicam tyrannidem mundus hodienum affligatur.

VI. Sed huic paradisi delineationi illi non subscribunt, qvi per Pison Nilum Ægypti, & per Gihon Gangem Indicum intelligunt.

Fontes Gangis & Euphratis ultra Iɔcc. milliaria; Tigridis vero & Nili multo amplius à se invicem sunt remoti: & qvum Nilus à meridie ad septentrionem tendat, reliqvi tres fluvii à septentrione in austrum decurrunt. Fieri igitur neqviit, ut qvatuor illa flumina ex uno paradiso, unoq; capite, nisi forte cum Goropio oceanum velis caput fontium vocare, effluerent. Nec sufficit, qvod Josephus dicit, in diluvio fontes aqvarum esse ruptos, ut omnia confusa videantur. Nam transponi fontem ultra centena aliqvot milliaria, absonum est. Et Moses paradisum sic describit, ut, ubinam locus ejus fuerit, suo adhuc tempore cognosci posset. Nec opus est, ut propter aurum Indicum Pison in Hevila Indica; & propter terram Chus seu Æthiopiam Gihon in Ægypto collocetur. Nam regio Hevila, qvam Pison alluere dicitur, Gen. xxv. & 1. Sam. xv. in via inter Ægyptum & Assyriam collocatur: inq; ea & finitimis provinciis, & imprimis in Susiana, aurum, bdellium & sardonychen inveniri, geographi & historici unanimiter testantur. Chus vero seu Æthiopia paradiso vicina, non illa dicitur, qvam Abyssini incolunt, sed qvam Midianitæ. Ex illa enim Moses Æthiopissam Num. xii. 1. uxorem habuisse dicitur, qvæ, ut constat, Midianitica erat. Verisimile igitur est, prope Babyloniam paradisi locum fuisse, & nunc maledictionis majora ibi signa esse, ubi evidentior olim fuit Dei gratia, peccatis hominum amissa.

VII. Qvum temporum supputatio præcipuum historiæ sit lumen, anteqvam ad alia progrederis, explicari mihi velim, qvot anni à condito mundo præterfluxerint.

Inter tot & tam difformes chronologorum opiniones, eam potissimum seqvemur, qvæ & solidioribus fundamentis nititur, & splendidissimam historiæ prælucet facem. Ea vero est, qvam post profundam Josephi Scaligeri in emendationem temporum inqvisitionem Sethus Calvisius, Scaligerianum seqvens ductum, feliciter characteribus certis asseruit. Æras nos primarias colligemus, inde omnem temporis rationem inituri.

PRIMA ÆRA à mundo condito ad cataclysmum aqvarum irrumpentem consistit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſiſtit in cIↄIↄLVI. annis completis, qvod manifeſtum reddit ſeqvens tabella, ex Geneſ. v. confecta.

Adam	genuit anno ætatis	130
Seth		105
Enos		90
Cainan		70
Mahalaleel		65
Iared		162
Henoch		65
Mathuſalah		187
Lamech		182
Noa vidit diluviũ, cum eſſet annor.		600.
	Summa	1656.

Altera Æra à diluvio ad exitum filiorum Iſrael ex Ægypto eſt annorum IↄCCLII. qvi ita demonſtrantur.

Sem genuit poſt diluvium anno æt.		2.	Gen. XI. 10.
Arphachſad	genuit anno æt.	35.	Gen. XI. 12.
Sale		30.	Gen. XI. 14.
Eber		34.	Gen. XI. 16.
Peleg		30.	Gen. XI. 18.
Regu		32.	Gen. XI. 20.
Serug		30.	Gen. XI. 22.
Nahor		29.	Gen. XI. 24.
Thara genuit Abraham anno æt.		70.	Gen. XI. 26.
Abraham jubetur peregrinari an. æt.		75.	Gen. XII. 4.
Peregrinationis anni durant		430.	Ex. XII. 40.
	Summa	797.	

Tertia Æra incipiens poſt mundum conditum, anno cIↄcIↄcccCLIII. ab exitu ex Ægypto ad primam templi fundationem, eſt annorum CCCCLXXX. qvi deſignantur. I. Reg. VI, I. Ad hos qvomodo anni Judicum accommodari debeant, docent chronologi.

Qvarta Æra poſt mundum conditum anno poſt bis milleſimũ Iↄ CCCCXXXIII. incipiens à templi ædificatione ad ejuſdem excidium, eſt annorum CCCCXXVII. Nam Salomon poſt jacta templi fundamenta vixit XXXVII annos, II. Paralip. IX. 30. Inde ſunt anni diſtractionis CCCXC. Ezech. IV. 5.

Qvinta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

QVINTA ÆRA anno poſt mundum conditum IↃↃↃCCCLX. incipiens ab excidio templi ad initium hebdomadum Danielis, eſt annorum CLXVIII. Nam antequam excidium templi fieret, jam x. ante annis ſeptuaginta captivitatis anni cœperant, eo videlicet tempore, qvo Jechonias in Babylonem transmigravit, I. Reg. XXIV. Annus ille fuit mundi IↃↃↃCCCL. annus Olympiadicus CLXXVI. Cyrus vero regnare cœpit anno Olympiadico CCXVII. anno mundi IↃↃↃCCCXCI. anno captivitatis Babylonicæ XLII. Qvibus ſi adjicias XXVIII. annos completæ captivitatis, oritur annus mundi IↃↃↃCCCCXIX. qvo edictum de laxanda captivitate Babylonica Cyrus propoſuit, II. Par. XXXVI. 22. Qvod tamen vivente adhuc Cyro, & poſtea ſub aliis Perſarum regibus, usqve ad ſecundum annum Darii Nothi per CIX. annos, ad annum mundi IↃↃↃIↃXXVIII. fuit impeditum, donec Darius anno imperii ſui ſecundo Eſd. IV. & VI. novo edicto templum inſtaurare juberet, & Haggæo & Zacharia vaticinantibus, opus per qvatuor annos feliciter conſummaretur.

SEXTA ÆRA anno mundi conditi IↃↃↃIↃXXVIII. incipiens ab initio hebdomadum ad illorum finem, ſeu ad excidium & devaſtationem Hieroſolymorum à Romanis factam, eſt annorum CCCCXC. Dan. IX. 25. Accidit autem panolethria illa templi & urbis ultima anno Veſpaſiani ſecundo, anno mundi ultra qvater milleſimum XVIII. completo. Chriſti autem primum miniſterium, qvo fuit XXX. annorum, incidit in XV. annum Tiberii, Luc. III. 1. & 23. qvi eſt annus mundi IↃↃↃIↃↃCCCCLXXVIII. Interceſſerunt igitur inter primum Chriſti miniſterium, & devaſtationem Hieroſolymitanam XLI. anni. Hos & XXX. annos ætatis Chriſti ſubducito de annis excidii IVↃↃXVIII. & emergit annus nativitatis Chriſti IↃↃↃIↃↃCCCCXLVII. Annus vero paſſionis & mortis Chriſti eſt IↃↃↃIↃↃCCCCXXCII. ut ita inter excidium prioris templi ad annum paſſionis Chriſti numerentur IↃCXXII. anni. Sunt, qvi argumentis ex morte Herodis adductis, qvem contendunt anno mundi IↃↃↃIↃↃCCCCXLVI ſeu anno Juliano XLII. mortem obiiſſe, nativitatem Chriſti ad annum mundi IↃↃↃIↃↃCCCCXLV. alligarunt, & in numerandis Paſchatis, qvæ Chriſtus in miniſterio ſuo celebravit, aliam atq; Calviſius rationem inierunt. Sic, cum vulgaris æra Dionyſiana, qva orbis Chriſtianus utitur in notandis nati Chriſti annis, incipiat anno Juliano XLVI. & anno mundi IↃↃↃIↃↃCCCCL. incoante, non biennium aut triennium, ſed qvinqvennium illi deerit. Nobis, hac ſubtiliore temporis inqviſitione ad chronologos remiſſa, ſcire ſufficit, annos æræ noſtræ vulgaris cohærere cum anno mundi IↃↃↃIↃↃCCCCIL. finito. Sic ſi à nato Chriſto numeramus CIↃIↃCIL. annos, & annum mundi IↃↃↃIↃↃCCCCIL. addimus, an-

nus mundi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

nus mundi emergit XCVIII ultra qvinqvies millesimum. Hic notetur, annum mundi IIICIↃIↃCCCCIL finitum concurrere cum periodo Juliana IVCIↃIↃCCXIII. cum anno qvarto Olympiadis CXCIV. cum Iphitéo IↃCCLXXVI. cum Nabonassaréo IↃCCXLVIII. cum anno U. C. IↃCLII. cum anno Juliano XLV. cum anno Augusti XLIII. Cyclo ☉ IX. ☽. I. litera Dominicali D. C. in anno bissextili: ut ita primus annus Christi secundum hanc æram concurrerit cum anno mundi IIICIↃIↃCCCCL.

VIII. Siccine orbis Christianus ab alio anno numerat nativitatem Christi, qvam qvo revera natus est?

Noli id mirari: Si enim alii errores, ipsam fidem concernentes, Christi ecclesiam superioribus seculis involverunt, facile fieri potuit, ut in annis supputandis error qvoq; committeretur. Res vero ita se habet. Romani in primitiva ecclesia, in publicis actis conficiendis, annis suorum imperatorum & consulum, aut indictionis Romanæ utebantur. Græci partim à mundo condito, partim ab Alexandri M. imperio annos annotabant. Plerumq; etiam cyclum decennovennalem, qvi ab Anatolio primum excogitatus, à Diocletiano initium sumsit, adhibebant. Sed alii nomen Diocletiani abominati, initium æræ retraxerunt aut ad passionem, aut ad nativitatem Christi. Et imprimis Dionysius Exiguus, abbas Romanus, docuit ecclesiam numerare ab annis nativitatis. Cum autem annum nati Christi ex inscitia anno mundi IIICIↃIↃCCCCXLIX. alligaret, factum est, ut æra Christiana, qva vulgo utimur, posterior sit vero anno nati Christi, & qvidem, ut Calvisius opinatur, integro biennio; ut alii, adhuc amplius.

9. Grata est hæc temporum supputatio, qvum inter tot opinionum variarum conflictus una tandem sit eligenda. Qvid vero de sex illis mundi duraturi millenariis judicandum esse censes, qvibus omnis hujus seculi ætas consummanda esse dicitur?

Eliæ illud vaticinium est, sed non Thesbitæ prophetæ, verum Rabbini cujusdam ex Talmude Judæorum cogniti. Bis mille annos ille tribuit inanitati, qva nulla lex scripta, nulla etiam imperia certo historiarum contextu descripta fuerunt: totidem dat legi sub Mosaica politia; & alios bis mille regno Messiæ: qvibus tamen propter peccata nostra, qvæ multa & magna sunt, anni illi sint defuturi, qvi deerunt. Has tres mundi ætates Plato in Timæo, & lib. IX. de Republica videtur secundum tres præcipuas animæ in microcosmo facultates dispescuisse, ut primam vocet ἡγεμονικὴν, in qva sapientia artes invenit, & gubernatio paterna fuit plena sapientiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

& autoritatis; alteram θυμικὴν, in qva excelluit fortitudo in bellis; tertiam ἐπιθυμικὴν, tanqvam mundi senectam, in qva voluptatis imprimis & libidinis viget studium. Consentit Orphei vaticinium à Platone recitatum:

Ætate in sexta cessabit machina Mundi.

Instat ædepol seculi hujus consummatio, &, si singulis creationis diebus anni durationis milleni correspondebunt, propter abbreviationem dierum, qvam ipse Salvator noster prædixit, vigilandum est. Qvod si conjecturis non impiis qvicqvam dare volumus, qvantæ exeuntibus singulis mundi millenariis rerum mutationes acciderint, supputemus, & credentium in cœlum translationem, qvum sextus millenarius non videatur complendus, propediem speremus. Enoch in cœlum transferebatur circa primum mundi millenarium finitum. Circa alterum, circumcisionis sacramentum imperabatur. Tertio vix elapso Elias qvadrigis igneis in cœlum evolabat. Qvarto adhuc labente, cum qvater mille annis duodeviginti deessent, Salvator noster ad dextram patris consedit. Circa qvinti millenarii finem pontifices Romani in tyrannico suo primatu stabiliendo, inq; bello sacro adversus Orientem adornando, & Berengarius in certamine de sacramento cœnæ movendo, erant occupatissimi. Restat, ut omnes, qvi Deo adhæremus, eò deducamur, ubi Henoch, Elias, Christus vivunt, ubi æternum cum Deo fœdus absq; circumcisione durat, ubi nova Hierusalem absq; bello possidetur.

X. *Anteqvam ad alia progredior, qvæ ex te sum qvæsiturus, cognoscere libet, qvonam anni tempore conditum esse mundum censeas.*

Gerhardus Mercator initium creationis ad æstivum refert solstitium. Melius illi censent, qvi æqvinoctio verno, qvo sol primum Zodiaci signum ingreditur, & terra herbam germinat virentem, primordia mundi alligant, & non saltem piam antiqvitatem, sed & poëtam suæ sententiæ adstipulatorem habent non obscurum:

Non alios, inqvit ille, *prima nascentis origine mundi*
Illuxisse dies, aliumve habuisse tenorem
Crediderim. Ver illud erat: ver magnus agebat
Orbis, & hyberno parcebant flatibus euri.

Omnium verissima videtur eorum opinio, qvi ad æqvinoctium autumnale initium mundi conditi, ubi arbores sunt pomiferæ & fructus maturi, referunt. Nam passim in sacra scriptura observare licet, initium anni, ante-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

anteqvam educto ex Ægypto populo Israelitico à mense Nisan seu Aprili annus incoaretur, in autumnum, & qvidem in mensem Tisri seu Octobrem, incidisse. Hinc septimus mensis Adar seu September dicitur exitus seu finis anni Exod. XXIII. 16. XXXIV. 22. Idem Sethus Calvisius paraphrastæ Chaldæi ad 1. Reg. VIII. 2. atq; Josephi lib. 1. antiqvit. cap. IV. autoritate, ut & ex initio annorum Sabbaticorum, qvi ab æqvinoctio autumnali ex n andato divino incoabantur, aliisq; rationibus evidentissime demonstrat: additq; Astronomicis rationibus evinci posse, qvod mundus in conjunctione solis & lunæ, feria prima, vigesimo qvinto die mensis Octobris, ineunte vespera, creatus fuerit.

XI. Qvid superest nobis de historia earum rerum, qvæ statim primo homine condito gestæ sunt?

Cum jam domicilium homini esset præparatum pulcerrimum, & ager nulla agricolarum cultura subactus, singulari Numinis providentia, anteqvam vaporibus humidis in aera attractis & in pluviam dissolutis irrigaretur, variis arboribus & speciosissimis herbis vestitus, dominum & cultorem posceret, DEus, habito prius in sanctissima Triade consilio, Adamum ex rubentis limi argilla, in agro, ut qvidam putant, Damasceno, formatum in Hebrone, divina in nares inspiratione, in sui imaginem & similitudinem effinxit, inq; amœnissimum paradisi hortum collocavit, & uxore Eva ex latere ejus ineffabili virtute protracta, crescere illos, & dominium in omnes creaturas, qvas suo peculiari nomine paulo ante Adam distinxerat, usurpare jussit. Ut autem scirent, subjectos se esse Domino, cui nulla in re sit contradicendum, cum omnium fructuum in paradiso, ipsiusq; arboris, qvam vitæ vocavit, esum concessisset, arbore scientiæ boni & mali illis interdixit. Hoc enim exercitio eos obedientiam declarare voluit. Sed cacodæmon homini felicitatem invidens, serpentem, animalculum pulcerrimum, hominibus familiare, obsedit, & subdola oratione feminam aggressus, ad comedendum vetitum fructum stolidam impulit. Illa, viro ad candẽ impietatem invitató, seq; omnesq; posteros miseræ morti mancipavit. Amœnissimo enim incolatu & sede illa beatiore pulsi, solum flebiliter vertere protoplasti. Qvumq; cohibita deinceps tellus, nihil ultro ferret amplius, sed cultura indigeret, per sudorẽ & ærumnas vitam egere. Subierunt inde varii morbi, & imprimis femina, imperio mariti subjecta, partus difficultate laborare cœpit, frigoraq; & æstus insveta sollicitarunt corpora. Tunc primum vestium usus à Deo per suum ipsius filium recon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ciliato monſtratus eſt, & ſacrificia fieri conſveverunt, qvæ typo accurato illum deſignaverunt, qvi cacodæmonum in mundum imperium, qvod hac ſibi techna acqviſiverant, ſuo ſangvine eſſet abrogaturus. Interim angelus gladio armatus verſatili, tanqvam fulgetro & flamma ignea, cuſtodiæ paradiſi appoſitus, arcuit omnes acceſſuros: noſq; miſeri adhuc extra illam felicitatis patriam oberramus.

XII. *Qvamdiu putas hominem paradiſum incoluiſſe, & qvandonam inde expulſum, vertiſſe dulcisſimum ſolum?*

Cedrenus diverſas affert opiniones veterum, qvorum nonnulli affirmarint, centum annos in horto Edenis vixiſſe Adamum: alii crediderint, per unum trihorium felicitatis primævæ eundem fuiſſe compotem, hora diei ſexti tertia formatum; ſexta lapſum; nona ejectum: alii ſeptem annos in paradiſo fuiſſe transactos ſtatuerint. Ipſe cum Chryſoſtomo ſentit, qvo die conſtitutum, eodem fuiſſe deſtitutum hominem, ſed ſub diei veſpera. Tres tamen horæ vix ſufficere videntur ad omnia illa peragenda, qvæ Moſes in paradiſo facta eſſe ſcribit. Sunt præterea nonnulli, qvi tot annos fuiſſe protoplaſtos in paradiſo credunt, qvot Chriſtus ſuum in terris miniſterium obiit. Lutherus exiſtimat, lapſum hominis in ſabbato contigisſe. Qvum tamen DEus illo ſcribatur reqvieviſſe, veriſimiliorem alii conantur afferre opinionem, poſt ſabbatum defeciſſe Adamum, & qvidem ſeptimo à creatione ſui die, feria ſexta, ut nihilominus lapſus ejus & mors Chriſti in unum incidant diem, nec illud vulgatum explodatur: ἧ ἡμέρᾳ ἐπλάσθη, καὶ ἐξελάσθη. Sed hic cum Cedreno merito concludimus: Non ulterius inqvirenda ſunt, qvæ Spiritus ſanctus in divinitus inſpiratis libris reticuit, ne loco exigui lucri magnum nobis accerſamus damnum. Hoc interim non poſſumus non læta memoria repetere, qvod divina majeſtas omnes tres ordines ſeu hierarchias, qvibus omnis noſtra conſumitur ætas, in ipſo paradiſo adornavit, ut, qvocunqve in vitæ ſtatu inveniare, Deo illum non diſplicere intelligas. Nam eccleſiaſticum ſtatum inſtituit Deus, cum Adamum ſui conſtituebat cultorem, & lege de fructu ligni ſcientiæ boni & mali vitando lata, tanqvam ſacramento circumſcribebat. Oeconomicum ſanxit, cum mutui auxilii & propagandi generis humani cauſa conjugio inſtituto, cultum horti pulcerrimi homini injungebat. Politicus tandem ſtatus eſt fundatus, cum primi parentes terræ & omnibus, qvæ in ea ſunt, imperare jubebantur. Etſi enim politias eſſe remedium corruptæ naturæ, qvo conſtringatur cupiditas legum vinculis & pœnis, ne libere vage-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

vagetur, cum Luthero libenter fatemur, nec in superbis urbium munitarum substructionibus, qvarum causa prima, terror & metus aberant, sed in liberrima vitæ beatæ statione dictamen rationis fuisse observandum ultro largimur, regendam tamen fuisse societatem hominum imperio blandissimo, nemo inficiabitur. Domicilia scilicet propria & distincta dominia in distinctis familiis per universum orbem fuissent futura. Ideoq; ipse Adam sapientia cœlesti adhuc plenus, fatidico spiritu de futuris vaticinatus, prædixit, relicturum virum parentes, & uxori adhæsurum.

XIII. *Qvidnam Adam paradiso ejectus porro conatus est, & ubinam locorum vixit?*

Genuit liberos ad imaginem suam, puta miseros, peccato inqvinatos, pœnisq; peccati obnoxios. Ex illis Moses tres nominat, Cainum, Abelum, Sethum. Philo Judæus præter eos recitat XII. Adami filios & IX. filias. Comestor XXX. liberorum paria primo parenti nata esse dicit, & Caini uxorem, itidem Adami filiam, nominat Calmanam, Sethi Delboram: qva autoritate, ipse viderit. Vixisse autem Adamum, postqvam solum verterat, in agro Damasceno, opinatur Epiphanius. Et fama est, postqvam Ioccccxxx. annos consumserat, aut Hebrone, aut in loco Calvariæ sepultum esse, aut hic sepultum, illuc translatum. Non exiguas pater optimus, fraude Satanæ felicitatis sede expulsus, sensit ærumnas. Alter enim filiorum Cain, primogenitus & agricola. Abelem fratrem, qvod sacrificia ejus Deo acceptiora vidisset, in agro peremit, seq; hoc ipso facinore consortio Dei & parentum indignum fecit, & omnem suam posteritatem à vero numinis æterni cultu abstractam, secum in Nod terram orientalem, facie Dei privatam, in perpetuum abduxit exitium: ipsamq; Dei ecclesiam tandem in partes suas abstractam ad nullum fere numerum redegerunt Cainitæ. Ex illis gigantes numinis contemtores prodierunt, qvi, ceu testatur Berosus, universo orbi dominati, vastitate corporis ac robore confisi, inventis armis reliqvos opprimebant, libidiniq; inservientes, invenerunt papiliones & instrumenta musica, omnesq; delicias. Manducabant homines, & procurabant in edulium abortus. Matribus, filiabus, sororibus, masculis, brutis commiscebantur: & nihil erat sceleris, qvod non admitterent, contemtores Dei & religionis. Et qvanqvam fratricida Cain signo notatus erat, ne à qvoqvam occideretur, terrore tamen & tremore perpetuo, tanqvam Orestes qvidam, agitabatur, & urbem, ubi se contineret, & unde alios infestaret, Hanochiam à filii nomine dictam, sive in Babylonia, sive in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

extrema Indiæ regione Cambaja sitam, sive, ut Berosus testatur, circa Libanum condidit. Philo septem omnino urbes excitasse eum testatur, & Augustinus unam Cainan ab ipso Caino dictam nominat. Factus enim est, teste Josepho, Zonara, & Cedreno, pœnis nihilo melior. Indulsit voluptati, nec sine aliorum injuria auxit domum è rapinis & violentia, suisq; ad rapinas & latrocinia dux fuit & præceptor pravitatis. Mensuras & pondera invenit, omnisq; versutiæ autor fuit. Limites agris posuit primus, suosq; in unum conductos militiam docuit, & tandem, si parvæ Genesi, qvam Cedrenus allegat, credendum est, ruina domus oppressus periit. In fasciculo temporum legimus, Lamechum, primum conjugii violatorem & bigamum, cum caligantibus esset oculis, & venatum duceretur à puero, Cainum atavum, qvem conspectum in vepribus puer feram putarat, & lippienti Lamecho, ut sagittam mitteret, indicarat, interfecisse imprudentem, & re cognita verberibus nimiis castigatum puerum vita privasse, & ob id in illa ad uxores verba prorupisse: Occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in livorem meum. Sed hæc ex Lutheri censura vix fidem merentur, qvi putat, Cainum eo tempore, qvo Lamechum senectus fecerat cœcutientem, jamdudum fuisse mortuum. Philo ei dat annos ætatis Iↄccxxx.

XIV. Qvid interea, cum Caini posteritas tantis se obstringebat sceleribus, Adam cum reliqva sobole?

Doctrina de creatione & lapsu, deq; Messia caput infernalis draconis contrituro, ad cultum pietatis promovendum publice & privatim proponebatur. Ipse Adam cum aliis inter homines senioribus imperium in reliqvos exercuit paternum, & artes optimas, siderumq; motus & naturæ vires illis inculcavit. Utq; id melius fieri posset, Deus longævos patriarchas primorum seculorum esse voluit. Tam profunda enim naturæ & cœli inqvisitio, ut Adami sapientiam, qvæ ex paradiso ei fuit reliqva, habuit præviam, ita longo usu perfici debuit. Nec est abs re, qvod Josephus annotat, Sethi nepotes, ab Adamo universalem rerum interitum, unum nempe incendio; diluvio alterum edoctos, excitatis duabus columnis, utriq; sua inventa inscripsisse, ut, si latericiam diluvio deleri contingeret, lapidea superstes hominibus discendi copiam faceret, & qvæ inscripta continebat, spectanda exhiberet. Inter illos omnium maxime excelluit Enoch, qvi in conjugio divinam agens vitam, prophetica autoritate, non saltem veram fidem professus, impietati Cainitarum passim sese opposuit, &

Dei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Dei cultum à ſuperſtitionibus repurgatum publice docuit, ſed & vaticinia de diluvio & extremo judicio edidit, qvorum non obſcuram mentionem ipſe facit in epiſtola Judas apoſtolus. Translatus igitur eſt in cœlum vivus, exemplum toti mundo factus illuſtre, aliam eſſe vitam, ubi bene ſit piis hic afflictis. Sed nec miraculoſa Enochi in cœlos receptione, nec perpetuis piorum parentum admonitionibus fieri potuit, qvin impiorum conatus ipſam etiam eccleſiam invaderent. Filii enim patriarcharum in illa terra habitantes, ubi facies Domini illuſtre ſuæ præſentiæ teſtimonium exhibebat Geneſ. IV. 16. libidine cum filiabus Cainitarum nefaria & inceſtuoſo connubio commixti, progenuere homines impiiſſimos, à Scriptura vocatos Nephilim & gigantes, qvi veritate & natura oppugnata, ipſi Deo qvaſi mole facta bella moverunt, injuriam pro innocentia, pro pietate numinis contemtum habentes. Poſtremo illuc per licentiam & libidinem proceſſit ſcelus, ut vix Noa, cum exigua uxoris & filiorum trium, totidemq; nuruum familia, mortalium unus ſit repertus, cui juſtitia curæ eſſet. Initio flagitia hominum verbis caſtigavit: mox, cum nihil proficeret, arcam juſſu Dei fabricavit, inq; illam omnium animantium paria recepit, ut inde tanqvam ex ſeminario poſt diluvium denuo orbis terrarum repleretur. Arcam illam ſi paulo accuratius ex proportione geometrica conſiderer, XLVCIↃ. qvadratos lapides, longitudinem & profunditatem ulnæ æqvantes, capere potuiſſet: & qvia oblongior erat, hominem contractis brachiis jacentem, ut præter Auguſtinum Ariæ montanus obſervavit, præfiguravit, tribusq; tabulatis internis & multis cellulis atq; manſiunculis ſeu nidis, ut Hebræus textus habet, diſtincta, ſuperiori parte feneſtram & tectum habuit acuminatum, per qvod aer & lumen ſingulis tabulatis facilè communicari poſſet.

XV. Qvandonam hic diluvii cataclyſmus in impietatem mundi priſci ſævire cœpit?

Irruperunt aqvæ, cum præteriiſſent à condito mundo, præter menſem & XVI. dies, anni CIↃIↃCLVI. Die igitur XVII. menſis ſecundi, puta XXVIII. Novemb. feria IV. ſi calculo Calviſii credimus, omnes fontes voraginis magnæ rupti ſunt, & cataractæ cœli apertæ ingenti aqvæ mole conſumſere homines, volucres, reptilia, beſtias, & qvæcunqve in arcam recepta non ſervabantur.

Jamq; mare & tellus nullum diſcrimen habebat:
Omnia tellus erant.

Duravit imber ille exitioſus qvadraginta dies, nec aqvæ imminutæ ſunt, ante-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

antequam CXL. dies præterfluxerunt. Quibus exactis, arca in monte Ararath, XXVI. Aprilis, feria septima, perstitit immota. Nec tamen ante diem Julii VII. cacumina montium se conspicienda præbuerunt. Inde vir sanctus Noa inter fluctuum ventorumq; murmura infracto hactenus animi robore usus, XL. dies numeravit, & fenestra arcæ aperta, XVII. die Augusti, feria prima, corvum ad explorandum terræ statum emisit. Illo non redeunte, post octiduum columbam voluit esse faciei rerum nunciam. Sed illa sine ullo retectorum montium signo reversa est. Ultimo Augusti, feria prima, alteram ablegavit columbam, qvæ ramusculo oleæ virenti lætum imminutarum aqvarum nuncium apportavit. Tertia columba VII. Septembris emissa prorsus non rediit. Ipse tamen pedem nondum ullibi figere poterat. Substitit igitur in arca usq; ad septimum diem mensis secundi, qvi ad nostrum Julianum Calendarium collatus, est XII. Decembris, feria prima anni mundi cIↄIↄCLVII. Integer igitur annus & decem dies in arca fuerunt consumti.

XV. Num qvicqvam rerum ante diluvium gestarum, qvas sacer codex annotat, innotuit gentilibus?

Non sine causa Varro tria temporis intervalla constituit, & incertum seu ἀγνοήματον & ignoratum vocavit seculum primum; fabulosum alterum; tertium ab initio Olympiadum historicum. Ut enim in historiis ea, qvæ post primam Olympiaden annotata sunt, assensum facile merentur, ita, qvo magis reliqva illud tempus antecesserunt, eo sunt fabulosiora & incertiora. Vestigia tamen omnium fere eorum, qvæ hactenus edisseruimus, apparent in scriptis & mythistoriis gentilium, qvanqvam obscurissimis tecta involucris. In Trismegisto, Platone & carminibus poëtarum & Sibyllarum multa occurrunt de chao, de formatione omnium rerum, de hominis creatione, felicitate, lapsu. Sed tam misere pleraq; fabulis involuta sunt, ut, nisi lucem illis Moses conciliet, incertissimum dimittant lectorem. Diodorus Siculus, cum Ægyptiorum sententiam de origine mundi proponit, eleganter qvidem, & ut videtur, ex rationibus physicis, commentatur, cœlum & terram, naturis utriusq; commixtis, unam habuisse formam: post mutuam vero corporum secessionem, mundum specie eximia emersisse: aëris parte circa terram agitata, partem magis igneam ad sublimiorem locum egressam, sua vertigine solem cum reliqva stellarum freqventia comprehendisse: ex humidis mare; ex crassioribus terram coaluisse: hinc calore solis enatas omnis generis animalium formas apparuisse.

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Sed dum hæc omnia ita commentatur, creatoris oblitus, cœlum, terram, omnia, sua sponte esse enata; ipsos etiam Deos inde ultro emersisse, ex opinione Ægyptiorum scribit. Hi enim solem & lunam crediderunt primos Deos, illum Osiridis; hanc Isidis nomine indigitatam. Inde ortum spiritum dici Jovem, ignem Vulcanum, terram Cererem, humorem Oceanum, aerem Minervam. Hos qvinqve Deos totum orbem peragrasse, nunc animalium sacrorum formis indutos, nunc in hominum species conversos. Præter hos autem naturæ præsides, Deos fuisse aliqvos reges terrestres, qvi aut propria, aut communia cum Diis nomina obtinuerint, Saturnum cum uxore Rhea, hujusq; filium Jovem cum sorore & uxore Junone: ex qvo nati sint Osiris; Dionysus seu Bacchus apud Græcos dictus; Isis, alias Ceres; Typhon; Apollo; Venus: Osiridi carum fuisse Hermetem seu Mercurium sacrorum interpretem, variarum artium inventorem: ante ipsum autem Saturnum regnasse Vulcanum, ignis inventi beneficio regni gubernacula consecutum. Sed, qvod dixi, qvum purissimo veritatis lumine destituti Ægyptii, cum reliqvis gentibus in describendo mundi ortu cœcutierint, non mirum est, si, qvæ protulere, & obscuritate simul & falsitate laborent. Qvi volet, elegantissimas Johannis Boccatii genealogias, cum demonstrationibus in formis arborum designatis ad Hugonem Hierosolymorum & Cyri regem perscriptas evolvat, & nugas profanarum gentium ridere discat. Demogorgonem, mentem terræ implicitam, ex Theodontio & aliis, apud gentiles dicit inveniri Deum primum & summum, cujus pater in poeticis fictionibus non inveniatur, cujusq; nomen consensu publico fuerit vetitum, ne edissereretur. Illum in antro æternitatis ex utero Chaus tumultuante primo Litigium filium, deinde Pana & tres Parcas, Clotho, Lachesin, & Atropon evulsisse, & Litigium qvidem in auras emisisse; Pana vero, illum Syringæ nymphæ amatorem & fistulæ inventorem, additis sororibus pedisseqvis, domui suæ præfecisse: Polo deinde progenito, reliqva omnia circumdedisse: hinc continuæ caliginis tœdio affectum ex ingente & ignita montium mole Pythonem (Solem intelligi vides) produxisse: tandem Terram & Herebum genuisse: & Terram, matrem extitisse Noctis, Famæ, Tartari, Tagetis Hetruscorum Dei, ex glebis aratæ terræ puerili specie, sed senili prudentia geniti, haruspicinæ inventoris, ut & Antæi ex certamine cum Hercule noti: Herebum vero proseminasse Amorem, Gratiam, Laborem, Invidiam, Metum, Dolum, Fraudem, Pertinaciam, Egestatem, Miseriam, Famem, Qverelam, Morbum, Senectutem,

 Pallo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Pallorem, Tenebram, Somnum, Mortem, Charontem, Diem, Æthera: ex Die & Æthere natos esse Jovem & Cœlium seu Uranium: Jovem fuisse patrem Minervæ, Osiridis, Liberi; Cœlium autem Oceani, Saturni, Rheæ, Cereris. Non igitur ulterius miramur Manetem, nec Basilidem & Valentinum, Gnosticorum hæreticorum patriarchas, qvi de creatione mundi differentes, monstrosa Deorum, angelorum, & Æonum sibi invicem adversorum nomina protulerunt. Qvæ enim apud gentiles legerant, illa ex sœva mendacium poëtarum mephiti in ecclesiæ agrum comportarunt, & illum Arcadum Demogorgonem in nomen Abraxæ seu Bythi, seu aliud aliqvod; ejusq; filios in Æonas commutaverunt. Sed de illis gentilium sive poëtarum, sive historicorum nugis satis: qvibus tamen, qvod mireris, ipsi eorum philosophi assensum nonnunqvam præbuerunt.

XVII. Hos igitur non sine causa Apostolus in tempore ignorantiæ vixisse dicit. Sed numqva vestigia de Adamo, Caino, Noacho, & cæteris, qvi ante diluvium vixerunt, in scriptis eorum deprebenduntur?

Omnis historia de rebus antiqvis à gentilibus designata, vel ob hanc causam est incertissima, qvod qvoscunq; reges in familia qvapiam illustri primos noverunt, illos vocavere Saturnos, patres illorum Cœlos, matres Vestas, uxores Rheas, filios Joves, filias Junones, nepotes tandem fortissimos Hercules, ceu censet Xenophon in libro de æqvivocis apud Gothofredum in antiqvarum historiarum libro I. Hinc tanta nominum & rerum confusio invaluit. Qvod si tamen per antiqvissimum & primum paganorum Saturnum, ipsum indigitari Adamum dicimus, non adeò à rei veritate abludemus. Saturnum illum poëtæ progeniem cœli & terræ vocant: primum imperium dicunt usurpasse: devoratis filiis exulasse: in ipsum tartarum dejectum, regnum tandem per filium recuperasse: vivendi rationem & agriculturam sapienter docuisse: leges condidisse optimas: aureum occupasse seculum. Congruunt omnia, si ad Adamum transferas: qvi vel inde cœli & terræ filius dici potest, qvod ex terra ab ipso Deo immediate formatus prodiit. Vere ille tenuit primum imperium. Vere devoravit filios, cum, iis exitiali lapsu secum in tartarum præcipitatis, ex paradiso extorris fugeret. Vere liberatus est à filio, mundi Servatore, qvem ex semine Adami prognatum novimus. In hunc igitur vera fide incumbens, pie vixit, leges humano generi præscripsit, artes bene vivendi docuit, aurei seculi conditor sapientissimus. Uxorem ejus Evam designarunt sive per Pandoram, omnium malorum vasculo inclusorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſorum diſſeminatricem, omnium feminarum primam; ſive per Aten, (niſi malis illam de ſerpente ſeductore interpretari) qvam Homerus libro Iliados XIX. qvia omnibus mortalibus fuit perniciosa & noxia, è cœlo dejectam canit; ſive per Rheam potius aut Cybelem, Saturni uxorem, & matrem Deorum ſeu hominum præſtantium, qvam fingunt feris permultis comitatam, Atyi adamato puero furorem immiſiſſe; ſive deniq; per Proſerpinam ab Orco, dum narciſſum colligeret, raptam, & alternis vicibus jam in inferno, jam apud ſuperos degere promeritam. Hac ratione non ſine cauſa Jupiter gentilium, noſter erit Cain. Hic enim (qvæ omnia feruntur de Jove) vere primogenitus fuit ſui patris, primus ſacrificium cum Abele obtulit, ſororem habuit uxorem, filios variarum artium inventores progenuit, patris imperium abjecit, eumq;, qvem filio obſeqventiſſimo orbum fecerat, qvaſi caſtravit, fratres per vim depulit, & in ſeqvius ſeculum prolapſus, ſocietates civiles ex felicitate aurea degenerare fecit, malorum & ſcelerum publicè perpetrandorum reliqvis mortalibus autor. Sic Abel erit Prometheus, qvem ſuum germanum & conſangvineum Jupiter fingitur iratus Caucaſo clavis affixiſſe, & feris dilaniandum expoſuiſſe: idq; propterea, qvia ejus partes in ſacrificio, qvod Cœlo avo obtulerant, ſuis potiores fuiſſent. Et qvidem Prometheus ſeu Abel ideo dicitur homines finxiſſe & ex luto formaſſe, qvia cum Caino ſeu Jove illo antiqviſſimo primus poſt parentes inter mortales fuit. Ignem vero hominibus dediſſe primus dicitur, qvia ignis cœlitus delapſus, ejus ſacrificium viſus fuit depaſci. Et ipſe Plato in Philebo ignem illum non fuiſſe furtum, ſed Dei in Prometheum munus teſtatur. Sic Mercurius erit Jabal pecuarius; Apollo Jubal muſicus; Vulcanus (ut ipſum nomen arguit) Tubalcain ferrarius; Venus, Naëma illa pulcra & decora, omnia ad luxum & libidinem conqvirens. Et qvidem veriſimile eſt, poſteros Caini & ipſum Cainum, qvos Moſes Gen. VI. 4. dicit fortes & potentes viros à ſeculo fuiſſe nominatos, eſſe ipſos apud gentes Deos majorum gentium, qvos profana antiqvitas etiã vocavit Deos Samothracũ, Deos Cabiros & arcanos, cæteris auguſtiores, Saturnos, Joves, Mercurios, Vulcanos. Nã propter artes egregias inventas, immenſaq; illa dona in totũ genus humanũ collata, innotuerunt hominibus, qvi eorum famam poſt diluvium etiam ad poſteros propagarunt. Nec paradiſum per Adonidis hortos notatum, nec gigigantes ignorat profana hiſtoria, deq; gigantomachia & theomachia multa etiam extra eccleſiam in vulgus proferuntur. Qvæ de diverſis mundi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ætatibus poetæ canunt, de ferrea præsertim, sunt istius morum corruptionis generalis, qvæ ante diluvium contigit, certissima testimonia. Et cum Hesiodus libro primo operarũ & dierum docet, tota ænea ætate mundi, qvæ secuta est auream & argenteam, homines fuisse violentos & impios, Lycaoni Ovidiano omnes similes, qvibus ob facinora peremtis Heröes successerint, qvid aliud innuit, qvã corruptissimos priorũ hominũ mores, qvibus per diluvium severe punitis, viri meliores, illi videlicet, qvi ex Noacho geniti sunt, extiterunt? Qvin & revera gigantes fuisse, vel eorum reliqviæ passim inventæ demonstrant. Plutarchus in Q. Sertorio testatur, Antæi corpus portentosæ magnitudinis, LX. cubitorum, in oppido Tingi à Sertorio effossum, cæsis victimis honores novos accepisse. Plinius lib. VII. cap. XVI. autor est, in Creta insula monte qvodam sive terræ motu, sive vetustate convulso, cadaver XLVII. cubitorum (Solinus habet XXXIII.) repente esse conspectum, qvod aut Orionis aut Oti crediderunt. Sabellicus Enneados primæ primo libro ex relatione amici, diu in Græcia versati, refert, in Creta operarios, immanis arboris truncos radicibus eruere volentes, in humanum caput dolii instar incidisse, idq; imperiti homines cum temerè attrectassent, confestim putri vetustate solutum in pulverem abiisse. Cæterum dentes stupendæ magnitudinis ad insulæ magistratus delatos rei fidem fecisse, qvorum unus Venetiis pro miraculo visatur. Testatur etiam Boccatius libro IV. de genealogia Deorum, suis diebus apud Drepanum Siciliæ oppidum in caverna, fortuito inventa à pastoribus, cum fundamenta domus locare vellent, apparuisse cadaver sedentis hominis immensæ magnitudinis, baculo tanqvam prægrandis navigii sinistra manu innitentis: corpus ad primum contactum in cineres solutum abiisse: tres dentes superfuisse, pondere C. communium unciarum, qvos Drepanenses in templo suspenderint: partem cranii anteriorem plurium frumenti modiorum fuisse capacem: ex osse alterius cruris integro collectam esse staturam hominis CC. amplius cubitorum: & prudentiores collegisse, fuisse corpus Erycis, qvi fuit Rex Drepani, Buti filius, ab Hercule qvondam peremtus. Plura exempla immanium istiusmodi corporum in Sicilia collegit Th. Fazellus dec. I. lib. I. de rebus Siculis cap. VI. & oculatum se offert testem. In Peruvia & in nova Hispania, novi orbis partibus, gigantum ossa deformis magnitudinis reperiri, ea proportione, ut triplo proceriores arguant homines, qvam sunt hodierni Indi, testis est Acosta lib. I. cap. XVI. & lib. VII. cap. III. Hinc parum curanda videntur, qvæ nonnulli, ut J. C. Capa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Capacius in historia Neopolitana tom. I. lib. II. c. XXIV. de animalium terrestrium & marinorum ossibus in terra ex succis in lapides mutatis & pro gigantum ossibus habitis, ferunt. Ego dixerim, has corporum vastorum reliqvias aromatibus forte pretiosis ad tanta tempora præservatas, esse eorum gigantum, qvi ante diluvium fuere potentissimi, & ab Angelis ἐγρηγόροις, ceu in apocrypho libro Enochi & apud Africanum, Zosimum & Cedrenum vocantur, nati credebantur, multisq; poetarum fabulis dedere occasionem: qvarum tamē pleraq; adscribuntur temporibus post diluvium. Apollodorus sane, Grammaticus Atheniensis, cujus bibliotheca de Deorum origine tribus libris ad nos pervenit, qvicqvid de centimanis, cyclopibus monoculis, titanibus, gigantibusq; illis, qvibus pedes fuere serpentini, de Typhone deniq; supra omnium montium cacumina eminente evulgatū est, ante diluvii tempora collocat. Et qvanqvam fabulose narrantur omnia, latere tamē aliqvem sensum veritatis sub his fabulis, agnoscunt qvi sapiunt. Ipse Eusebius in lib. I. chronicorum canonum, cujus σωζόμενα collegit Josephus Scaliger, ex Abideno, Apollodoro, Beroso, Alexandro polyhistore & Manethone, putat diluvium contigisse secundum LXX. interpretes A. M. clↃclↃccXLII. & post χρόνον ἀβασίλευτον, seu post illud tempus, qvod absq; regibus degebatur, ponit X reges in Chaldæa, qvorum

1.	*Alorus imperavit Saros,*	10.
2.	*Alasporus.*	3.
3.	*Amelon seu Amillarus.*	13.
4.	*Amenon.*	12.
5.	*Metalarus seu Megalanus.*	18.
6.	*Daorus seu Daus pastor.*	10.
7.	*Aëdorachus.*	18.
8.	*Amphis.*	10.
9.	*Otiartes.*	8.
10.	*Xixuthrus seu Noachus.*	18.
	Summa Sarorum.	119.

Singulis hisce tot anni adscribuntur, ut colligantur pro universis pene CXX. Sari, id est, annorum qvadringenta, triginta duo millia. Sarus enim æqvat annos ter mille sexcentos; Neirus sexcentos; Sosus sexaginta. Sed qvi rem rectè æstimant, annos hic accipiunt pro diebus, ut Sarus sit XXXIVclↃ.

 dierum;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

dierum; id est, annorum IX. mensium X. dierum XV. Neirus anni unius & mensium VIII. Sosus mensium duorum. Sari igitur CXX. erunt anni fere CIↃCLXXXIV: qvibus si addantur anni CIↃLVIII. qvot videlicet secundum LXX. interpretes effluxerunt ab Adamo ad χρόνον βασιλέων, seu ad tempus regum, emergent anni CIↃCIↃCCXLII. qvot nempe ab Adamo ad diluvium secundum Græcos colliguntur. Qvod si hac ratione prolixas illas annorum myriadas, qvæ sunt in annalibus Chaldæorum & Ægyptiorum, non excusamus, strenue oportet mentitos, qvi aut in Chaldæa, ut suas ex motibus cœlestibus divinationes redderent certiores, suos majores, teste Cicerone, dixere CCCCLXX. annorum millia consumsisse, aut in Ægypto, teste Herodoto, in sacris literis tredecim annorum millia extare jactitarunt: præsertim qvia Diodorus in Ægyptum profectus, cũ audiisset sacerdotes triũ ac triginta millium annorum antiqvitates apud se venditare, veritate rei justis ponderibus exacta, comperit, omnem eorum antiqvitatem tribus annorum millibus ac septingentis constare: cujus temporis ratio ab orbe condito qvodammodo cum nostris sacris literis congruit. Sic etiam Callisthenes Aristotelis discipulus, cum alii Persarum opibus intenti, Babylonem tempore Alexandri M. diriperent, libros Chaldæorum conqvisivit, & omnem eorum historiam animadvertit CIↃIↃXLIII. annis comprehensam, teste Simplicio in libro I. de cœlo. Et ipse Ptolemæus, Chaldæorum antiqvitates qvam longissimè ab ultima memoria repetens, principia eorum, qvi cœlestes motus observarunt, non longius ducit, qvam à Nabonassare, adeoq; ab anno mundi supra ter millesimum CCIII. Sed hæc hactenus de Chaldaica & Ægyptiaca vetustatis mundi remotissimæ supputatione. Ex illis autem, qvæ supersunt ex historiis Abideni, Apollodori & Berosi, mira refertur fabula de scelerato Oanne seu Annedoto, semipisce, & semihomine, qvem dixere aliqvoties ex erythreo sive rubro mari ascendisse, & literas qvidem docuisse mortales aliasq; artes, sed una multis mendaciis de prima rerum creatione genus humanum obruisse, & interdiu qvidem inter homines comparuisse, noctu autem in mari delituisse. Tempus designatur, qvo maligni spiritus omnem malitiæ vim effudere. Præter Reges Chaldeæ præmemoratos Dii etiam & Semidei Ægyptiorum ante diluvium ex Manethone hi recensentur: Ἥφαιστος seu Vulcanus, cujus nullum tempus sit, qvia die & nocte splendeat: Sol, Vulcani filius: Agathodæmon seu Panus dæmon: Saturnus: Osiris & Isis: Typhon. Hinc Smidei, Horus, Mars: Anubis: Hercules: Apollo: Hammon: Tithoës: Sosus: Jupiter.

Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Et qvanqvam his Diis & Semideis adscribuntur anni novies mille, Cedrenus tamen & alii annos per menses lunares interpretantur, & totum illud novem millium annorum tempus redigunt in IↃCCL. annos. Sed qvia hæc ante diluvium tempora sunt seculi, si gentes absq; Mose spectes, incerti, ut vocavit Varro, ideoq; nullam annorum certitudinem hinc petamus, qvam sola sacra scriptura suppeditat. Interim qvod Apollodorus ante diluvium Deucalionis contigisse memorat, enarrabimus, non tam, ut hæc certa esse affirmemus, qvam ne neglexisse videamur, qvæ Græcis de temporibus remotissimis innotuere. Uranum dicit seu Cœlum primum universi orbis imperio præfuisse, & ex uxore Tellure seu Ope omnium primo progenuisse ἑκατόγχειρας id est, centimanos, qvi centum manibus & qvinqvaginta capitibus prævalebant, nomine Briareus, Gyas, Cæus: inde Tellurem ei peperisse cyclopes uno in fronte media oculo, Harpem, Steropem, Brontem: item Titanas plures, ut præter Dianam innuptam, Oceanum & Tethya; Cæum & Phœben; Hyperionem & Theam; Crium & Eurybœam; Saturnum deniq; novissimum & Rheam: qvorum qviq; uxorem sibi adsociarunt, qvam ex sororibus habuere gratissimam: Iapetum item ex Tellure prodiisse, cui nupsit Asia Oceani filia: & Themida atq; Mnemosynen, qvæ postea nupserunt Jovi. Qvia autem cyclopes nescio qvo facinore se obstrinxerant, à patre ait vinctos, & in Tartarum dejectos: Indignatam ob id matrem Terram, Titanas induxisse, ut patrem dolo aggrederentur, falcemq; seu harpem Saturno, uni ex illis, adamantinam ad expediendum negotium subministravisse: Omnes, præter unum Oceanum, impetum fecisse in patrem Cœlum, & Saturnum genitalia illi præsecta abjecisse in pelagus: ex sangvineis guttis, Erinnyas & furias esse enatas, Alecto, Tisiphonem, Megæram. Saturnum posthæc, revocatis è tartaro fratribus cyclopibus, regnavisse: qvos tamen & ipse denuo vinctos illuc demiserit. Cum autem ex oraculo parentum didicisset, fore, ut & ipse à filio dejiceretur, singulos, cum qvisq; ex Rhea uxore nascebatur, devoravisse, nempe Vestam, Cererem, Junonem, Plutonem, Neptunum. Alii tamen ex pacto cum Titanibus, qvi & ipsi voluerunt regnare, qvia natu erant majores, factum esse dicunt, qvod Saturnus natos devoraverit: Rheam igitur denuo uterum gerentem in Cretam profugisse, & in antro Dictæo peperisse Jovem, eumq; Curetibus atq; Adrasteæ & Idæ, Melissarum, id est, apum filiabus, alendum dedisse, qvæ eum lacte Amaltheæ educarunt: Curetes interea armatos puerum in antro custodiisse, & ne vagitus

exau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

exaudiretur, haſtilibus ſcuta concusſiſſe: Rheam autem conjugi lapidem faſciis involutum pro nato filio devorandum porrexiſſe: Jovem adultum Metin, id eſt, conſilium duxiſſe, qvæ tale Saturno pharmacum propinavit, cujus vi devoratos ante filios evomeret: & horum adjumento Jovem initio qvidem Saturnum ex vinculis, in qvæ conjectus fuerat, liberasſe: deinde cum Titanes cum reliqvis Diis Jovem regni cœlo vellent deturbare, Thetidis id oraculum illi ſignificaſſe: cum igitur Briareum centimanum, ut & cyclopes è tartaro in ſocietatem adſciviſſe, Campe tartarorum cuſtode interfecta. Cyclopes armaſſe Jovem fulmine & tonitru; Plutonem galea; Neptunum tridente: & ſic victos Titanes inq; tartara demerſos, centimanis cuſtodiendos eſſe traditos: cum fratres victores imperium inter ſe partirentur, Jovi ceſſiſſe regnum cœli; Neptuno maris; Plutoni inferorum: Stygem, qvia opem Jovi tulerat, hanc meruiſſe dignitatem, ut jurisjurandi religione decoraretur: Terram autem, adhuc Titanibus iratam, gigantes vaſtos produxiſſe, robore indomito, pedibus angvineis, qvi in cœlum ſaxa atq; incenſas arbores jaculabantur: præcipuos inter eos fuisſe Porphyrionem, Halcyoneum, Ephialten, Enceladum, Polyboten, Eurytum, Clytium, Grationem, Thoonem, Agrium: hos non potuiſſe niſi mortalis cujuſpiam ope interfici: accerſitum igitur eſſe Herculem, qvi primo Halcyoneum ſagitta interemit: ſed illum longe plus virium à Terra reſumſiſſe, donec Minerva ſubmonente Hercules eum extra locum certaminis protraheret: interea Porphyrionem impetum in Junonem feciſſe & ejus peplum diſcidiſſe: ſed fulminatum à Jove periisſe: Apollinem percusſisſe ſagittis Ephialten; Herculem qverno telo Eurytum; Vulcanum ferro candente Clytium; Minervam Enceladum monte impoſito; Neptunum Polyboten fluctibus; Mercurium orci galea tectum Hyppolitum: Dianam Grationem; Parcas Agrium & Thoonem: reliqvos fulmine Jovis & Herculis ſagittis perditos: Terram adhuc atrocius indignatam, Tartaro commixtam produxiſſe Typhonem ferina ſimul & humana natura, qvi verticem omnium montium cacuminibus altiorem ipſis aſtris ſæpenumero immerſerit, & altera manu orientem, altera heſperum potuerit comprehendere: è manibus ejus centum draconum capita eminuiſſe: crura maximis viperarum ſpiris implicata, & ad caput monſtri protenſa earum fuiſſe volumina: oculos igne emicuisſe: hunc Typhonem candentes in cœlum lapides jaculatum, cum ſibilo ſimul & boatu erupiſſe: Deos ad monſtrum perterritos, fuga in Ægyptum ſe proripuiſſe, inq; varias ani-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

animantium formas esse transmutatas, Cybelem in merulam, Bacchum in caprum, Solem in corvum, Venerem in angvillam, alios in alias species: Jovem tandem in justum cum Typhone certamen processisse, ac fugientem sauciavisse: sed Typhonem spirarum volumine, eum circumplexum detinuisse, nervosq; pedum & manuum ejus dissectos in ursi pelle occultavisse, humerisq; impositum in antro custodiendum reliqvisse semiferæ puellæ Delphyni dracenæ: Mercurium & Ægipana nervos occultatos, clam ablatos, Jovi denuo restituisse: & illum receptis pristinis viribus, currum conscendisse ab alatis eqvis protractum, & tamdiu per varios terrarum tractus se fuga subripientem & solidos montes jaculantem esse persecutum, donec eum tandem Ætna monte superjecto opprimeret: interea Promothea formatis ex aqva & terra hominibus, clam Jove, ignē in ferula de cœlo deportatum immisisse: Jovem igitur ad Caucasum clavis sic eum affixisse, ut longo tempore hepar ejus in pastum aqvilæ cederet: Herculem tamen eum tandem vinculis liberavisse: & hujus Promethei filium esse Deucalionem, qvi eo tempore, qvo Jupiter voluit æneam prolem tollere, fabrefactam è lignis arcam ingresfus, se uxoremq; servavit. Fabulam recitavi, sed ingeniosam, qvales poëtæ hodienum solent ad res magnas designandas excogitare. In illius involucris forte qvis inveniet angelos centimanos, id est, potentissimos: eorumq; aliqvos in grave scelus prolapsos: scelere etiam primos homines obstrictos, cœlum secū & terram, & qvæcunq; in illis sunt, in perniciem & in servitutem vanitatis trahentes: perpetua inter pios & impios bella: cacodæmonum & mortis in homines imperium: invectam in Ægyptum idololatriam: spem vitæ reparandæ: & imprimis autorem illum vitæ, per cujus mortem maligni spiritus tandem superandi sunt. Sed illa priscorum sapientum emblemata & fabulæ, qvia materiam superstitionis suppeditarunt, suspecta adhuc sunt, & vix digna censentur, in qvorum stercore aurum qværatur. Unum adhuc ex Platonis Timæo & Critia addam de rebus Atheniensium & Atlanticorum populorum ante diluvium. Historicum illud esse, non allegoriam, non sine causa censent probatissimi Platonis interpretes: ex qvibus Proclus testatur, se legisse Æthiopum historias, in qvibus hæc eadem referuntur. Et ob id ipse Plato vocat sermonem valde mirabilem, sed omnino verum. Dicit, ante exitialem illam terræ illuvionem Athenas multis annorum millibus (more Ægyptiorum loqvitur, qvi non solares annos, sed mensem vel diem vel aliud tempus per annos significabant) fuisse habitatas, optimisq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

misq; legibus sub patrocinio Palladis instructas. In Oceano autem illo, qvem mare Atlanticum vocamus, prope Herculis columnas, ultra fretum Gaditanum, insulam fuisse Atlantidem opulentissimam, in x. plagas partitam, Neptuno sacram, qvæ totam simul Asiam magnitudine æqvaret & Libyam seu Africam. Regem amplissimæ hujus terræ copias transmisisse in vicinam Africam & Europam, imperiiq; limites usq; ad Ægyptum in Africa, & ad Tyrrhenum mare in Europa propagasse: Athenienses autem, qvi & ingenio valuerint & robore, pro libertate tot populorum, adscitis in societatem vicinis, extrema discrimina subiisse, & hostibus tam præsenti animo sese opposuisse, ut pedem retro ferre cogerentur: post hæc ingenti terræ motu, jugiq; illuvione factum esse, ut terra dehiscens Atheniensem simul populum & insulam Atlantidem vasto gurgite mergeret: indicium submersarum & absorptarum regionũ adhuc capi ex limo in pelago Atlantico relicto. Hæc Critias apud Platonem se dicit habere ab avo Critia, qvi illa acceperat à Solone patruo. Soloni autem recensuerat ex mysticis libris Saiticus Ægyptiorum sacerdos, qvi Græcos propterea semper esse pueros censuit, qvia illorum historiæ ultra Phoroneum & Nioben, Pyrrhamq; & Deucalionem non adscenderent; res autem civitatis Saiticæ, qvanqvam mille annis post Athenas conditæ, in Ægypto per VIII. annorum millia in sacris & hieroglyphicis literis perscriptæ haberentur.

XVIII. *Non contemnendum lumen ex historia sacra fabulis poëtarum profanis commodasti. Sed num in iis etiam qvædam Noachi memoria conservata legitur?*

Sive per Janum, à Jain seu vino dictum, sive per Bacchum eum designarunt. Janum qvidem bifrontem vocarunt, qvia utrumq; vidit mundum, illum aqvis submersum, hunc per filios suos denuo repletum; Bacchum vero (qvod nomen ipsius Noachi præ se ferre videtur) qvia revera primus vitis sator extitit. Qvæ vero de primo hoc & antiqvissimo terrarum diluvio gentiles à majoribus acceperant, superstitiosis & fabulosis postea narrationibus, ambitione qvodam fascinati, ad illas aqvarum eluviones peculiares, qvæ in suis regionibus acciderant, transtulerunt. Vera est enim Platonis lib. III. de legibus sententia: multa qvidem fuisse diluvia: unum tamen inter cætera celebre & maximum: cujus etiam copiosius meminit in Timæo. Inundationem tamen primam, qvam vocant novimestrem, sub prisco Ogyge solam universalem agnoverunt, & est dilu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

diluvium à Mose descriptum. Secunda est Niliaca menstrua sub Ægyptiorũ Hercule ac Prometheo. Tertia bimestris in Achaia sub Ogyge recentiore Attico, cujus meminit Diodorus libro VI. Qvarta trimestris circa Parnassum in Thessalia sub Deucalione. Primæ & universalis, à qva ad ortum Deucalionis volunt intercessisse ƆCCC. annos, meminit Sibylla apud Lactantium de ira Dei cap. XXIII. Cato in fragmentis originum, Berosus, Abidenus apud Cyrillum lib. I. contra Julianum. Ovidius & Plutarchus de defectu Oraculorum, Noachi & Deucalionis diluvium prorsus confundunt. Sed qvum exiguo cortice vetustatis primi mundi salum satis sulcaverimus, cum Noacho undis diluvii egressi, qva ratione genus humanum novo incremento propagatum sit, porro indagabimus.

LIBRI PRIMI
SECTIO II.
de monarchia Assyriaca & Babylonica.

I. *Historiam universalem in explicatione qvatuor summorum imperiorum, qvæ Nabuchodonosor in statua illa magna & sublimi præfigurata vidit, consistere scio. Ad primum igitur imperium seu monarchiam Assyriacam, cujus fundamenta statim post diluvium jacta sunt, feliciter pedem movebimus.*

NOn subterfugio, qvem postulas, laborem. Præmittenda tamen esse nonnulla memineris, qvæ in orbe terrarum illo temporis intervallo gesta sunt, qvod inter diluvium & primæ monarchiæ initium intercessit. Etsi enim Africanus, Scaligero & Helvico censoribus, seriem regum Assyriacorum ita recenset, ut longe ultra diluvium excurrat, & multi ex illis ante aqvarum inundationem regno præfuisse censeantur, sacræ tamen scripturæ simpliciter inhærendum judicamus, qvæ ante Nimrodum post diluvium non agnoscit monarchas. Et, si Diodori Siculi testimonio stare non piget, qvi ad Sardanapalli cædem anno mundi IIICIƆLXXVII. regnum Assyriorum annis CIƆCCCLX. durasse scribit, facile deprehendemus, initium æræ seu regni Babylonici occupare annum mundi CIƆIƆCCXVII. qvi fuit LXII. post diluvium. Qvo tamen tempore nondum Belum regnare cœpisse, ex Africano certum est: qvi initium ejus regni collocat in annum mundi CIƆIƆCCCL. annis post diluvium CXCIV. Ideoq; sic statuendum esse meminerimus, inter filios & posteros Noachi aliqvem jam LXII. anno post diluvium extitisse, qvi fundamentum regni Assyriaci jacere conatus est.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Verum de his poftea. Nunc ad Noachum oculos reflectemus, & qvid rerum ab eo, ejusq; filiis poft diluvium perpetratum fit, annotabimus.

II. Ubinam locorum arca Noachi fubftitit? De hoc enim primo loco qværere lubet.

In monte eam qvieviffe dicit Mofes, qvi vocetur Ararath: per qvem vetus Bibliorum interpres, ipfi Septuaginta, & pleriq; fcriptores intelligunt Gordiæos apud Carduchos feu Carduenos in Armenia montes, non procul ab Araxi fluvio, in qvibus partem navigii fupereffe, à qva bitumen abradi, & loco amuleti ad expiationem à collo fufpendi foleat, fcribit Berofus. Confentiunt illi, qvi Noacho vendicant illius urbis Sagalbinæ in Armenia extructionem, cujus Ptolemæus meminit. Alii per Ararath principem montium Imaum ex Scythia porrectum, cujus Libanus, Caucafus, Taurus & Tapuræi aliiq; in Armenia montes, nervi vel pedes funt, infinuari arbitrantur. Qvorum fententia confirmari videtur ex difputatione, qva Scythæ apud Juftinum libro II. & Paufaniam in Atticis defenderunt adverfus Ægyptios generis antiqvitatem. Idem roborat illa aliorum relatio, qva morta'e genus dicitur in Scythia Saga renatum. Noachus vero egreffus, monumento, qvod fecundum Berofum lib. III. egrefforium Noæ vocarunt, infcripfit omnem rem geftam, & oblatis foteriis, & incenfis holocaumatibus, Deum ita placavit, ut arcu cœlefti, tanqvam teffera & certiffimo facramento, pofthac temporum viciffitudines fine ullo inundationis novæ metu fore diftinctas promitteret, repetitoq; fœdere fe hominibus obftringeret. Sed domeftica calamitas mox excepit patriarcham, verum illum Oenotrium. Cum enim vitis ufu invento, infveto vini hauftu ebrius factus, parum caute in aprico jaceret fupinus, eum Cham filius confpicatus, fratres Semum & Japhetum ad fpectaculum accerfiit ridiculum, ut ipfe interpretabatur, cæterum impium & ipfi exitiale, qvo ipfum femen promiffum, ex lumbis Noachi egreffurum, contemni vifus eft, ceu recte pia Mathefii mens animadvertit. Diris enim patris execrationibus exceptus, omni dignitate filiifamilias excidit, & tanqvam extraneus ad infimam, maximeq; fervilem conditionem detrufus, vera felicitate prorfus pofthabita, malorum dæmonum fervitio fe addixit, multorum interim populorum progenitor, qvos facra Scriptura Gen. X. defcribit.

III. Qvinam qvæfo populi & qvæ gentes qvibus Noachi filiis originem debent?

Ex facra Mofis hiftoria id noffe poffumus: cui fi chronicos canones Eufebii, & libros Berofi, vel potius deflorationem, ceu vocantur, id eft, epitomen librorum de antiqvitatibus, & reliqvas antiqvas hiftorias,

qvas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

qvas Dionyfius Gothofredus ex XXVII. autoribus contexuit, conjungimus, fax nobis non obfcura eft accenfa, qvæ ad primam gentium originem rectius dignofcendam nobis prælucet. Etfi enim cenfuram non ignoro, qva Volaterranus, Vives, Glareanus, Scaliger, Calvifius & alii, Berofum, qvem nunc cum Manethonis fupplementis, Metafthenis annalibus, Philonis breviario & aliis prifcis autoribus legimus, admodum graviter notant, & fidem ejus in dubium vocant, non tamen ob id eum negligendum, & plane fuppofitum aufim afferere. Sint in eo aliqva non omnino confentientia cum hiftoria facra. Qvid tum? Id omnibus pene autoribus profanis eft cum eo commune. Errores in eo fint chronologici. Id qvoq; in probatiffimis autoribus notari poteft: nec fragmenta illa Berofi & Manethonis, qvæ apud Jofephum & apud Eufebium leguntur, confonant plane iis, qvæ in facra fcriptura habentur. In nominibus enim & locorum temporumq; circumftantiis præftantiffimi qvoq; hiftorici errare poffunt. Sic nec Eufebianam in fupputandis temporibus diligentiam cum Arundellianis marmoribus nuper à Seldeno editis & commentario illuftratis congruere novimus. Et in ipfis Eufebianis codicibus varietas eft. Propterea fi in chronologica temporum fupputatione non omnia qvadrant in antiqvitatibus Berofi, nec qvadrant femper in Herodoto, Diodoro, Eufebio: imo nec in illis ipfis fragmentis tantopere commendatis, qvæ Herodoto, & qvibus Herodotus fæpe eft adverfus. Qvos Berofus de rebus Chaldaicis libros fcripfit, cum à Jofepho & Eufebio allegantur, ut fide digni recipiuntur. Sit & libris ejusdem de antiqvitatibus, qvos fibi ab Armeno aliqvo donatos nobis communicavit J. Annius, aliqva fides. Aut num ideo hæ ejus antiqvitates rejiciuntur, qvia in illis non legitur, qvod allegat ex libris Berofi Chaldaicis Jofephus? Sed qvi ita cenfet, cogitet, alios & diverfæ materiæ libros effe, qvos nunc legimus: & alios, qvos alii allegarunt. Non enim totus nobis legitur Berofus, fed tantum aliqvi ejus libri, & qvidem epitomici. Tam fterilis ingenii non credatur Berofus, ut, qvi fcripfit de rebus Chaldaicis, non potuerit etiam fcribere de antiqvitatibus. Docuit Athenis difciplinas Chaldaicas. Et Athenienfes, tefte Plinio lib. VII. c. XXXVII. ei ftatuam aurea lingva pofuere. Virum igitur oportet fuiffe graviffimum: cujus epitomen Annius Viterbienfis Dominicanus, facræ theologiæ profeffor, à focio Matthiæ, Provincialis Armeniæ, ordinis fui, nempe à Georgio Armeno, dono accepit, & luculento commentario fatis feliciter explicuit. Enarrabimus igitur & nos, qvod Berofus de profundæ antiqvitatis tempo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

temporibus recensuit: & illud Gothofredi usurpabimus: Sua illis; mea mihi aliisq; opinio est. Nec tamen cum qvoqvam digladiabimur, si qvis ideo eum rejicit, qvod Noachum etiam post diluvium plures genuisse liberos dicat, de qvo prorsus tacet sacra scriptura: qvanqvam Aventinus qvoq; Tviscconem putat post diluvium Noacho natum, & in Methodii revelationibus qvartus Noachi filius post diluvium natus vocatur Jonithus, pater Nimrodi, dono sapientiæ instructus. Et sunt, qvi illud: CRESCITE ET MULTIPLICAMINI Gen. IX. 1. non saltem Noachidis, sed ipsi etiam Noacho non frustra dictum esse autumant. Erret tamen hac in parte Berosus: confundat & multa alia: qvid tum? Historici nihilominus est, & hoc nosse, qvod tradidit, & si qvid veritatis inde colligi potest, id non negligere. Berosus igitur, ut hinc incipiam, uxorem Noachi vocat Titeam magnam: qvod nomen etiam matri Titanum adscribit Diodorus: procul dubio à טיט qvod lutum & cœnum significat. Inde secundum eundem Berosum dicta est etiam Arasca vel Aretia prisca, ab אֶרֶץ seu Erez, qvod terram notat: item Vesta, qvam posteri deinde deificarunt, proq; Dea terræ & ignis habuerunt, eamq; vocarunt Horchiam, qvasi turritam coronam, ut explicat Annius. Noachus ipse posteris vocatus est variis nominibus, Olybama id est Cœlus seu Uranius: Arsa, id est Sol, qvi in Aretia i. e. in terra semine posito pater omnis humani generis factus sit: Ogyges Saga, qvasi illustris sacrorum pontifex, qvi aqvis diluvii dilapsis terram denuo aperuit: item Janus à Jain seu vino invento; Oenotrius Græcè ab οἶνος: Vertumnus, Proteus. Tres filios Noacho ante diluvium natos Berosus vocat, ut Moses, Semum, Japhetum aut, ut ipse pronunciat, Japhetum, & Chamum. Semi uxorem nominat Pandoram; Japheti Noelam, alio nomine Andromacham; Chami Nogolam. Hic qværi solet, qvisnam inter tres fratres fuerit primogenitus Noachi. Pleriq; qvidem hanc dignitatem Semo tribuunt: sed pro Japheto militat, qvod Sem biennio post diluvium dicatur centenarius, cum genuisset Arphachsadum, Gen. XI 10. Diluvii igitur initio annorum fuit XCVII. & natus est anno Noæ DIII. Alium igitur oportet fuisse, qvi inter tres fratres primus Gen. V. 32. anno ætatis Noæ D. natus est. Nec sine causa Sem, frater Japheti major Gen. X. 21. dicitur. Japhet igitur pro primogenito agnosci debet: qvi in divisione orbis, qvæ Gen. X. 25. inter filios Noæ anno post diluvium CI. legitur instituta, accepisse creditur cum sua sobole possidendas partes Europæas, sic ut Sem Asiaticas, & Cham Africanas. Nec tamen posteri eorum sic se dictis limitibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tibus continuere, ut inde se non subinde novis ductis coloniis effuderint, & cum aliis permiscuerint. Sic, ut compleretur vaticinium, qvo Noaachus prædixerat fore, ut Japhet amplificaretur, & in Semæis habitaret tabernaculis Gen. IX. 27. Japhetigenæ Europam pro numerosa posteritate angustiorem nacti, in Asiam & mediterraneas maris insulas, ipsam etiam Americam sese diffuderunt, ut demonstrat Fullerus lib II. miscellan. cap. IV. Est igitur Japhet, qvem Berosus qvoq; vocat Cepheum Atalum seu Atlaam, pater Germanorum, Græcorum, Italorum, Sarmatarum, & omnium versus occidentem & septentrionem populorum, ipsorum etiam Tartarorum, ut probat idem Fullerus cap. V. seqvente. Nec sine causa Diodorus libro IV. colonias Japheti ponit etiam in Africa. Septem ejus filios recenset Moses, qvi sunt Gomer, Magog, Madai, Javan, Tubal, Meschec, Thiras: qvibus addit Berosus octavum Samothem, patrem Celtarum. Singulorum progeniem videbimus.

I. GOMER Beroso dicitur Comerus. Unde videtur tractum nomen, non saltem Umbrorum in Italia, sed & Cimmeriorum & Cimbrorum, qvi Melæ dicti sunt Comari, atq; à palude Mæotide usq; ad oceanum occidentalis Germaniæ colonias duxere, & procul dubio Cimbricæ Chersoneso in vicinia Balthici littoris ora, qvæ nunc Holsatia est & Jutia, nomen dedere, & teste Herodoto à Scythis pulsi, partim in Asiam, partim in alia loca se recepere. Berosus illi cognomen Galli addit, & dicit, eum ex Scythia, (sic vocabant septentrionem) in Italiam, Galliam nempe Cisalpinam, venisse, & ibi docuisse Italos more Scythico curribus pro domo & urbe uti: unde Veji dicti sint, vocabulo Sago, qvo Vejæ plaustra vocantur. Colonias etiam ab ejus posteris dicit in Bactrianos deductas. Fuere illi tres filii, ASCHENAZ, RIPHAT, THOGORMA: qvos Berosus vocat Ascanium, Ripheum, Tagumormam. ASCHENAZ pater est Germanorum secundum Judæos, qvi hodienum Germaniam vocant Aschenazim, sicuti Galliam Carphud & Hispaniam Spharad. Secundum G. Vossium ab Aschenaz prodiere, qvi Troada, Phrygiam, Bithyniam, Aeolidem qvondam incoluerunt. RIPHAT est pater Riphæorum & omnium eorum, qvi lingva Slavonica & Sarmatica utuntur in Walachia, Dalmatia, Bulgaria, Servia, Russia, Polonia, Lithuania, Bohemia. Venetos hos omnes vocarunt, gentem populosissimam. Qvi progressi juxta littus maris Arctoi, insedere magnam partem lateris Arctoi in Europa, indeq; effusi partim in Illyricum ad sinum Adriaticum, partim in Germaniam, & occupata Bohemia, Her-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Hermunduris illinc & Bojis pulsis, littus Balthicum usq; ad finum in Borussia Venedicum compleverunt, ut censet Melanchthon in initio Chronicorum. Ex THOGORMA secundum Josephum orti sunt Phryges; secundum Hadrianum Junium & Vossium, Germani, qvia consonat vocabulum: & propterea Chaldæus interpres Ezech. XXVII. 14. eqvos Thogorma vertit per eqvos Germaniæ. Ariæmontanus & Mercator inde ducunt Turcos & Tartaros, ab aliis Magogos dictos, & allegant Ezech. XXXVIII. 6.

II. MAGOGO debent originem Magogitæ, populi Cœlesyriæ, qvorum urbs Hierapolis, sacrata Deæ prodigiosæ Atargati, qvam Derceto Græci vocant, facie homini; cætera pisci similem, antiqvitus à Syris dicta est Magog, teste Plinio lib. v. cap. XXIII. Hi qvia sanctæ terræ à plaga Boreali adjacebant, propterea Ezechiel capp. XXXVIII. & XXXIX. Gog & Magog, tyrannos ecclesiam graviter pressuros, ex septentrione producit, Syriæ videlicet & Asiæ reges, qvia populũ ex Babylonica captivitate reducem affecere variis molestiis, & typum Turcarum gessere evidentem. Et hæc est causa, qvod aliqvi eas Magogo gentes circa mare adscribunt, qvæ à Persis qvondam adversus Saracenos evocatæ, pedetentim maximam orientis partem, magnam etiam austri, sibi subjugarunt. Johannes Magnus, Archiepiscopus Upsaliensis, ex eo deducit Gothos, & Ariæmontanus Getas & Massagetas, qvos cum Gothis eosdem putant Spartianus in Caracalla; Blondus in decade I. historiæ, ipse etiam Hieronymus in qvæstionibus Hebraicis in Genesin p. 7. Argumento esse posset, qvod Josephus lib. I. cap. VII. Magogitas à Græcis testatur postea Scythas appellatos: qvi procul dubio sunt populi Arctoi. Sed graviter se huic sententiæ opponunt Beroaldus, Chytræus, & imprimis Philippus Nicolai in libris de antiqvis rebus Germaniæ.

III. MADAI Beroso vocatur Medus, unde Medi, gens qvondam bellicosissima.

IV. JAVAN Beroso dicitur Jon, unde Iones & Græci Dan. VIII. 21. Illi qvatuor fuere filii, ELISCHA, TARSCHISCH, KITTIM, DODANIM. Originem ELISCHÆ debent Ἕλληνες in Græcia, & Æoles in minori Asia, & imprimis Elis in Peloponneso. A TARSCHISCH sunt Tarsenses in Cilicia, apud qvos Apostolus Paulus natus est. Ariæmontanus illi vendicat propter affinitatem nominis Carthaginem; alii Venetos. KITTIM alio nomine Berosus vocat Italum, Atalum & Atlantem, & ex illo ducit Hyam, Morgetem, Siculum, Romam, Plejadem. Hyam Poëtæ nominant

Hyan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Hyantem, cujus septem sorores ex Atlante & Æthra appellant Hyadas, nominibus septem stellarum in capite Tauri insignitas, qvæ, cum fratrem à leone devoratum implacabili luctu proseqverentur, Jovis miseratione in vii. stellas juxta fabulam sint conversæ, nomine Ambrosia, Eudora, Pasithoe, Caronis, Plexauris, Pytho & Tyche. Pleiadem poetæ vocant Pleionem, ejusq; septem filias Berosus nominat Majam Mercurii matrem, Celæno, Antероen, Steropen, Tagetam, Alcinoen, Electram, poëtis etiam notas & in pectore Tauri inter astra positas. Alii Macedones à Kittim deducunt, qvos vetustas vocavit Macetas, ut & eos, qvi magnam Græciam incolebant: Inde urbs Cajeta. DODANIM seu Dodonem Berosus dicit Io. annos in Illyrico confecisse. Ab eo descendunt Danai & Dodonæi in Epiro & Rhodo. Dod enim Hebræis idem significat, qvod ῥόδ☉ Græcis.

V. TUBAL Beroso alio nomine Jubal & Taracon, pater Celtiberorum in Hispania. Iberos ad paludem Mœotiden ponit Mela, unde deductis in Hispaniam coloniis, mixti Celtis, dicti sunt postea Celtiberi. Filius Tubalis à Beroso vocatur Iberus; Iberi Jubelda: post qvem inter Celtiberos regnavere Brygus, unde Brygantes; Tagus, cognomine Ornus; Betus; Deabus seu Gera seu Chryseus, Hiarbæ Libyci filius, repertor fodinarum, pater Geryonum; Lomnimi seu Geryones, tres tyranni, ab Hercule Libyco interfecti; Hispalus ab Hercule Libyco Rex Iberis datus. Hercules Libycus ipse, cum ex Italia reverteretur, in Hispania post Hispalum regnavit, & senex post mortem meruit divinos honores. Post eum præfuit Hesperius, à qvo Hispaniam Græci vocant Sperida; Hebræi Spharad. Kittim, postea alio nomine Italus, Atlas, Atlas, ob mentis excellentiam sic vocatus, Hesperio pulso & in Italiam recepto, regnavit aliqvandiu. Postea, relicto in Celtiberorum regno filio Sycoro, abiit cum Siculis & ipse ad Janigenas in Italiam, qvæ inde dici primum cœpit Italia & terra Kittim, regnumq; novum circa Tyberim fundavit, & filiam vel neptim Electram elocavit Janigenarum principi Camboblasconi; Romam, alteram filiam, matrem Romanessi, dedit reginam Aboriginibus; filium Morgetam autem constituit ibidem Coritum seu pontificem. Post Sycorum regnavit apud Celtiberos ejus filius Sicanus, unde Siculi Atlantides: hinc Siceleus, qvi Jasio cum Dardano in Italia dissidenti opem tulit; Lusus unde Lusitania; illi, qvos Manetho Ægyptius reges apud Celtiberos nominat, Testa Libyus Triton: Romus, qvi non procul Sagunto Romam in Hispania, postea Valentiam dictam, condidit: Palatuus, unde populi Palatui, qvos Ptolemæus supra Valentiam locat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

VI. MESCEC, qvem Berosus vocat Moscum, pater est Moschicorum, ceu vocantur in Argonauticis, id est, Moscovitarum in Sarmatia. Alii hinc qvoq; Cappadoces deducunt, in qvorum finibus Ptolemæus montes & populos Moschos collocat.

VII. THIRAS, pater Thracum ad pontem Euxinum.

VIII. SAMOTHES, octavus Japheti filius, qvem ignorat Moses; Berosus cognomine sapientissimi & ditis dignatur: pater dicitur Celtarum, & Gallorum illorum, qvi Samothei, id est, philosophi dicuntur. Ab hoc continua serie apud Celtas creduntur descendisse Magus: Sarron, qvi publica literarum studia instituit, unde Sarronidæ theologi apud Diodorum: Druides vel Dryus: Bardus, inventione carminum & musicæ apud Celtas clarus: Longo vel Lomnigo, unde Lingones: Lucus, unde Lucenses, Ptolemæo prope Parisios: Celta, inde ex lingva Phœnicia dictus, qvasi Cœlita, id est, conflagratio Jovis, qvod ejus tempore montes Pyrenei arserint, qvi dividunt Celtas & Celtiberos: Galathea, qvæ Herculi Libyco seu Ægyptio à parentibus permissa genuit Galatem regem, qvi colonias Gallorum duxit in Siciliam auspiciis Tusci, alterius filii Herculis: Narbon, unde Narbonensis Gallia: Lugdus: Belgius, unde Belgium: Allobrox: & qvi apud Manethonem seqvuntur, Romus, unde Romandissi Ptolemæo in Gallia Belgica: Paris: Lemannus: Olbius: Galates junior, qvi induxit Galatas in Asiam, victis Sarmatis: Namnes, unde Nannetes in Gallia Lugdunensi: Rhemus, à qvo Rhemi: Francus ex Hectoris filiis.

IV. Cham qvorumnam est populorum pater?

Chamum Berosus ait cum infamiæ ad nomen additione vocatum etiam fuisse Chamesenum, qvasi infamem corruptorem generis humani, item Saturnum Ægyptium, qvi populos obiens passim superstitione & impietate mortale genus corruperit, in Italiam etiam venerit, & inde à Noacho superveniente remorus, in Sicilia primum, ut Diodorus testatur, condita ibi urbe Chamesena, deinde in Lybia suæ neqvitiæ sedem fixerit. Addit, Chami nepotem Sabatium Sagam, filium Chusi, qvi summus ab Armenia usq; in Bactrianos pontifex fuerat, cum Nimrod frater, ejusq; filius Jupiter Belus, ritualibus ejus furto sublatis, eum qvoqvo modo perimere vellent, qvia eo vivo non possent dominium in omnes usurpare, initio delituisse in Sagis Caspiis & Bactrianis, tandemq; in littus Sarmaticum, & inde in Italiam, relicto in Armeniæ pontificatu post se filio Barzane, qvi tamen paulo post à Nino fit superatus, in Italiam venisse, ibiq; à proavo Noacho seu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſeu Jano exceptum hoſpitio, & Aboriginibus impoſitum pontificem,(qvam tamen dignitatem mox conceſſerit filio Sabo, unde nomen trahunt Sabini & Samnites,) cum Jano, reliqvisq; Curetibus ſeu ſacrorum cultoribus in Janiculo conſediſſe, & ibi diem obiiſſe. Similia pene tradit ex Hygino & Protarcho Tralliano Macrobius lib.1. Saturn. cap. VII. Cameſen unà cum Jano in Italia tanqvam indigenam conſediſſe: ab illo regionem Cameſenem; ab hoc Janiculum appellatum eſſe: ad Janum deinde ſolum regnum devolutum: ab eo poſtea Saturnum (hic eſt Beroſo Sabatius Saga) claſſe illuc provectum, hoſpitio eſſe exceptum, & regni ſocietate muneratum, inq; ejus reverentiam, cum æra ſignarentur, ex una parte Jani geminam faciem; ex altera navem expreſſam eſſe, qva fuerat adductus: ultimum etiam menſem à Saturno; primum à Jano fuiſſe vocatum. Janiculo oppido nomen dediſſe Janum, & Saturniæ Saturnum, Virgilius etiam teſtatur:

Janiculum huic; illi fuerat Saturnia nomen.

Interea Chameſenus, ut ait Beroſus, cum Ammone abnepote, rege Libyæ, à Titanibus adjuto, grave bellum geſſit. Ammon victus, pulſusq; in Cretam fugit. Regnum Libycum Chameſenus occupavit. Duxerat hic Ammon uxorem, Chameſeni ſororem, Rheam, aliâs Pandoram juniorem dictam Antea ex Amalthea, clam Rhea, Dionyſium ſuſtulerat, eumq; in Nyſam urbem Arabiæ ad lacum Tritonidem educandum miſerat, poſtea qvoqve dictum Bacchum. Rhea igitur indignabunda ab Ammone digreſſa, Chameſeno fratri nupſit, pulſo jam Ammone, & ex eo ſuſtulit Cererem. Dionyſius, adultus jam, Rheam & Chameſenum, qvem Saturnum vocat Diodorus, regno paterno Libyco armis expulit, ſibiq; Titanes militare coegit. Regnum tamen ei ſecundum Diodorum reſtituit, ejusq; & Rheæ filium Oſirin ſecum retentum in filium adoptavit, eumq; vocavit à patre Ammonem Jovem, & à magiſtro Olympicum, item Jovem Libycum, eiq; totius Ægypti regnum tradidit: qvi ex Iſide ſeu Cerere ſorore præter alios liberos Herculem Libycum genuit. Infantulam etiam juxta Tritonidem lacum expoſitam, Pallada nempe ſeu Minervam, adoptavit Dionyſius, à qva omnẽ militiam didicit Libya. Cum autem longinqvam in Indiam expeditionem ſuscepiſſet, Chameſenus denuo invaſit Ammonem in Creta, uſus auxilio Titanum. Ammoni autem opem tulit ipſe Chameſeni ſeu Saturni filius, Oſiris ſeu Jupiter: & Dionyſiu ex India redux, Titanibus occiſis, regnum tandem univerſum poſt ſua & Ammonis fata Oſiri ſeu Jovi Ammoni reliqvit. Chameſenus autem ad Bactrianas fugit, illosq; magicis ſibi artibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

devinxit, cumq; iis invasit Assyrios. Sed Ninyas, Semiramidis filius, superior factus eum peremit. Et hunc finem secundum Berosum habuit Chamesenus. Filios ei Moses adscribit qvatuor, nempe CUSCH, MITZRAIM, PHUT, CANAAN: qvibus addit Berosus OCHUM.

I. CUSCH Beroso vocatur CUR, pater Arabum & Æthiopum. Unde adhuc Lusitani Æthiopes vocant Cussios. Filios illi Mose tribuit sex, qvi sunt Seba, Chavila, Sabhtha, Ragma, Sabtheca, Nimrod. Berosus qvinqve tantum novit, qvi ab eo vocantur Arabs, Saubecres, Saba thurifer, Sabatius Saga, Nimrod. Omisit enim Chavilam, qvi alio nomine dici videtur Getulus, unde Getulia. Ragma illi est Arabs, cui Moses dat duos filios, Schebam & Dedam. Sabhtha Beroso est Saubecres, unde Sabatheni & Sabbatha metropolis in Arabia felice apud Ptolemæum. Seba vel Saba est Sabæorum in Arabia pater, unde nati Gog & Triton. Gog genuit Gangem & Indum; hic Tritonem, qvi regnavit in Libya & Cyrene. Triton fuit pater Ammonis, qvem fugavit ex Libya Chamesenus, & Hiarbæ. Ab illo prodiit Dionysius Libycus, qvi Chamesenum vicissim ex regno paterno expulit, ceu diximus; hic genuit Deabum seu Chryseum, alio nomine Geram, qvi tyrannide in Celtiberia seu Hispania occupata, tres reliqvit filios, dictos Geryones, alio nomine Lomnimos, qvos Hercules Libycus peremit. Sabtheca Beroso est ille Sabatius Saga, Armeniæ pontifex, qvi vim Jovis Beli fugiens in Italiam ad Janum pervenit, pater Barzanis & Sabi: qvorum ille peremtus est in Armenia à Nino; hic in Italia apud Aborigines Coritus seu pontifex electus, nomen dedit Sabinis & Sabellis seu Samnitibus: & ab eo continua serie prodiere Sabellus, alio nomine Curitus: Anitinus, unde Anitiensis regio in Tuscia: Aruns: Pherentius. Ultimus Cuschi filius Nimrod alias dicitur Saturnus Babylonius, robustus ille venator coram Domino, regni Babylonici autor. Huic Berosus dat filium Belum priscum, alias Jovem Belum: de qvo qvid alii statuant, paulo post referam.

II. MITZRAIM plura is est numeri, & notat Ægyptios. Ægyptus sane hodienum Arabibus & Turcis dicitur Masra. Berosus pro Mitzraim nominat Osirin Ægyptiace Osri, alias Apin & Sarapin dictum, qvem propter variam idololatriam ejus nomine commissam Moses dedignatur nominare. Hic Osiris, qvod jam dictum, ab Ammone, qvem in regnum Libyæ avitum filius Dionysius restituerat, in filium adoptatus, postea plura in toto orbe præstitit, impiosq; passim expugnavit, ut postea referemus. Soror & uxor ejus fuit Isis, alio nomine Jo, Juno Ægyptia, Ceres magna, cognominata legifera.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

gifera & frugifera, qvam Berosus testatur ad hoc ætatis annos pervenisse, & nuptiis Jasii & Cybeles interfuisse. Osiris tandem à fratre Typhone est interfectus. Typhonem Hercules Libycus, filius Osiridis, vicissim sustulit. Præter Herculem Osiridi adscribuntur sex alii filii, ut Lydus priscus, unde Lydii: Anameon seu Mæon, unde Mæones in Lydia: Cosleus, unde Syri & Cappadoces: Petrejus, unde Palæstini: Orus, alio nomine Apollo: Neptunus, qvi est pater Phorconis, qvi obtinuit Corsicam & Sardiniam, & Læstrigonis. Hunc Læstrigonem Dionysius Osiris, cum in Italiam penetrasset, illuc evocatus, ut gigantes Enakios Lukios, qvi Italos circa Vesuvium montem graviter premebant, in ordinem redigeret, Janigenis dedit regem, tempore Belochi, XII regis Assyriorum. Ejus filii Læstrigones, Porci etiam seu Phorci à patruo dicti, cum eo immanitatis ferrentur, ut & humanis carnibus vescerentur, ab Hercule Libyco tandem sunt expugnati. Hic Hercules vel LVII duces ex Araxa, Galathea, Omphale, Armena genuit. Ex Araxa qvidem Scytham juniorem, Tuscum, Agathyrsum, Peucinum, Gythonem; ex Galathea Galaten apud Celtas; ex Omphale Atonem, (unde geniti sunt Manaus: Astan: Pipinus priscus: Ato junior: Tarcon priscus: Tyrrhenus: Lydus) ex Armena, vel potius ex qvinqvaginta Armenis fœminis, totidem Thespiades. Ex his filiis Tuscum, post Læstrigones cæsos, dedit Janigenis Coritum seu pontificem: qvem qvi subsecuti sint, tunc dicemus, qvãdo Italiã antiqvã ante Romanã historiã libro secundo sumus descripturi.

III. PHUT Beroso est Pheriton & Phaëton, qvi venit in Italiam, cum Vesuvii incendium damna multa vicinis intulisset, & tandem relicto ibi filio Ligure rediit in Æthiopiam. Ab eo continua serie descenderunt Ligur, Cydnus, Eridanus, Ventus, Venetus, Tyla.

IV. CANAAN Beroso vocatur Cana, cognomine Phœnix: unde Phœnicii, & undecim inter eos populi: ex qvibus nominat Berosus Sidonem Arcadium, Emathium, Sinium. Addit autem, Mosen plures enumerasse, qvi impleverint illam Phœniciæ partem, qvam occupaturi erant Hebræi, ab ipsis dictam Chanaan. Notetur, qvod à primogenito Canaani Sidone præcipuum oppidum in Phœnicia nomen habet, ex qva Tyrus colonia deducta est. Heth, alter ejus filius, condidit Hebronem, locum sepulturæ Abrahami. Jebusi tertii arx dicta est postea Hierosolyma.

V. Semo qvinam populi assignantur?

Illi qvinqve fuere filii, HELAM, ASCHURI, ARPACHSAD, LUD & ARAM. Berosus vocat Helameum, qvi est pater Persarum: Assyrium, unde Assyrii:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Arpaxeum, unde præter alios populos Hebræi: Lugdum, unde Lydi: Arameum, unde præter alios Armeni & Syri. Huic Armeno fuere qvatuor filii, Huz, Chul, Gether & Mesch: aut, ut vocat Berosus, Auson, Ul seu Vol, Getul, Mesa, qvibus addit qvintum Alam. Ab Huz patria Jobi nomen traxit: à Chul deducuntur Armeni, secundum nonnullos Ætoli: à Gether Carii, secundum nonnullos Gethæ & Gothi. Mescho, unde Mysii, & secundum alios Massagetæ, Berosus vendicat v. filios, Getum, Dacum, Bennonem, Brigum, Thinum, unde Eythini. Arphachsad, ex cujus progenie prodit Salvator mundi, genuit Sala: Sala Heberum. Heber Pelegum & Jectam: Jectam Berosus vocat Istrum, patrem XI. filiorum, qvos paulo aliter ac Moses denominat: nempe Dalmadam: Sarmaten: Saledum: Jaderum: Adulam: Azalum: Diclam: Obalum; Albanaem: Sausum: Epirum: Obulam: Thyobum. Ex Pelego continua serie prodiere Regu, Serug, Nahor, Thara, Abraham. Et hi omnes sangvinem debent tribus Noachi filiis. Qvos Berosus tradit post diluviū ex eodem Noacho natos, placet etiam addere: non ut velimus fidem his rebus conciliare, (facile enim potuere pro filiis Noachi numerari, qvi ejus fuere nepotes & pronepotes) sed ne qvid prætergressi videamur, qvod Historicum ignorare nefas est. Post diluvium igitur Berosus tradit à Noacho genitum esse primum XVII. aut, ut est apud Diodorum, XVIII. Titanes: (qvi in Ægypto qvidem consederunt; sed inde à Chamitis tandem fugati, ipso Justino teste, in Hispaniam concessere, & iterato bello ibidem lacessiti sunt) deinde Araxam priscam: (qvæ peperit Scytham priscum, patrem Napi & Pruti, qvamq; fabulantur, ut est apud Diodorum libro III. umbilicotenus fuisse hominem, reliqva parte viperam) Reginam seu Basileam: (qvæ educavit Titanes, dictam aliàs Cybelem & magnam matrem, qvæ tandem secundum Diodorum nupsit Hyperioni, & peperit Helium & Selenem, i. e. Solem & Lunam) Panderam juniorem seu Rheam: (qvæ nupsit, ceu diximus, primum Hammoni, deinde Chamesceno) Macrum aut, ut alii legunt, Marcum: Japetum juniorem: Prometheum priscum: Tvisconem gigantem, (qvem Tacitus facit filium Telluris, puta Vestæ, seu Titeæ seu Aretiæ, ceu dicta est uxor Noachi diversis nominibus, cujusq; filii fuere Mannus ad Rhenum, Ingævon proximus Oceano, Istævon in media Germania, Herminon, Marsus, Gambrivius, Svevus, Vandalus, Hunnus, Hercules, Teutanes:) Cranum successorem Jani in Italia: Cranam, qvæ nupsit fratri Crano, dictam etiam Helernam: Granaum: Oceanum, qvi vixit in superioribus partibus Ægypti secun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

secundum Diodorum: Therin, qvæ nupsit fratri Oceano: Typhæum immanem gigantem, de qvo multa apud poëtas in gigantomachia. Sed hæc dijudicent eruditi, utq; rectius possint, conjungant hisce luculentas Johannis Boccatii genealogias deorum gentilium. Nos ad historiam regni Assyriaci progrediemur. Illud adhuc monemus, Hebræos ex Talmude asserere, qvod ex progenie Noachi clx. populi & LXXII. lingvæ prodierint, ita ut cc. populi originem debeant Japheto; CCCLXIV. Chamo; CCCCXXXVI. Semo: & illius posteri in lingvas XXVII abierint; istius in XXII; hujus deniq; in XXIII. Qvæ tamen omnia qvis ausit præcise asserere? Nos, qvæ diximus, aliqvam partem tabulæ genealogicæ, ut facilius intelligantur, includemus. *

V. Qvænam fuit prima origo regni Babylonici seu Assyriaci?

Assur filius Semi, prout in orbis divisione Gen. x. 25. anno diluvii CI. constitutum fuerat, habitavit in oriente, in terra Sannaar circa Euphratem. Sed inde Nimrodi, sive suis sedibus non contenti, sive autoritate Jani seu Noachi, ut Berosus tradit, profecti, tyrannidem fugiens, est egressus Gen. x. 11. & in Assyria à se dicta Niniven condidit. Tremellius qvidem in versione Bibliorum sic legit textum Gen. x. 11. qvasi ipse Nimrod ex Babylone in Assur vel in Assyriam sit progressus, & ibi Niniven condiderit: nondum tamen id satis persvadere potuit. Testatur Scriptura, qvod ille Nimrod, qvem Cedrenus Evechium cognominatum fuisse dicit, pronepos Noæ, nepos Chami, filius Chusi, potens & robustus coram Domino venator seu tyrannus validus, versus orientem (sic enim legendum esse Genes. XI. 2. Lutherus contendit) cum suis proficiscens, in terra Sannaar Babylonem, principium sui regni constituerit. Secundum Berosum autoritate Noachi id factum est: cœpitq; ibi ad vires suas ostentandas & ad famæ memoriam posteritati relinqvendam, ad aqvarum deniq; impetum, si qvando altera vice diluvium contingeret, inhibendum, præaltam struere turrim: qvanqvam Moses omnibus populis ex oriente i. e. ex montibus Ararath, ubi arca subsederat, profectis turris illius excitationem adscribit. Sed Deus ut impediret impium illud opus, confudit ædificantium lingvas, & conatibus nefariis restitit.

VII. Habenturne vestigia turris Babylonicæ in historiis gentilium?

Plerasq; res in sacra Scriptura maxime memorabiles visas scriptores peregrini ex ignorantia, an potius malitia, & de industria præterierunt, qvippe qvas suorum popularium aures, ob ea, qvæ de Diis majoribus acceperant, sine offensa audire non potuissent. Qvoqvo modo res se habet,

bet, Josephus autor est lib. XII. Antiq. Jud. cap. II. Demetrium Phalereum regiarum Bibliothecarum præfectum coram Philadelpho Ægypti rege plerisqve audientibus affirmare ausum, non licuisse Græcis hominibus Hebraicam historiam tanqvam divinam, & omni veneratione dignissimam attingere: & Theopompum volentem qvædam inde suis scriptis inserere, mente motum fuisse diebus XXX. & post ab incepto desistentem recuperasse sanam mentem: Theodectæ etiam poëtæ, cum in qvadam tragœdia vellet aliqvid è sacris literis admiscere, oculos glaucomate suffusos caligasse. Etsi autem hac ratione veritas multarum rerum gentiles latuit, vestigia tamen earum passim nonnulla habentur. Sic Abidenus, rerum Assyriacarum scriptor, qvi Noachum Sisuthrum vel Xixuthrum vocat, referente Henrico Stephano in tractatu de Diodoro: Illi, inqvit, qvos primos terra edidit homines, ob robusta vastaq; corpora elati, turrim ædificare cœperunt. Qvumq; jam parum abesset, qvin ad cœlum usq; pertingeret, venti, Diis opitulantes, machinam illam disturbarunt. Atq; hujus ruinæ reliqvias Babylona esse qvidam crediderunt. Cæterum qvum ad eum usq; diem uno eodemq; sermone usi omnes fuissent, Deorum numine factum est, ut alii alia lingva loqverentur. Et Berosus testatur libro IV. Nimrodum anno post diluvium CXXXI. excitasse turrim ad altitudinem & magnitudinem montium, in signum atq; monumentum, qvod primus in orbe terrarum populus Babylonicus regnum regnorum condidisset. Non inepte hanc turrim videtur describere Strabo, qvi libro XVI. Geographiæ sic inqvit: Fuit Babylone pyramis qvædam qvadrata, ex latere coctili structa, stadii seu cubitorum CCCCXVI. longitudine, cujus qvodq; latus stadium continebat. Herodotus libro primo dicit: Jovis Beli templum æreis portis, duorum undecunqve stadiorum amplitudine, figura qvadrata, in medio turrim solidam crassitudine simul & altitudine stadii habuisse, cui alia rursus fuerit superimposita turris, & huic subinde alia ad octavam usqve. Hanc turrim ex poëtarum gigantomachia non sine causa dixeris plurium montium ad oppugnandum cœlum congestionem.

VIII. Qvidnam post Nimrodum in regno Babylonico contigisse ferunt?

Postqvam regnarat Nimrod annos LVI. subito non comparuit, translatus à Diis, utinam non Stygiis! Successit Belus, qvem Berosus qvidem Nimrodi filium facit, & illum Saturnum; hunc Jovem cognominat. Sed Africanus aliter censere videtur, qvi eum anno post diluvium CXCIV. regnum in As-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

in Asſyria ſuscepiſſe, & xxiix poſt anno Babylonios viciſſe, regnumq́ eorum cum ſuo Asſyriaco conjunxiſſe teſtatur. Hoc ipſum tamen Diodorus Siculus non dat Belo, ſed Nino. Cæterum pauca de Belo annotata legimus, niſi qvod Beroſus eum refert contra patruum Sabatium Sagam, Armeniorum Saturnum, Nimrodi fratrem, & vi & inſidiis multa fuiſſe molitum; hunc vero regno dejectum clandeſtina fuga ſe tutatum, apud Bactrianos delituiſſe, & tandem in Italiam ad Janum perveniſſe, & ab eo Aboriginibus pontificem fuiſſe impoſitum. Diodorus libro primo ex opinione Ægyptiorum eum dicit fuiſſe Neptuni & Libyæ filium, & ex Ægypto in Babyloniam colonia deducta, ſedeq́ ad Euphratem delecta, Chaldæos ad morem Ægyptiorũ inſtituiſſe. Sic Diodorus illi recentiorum ſcriptorum ſententiæ ſuffragari videtur, qva Belus non eſſe alius, qvam ipſe Nimrod creditur, qvi ex poſteritate Chami oriundus, & ex Africa egresſus, novum regnum in Chaldæa condidit, & vita defunctus, divinos honores obtinuit, initio ſuperſtitionis poſt diluvium apud Asſyrios facto. Sed illam litem nunc non dirimamus. Strabonem libro xvi. & Ælianum libro xiii. audiamus, qvi Xerxem dicunt Beli ſepulcrum aperuiſſe, &, cum inveniſſet hominis cadaver in urna vitrea oleo perfuſum, & ſcriptura qvadam admoneretur, ut urnam ſtatim oleo repleret, niſi mala ſibi vellet accerſere, nec tamen id poſſet, pesſimo poſtea mactatum eſſe infortunio.

IX. Qvid poſt Belum contigit?

Poſtqvam ille lv. annos regnavit, Ninus ſucceſſit, qvem præfuiſſe lii. annos ſcribunt. Hunc pleriq́ filium Beli & nepotem Nimrodi cenſent, cumq́ credunt Babylonico regno adjeciſſe Asſyriacum ſeu Niniviticum. Sed qvum Asſur Niniven condiderit Gen. xii. & dicatur fuiſſe Semi filius Gen. x. 22. recte arbitrantur nonnulli, inter qvos præcipuus Lutherus, Ninum non adjeciſſe Niniviticum regnum Babylonico, ſed, qvum eſſet ex ſtirpe Semi & Asſuris, victis auxilio Japhitarum Babyloniis, à qvibus ſuperioribus temporibus Asſur ejectus fuerat, monarchiã à Chami familia transtuliſſe ad familiam Semi, ut tum temporis primum cœperit dici Asſyriaca. Atq́ ita non moramur epitaphium Nini, qvod ei Semiramis ſecundum Xenophontem in libello de æqvivocis poſuiſſe dicitur: Mihi pater Jupiter Belus; avus Saturnus Babylonius (Nimrod;) proavus Chus Saturnus Æthiops (Cham;) atavus Cœlus, Phœnix, Ogyges (Noa.) Ab Ogyge ad meum avum ſol luſtravit mundum ſemel ac tricies & centies. Ab avo ad patrem (Belum) ſexies & qvinqvagies. A patre ad me bis & ſexagies. Nec etiam

F mora

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

moramur, qvod non Asfur, fed Ninus à Diodoro & aliis hiftoricis dicitur Niniven condidisfe, omnesq; Afiæ populos ad jus civitatis capesfendum acceerfiisfe, & aream cccc. amplius ftadiorum pro loco urbis metatum, mille & qvingentas turres in orbem conftituisfe, & mœnia centenum pedum altitudine, atq; tanta latitudine, excitasfe, ut eorum faftigia ternis esfent plauftris pervia. Aut enim fimpliciter Scripturæ facræ infiftendum eft, aut Asfur cœpit urbem exftruere, qvam Ninus ampliavit, aut Ninus deniq; idem eft hiftoricis prophanis, qvi Asfur Scripturæ facræ, qvod qvidem placet Scaligero. Juftinus & pleriq; alii hiftoriam à Nino ordiuntur, cujus imperium Casfiodori Chronicō anno demum poft diluvium IↃCCCXCIX. incoat. Sed qvia Abrahamum anno imperii ejus XLIII. dicit esfe natum, vel hinc calculi error cognofcitur, cum conftet ex Mofe, Abrahamum anno diluvii CCXCII. genitum esfe. Qvæ autem de eo memoriæ produnt, imprimis, qvæ dicunt de ftupendo ejus & Zoroaftri regis Bactrianorum exercitu, propemodum fabulofa videri posfunt. Faciunt illo antiqviores Vexorem regem Ægypti & Tanaum regem Scythiæ: qvorum illum memorant in Pontum; hunc usq; in Ægyptum copias duxisfe, Scythasq; jam tertia expeditione fufcepta, Afiam fibi vectigalem fecisfe, donec Nini imperio iis tributum negaretur. Has vero vel Scytharum, vel Ægyptiorum expeditiones, tumultuofas potius peregrinationes ducimus, qvæ celerrimè, inanis fulgetri inftar, perierint penitus & in auras evanuerint, qvam de juftis imperiis & monarchiis decertationes. Ideoq; recte qvoq; ipfe Juftinus cenfet, eos non fibi imperium, fed populis fuis gloriam qvæfiisfe, contentos victoria imperio abftinuisfe; Ninum vero magnitudinem qvæfitæ dominationis continua posfesfione firmasfe, domitisq; proximis, qvum accesfione virium fortior ad alios tranfiret, & proxima qvæq; victoria inftrumentum feqventis esfet, totius Orientis populos fubegisfe. Diodorus libro II. refert, eum fubfidio Ariæi regis Arabum inftructum, Babylonios primum invafisfe, (ecce Lutheri opinionem ftabilitam) fibiq; tributum pendere coegisfe, rege eorum interemto: inde Armeniam ingresfum, regem Barzanem (filium Sabatii Sagæ fecundum Berofum) coercuisfe, & fupplici regnum reftituisfe; Medorum vero regem Pharnum cum VII. liberis in crucem egisfe, & fatrapiā Mediæ uni ex amicis concesfisfe: deinde reliqvas Afiæ gentes XVII. annorum intervallo præter Indos & Bactrianos fubegisfe: reverfum inde, Ninum cōdidisfe, & ultima expeditione adverfus Bactrianos fufcepta, primo qvidē prælio cladem accepisfe, fed poftea victorem, Bactris confilio Semiramidis ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

expugnatis, extitisse. Nec tamen, qvanqvam Diodorus decies septies centena millia peditum, eqvitum ducenta millia Nino adscribit, tam armis, qvam magicis incantationibus certatum esse in hac expeditione, autor est Arnobius libro v. Bactrianorum enim rex est ille Zoroaster, Oxyartes secundum Ctesiam dictus, qvi primus magicas artes invenit, ridens, cum nasceretur, manifesto impietatis præsagio.

X. *Qvia igitur Nino tam feliciter omnia cessere, non sine causa primus Assyriorum monarcha historicis censetur.*

Audi vero facta ejus extrema. Erat ex Ascalone oppido Syriæ, secundum Diodorum Siculum libro II, infantula exposita, & à columbis, qvas semiramides Syri dicunt, coagulato primum lacte, deinde caseis raptis educata. Hanc per annum ita nutritam pastores invenerant, & regio stabuli magistro Simmæ dederant, qvi eam adoptavit, & Menoni Syriæ præfecto tandem elocavit. Cum vero Ninus Bactrianos oppugnaret, & Menon regem comitatus, uxoris, ex qva jam duos susceperat filios, Hypaten & Hydaspen, desiderio tangeretur, illa in castra venit, & qvod præcipuam hostium arcem Bactrianam, insuperabili loco, selectos milites noctu conscendere jusserat, & miro stratagemate ipsam Bactrorum urbem cum arce oppugnaverat, à rege ob admirabiles ingenii & corporis dotes adamata, &, qvod collo Menonis, cui tamen rex filiam despondere voluit, præ nimio uxoris à se rapiendæ amore furentis, laqveum peperit, in torum assumta est. Tulit igitur ex hac Semiramide (id enim nomen ab avibus nutricibus erat sortita) Ninus filium Ninyam seu Zamein, & secundum Diodorum naturæ debitum reddidit, secundum Orosium in obsidione urbis cujusdam sagitta trajectus periit. Semiramis, uti Justinus refert, posthac regnum administravit, personam mentita immaturi filii, qvi, veluti sexum cum matre mutasset, raro à viris visus in feminarum turba consenuit. Alii ex Athenæo, teste Diodoro, referunt, Ninum, postqvam regina qvinqȝ diebus Asiæ regnum petiisset, ex insidiis vel perpetuo carceri inclusum, vel occisum esse. Semiramis, qvæ militia, triumphis, divitiis & imperio omnes mortales antecessit, regnavit annos XLII. Babylonem mirandis operibus, ducentorum amplius millium hominum opera usa, instauravit, & per trecenta & sexaginta stadia ejus ambitum extendit, ut magis dici possit eam condidisse, qvam ampliasse. Mœnia, secundum Herodotum, ducentorum pedum altitudine, & qvinqvaginta pedum latitudine constituit, ut mediam urbem amnis interflueret: alia opera perfecit pontem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

duas ad pontem regias, cuniculum sub ipso Euphrate, Beli templum, obeliscum. Multa interim, qvæ autores de Semiramide tradunt, ab Herodoto alteri Babyloniorum reginæ Nitocri vendicantur, ut qvod sepulcro sibi facto pecuniam inesse per scripturam aliqvam simulaverit, Dariiq; Histaspis, qvi post multa secula illud reclusit, avaritiam sarcasmo castigaverit. Diodorus qvoq; testatur, hortum pensilem non à Semiramide, sed à Syro qvodam rege in gratiam pellicis constructum. Ipsa vero Semiramis, operibus Babylonicis perfectis, provincias omnes sibi subjectas obiit & lustravit, splendidos & sumtuosos hortos in Media construxit, ingentemq; montem Zarzeum (stultitiam enim patiuntur opes) perfodit. Aqvæductus etiam Ecbatanis sumtuosissimi debentur Semiramidi. Tandem Æthiopes adiit & Arabes, & se professa, qvæ esset, eductis qvadragies centenis millibus militum Indos petiit. Abstinerem tam audaci relatu, nisi Diodorus ex Ctesia Cnifio tantarum copiarum tam stupendum numerum ei adscripsisset. Erat Semiramis in hoc apparatu elephantorum indiga, qvo affatim præsidio Indi utuntur. Ne igitur hac virium parte inferior esset, elephantinas effigies bubulis coriis magno numero adornavit, iis camelos inclusit, & eqvitibus horribili specie opposuit. Adduxerat etiam per camelos bis mille naves solutiles, qvibus cum Indum fluvium transire conaretur, vincit qvidem Indorum regem Staurobatem prælio navali, sed ab eodem pugna terrestri vincitur, vulneratur, fugatur, & vix tertia copiarum parte salva redit: femina libidinosissima, qvæ etiam eqvum ad coitum amavit, & viros qvosq; lectissimos in amplexus vocatos occidit: tandem à filio, qvem de concubitu sollicitarat, interfecta. Valerius Maximus dicit, eam capillos non prius in ordinem voluisse redigere, qvam Babylonem, qvæ defecerat, in suam potestatem redegisset. Diodorus leonem ejus manu esse peremtum ait. Abbas Urspergensis, Marianus & alii dicunt, eam privignum Trebetum expulisse, à qvo in Germania Treveris condita sit, annis ante Romam conditam CIↃCCL. Sed qvi emunctiorum sunt narium, & Germaniæ antiqvum, non emendicatum decus eruunt, ad fabulas id redigunt.

XI. Satis luculenter primos imperii Assyriaci conditores descripsisti. Sed qvid de successoribus eorum memorant historici?

Tam profundo silentio illorum res gestas involvunt, qvanta sermonis copia Nini & Semiramidis acta fere prodigiosa memorant. Intercesserunt, ut vulgo creditur, à Nimrodi imperio ad necem Sardanapalli octuaginta tres

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tres supra mille & ducentos annos, & tamen incredibili cum damno rei literariæ paucissima de tanto temporis intervallo annotata legimus. Justinus omnes imperatores à Ninya Semiramidis filia ad Sardanapallum usqve omisit. Herodotus unius Nitocris facit mentionem, & eam dicit Semiramide solertiorem: qvam tamen in catalogo regum Assyriacorum, qvem ex Beroso, Metasthene & Diodoro colligunt, nuspiam invenies. Dicit Herodotus, eam post Semiramidem qvinqve ætatibus regnasse: qva qvidem ratione vel Belochi II. vel Amyntæ uxor fuit, & procul dubio aliqvandiu filii impuberis loco rerum summæ præfuit. Diduxit enim Euphratem in multos anfractus, & navigationem in eo fecit tortuosam, ut, qvi navigant Babylonem, ter prius applicent ad Ardericam oppidum. Extruxit sibi qvoqve sepulcrum illud in excelso urbis loco, de qvo antea diximus, & illi inscripsit, ut, si qvis regum egeret pecuniis, aperto monumento, qvantum libuisset, sumeret. Qvod postqvam Darius legisset, & monumentum aperuisset, vidit hunc sarcasmum adscriptum: Nisi esses homo improbus, haut aperuisses urnas defunctorum. Qvod tamen ipsum tribuit Plutarchus Semiramidi.

XII. Illum qvæso regum Assyriacorum catalogum, cujus injecisti mentionem, huc transscribe.

Faciam, qvod cupis, Monendus tamen es, si apud alios aliam temporum, qvæ singulis regibus adscribuntur, rationem invenias, ne tam nobis, qvam dissentientibus autoribus id imputes. Julius Africanus enim, qvem Calvisius seqvitur, à Beroso vel Methastene in annis cuiqve regum assignandis maxime dissentit. Dissentit etiam ab Eusebii Chronico. Sic Berosus Nimrodum anno post diluvium CXXXI. regnum suscepisse, & LVI. annos regnasse scribit, ut ita initium Beli constituendum sit in anno post diluvium CLXXXVII. Sed secundum Africanum Belus anno post diluvium CXCIV. regnare cœpit. Sed capesis

REGES ASSYRIACI REGNI, cujus æra seu initium alioqvin anno mundi ꟾↃꟾↃCCXVII. & anno post diluvium LXII. alligatur.

Anni Mundi.		*Anni Regni.*
	I. NIMROD seu Saturnus Babylonius regnavit ad an. M. 1850.	
1850.	II. JUPITER BELUS.	55.
1905.	III. NINUS.	52.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Anni Mundi *Anni Regni*

1957. IV. SEMIRAMIS Aſcalonita. 42.
1959. V. NINYAS ZAMES ſeu ZAMEIS, qvaſi turpis & fœdus dictus, qvi raro à viris viſus, in feminarum turba conſenuit, cujusq; copias, cum Lothum captivum abduxisſent, fudit Abraham Gen. XIV. 1. Ornavit templa Deorum, &, ut certius firmiusq; regnaret, & majori ſubditis terrori esſet, qvotannis certum cuilibet genti militis numerum & ducem imperavit, manumq; inde coactam in urbe per annum continuit, & eo exacto, totidem aliis è provinciis accerſivit, ut Diodorus teſtatur. Qvi ipſe ab eo usq; ad Sardanapallum XXX. hominum ætates numerat. Beroſus dicit Chameſenum, id eſt, Chamum ſeu Saturnum, humani generis infamem ſeductorem, ab eo devictum & tandem peremtum esſe. 38.
2037. VI. ARIUS Bactrianos & omnes Caſpios ſibi ſubjecit. 30.
2067. VII. ARALIUS, ingenio & ſtudio militari clarus, pompas adauxit primus, & muliebribus delitiis gemmas addidit. 40.
2107. IIX. BALEUS, cognomine XERXES, ſeu victor & triumphator, militia ferox & fortunatus, regnum propagavit usque ad Indos. 30.
2137. IX. ARMATRITIS, ſeu ARMAMITHES, voluptuarius. 28.
2165. X. BELOCHUS priſcus, divinator. 38.
2203. XI. BALEUS II. doctrinæ amans, poſt Semiramidē ſupra cæteros enituit fama, & ſplendido uſus eſt imperio. 42.
2245. XII. SETHUS, Euſebio ALTADAS, gloria & divitiis aliena ſtultitia partis, inqvit Beroſus, in vitæ deliciis fruebatur: cujus tempore floruit Prometheus vir ſapiens. 32.
2277. XIII. MAMYTHUS milites rurſus exercuit, & asſvefecit laboribus adverſus Syros & Ægyptos. 30.
2307. XIV. ASCHALIUS, Euſebio MANCALEUS, ignobilis. 28.
2335. XV. SPHÆRUS, alias STERUS, à rebus geſtis & prudentia commendatus. 22.
2357. XVI. MAMELUS, cujus tempore Moſes natus eſt. 30.
2387. XVII. SPARETUS, alias SPARTHEUS, ſub qvo Cecrops Athenarum regnum condidit, Phœnices & Syros ſubegit. 42.

Anni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Anni Mundi *Anni Regni*

2429. XVIII. ASCADATES omnem Syriam suæ ditionis fecit : sub qvo Israelitarum ex Ægypto exodus, & cum qvo Berosi libri finiuntur. 38.

2467. XIX. AMYNTHAS, qvem tempore Ægypti & Danai, fratrum regnasse refert Menetho in supplementis Berosi. 35.

2503. XX. BOLOCHUS junior, tempore Josuæ defuncti. Hujus filiam Eusebius facit Semiramidem, qvæ in Syria specie columbæ colebatur. 25.

2528. XXI BALATORES seu BELOPARES, tempore Pandionis Atheniensis. 30.

2558. XXII. LAMPRIDES, tempore Trois, qui Trojam condidit, & regis Tantali. 32.

2590. XXIII. SOSARES, tempore Eumolphi Thracis & Acrisii Argivi. 20.

2610. XXIV. LAMPARES, tempore Jani, Pelopis, & Persei. 30.

2640. XXV. PANYAS, tempore Midæ & Laomedontis. 35.

2675. XXVI. SOSARMUS, tempore Gedeonis & Evandri. 38.

2707. XXVII. MITHREUS, tempore Thesei, Herculis, & Argonautarum. 35.

2734. XXVIII. TEUTAMUS, alias TEUTANES, qvem Diodorus facit vigesimum â Ninya Semiramidis filio, qviq; tempore Trojani belli Memnonem, ducem Persiæ, Tythoni & Auroræ filium, cum xxcIɔ auxilio submisit Trojanis, per insidias, cum fortiter pugnaret, â Thessalis oppressum. Æthiopes, Ægypti accolæ, tradente hoc ipsum Diodoro, negant Memnonem Persam fuisse, & eum sibi vendicant. 35.

2769. XXIX. TEUTÆUS, tempore Jephtæ & Orestis. 24.

2793. XXX. ARABELUS, tempore Albæ conditæ. 34.

2827. XXXI. CHALACS, tempore Simsonis. 24.

2851. XXXII. ANABOS, tempore Samuelis & Codri. 21.

2872. XXXIII. BABIUS, tempore Saulis. 27.

2899. XXXIV. THINÆUS, tempore Davidis & Sesostris. 24.

2923. XXXV. DERCYLUS, tempore Salomonis. 22.

2945. XXXVI. EUPACINES, tempore Jeroboami. 30.

2975. XXXVII. LAOSTHENES, tempore Asfæ. 18.

2993. XXXVIII. PORITIADES, tempore Benhadadi. 14.

Anni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Anni Mundi | Anni Regni

3007. XXXIX. OPHRATEUS, tempore Lycurgi. 21.
3028. XL. EPACHERES, tempore Josaphati. 22.
3050. XLI. ACRACARNES, tempore Elisæi. 7.
3057. XLII. TONOS CONCOLEROS, aliàs SARDANAPALLUS. 20.

Hunc Diodorus à Nino dicit distare per xxx. hominum ætates, & Asſyriaco regno ex Ctesia dat cIↃcccLx annos donec,ad Medos devolutum est. Justinus dat ei cIↃccc annos rotundos; Vellejus Paterculus cIↃLxx; Eusebius cIↃccxL. Sardanapallus autem est ille nomine & vitiis deformis, uti Cicero loqvitur, qvi omnis humanæ vicissitudinis oblitus, omnibus libidinibus se immersit, pudore usqve adeo profligato, ut ipse suo sepulcro inscribi jusserit:

Hæc habui, qvæ edi, qvæq; exsaturata libido
Hausit: at illa jacent; multa ac præclara relicta.

Supra monumentum,in qvo vocatur filius Cyndaraxis,& uno die Anchialen & Tarsum dicitur condidisse,ut est apud Strabonem & Arrianum, locari jusserat effigiem hominis,digitos ad ἀποκρότημα edendum componentis, ut significaret, res humanas tantilli non esse. Hunc virum muliere corruptiorem, qvem nulli hactenus, nisi eunuchis & puellis visum, cum Arbactus seu Arbaces, Medorum præfectus, ægre admissus, inter scorta oculis depictis, facie fucata, rasa barba & muliebri habitu pensa trahentem invenisset, conspiravit cum Beleso seu Belocho Chaldæo, Babyloniorum sacerdote, à qvo tanqvam divinatore auspicia eventus felicis ceperat, & regi effœminatissimo bellum intulit. Sardanapallus igitur, magno præmio ei constituto, qvi præfectos conjuratos occideret, exercitum eduxit, & feliciter tertia vice pugnavit, ipseq; Arbaces in tertia pugna non leve vulnus accepit. Sed cum tandem auxiliares etiam copiæ,ex Bactris evocatæ, in partem defectionis ab Arbace traherentur, & Sardanapallus jam securus in castris degeret, ex insidiis victus, in urbem Ninum compulsus fugit. Reliqverat in castris copias: sed illis bis fusis & fugatis, urbs tandem cincta,& obsidione triennali fatigata est. Oraculum autem Sardanapallum docuerat, capi urbem haud posse, nisi Tigrim fluvium experiretur hostem. Cum igitur ille assiduis imbribus auctus, non parvam urbis inundasset partem, eamq; ad viginti stadia perpetua murorum ruina enudasset, ratus Sardanapallus, fatale tempus adesse, pyram exstruxit in aula ingentem, & se divitiasq; suas, & scorta & eunuchos in incendium misit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

misit anno mundi MMCIↃ LXXVII. Morte regis nunciata, Medus urbem, qva muri prociderant, invasit, & Assyriorum atq; Medorum rex salutatus, Belocho Babyloniorum præfecturam, qvam ei ab initio promiserat, concessit, illiq; postea in judicio condemnato, qvod aurum Sardanapalli dolose, votum mentitus, conqvisierat, clementissime ignovit, Ninumq; urbem solo æqvavit.

XIII. *Siccine mutatio tanta in imperio Assyriaco contigit, ut per Arbacem ad Medos sit translatum?*

Etsi sunt, qvi putant, finem Assyriaci imperii in Sardanapallo factum esse, nos tamen, sicuti Romana monarchia nomen non amisit, licet ad Græcos & Germanos sit translata, ita etiam, licet regnum Assyriacum ab Arbace ad Medos sit devolutum, nomen tamen pristinum recte obtinere arbitramur. Qvi tamen velit, poterit illud Assyriaco-Medicum non inepte appellare, qvanqvam brevi post novum Assyriorum regnum, tanqvam prioris appendix, enatum est. Qvod anteqvam considerandum sumimus, Arbacis in imperio successores enarrare non pigebit, prout Ctesias illos ex membranis regiis, teste Diodoro libro secundo, collegit.

REGES MEDORUM POST SARDANAPALLUM.

Anni Mundi — *Anni Regni*

3077. I. ARBACES, qvi evertit Sardanapallum. 28.
3105. II. MANDAUCES F. 50.
3155. III. SOSARMUS F. cujus tempore Assyriorum rex PHUL II. Reg. XV. memoratur, qvi Israelitas infestavit. 30.
3185. IV ARTIAS, cujus anno XIX. NABONASSAR Babyloniæ regnum Chaldaicum fundavit. 50.
3235. V. ARBIANES. 22.
3257. VI. ARSÆUS, à qvo Parsodas Persa, clarus hactenus in aula, defecit, & à Cadusiis receptus, atq; ab illis dux belli creatus, ducenta millia exercitui regis, DCCC. hominũ millibus constanti, opposuit, illoq; victo rex Cadusiorum declaratus, sic res stabilivit, ut nunqvam sub Medorum imperium redirent, donec Cyrus Persa sub obseqvium eos revocaret. 40.
3297 VII. ARTYNES. 22.
3319 VIII. ARTIBARNAS, cujus tempore Parthi, Medis rebelles, Sacas in auxilium vocavere: qvarum regina Zarina, femina bellicosissi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

fiffima, omnibus vicinis terrorem incuffit, & gentem fuam eorum jugo fubtraxit, divinosq; honores meruit. 40.

3359. IX. APANDAS, qvi ASTYAGES à Græcis vocatur, à Cyro victus & everfus.

Cæterum Aftyagis majores Herodotus non vocat Artibarnam, Artynem & Arfæum, fed Cyaxarem, Phraortem & Dejocem. Et Dejocem qvidem dicit primum effe, qvi apud Medos in VII. populos diftinctos ad honores regios pervenerit. Nihil enim apud Herodotum de Affyriorum & Medorum regno aliud refertur, qvam qvod Affyrii annis IↃXX. imperium fuperioris Afiæ habuerint, qvodq; primi Medi ab illis defecerint, proq; libertate ftrenue depugnantes, alias etiam nationes fuo exemplo invitaverint ad excutiendum fervitutis jugum. Medos ab illo tempore dicit fine regibus in libera republica vixiffe, donec DEJOCEM elegere judicem, virum prudentem, qvi rex tandem conftitutus, Ecbatana amplitudine Athenarum condidit & fepté continuis muris muniit, primusq; cavit, ne qvis ad regem ingredi permitteretur, fed per internuncios cuncta tranfigerentur, adeo ut nec confpici à qvoqvam regem fas effet. Huic poft annum imperii LIII. defuncto ait fucceffiffe filium PHRAORTEM, eumq; folo Medorum imperio non contentum, Perfis bellum intuliffe, & jugum illis omnium primum impofuiffe: mox Afiam fubegiffe, & cum Affyrios, qvi Ninum incoleban , qvondam omnium principes, fed tunc à fociis defertos, bello peteret, ab illis XXII. regni anno victum & peremtum effe. Poft Phraortem recenfet Herodotus CYAXAREM ejus filium, patrem Aftyagis. Series igitur regum Medorum fecundum Herodotum hæc eft.

REGES MEDORUM SECUNDUM HERODOTUM.

Anni Mundi		*Anni Regni*
3240.	I. DEJOCES ex judice rex.	53.
3293.	II. PHAORTES F. ab Affyriis poft varias ab aliis gentibus reportatas victorias cæfus. Vocatur in initio hiftoriæ Judithæ Arphaxad.	22.
3315.	III. CYAXARES F.	40.
3355.	IV. ASTYAGES F.	35.

Imperium igitur Medorum, donec à Cyro eft everfum, fecundum Herodotum oportet ftetiffe CL. annis. Cæterum Cyaxares primus Afiaticos populos in provincias diftinxit, primusq; in fuum qvosq; ordinem, haftatos, eqvites, fagittarios diftribuit, Lydorumq; regi HALYATTI hac de caufa bel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

bellum intulit, qvod nonnullos Scythas, qvi unum ex pueris regiis sibi commissis, ut arcum illos tendere & sermone Scythico uti docerent, cum nihil ferarum ex venatione afferrent, in feræ dissectæ speciem apposuerant, transfugas ad se tradere nollet. Qvinqvennium duravit hoc bellum vario eventu, & tandem, cum acies Medorum & Lydorum utrinq; instructa consisteret, repentinoq; solis deliqvio nox ex die facta ingrueret, pace facta duo reges fœdus, firmamq; amicitiam affinitate sanxerunt, & Arienne, Halyattis filia, Astyagi filio Cyaxaris in matrimonium tradita est. Hinc Cyaxares, Assyriis prælio superatis, cum Ninum obsideret, patrem ulturus, à Scythis, duce Madye filio Protothyæ in Asiam & Mediam validis copiis irrumpentibus, impeditus conatu destitit. Illi enim cum Medis congressi, una cum victoria imperium Asiæ per XXVIII. annos obtinuere, inq; ipsam Ægyptum adversus Psammetychum recta contendere. Tandem tamen Cyaxares, viribus reparatis, eos inebriatos adortus, imperium recuperavit, ipsamq; Ninum expugnavit. Utriusq; hujus victoriæ, à Scythis & à Nino reportatæ, vestigia in ipsa sacra Scriptura deprehenduntur Jerem. L. Ezech. XXXI. & XXXII. Qva porro ratione ASTYAGES, Cyaxaris filius, Medico regno, postqvam CCCXIII. annos floruit, dejectus sit, tunc enarrabimus, cum Monarchiæ Persicæ initia & res gestas Cyri explicandas aggrediemur.

XIV. Qvid autem notandum de novo Assyriaco regno, cujus primum regem Phul nominasti?

Sleidanus putat, ipsum Belochum dici PHUL regem Assyriorum. Sed à Belochi temporibus, qvibus ad imperium ascendit, solidi centum & tres anni intercedunt usq; ad illa tempora, qvibus Phul accepit à rege Israelis tributum. Scaliger dynastian hanc Assyriorum vocat appendicem primæ monarchiæ, qvæ hac serie deduci potest.

REGES ASSYRIORUM POST SARDANAPALLUM.

I. PHUL, tempore Sosarmi regis Medorum, A. M. III CIↃCLXXX. regnum Israelis infestat, & mille argenti talenta regi Manahemo extorqvet II. Reg. XV. 19.

II. TIGLATH PILLASSAR seu PHULASSUR, tempore Atticæ nonnullas tribus Israelis in Assyriam abduxit II. Reg. XV. & cum Achaso, impio Judææ rege, confœderatus evertit Rezin, regem Syrorum, qvi & ipsi in his tumultibus reges peculiares sortiti erant, BENHADADUM

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

II Reg. VI. HASAELEM, II Reg. VIII. & hunc, de qvo diximus, REZIN II. Reg. XV.
III. JAREB. Hof. V, 13. X, 6.
IV. SARGON. Ef. XX, 1.
V. SALMANASSAR, regno Samariæ deleto, relliqvas Iſraelis tribus in exilium abduxit. II. Reg. XVII. In Medos qvoq; regnum uſurpare legitur II. Reg. XVII. & XVIII. Qvid contra Tyrios conatus ſit, ex Menandro Epheſio apud Joſephum l. IX cap. XIV. conſtat.
VI. SENNACHERIB regem Judæ Hiskiam & Ægyptios validisſimis copiis invaſit: cumq; Hieroſolyma obſidione premeret, ex ſuis CLXXXV. millia una nocte amiſit. In qvod miraculum Herodotus libro II. digitum intendens, omnia ejus bellica inſtrumenta ab agreſtibus muribus adeſa & corrupta dicit, & ejusmodi deinde monumento ipſum ait ornatum, qvo ſtatua regis, murem manu tenens, hanc epigraphen legendam exhibuit: ἐς ἐμὲ ὁρέων εὐσεβὴς ἔστω. *In me qvis intuens, pius eſto.* Peremtus eſt tandem in delubro Deorum ab ipſis ſuis filiis.
VII. ASSARHADDON adverſus fratres patricidas, Adramelechum & Saraſarum, regnum occupavit Eſa. XXXVII. Poſt qvem fuiſſe adhuc alios, qvi Aſſyriis præfuerunt, vel ex II. Par. XXXIII, 11. intelligitur, ubi rex aliqvis Aſſyrius fertur Manaſſen regem Judæ bello victum & captum abduxisſe Babylonem. Sed & in initio libri Judithæ, Niniveæ rex vocatur NABUCHODONOSOR, qvi Arphachſadum, id eſt, Phraortem Medorum regem cum magna exercitus parte occidit, cujusq; dux Holofernes Syriæ & Ciliciæ jugum impoſuit. Subſeqventibus annis, victis Aſſyriis, Pharao Necho, rex Ægypti omnia ad Euphratem usq; occupaſſe dicitur II. Reg. XXIII, 29. Et cum viciſſim Babylonius Nebucadnezar feliciter reprimeret Ægyptios, inter has turbas Ninive, ut Sophon. II. 13. Ezech. XXXII. 22. prædictum erat, everſa eſt.

XV. Qvodnam porro eſt illud alterum novum regnum Chaldaicum, qvod dixiſti à Nabonaſſare conſtitutum?

Tenuerunt qvidem initio reges Aſſyriorum ipſam etiam Babylonem: ſed anno CXXVI. poſt primam regni Medorum per Arbacen fundationem, circa Phuli & Tiglathpillaſſari tempora, Nabonaſſar anno mundi MMMCCCIII. Babylonem Medis ademit, regnumq; Chaldaicum illa in urbe conſtituit, prout Calviſius ex canone regum Ptolemæi probat, ex qvo colligitur hæc

SERI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SERIES REGUM CHALDAICORUM post Sardanapallum.

Anni Mundi *Anni Regni*

3203. I. NABONASSAR, tempore Romuli, conditor Æræ Nabonassareæ, qvæ duravit CLXXXIIX. annos. 14.
3218. II. NASSIUS. 2.
3220. III. CHINZERUS & PORUS, tandem à subditis pulsi. 5.
3225. IV. DILULÆUS. 4.
3229. V. MARDOCCEMPAD, Esa. XXXIX. & II. Reg. XX. Merodach dictus, Baladanis filius, qvi legatos misit ad Ezechiam, sciscitaturus de miraculo in sole facto. 12.
3241. VI. ARCEANUS. 5.
3246. Interregnum I. 2.
3248. VII. BELIBUS seu BELITHUS. 3.
3251. IIX. APRONADIUS. 6.
3257. IX. RIGEBALUS seu HERIGEBALUS. 1.
3258. X. MESESSIMARDACUS seu NESNEOMONDACUS. 4.
3262. Interregnum II. 8.
3270. XI. ASSARADINUS seu JERAEDINUS. 13.
3283. XII. SEOSDUCHEUS seu SAOSDUCINUS. 20.
3303. XIII. XYNILADANUS seu KINILADACHUS. 22.
3325. XIV. NABOPALLASSAR tempore Cyaxaris & Danielis abducti, regnum, qvod modicum acceperat, late propagavit, & Ægypto, Cælesyriæ & Phœniciæ dominatus est. 21.
3346. XV. NARUCHODONOSOR seu NEBUCADNEZAR F. 43.
3389. XVI. EVILMERODACH seu ILVARODAMUS, F. à Nerigolossooro sororio oppressus. 2.
3391. XVII. BALTHASAR seu NIRICASSOLASSAR, Nebucadnezaris ex filia nepos, primum sub Nerigolossoori soceri tutela; deinde solus præfuit, ob vitia tandem à subditis oppressus in convivio. 4.
3395. XIIX. DARIUS MEDUS seu NABONEDUS MEDUS, filius Assveri, cui Chaldæi communi sententia regnum tradiderunt, tandem à Cyro devictus. 17.

NABOPALLASSAREM, qvem fecimus regem Chaldæorum XIV. alii nominant cum Josepho Nebucadnezarem. Is, teste Scriptura & Beroso à Jo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſepho libro I. contra Appionem, & libro x. cap. XI antiqvitatum allegato, cum ſatrapam Ægypti, & Cœleſyriæ atq; Phœniciæ præfectos rebellionem moliri perſentiſceret, ipſeq; ſenio tardatus, negotio belli par haud eſſet, qvatuor ante obitum annis adverſus illos miſit cum exercitu filium NABUCHODONOSORUM, qvi videtur Herodoto LABYNITUS dici. Hujus armis ſuccubuerunt, ut ex Joſepho & prophetarum monumentis conſtat, Palæſtini, Ammonitæ, Moabitæ, Idumæi, Syri, Aſſyrii, Medi, Perſæ, Ægyptii & Æthiopes. Hinc Megaſthenes, ut eſt apud Joſephum, teſtatus eſt in rebus Indicis, Nabuchodonoſorum, ſubjugata Aſia, Africa & Iberia, Hercule majorem fuiſſe habitum. Ægyptios, eorumq; regem Pharaonem Necho ingenti clade fregit Jer. XLV. 2. Ipſa deinde Hieroſolyma ingreſſus, Danielem inde puerum, & aliis iterum iterumq; iteratis expeditionibus Jojakimum & Zedekiam, utrumq; Judæ regem, Ezechielem prophetam, atq; multa millia Judæorum in colonias Babyloniæ abduxit, Tyrum diuturna obſidione fatigavit, Babylonem nova urbe ad alteram Euphratis partem adjuncta ampliavit, & triplici muro munitiſſimam reddidit, hortisq; penſilibus in uxoris gratiam exornavit. Eſt hic ille, cujus ſtatua, qvatuor monarchiarum typus, per ſomnium viſa, ingens omnibus hiſtoriis lumen conciliat, qviq;, cum fragilitatis ſuæ immemor, ipſi cœli terræq; Monarchæ ſe præferret, mentis impos factus, plures annos cum feris vitā in ſilvis tranſegit, donec reſipiſcens menti & regno reſtitueretur. Filius ejus EVILMERODACH, qvi & patris mente moti vices per ſeptennium geſſit, & deinde per biennium regno præfuit, qvod ſcelerate & laſcive rebus præerat, à NERIGLOSSOORO, qvi Joſepho dicitur Nigliſar, & cui Nebucadnezar filiam elocaverat, ſcelerate obtruncatur. Imperium ad BALTHASAREM, Laboſoroardachum qvoq; &, teſte Joſepho, Noboandel vocatum, devolvitur. Hujus ætas qvum nondum rerum gubernaculo apta eſſet, per qvadriennium ipſe Neriglоſſoorus regno præfuit. Illo elapſo Balthaſar IX. ſaltem menſes imperiū obtinuit. Qvia enim multa pravæ indolis ſpecimina edidiſſet, voluptatibus prorſus immerſus, qvod angelica in pariete ſcriptura fore ſignificarat, ab amicis per inſidias oppreſſus, & ſubito interfectus eſt. Qvo ſublato, qvi eum peremerant, coeuntes, ſuffragiis in unum collectis, regnum tradidere NABONEDO ſeu DARIO MEDO: qvi poſtqvam Babylonem munitionibus firmiorem reddidiſſet, à Cyro rege Perſarum, contra qvem Crœſum ad arma incitaverat, cuiq; in bellum obviam proceſſerat, victus, fugatus, tandemq; captus, regium qvidem no-
men

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

men perdidit, inter amicos tamen regum Perſicorum receptus, Carmaniæq; præfectus eſt.

Ultimos reges Babylonios Conringius correcturus Scaligerianam ſeriem jam poſitam ſic recenſet.

Anni Mundi.		*Anni Regni.*
3346.	XV. NEBUCADNEZAR.	43.
3389.	XVI EVILMERODACH, alias BALTHASAR F. per inſidias oppreſſus.	5.
3394.	XVII. NERIGLOSSOOR, Nebucadnezaris gener, alias DARIUS MEDUS, jam LXII. annos natus, Dan. v, 31. Balthaſare interfecto, regnum ſuſcepit.	4.
3398.	XVIII. LABOSOROARDACH F. puer jugulatus.	1.
3399.	XIX. NABONEDUS Babylonius, victus à Cyro.	17.

XVI. Qvid audio? Cyrum non bellum intuliſſe Balthaſari, ſed Dario Medo, qvem tamen reliqvi hiſtorici cenſent patruum Cyri fuiſſe, & conjunctis cum illo copiis, adverſus Balthaſarem expeditionem ſuſcepiſſe.

Ita qvidem cenſent, ſed qvam malè, vel hic intelligit, qvi præter illa, qvæ ex Beroſo Joſephi adduximus, paulo accuratius expenderit, Danielem cap. v. 31. ita loqvi, ut non dicat, Darium vi & armis imperium occupaſſe, ſed accepiſſe, & qvidem in regno Babyloniæ creatum Dan. IX. 1. Verum qvum hic ipſe Darius Medis & Perſis imperaſſe dicatur Dan. VI. 8. aliam & prorſus novam opinionem fovet Johannes Fridericus Hervart, qvi in Chronologia ſua, qvam admirandis ethnicæ theologiæ adjunxit myſteriis, ſtatuit, Darium Medum eſſe ipſum Darium Nothum, nonum Perſarum regem: qviq; Judæos ex captivitate Babylonica dimiſerit, non majorem, ſed juniorem Cyrum eſſe, Darii Nothi filium. Idem omnia, qvæ hactenus de diverſis Medorum, Aſſyriorum & Chaldæorum poſt Sardanapalli tempora regibus ediſſeruimus, una opera convellere, & plurimis argumentis cap. CCLXXII. & CCLXXXIII. probare conatur, Phul-Aſſarem, cui Manahem rex Iſraelis clɔ. talenta erogavit, eſſe Belum Herodoti, primum Aſſyriorum regem, Phul-Bel-Ochum Metaſtheni dictum: & Theglat Phul-Aſſar eſſe Beli filium, Ninum ab urbe; à fluvio Tiglath dictum, Belum ſecundum, Semiramidis maritum, ante qvem Seſacus, Hebræis Schiſchak, Diodoro Seſooſis, Jornandi Veſoſis, Juſtino Veſoris ſeu Vexoris, communiter Seſoſtris, varia μεταπτώσει dictus, rex Ægyptiorum, poſt Libyam, Arabiam & Æthiopiam devictam, in Palæſtina regios & ſacros theſauros Hieroſolymis tem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tempore Rehabeami diripuerit, & ingenti exercitu universam Asiam subjugaverit, inque ipsam Colchidem ante Nini & Semiramidis expeditiones penetrarit: Ninyam præterea Herodoti ipsum esse Sardanapallum, ab Esdra Assenaparum dictum: ejusque ducem, regem & satrapam Nini civitatis, ipsorum etiam Medorum II. Reg. VII. & XVIII. imperatorem esse Salmanassarum, aliis dictum jam Salamenum Assyrium, jam Nabonassarum: à qvo, qvia novas terras imperio acqvisiverit, novam epocham Chaldæi exorsi sint. Summa. Assyriacum imperium dicit XXXVI demum annis post Trojam eversam cœpisse: reges illos, qvorum longam seriem nectit Berosus, fictos esse: nec Ninum & Semiramidem, si brevi post diluvium tempore vixissent, tam stupendos exercitus ducere, nec omnia eorum facta tam accurate describi potuisse: Homerum ignorare Assyriorum & Medorum regnum: Semiramidis patriam à Ctesia nominari Ascalonem, qvæ à Tantali demum fratre, duabus vel tribus ante Troica generationibus condita sit: captivitatem denique Babylonicam sub regno Persarum contigisse. Nam Dejocem facit primum Medorum regem, alioqvin Merodac dictum, cujus dux fuerit Phraortes: Cyaxarem, alterum regem Medorum, BenMerodac esse censet: Astyagem autem à Cyro victum vocat Nabuchodonosorum seu Nebucadnezarem primum: Illum autem Nebucadnezarem, qvi Hierosolyma destruxit, & in captivitatem Babylonicam Judæos abduxit, vocari apud profanos probat Megabaten seu Megabyzum & Zopyrum: qvem qvidem Judæi magnum vocaverint regem, sed qvi revera præfectus magnus fuerit, primo Cyri, qvi eum Arabiæ imposuit, deinde Darii Hystaspis, cujus nomine ex Iberia in Pontum usque & Thraciam Europæ exercitum duxerit: Regem igitur magnum vocari & fuisse, ut cui alii reges fuerint subjecti, sed tamen magno regi subditum. Sic & Belthasarum Danielis dicit esse Belesum, Syriæ & Assyriæ cis Euphratem regem seu præfectum, cujus Xenophon libro v. de expeditione Cyri mentionem facit: Et Darium Medum, qvi cæso Beleso Assyrio Babylonem occupavit, esse Darium Nothum, ex matre Meda Artaxerxi Longimano seu Assvero natum, qvi in universo regno CXX. satrapas, & super eosdem tres principes constituerit: Cyrum præterea, qvi teste Daniele successit Dario, esse Cyrum juniorem, Darii Nothi & Parysatidis filium, qvi, vivo adhuc patre, se apud Babylonios pro rege gerere solitus fuerat, & duos sororis suæ filios, qvi, cum occurrissent sibi, manus intra amiculum (qvod soli regi Persiæ deferri solebat) non continuissent, teste Xenophonte histor. Græc. libro II. interfecerat. Hinc con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

concludit, Danielem plane puerum à Nebucadnezare Babylonem translatum circa principium Darii Hiſtaſpis, cujus pater Hyſtaſpes, tanqvam rex Medorum tunc temporis maximè floruerit, ex ſomnio Nebucadnezaris de monarchiis qvatuor vaticinatum, ipſa Cyri junioris tempora paulo ſeniorem attigiſſe. Sed hanc Hervarti ſententiam recenſuiſſe ſufficit, qvam Chronologi accuratius conſiderandam ſument. Qvæ imprimis de Nino & Semiramide, qvi apud hiſtoricos poſt Seſoſtrin Ægyptium floruerunt, dicit, non omnino contemnenda judico. Sed cauſam illam, qvod dixi, Chronologi dijudicent. Hermannus Conringius in intricata horum temporum hiſtoria aliam adhibuit nuper cenſuram, & nonnullis conjecturis conatus eſt evincere, Aſſarhaddonem, qvem ſupra fecimus ſeptimum Aſſyriorum regem poſt Sardanapallum, qvemq; LXX. interpretes Ασορδὰν vocant, eſſe ipſum Sardanapallum: & Belochum, qvi cum Arbace dicitur à Sardanapallo defeciſſe, illum eſſe Merodachum Babyloniorum regem, qvi ad Ezechiam legatos miſit Eſ. XXXIX. 1. Et ne qvid diſſimulem, Caſtor Rhodius, citante Scaligero in Euſebianis, Ninum regem demum poſt Sardanapallum apud Aſſyrios imperaſſe ſcripſit. Unde longe proximiorem noſtris ſeculis eum fuiſſe concluderetur, qvam fit vulgo, ſi relatio Caſtoris ſibi conſtaret. Id tandem addo: Perſarum hiſtoricos in eo à Græcis diſſentire, qvod omnes Aſſyriorum, Medorum, Perſarum & Parthorum reges dicunt aliis temporibus imperium diverſis locis corripuiſſe; ipſum interim regnum, ſive vocetur Aſſyriacum, ſive Perſicum, ſive Medicum (ipſi vocant *magnum imperium Aimn*) à mari Caſpio usq; ad Perſicum fuiſſe extenſum, & innumeras gentes comprehendiſſe.

LIBRI PRIMI
SECTIO III.
de regnis cum monarchia Aſſyriaca parallelis.

QVæſtio I. *Num, qvæ in reliqvis mundi partibus tempore primæ monarchiæ contigere, certis monumentis conſignata inveniuntur?*

Græci, & imprimis poëtæ, adeo mendaces & vani ſunt in illis rebus proferendis, qvæ temporibus remotioribus geſta ſunt, ut hiſtoricum penè pudeat ea adduxiſſe. Involucris tamen figmentorum nonnunqvam vera tegunt. Sic Dii, qvos fingunt, fuere homines optimi, peſſimi. Serpens, qvo vectus dicitur Triptolemus agricola; dracones Medeæ; aqvila, qva

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Jupiter, vel potius Tantalus rapuit Ganymedem; aries Phryxi; Pegasus Bellerophontis & Persei; taurus, qvo rapta est virgo Europa; Junonis pavones; Cybeles leones; pennæ, qvibus aufugit Dædalus, non nisi naves fuere. Argus fuit vir prudentissimus: Adscripserunt ergo ei centum oculos. Proteus jam fera, jam arbor, jam ignis dicitur fuisse, qvia ejusmodi insignia in galea gessit. Musicorum multitudo, qvibus delectatus fuit Osiris, inq; qvibus ix. virgines cum Apolline musico canere erant solitæ, variis sapientiæ Ægyptiacæ artibus imbutæ, figmento de novem Musis dederunt occasionem, in qvo novenario Musarum numero evincendo Augustinus ex Varrone aliam refert historiam, tres fabros terna Musarum simulacra formare fuisse jussos, ut, qvæ maxime placerent, in domo Apollinis dono ponerentur: cumq; omnia probarentur, omnia novem in templo dedicata fuisse, qvibus postea Hesiodus vocabula imposuerit. Deucalion, Thessalia undis & oblivione obruta, mortales in Parnassi jugis servavit, & cum uxore Pyrrha ad humanitatem revocavit: E lapidibus igitur homines finxisse fingitur. Busiris hospites mactavit, qvia peregrini usum mercimoniarum in Ægypto non habuerunt. Charon animas defunctorum in cymba vexit, qvia apud Ægyptios mortui judicibus primum in navigio, cui Charon seu proreta aliqvis præerat, sistebantur, &, an sepultura digni essent, examinabantur. Orcus ad inferos rapuit Proserpinam, qvia eam, classe in Siciliam vectus, secum in Molossorum, qvorum rex erat, terras deduxit. Ejusdem canis immensæ magnitudinis Cerberus Pirithoum discerpsit, qvi cum Theseo venerat ad raptum reginæ. Et ipsum Thesea jam in periculo mortis constitutum Hercules superveniens liberavit: & ob id ex inferis eum reduxisse fertur, ut Eusebius ex Philochoro fabulam interpretatur. Amphion & Orpheus homines agrestes blanda oratione mitigarunt: Arbores igitur & feras post se traxere. Gorgones eximia sua pulcritudine ita spectatores mentis inopes reddebant, ut vertere eos dicerentur in lapides. Tales meretriculæ erant etiam Sirenes. Bacchus fingitur ex femore Jovis natus, qvia Meron, qvod femur significat, locus erat in India, ubi milites peste afflictos præstitit tutos, & qvasi de novo natus est. Scylla fuit triremis Tyrrhenorũ, qvi mare infestabant. Trojanus eqvus, missis fabulis, est aries seu bellica machina, qva muri concussi corruerunt. Dædalus addidit primus statuis oculos, crura & manus, earumq; pedes à se invicem separavit: Loqventes ob id & ambulantes fecisse eas dicitur. Phaethon astronomus, & eam ob causam solis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

solis filius, prædixit incendium in Æthiopia & Italia, qvo multa loca A. M. clɔclɔccccxxix. conflagrarunt: ideoq; cœlum incendiſſe perhibetur. Prometheus fecit homines, qvia erudiit; ignem de cœlo abſtulit, qvia aut igniarium invenit, aut rationis uſum alicubi hominibus monſtravit; Caucaſo affixus fuit, qvia in montibus aſſidue ſiderum curſus obſervavit. Aqvila jecur ejus depaſcebatur, ab Hercule tandem confixa, qvia ſecundum Ægyptiorum traditiones Nilus exundans plurimos homines abſumpſit: qvibus qvum Prometheus cum imperio præeſſet & maximis curis affligeretur, Hercules rupturas voraginis Nili obturavit, & ſic aqvilam confixit. Epimetheus admiſſa Pandora omnis generis mala in mundum introduxit, qvia voluptatem malorum eſcam ſectatus eſt. Atlas portavit cœlum, qvia cœleſtium motuum cognovit rationem. Centauri ex eadem poeſi erant Theſſali ex eqvis pugnantes, χειροδίκαι, ἀθέμιστοι. Paſiphae, uxor Minois, cum milite tauro in domo Dædali concubuit, & vaccæ ligneæ incluſa, congreſſa cum Tauro qvadrupede fingitur. Eadem geminos peperit, unum, ceu putant, conceptum ex Minoe; alterum ex adultero Tauro: & Minotaurum enixa creditur. Sic labyrinthus ille celebratiſſimus carcer erat. Pharmacum, qvod Medea ex cruore Promethei factum draconi propinavit, ſapientia erat & conſilium, qvo exercitus vincebantur. Diomedis ſocii in aves converſi, piratæ facti ſunt. Minos in Creta, Rhadamanthus in Lycia, & Æacus in Ægina reges, ſceleratos pœnis, præmiis probos affecerunt: ideoq; apud inferos finguntur eſſe judices. Sic & Serapidis tridens ſeu litera T. ſerpente involuta, & Æſculapius in forma ſerpentis ligno implicita, ſunt veſtigia ſerpentis ænei à Moſe in deſerto erecti. Midas, qvi in Phrygia tyrannnidem occupavit, civitate in poteſtatem redacta, cum ſpectaculis erat dedita, aures habuit aſininas, qvia ſtudia ſapientiæ aſpernabatur. Aurea Heſperidum mala oves erant pulcerrimæ, qvas labore duodecimo Hercules Euryſtheo offerre jubebatur. Hic Hercules Acheloum amnem in taurum converſum debellaſſe, ejusq; dexterum cornu, qvod Amaltheæ fingunt, amputaſſe, & Ætolis dediſſe fingitur, qvia curſum fluvii alio flexit, & agrum fertiliorem reddidit. Eidem ingens fuit certamen cum Antæo, ſolorum paleſtricæ artis certaminum, qvæ in terra exercentur, perito: & ob id dicitur pugnaſſe cum terræ filio, qvia ille maxime videbatur à terra adjuvari, ut interpretatur Euſebius. Hydra, cui loco unius capitis deſecti nova ſemper enaſcebantur, ſophiſtria erat ſecundum Platonem. Actæon dedicatas Dianæ feras, cum nuptias

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

celebrabat, ex ſacro loco in cibum hoſpitibus apponendas abduxit: & fingitur Dianam nudam vidiſſe. Lamia, teſte Diodoro libro xx. regina fuit, qvæ extinctis omnibus ſuis liberis prolis felicitatem aliis matronis invidens, ex earum ulnis infantes rapi & trucidari curavit: qvam ob cauſam ejus nomen pueris apud priſcos terrori factum eſt. Eadem ebrietati indulgens, nihil eorum animadvertit, qvæ in regno gerebantur: idcoq; oculos in marſupium conjeciſſe dicta eſt. Hæ & plures aliæ fabulæ, non qvidem omni veritate deſtitutæ, ſed ficto loqvendi genere in vulgus ſparſæ, ad inſtitutas usq; viguere Olympiadas: qvarum primam anno mundi MMMCCCLXXIV. in honorem Herculis egit Iphitus, Elidis præſes, qvi genus ad Herculem referebat, conſtitutis Hellanodicis & Agonothetis, qvi ludis & certaminibus, qvæ ſingulis qvadrienniis exactis celebrabantur, præſidentes, in tabulis nomina victorum præſcriberent & alia memorabilia annotarent. Durarunt Olympiades dictæ per CCCLXIX. annos usq; ad Theodoſium imperatorem, poſt qvem, teſte Cedreno, Græci ad eas celebrandas nunqvam convenere.

II. *Fabuloſos poetas omnia tegumentis fictitiis involviſſe ſcio. Sed qvia univerſo hoc primæ monarchiæ tempore multa paſſim vere geſta ſunt, qvæ hiſtorici annotarunt, ea mihi explicari pervelim.*

Qvanqvam intricatiſſima ſunt omnia, qvæ qværis, obſeqventem tamen in iis, qvæ rogas, habebis. Et qvum Ægyptii remotiſſimam ſibi vetuſtatem vendicent, ſuosq; reges ab ipſis ante diluvium temporibus fide minus certa revocare ſatagant, qvid apud illos memoratu digniſſimum contigerit, primo loco afferemus. ÆGYPTUS antea dicta fuit Aeria & Potamia Æthiopia, ab Aetio & Æthiopibus, qvi illuc ex India commigrarant. Dicta etiam eſt Ogygia & Hephæſtia, qvaſi Vulcania. Sunt, qvi vel XXVII. dynaſtias, (ſic familiarum regiarum mutationes vocant) in Ægypto usq; ad Cambyſen numerant, & annos illis VCCCLXIX. adſcribunt. Sed qvia tantus tot annorum numerus, ſi pro ſolaribus annis accipiantur, longe ante tempora conditi mundi excurrit, qvid illis Ægyptiorum traditionibus dandum ſit, jam ſupra dictum eſt. Nec igitur fidem merentur, qvi LXX. ultra IVCIↃ reges ad Amaſin numerant. Aut enim hæc omnino falſa ſunt, aut alii qvam ſolares anni intelligendi, aut, qvum Ægyptus diviſa fuerit in Thebaicam ſeu ſuperiorem, & in inferiorem, & utraq; præterea in partes ſubinde abierit, fieri potuit, ut, qvi diverſis regni partibus ſimul præerant, toti Ægypto dominari viderentur, & hac de cauſa reges in tantum numerum

rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

rum excreverint. Deos primum & Semideos præfuisse Ægypto dicunt. Deindein prima dynastia Menitarum ponunt VIII. reges; in altera Thenitarum X. in tertia Memphitarum, in qva ponitur Asclepius medicus, totidem; in qvarta Memphitarum, ex alia familia, XVII. Sed non opus esse censeo, reliqvas dynastias Memphitarum, Heracleopolitarum, Diospolitarum, Saitarum in numerum referre: qvanqvam Scaliger ex Eusebio & aliis hic multa conatur. Tempore Abrahami dicunt cœpisse XVI. dynastiam Thebæorum, qvæ sub qvinq; regibus duraverit CXC. annos. Subsecutam deinde esse ajunt decimam septimam per CIII. annos, qvæ dicta sit Bucolorum seu Pastorum, qvi à reliqvis Ægyptiis separati, eo potentiæ assurrexerant, ut nonnunqvam reges ex se creaverint. In dynastia XVIII. Diospolitanorum, qvæ eo tempore cœpit, qvo Apim ex regno Argivorum magna manu in Ægyptum navigasse scribunt Græci, & qvo Hercules Libycus floruit, numerant reges qvindecim, eorumq; primum nominant Amosin; ultimum Amenophin. XIX. tempore Cadmi & XX. tempore Trojani belli itidem vocatur Diospolitanorum. In XXI. qvæ est Tanitarum, tempore Codri, recensentur reges VII. eorumq; primus Smendes, & ultimus Susennes. In XXII. primus ponitur Sesacus seu Sesonchis, qvi thesauros templi Hierosolymitani tempore Rehabeami diripuit. Hinc dynastia XXIII. usq; ad finem XXVII. se extendit à tempore Sardanapalli usq; ad Cambysem, qvi evertit ultimum Ægyptiorum regem Psammenitum. Diodorus tanta tempora tot regum etiam insinuat, & ab Oro, ultimo Deorum, ceu ex mysteriis Ægyptiis loqvitur, telam historiæ exorsus, dicit, ejus patrem OSIRIM, cujus etiam & Isidis uxoris epitaphium hieroglyphicis literis columnæ inscriptum suis monumentis inseruit, non illum Argivum, Phoronæi filium, sed regem aliqvem longe antiqviorem, gloriæ studiosissimum, alias Bacchum & Dionysium vocatum, magno cum exercitu in universum orbem ad homines artibus mansvetioribus erudiendos profecturum, Isidi uxori regni administrationē concessisse, Hermete seu Mercurio, ut à consiliis illi esset, relicto, & curatoribus locorum maritimorum Busiri; Æthiopiæ & Libyæ Antæo constitutis: cum Osiride, præter Apollinem fratrem & virgines cantatrices, qvas Musas vocarunt sub Apolline Musagete, profectos esse Anubin atq; Macedonem, præstantes viros, qvi arma sibi à beluis commodarunt, ille ex pelle canina, hic ex lupina: Pana item, Meronem, Triptolemum & alios, serendarum frugum & vitis plantandæ peritos: expeditionem hanc non tam ad acies & discrimina belli subeunda fuisse susceptam, qvam ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

opitulandum & benefaciendum mortalibus, agriq; culturam docendam: veniſſe Oſiriden primum in Æthiopiam; inde adſociatis ſibi Satyris, ad tripudia & luſum aptis, Niloq; aggeribus utrinq;, ne nimium ſtagnaret, vallato, in Arabiam; mox ad Indos, ubi Niſam condiderit: hinc per Helleſpontum in Europam transfretaſſe: in Thracia Lycurgum regem ſibi obſiſtentem peremiſſe: Meronem Thracibus, & Macedonem Macedonibus reges impoſuiſſe: in Attica Triptolemum, qvi incolas agriculturam doceret, reliqviſſe: gentes potum ex hordeo & vini uſum paſſim docuiſſe: trajeciſſe tandem in Hiſpaniam. Illuc vero, inqviunt, antea Geryon (qvod nomen Chaldaica lingva peregrinum ſignificat) aliunde applicuerat, & auri hactenus ab incolis neglecti cumulis congeſtis, Chryſæi apud Græcos nomen meruerat, tyrannidemq; primus occupaverat, arcibus validis ad res ſuas ſtabiliendas paſſim extructis. Oſiris igitur, cum in Hiſpaniam eſſet perlatus, inſtructis copiis Geryonis exercitum fudit, ipſumq; in prælio trucidavit, tresq; ejus filios ad virtutem educari curavit, & paterni regni adminiſtratione illis commiſſa in Ægyptum rediit. Sed Geryones fratres, immemores tanti beneficii, tanqvam paternam cædem ulturi, fratrem Oſiridis Typhonem, legatis cum muneribus miſſis, induxere, ut fratre germano ſublato ipſe regnum Ægypti occuparet. Parricidium illud à Typhone occultisſime eſt perpetratū per XXVI. conjuratos: qvi ſinguli, Oſiride in fruſta conciſo, partem cadaveris ſecum aſportarunt, pudendis abjectis, qvæ nemo accepit. Hos conjuratos Iſis, auxiliis Herculis filii, alias dicti Ori, i. e. ſi vocem Copticam ſeu Ægyptiacam ſpectes, Regis, qvem pater Scythis præfecerat, bello perſecuta interemit, & ſacris Oſiridis inſtitutis, animalia nonnulla ei dicavit: virilia etiam ejus ſacra fecit: tertiam terræ partem ſacerdotibus donavit: ipſeq; Orus, ſuſcepta in Hiſpanias adverſus Geryones fratres expeditione, ut parceretur innoxio multorum ſangvini, eos unus omnes provocatos jugulavit, inq; freti Gaditani faucibus, magnis utrinq; molibus in mare jactis, duo propugnacula, Calpen & Abylam, excitavit, qvæ deinde Herculis columnæ dictæ ſunt. Hiſpalum his terris è ſociorum numero gubernatorem reliqvit, à qvo univerſa deinde Hiſpania nomen accepit. Illo defuncto, Hercules ſeu Orus ex Italia, ubi hactenus commoratus fuerat, præfecto prius rebus Atlante, metu novarum turbarū in Hiſpaniam accurrit, tandemq; regno recte conſtituto, ætate gravis occubuit & pro Deo coli cœpit. Hunc Orum Ægyptii, qvod diximus, ultimum Deorum vocant: poſt qvem Menas, peritus deliciarum & magnificentiæ ſum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

sumtuosæ magister, regnum tenuisse traditur. Hinc plures numerant reges fabulosa & difformi, sibiq; sæpe adversa serie & admodum intricata historia. Diodorus Menæ posteros facit continua serie LII. qvi nomine PHARAONIS, i. e. REGIS, ut Josephus l. VIII. c. II. vocem interpretatur, per clↃcccc. annos regnum usurpaverint. Hinc ponit BUSIRIM. Busiridis posteros recenset VIII. qvorum postremus, Busiris etiam dictus, Thebas Ægyptias, illam solis urbem condidit: qvam, qvia centum portis adibatur, Hecatompylon vocavere. Hinc reges enumerat, qvi monumenta varia erexerunt, ut OSYMANDUAM, qvi regium construxit sepulcrum x. stadiorum: UCHOREUM, ab illo octavum, qvi Memphin condidit, CL. stadiorum ambitu: MYRIN, qvi circa Memphin lacum CCCLX. stadiorum, profunditate CC. cubitorum effodit, qvo impestiva Nili redundatio exciperetur. Septimus ab illo est SESOSTRIS, ejusq; filius PHERON. Inde post multas ætates AMMOSIS tyrannus: qvem evertit Actisanes, rex Æthiopum, regnumq; Ægypti adjecit Æthiopiæ. Post obitum Actisanis illud MENDES seu Marus recuperavit, famigerabilis illius labyrinthi conditor, ad cujus exemplar Dædalus postea Cretensem labyrinthum extruxit. Hinc anarchiam ponit Diodorus per qvinq; ætates: postea dicit PROTEA ex ignobilium numero regem designatum circa belli Trojani tempora: qvi ideo dictus est se in varias transformasse species, qvia varia regiæ potestatis insignia vir prudens usurpavit. Remphis ejus filius, & plures, qvi in regno successere, homines fuere sordi & ignavi, præter Nileum, qvi Nilū de se cognominavit. Octavus ab illo Chemmis tres excitavit pyramydes, in qvarum maxima viginti continui anni consumti sunt, CCCLX. millibus hominum in ea occupatis. Latera ejus singula dicuntur continuisse IↃCCCLXXXIII. cubitos, qvæ pedetentim acuminabantur, ut in vertice saltem essent XXV. cubitorū. Post Chemmin regnavere Cephren, Mycerinus, Bocchoris, Saites. Hinc Sabaco Æthiops, rex pius, qvi propter somnium regno se abdicavit. Post illum dodecatarchia fuit ducum XII. Inter qvos procul dubio est ille Pharao Necho, qvem fudit Nabuchodonosor Jer. XLV. 2. & PSAMMETYCHUS Saites, qvi primus Græcis aditum in regno patefecit, bellis civilibus ad id adactus. Hinc post aliqvot annos regnavit APRYES, qvi Sidonem & Cyprum subjugavit. Illum AMASIS impio conatu evertit: qvi, cum contemni à subditis se intelligeret, qvod, qvi paulo ante servus fuerat, jam rex salutari vellet, pelvim auream, qva consveverat artus mundare, in idolum conflatam, prostituit adorandam, & hoc emblemate sibi regiam stabilivit auto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

autoritatem. PSAMMENITUM, qvi post Amasin Ægyptum rexit, sustulit Cambyses. Cæterum in miraculis Ægyptii pandendis Herodotus & Diodorus egregiã navarunt operã: qvos diligenter volvat & revolvat velim, qvi res regni hujus exactius cupit cognoscere. Ægyptum dicunt omnẽ, præter Thebaicam plagam, palustrem fuisse ab initio, & emersisse tandem dono fluminis terram, qvæ ob figuram Δέλτα nominetur. Mores præterea incolarum, regionis genium, stupendas structuras, pudendam deniq; superstitionem eleganter describunt. Inter omnes reges SESOSTRIN dicunt conspicuum fuisse, alio nomine Sesoosin vel Selonchin: qvi qvo die natus est, pater ejus omnes in universo regno eodem die natos pariter congregavit, & eadem disciplina educari curavit, ut deinde Sesostri fideles socii existerent. Hic armis, vivo adhuc patre, debellavit Æthiopes; deinde Asiam subjugavit: Gangen transiit: Indiam ad Oceanum usq; permeavit: Scythas ad Tanaim usq; subegit: in Thraciam pervenit, & peracta IX. annorum expeditione, multis spoliis onustus, in Ægyptum rediit, ejusq; orientale latus contra Syrorum & Arabum irruptiones per cIɔIɔ stadia vallo firmavit robustissimo. Dicitur in singulis urbibus templum Deo, qvem maxime colerent, non indigenarum, sed captivorum opera extruxisse. Et qva ratione à qvatuor regibus domitis triumphali in curru vectus sit, notum est. Dicitur etiam in omnibus gentibus, qvas subegerat, cippos erexisse, literis sui nominis & patriæ inscriptos: si qvas vero urbes nullo prælio, nulloq; negotio cepisset, cippos qvidem iisdem literis erexisse, sed additis muliebribus genitalibus, ut ostenderet, eos haudqvaqvam viriles extitisse. Ferunt præterea, eum fossam pernavigabilem prodigiosis operibus à Memphi ad Arsinoen, portum rubri maris, duxisse: qvam deinde Ptolemæus Philadelphus profundius excavarit, ut mediterraneo mari rubrum immitteret, atq; Indica regna eorumq; opes expedita navigatione Ægyptiis finibus conjungeret: à qvo tamen incepto monitus à peritis naturæ mature destitit, ne Oceanus infusus novum cataclysmum terris inferret. Per hunc Sesostrin nonnulli Sesacum, qvi abstulit thesauros templi 1. Reg. XIV. 15. intelligunt. Cujus filius PHERON, qvem Diodorus etiam vocat Sesostrin, qvod furibundus in medios Nili nimis excrescentis vortices spiculum contorsisset, per decennium oculis captus, tandem visum ex lotio mulieris, qvæ ad suum solius virum accessisset, aliorum expers, recipere ab oraculo jussus est. Cumq; urinam reginæ & multarum aliarum frustra expertus, ægre tandem saluberrimum castæ feminæ lotium invenisset, adulteras depre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

deprehensas igni injecit: hanc vero, qvæ pharmacum pedica subministraverat, licet hortulanam, in torum regium assumsit. De reliqvis Ægypti rebus, qvarum passim mentio injicitur, nihil adjicio, insanasq; pyramidum extructiones, furem Rhampsiniti ingeniosum, saxum vocale Memnonis, & plura alia mitto. Mitto qvoq; qvod Tacitus refert libro II. historiarum, Germanicum Cæsarem ex literis Ægyptiis, structis olim molibus inscriptis, comperisse, Thebis qvondam septingenta millia ætate militari habitasse: & regem Rhampsen (qvi forsan ipse Sesostris est) Libya, Æthiopia, Medis, Persis, Bactrianis & Scythis fuisse potitum. Qva vero ratione Cambyses reges Ægypti sustulerit, in monarchia Persica dicemus. Hoc saltem noto, annis à Cambyse CXI. elapsis, Ægyptios iterum à Persis defecisse sub Dario Notho, reges sibi aliqvot præfecisse, perpetua bella cum Persis, adjutos à Græcis, gessisse, Alexandri M. armis postea paruisse: eo mortuo à Ptolemæo Lago usq; ad Cleopatram regibus subfuisse, tandem in provinciam à Romanis Ægyptum esse redactam: inde orientalibus imperatoribus illā cessisse usq; ad annum Christi IↄCXXXVI. postea Calyphas Machometanos; illisq; ejectis, Sultanos; his itidem remotis, Mammaluccos præfuisse: tandem anno Christi CIↄIↄXVII. Turcarum imperatorem Selymum rerum in Ægypto potitum esse: & ejus successores adhuc illic locorum tyrannidem exercere.

III. *Ex Ægypto, si placet, ad Græcorum regna nos convertemus, qvorum non pauca prioribus seculis fundata esse scio.*

Cum reliqvarum regionum res non sine amplissima laude gestæ alto silentio sepultæ jacent, nec sciri potest, qvæ qvibusnam in terris regna, qva regum serie, & qva fortuna administrata sint, soli pene Græci accurati fuerunt in rebus suis annotandis. Qva in re etsi fabulis sæpissimè indulgent, à Poetis suis ita edocti, à nobis tamen magnifaciendi sunt, tanqvam ex qvorum monumentis præter divinam Scripturam omnia novimus, qvæ de antiqvis rebus proferre valemus. Etsi vero qvamplurima in Græcia nobili regna aliis atq; aliis temporibus emerserunt, in Peloponneso tamen, nobilissima illa peninsula, hodie Morea vocata, isthmo angustissimo continenti terræ annexa, cui Pelops, Tantali filius, nomen dedit, sunt omnium antiqvissima inventa, Sicyonium, Argivum, Micenæum, Spartanum, Messenium, Corynthiacum. In reliqva Græcia floruere Atheniense, Ætolium, Thebanum, Cretense, & qvæ sunt alia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

IV. *Qvodnam illud antiqvissimum in Græcia regnum SICYONIUM dicis?*

De Sicyoniorum regno, qvod, si sex demas, solidos mille annos duravit, propter nimiam temporis vetustatem pauca annotata sunt. Cœpit circa ducentesimum annum post diluvium, non procul à Corintho in oppido Sicyone, patria Arati, poetæ nobilissimi, sub Ægialeo primo rege, à qvo Peloponnesus Ægialea dicta est. Secuti sunt Ægialeum Europs; Telchinus; & plures alii, qvorum nomina invenies apud Chronologos. A Telchino Peloponnesus dicta est qvoq; Telchinia, sicuti ab Apide Apia. Ubi notetur, qvod Æschylus in supplicibus dicit, Peloponnesum dictam esse ab Api, non qvia Sicyoniorum rex fuerit, sed qvia terram noxiis bestiis purgasset: & in beneficii accepti memoriam Ægialenses suam regionem ab eo vocavisse Apiam. Tandem Charidemus, ex sacerdote factus rex, anno mundi MMMCCCXV. qvum non sufficeret sumtibus regiis, aufugit, neç alius ei suffectus legitur, ut libro secundo testatur Pausanias.

V. *Qvid de regno ARGIVORUM, qvod Sicyonio celebrius videtur, notabimus?*

Inachus dedit ei originem in confinio Mycenarum circa annum mundi MMDCXCIII, cum post diluvium jam annus CCCCXXVII. liberetur. Hic Inachus, à qvo Argivi etiam Inachidæ dicti sunt, habetur in fabula pro filio Oceani & Tethyos, & ex Ægypto dicitur coloniam in Peloponnesum deduxisse. Præcipui heroes ad ejus prosapiam referuntur apud Græcos. Illos heroas sacer codex vocat Enakin, qvia forte Inachus, Græcis notus, aut est ipse Noachus, qvasi Nachus, una litera I præfixa, aut Enak filius Arbæ, cujus fit mentio Jos. XV. 13. Canaan sane seu terra Palæstinorum, patria illa filiorum Enakim, corã qvibus reliqvi homines instar locustarum fuere Num. XIII. 34. vicina est Ægypto, unde Inachus dicitur in Peloponnesum venisse. Et apud Photium Conon scribit, Phænicas, qvi Palæstini sunt, illis temporibus, qvibus Cadmus Thebas in Bœotia condidit, Asiæ partem maximam obtinuisse, sedemq; imperii Thebis in Ægypto collocasse, & Cadmum sub prætextu sororis qværendæ novum regnum in Europa condidisse. Qvia autẽ ex genealogia Inachi magnum videtur lumen priscis historiis promitti, eam adscribemus, anteqvam reges Argorum recensemus.

GE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Oceanus & Tethys
Inachus conj. Melissæ

Phoroneus. *Ægialeus.* *Phegeus.* *Mycene.*
Niobe prima Jovis pellex. *Apis.* *Spartes conditor Spartæ.*
Argus *Pelasgus rex Arcadiæ.*
Jasus *Criasus.* *Lycaon.* *Thessalus.*
Jo in vaccam, aliis Inachi filia *Phorbas.* *Callisto in ursam. Nyctymus, aliis pater* *Hæmon.*
Epaphus Memphis conditor in Aeg. *Triopas.* *Arcas in ursum.* *Aphidas.* *Callistus.*
Libya, uxor Neptuni. *Phorbas in Rhodo.* *Crotopus.* *Xanthus in Lesbo.* *Jonius.* *Aleus.*
Belus. *Busiris.* *Agenor rex Phœnic.* *Nicostrata seu Carmenta.* *Auge, ux. Teuthrantis.* *Cephea.* *Lycurg⁹.*
Ægyptus. *Phœnix in Phœn.* *Cadmg.* *Cilix in Cil.* *Europa uxor Asterii.* *Evander.* *Amphidamas.*
Lynceus. *Protheus.* *Danaus-Belides L.* *Belus.* *Polydorus.* *Telephus rex Mys. ex Auge & Hercule natus.* *Melaniō s. Hippomene.*
Acrisius. *Prætus. Prætides & Megapenthes.* *Pygmalion.* *Dido & Anna.* *Labdacus.* *Minos in Creta.* *Sarpedō in Lycia.* *Rhadamanth.*
Danae. *Jasus, ex quo natus* *Paphus.* *Philistæus-Sichæus.* *Lajus.* *Autenoe-Actæon.* *Ino ux. Athamantis. Melicertg* *Semele-Dionysius.* *Illyrius.*
Perseg, cujg ux. Andromeda. *Cynara.* *Oedipus.* *Lycastus.*
Myrrha. *Ismene.* *Antigona.* *Eteocles.* *Polynices.* *Minos II. conjux Pasiphaes.*
Adonis Veneris. *Ariadne.* *Asterius.* *Cretheus.* *Phædra ux. Thesei.* *Deucalion.*
Athemenes rex Rhodi. *Ærope ux. Plisthenis.* *Clymene.*
Agamemnon. *Menelaus.* *Palamedes.*
Amphion. *Atalanta, uxor Melanionis.* *Thalaon.*
Chloris. *Adrastus.*
Nestor. *Argia, uxor Polynicis.* *Deiphile ux. Tydei.*

Alcæus. *Taphius.* *Sthenelus.* *Electryo.* *Gorgophone.*
Amphitruo. *Eurystheus.* *Alcumena.* *Icarius.* *Tyndarus.*
Hercules. *Iphiclus.* *Penelope.* *Castor.* *Pollux.* *Helena.*
Heraclidæ. *Jolaus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SERIES REGUM ARGIVORUM.

Anni Mundi. *Anni Regni.*

2093. I. INACHUS, filius Oceani & Tethyos, i. e. peregrinus per mare advectus, ex uxore & sorore Melisse genuit præter alios Phoroneum & Ægialeum: qvem tamen aliqvi non faciunt fratrem, sed filium Phoronei. Jo, Jovis pellex, qvæ fingitur ob odium Junonis in vaccam versa, vulgo etiam habetur pro Inachi filia: sed illa est Jasi: estq; secundum Epiphanium illa Attis, unde nomen Atticæ regioni. 50.

2143. II. PHORONEUS F. primus leges & judicia Argis constituit. Adversus eum bella gessere Telchynes & Caryattæ juxta Eusebium. Sed edomita Peloponneso arma in Rhodum usq; transtulit. 60.

2203. III. APIS F. fingitur Ægialeo patruo, qvem tamen aliqvi ejus fratrem faciunt, regnum concessisse, & in Ægyptum commigrasse, ac illic Osirin & Serapin dici cœpisse. Sed ille Ægyptius Apis seu Osiris hoc Api, qvem peremit Ætolus Endymionis, est longe antiqvior, ut patet ex superioribus. 35.

2238. IV. ARGUS, N. Phoronei, F. Niobes, qvam ex omnibus mortalibus Jupiter dicitur primam pro uxore usui passe. Ab hoc Argorum civitas nomen accepit. Taurum Arcadiam vastantem, ut & Satyrum latronem, & Echidnam Tartaro & Terra natam prostravit. Aliqvi faciunt duos hujus nominis, unum Jasi patrem, & alterum ejusdem nepotem, Agenoris filium: & hunc postremū putant pŏetis esse centoculum atq; panopten, sic ob prudentiam dictum. 70.

2308. V. CRIASUS F. apud Pausanam Piralus: cujus tempore prima æditua Junonis Argivæ fuit Calliro secundum Eusebium. 54.

2362. VI. PHORBAS F. Rhodum à serpentibus, à qvibus Ophiussa dicta fuit, purgavit, eamq; rex obtinuit. 35.

2397. VII. TRIOPAS F. 36.

2443. VIII. CROTOPUS F. cujus alter frater Xanthus Lesbum; alter Phorbas Rhodum colere cœpit. Ejectus novas sedes in Caria qvæsivit. 21.

2464. IX. STHENELAUS F. 11.

2475. X. GELANOR F. statim regno pulsus, alias Helanor.

2475. XI. DANAUS, Beli filius, à fratre Ægypto pulsus, venit Argos ex Ægypto: & expulso Galanore regnum occupavit. Docuit Græcos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

eos fodere puteos, & aridam regionem fecit abundare aqvis. Hinc dicitur primus aqvilex: & per qvinqvaginta filias, vocatas ab eo Belides, totidem filios Ægypti, qvibus nupserant, interfecit, à qvibus jussu Ægypti oppugnabatur. Evasit beneficio Hypermnestræ ex qvinqvaginta unus Lynceus. 50.

2525. XII. LYNCEUS, Ægypti filius. 41.

2566. XIII. ABAS F. tempore Tantali. 23.

2589. XIV. PROETUS F. cujus filiæ Prœtides Junoni sese præferre ausæ, vel potius ejus sacra nihil curantes, eo insaniæ redactæ sunt, ut in vaccas putarent se mutatas. Forte vini nimis fuere avidæ, & illo inebriatæ se vaccas & cervas clamitarunt, sanatæ tandem à Melampode, cum fontem bibissent, qvi facit abstemios. Sic censet Boccatius. Prœtus & Acrisius gemelli, jam in matris utero dissedere, cumq; postea de regno decertarent, Prætus dejectus confugit in Lyciam ad Jobaten, ejusq; filia Stenoba ducta, rediit in Peloponnesum, & Tirinthen occupavit, ibiq; novum regnum condidit. 17.

2607. XV. ACRISIUS, frater Prœti, filius Abantis. 31.

Hic, ducta Eurydice filia Lacedæmonis ex oraculo, didicerat, ultima sibi fata à prole unicæ filiæ Danaes instare. Inclusit igitur Danäen turri munitissimæ. Stupravit virginem nescio qvis, qvi auro viam sibi ad illam straverat. Hinc Jupiter fingitur in specie aurei imbris eam imprægnasse. Acrisius prægnantem arcæ impositam maris undis commisit. Appulit in Apuliam. Delatam ad se Pilumnus rex conjugio sibi copulavit. Enixa est deinde PERSEA, qvi imprudens postea avum in saxum convertit, i. e. in frigiditatem perpetuam. Perseus ille alias Eurymedon dicitur, & in Æthiopia Andromeden, Cephei & Cassiopeæ filiam, belluæ marinæ ob fastum matris, qvæ se Nereidibus præferre fuerat ausa, expositam jam liberaverat, uxoremq; duxerat, & accepta à Vulcano harpe, ense adamantino, Palladis consilio Gorgones devicit, & Medusa ex illis interfecta, capillis ejus armatus, omnes, qvi in illud oculos convertebant, in saxum mutare poterat. Adspexerat illos etiam casu Acrisius, & vitam perdidit. Qvo facto noluit Perseus Argis commorari, & permutato regno cum Megapenthe Prœti filio Tyrinthen se contulit, ubi Prœtum diximus novũ regnũ constituisse. Sed illud Perseus transtulit Mycenas. Prœtus autem post Acrisium fratrem defunctum Argis denuo regnavit. Et paulo post ad eum confugit ob patriam cædem BELLEROPHON, Glauci Corinthii regis filius:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

filius: qvi Sthenobœam regis uxorē impudice effervescentem cum nollet contaminare, calumniis feminæ, ut Josephus noster, insimulatus est qvæsiti concubitus. Prœtus uxori fidem habens, Bellerophonti dedit deferendas ad socerum Jobaten in Lycia regem literas, qvibus novum hospitem jubebat qvoqvo modo è medio tollere. Ille juvenem ad Chimæram conficiendam ablegavit. Beneficio Pegasi confectum est monstrum. Jussit deinde adversus Solymos & Amazones eundem pugnare. Omnia præstitit feliciter. In insidiis etiam latentes Lycios fortiter repressit. Virtus tandem sic placuit Jobati, ut filiam Bellerophonti elocaret & sibi successorem eligeret. Argis vero post Prœtum ordine præfuere Megapenthes Prœti filius; Argæus; Anaxagoras; Alector; Iphis frater Capanei, qvi cum Adrasti filio contra Thebanos profectus, cum maledictis in Deos inveheretur, fulmine ictus interiit: Sthenelus contra Trojanos Græcis sociatus: Cylarabis deniq; qvi decedens sine liberis, regnum reliqvit Oresti Pelopidæ.

VI. Qvodnam fuit regnum MYCENARUM, qvod tertio loco nominasti?

PERSEUS, ut dictum, permutatione regni cum patruele Megapenthe Prœti filio facta, Argis relictis, concessit Tirinthen, & inde Mycenas: ubi novū & potens regnum coaluit. In illo Eusebius statim post Persea ponit STHENELUM filium. Sed alii ante Sthenelum post mortem Persei Mycenis regnasse dicunt Electryonem & Taphium, ejus fratres: ortoq; inter Electryonem & Taphii liberos de regno dissidio, Electryonem, cujus omnes filii à liberis Taphii interfecti fuerant, elocasse filiam Alcumenam Amphitruoni, sui fratris Alcæi filio: & paulo post ab eo per imprudentiam interfectum. Qvo facto à Sthenelo patruo Amphitruonem Mycenis ejectum, Thebas exulem ad Creontem profugisse. Sthenelo successit Eurystheus filius, qvi Junonis instinctu Herculi, filio Amphitruonis, nepoti Alcæi, pronepoti Persei injunxit, ut varia monstra conficeret, atq; hac forte ratione interiret. Sed ille XII. labores infractus & semper victor exantlavit. In Eurystheo defecit stirps Persei: & regnum devolutum est ad Pelopidas, nempe ATREA & THYESTEN fratres, Pelopis & Hippodamiæ filios, nepotes Tantali regis Phrygiæ, avunculi Eurysthei. Cum autem Thyestes Atrei uxorem Æropen stuprasset, suos ipsi filios Atreus apposuit devorandos. Ob qvæ flagitia sol, ne pollueretur, retrofugisse fertur. Regno postea præfuit AGAMEMNON, frater Menelai Spartani regis, Atrei ex filio Plisthene nepos, imperator in bello Trojano, pater Ore-

stis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ftis, Hyperionis, Electræ, qvæ cœlibem vitam ad provectam ætatẽ virgo annosa egit, & Iphigeniæ, qvam fabulantur ad iram Deorum avertendam pro Græcis, substituta juvenca seu cerva, in Scythiam venisse, & Dianæ sacerdotio addictam humano sangvine sacra fecisse, donec ab Oreste in societate Pyladis liberata, ad suos reverteretur. Successit adulter ÆGYSTHUS, filius Thyestis, qvi ex insidiis Agamemnonẽ obtruncavit. Hunc cum adultera Clytemnestra ORESTES, filius Agamemnonis, adjutus à sorore Electra & Pylade socio, interemit. Orestes, qvod matris sangvine se polluisset, diu furiis agitatus est, & in matrimonio habuit Hermionem, Menelai & Helenæ filiam, qvam obtinuit, occiso apud Delphus Pyrrho Achillis filio, qvi eam præripere voluerat. Septimus rex fuit PENTHILUS, filius Orestis, & ultimus TISAMENUS: cujus tempore HERACLIDÆ, Herculis posteri, qvos Eurystheus rex Mycænarum expulerat, Peloponnesum & ipsas qvoq; Mycenas occuparunt. Interemerant qvidem illi Eurysthea, & sæpe tentaverant reditum: sed Hyllo filio Herculis in duello ab Echemone Tegeata occiso, fortiter repulsi sunt, donec tandem tempore ultimi regis Mycenarum Tisameni vi Peloponnesum subjugarent, & ex sese Messeniis, Argivis, Spartanis, Macedonibus etiam, reges præficerent: qvod qvidem anno post Trojam captam LXXX. contigit. Perstitere Mycenæ post bellum etiam Xerxianum: qvo tandem finito Argivi eas penitus diruerunt, Lacedæmoniis ob terræ motum, qvo admodum affligebantur, sociæ urbi auxilium non ferentibus. Accipe vero & hic cum genealogiam, tum regum post Eurysthea seriem.

GENEALOGIA REGUM MYCENARUM post EURYSTHEA.

Jupiter, vel potius Imolus, rex Lydiæ secundum Zezem.
Tantalus, rex Phrygiæ, qvi bellum gessit cum Troë.

Pelops, maritus Hippodamiæ. *Niobe, ux. Amphionis Thebani in saxum versa.*

Pittheus. *Atreus.* *Nicippe, uxor Stheneli.* *Thyestes.* *Lysidice.*
AEthra. *Plisthenes.* *Eurystheus.* *AEgysthus.* *Alcumena.*
Theseus. *Agamemnon.* *Menelaus.* *Hercules.*
Hyllus.
Orestes. *Electra.* *Hyperion.* *Iphigenia.* *Hermion, uxor Orestis.* *Megapenthes.* *Cleodæus.*
Penthilus. *Aristomachus.*
Tisamenus.
Cresphontes Messenæ. *Temenus Argis stirps regum Macedoniæ.* *Aristodemus Spartæ.*
Eurysthenes. *Procles.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

REGES MYCENARUM POST PERSEA, ELECTRYONEM & TAPHIUM.

Anni Mundi		Anni Regni
2581.	PERSEUS, ejusq; filii Electryo & Taphius.	56.
2537.	I. STHENELEUS, Persei F.	8.
2645.	II. EURYSTHEUS F. cui in servitutem addictus est Hercules.	43.
2688.	III. ATREUS & THYESTES, Pelopis filii.	65.
2653.	IV. AGAMEMNON Atrei nepos.	16.
2769.	V. ÆGYSTHUS adulter, filius Thyestis.	6.
2775.	VI. ORESTES, Agamemnonis F.	28.
2803.	VII. PENTHYLUS F.	22.
2825.	VIII. TISAMENUS F. ab Heraclidis, anno mundi 2847. dejectus.	22.

Ubi nota, qvod alii Oresti annos LXX; Penthilo & Tisameno tantum tres assignant.

VII. *Qvum plures sciam esse, qvi nomen HERCULIS sortiti sunt, qvisnam age ille est, qvi jussu Eurysthei XII. labores exantlavit, & à qvo Heraclidæ descendunt?*

Habent Ægyptii suum Herculem, Osiridis filium, qvem magna orbis parte subacta, secundum Diodorum libro III. columnas in Africa scribunt excitasse: Suum habent ex Idæis Dactylis Cretenses, præstigiatorem insignem, sed imperatoria scientia clarum, qvi ludos instituit Olympicos; suum Germani; suum Indi; suum alii. Et omnes fere suum Herculem excitasse ajunt columnas illas in freto Gaditano celebratas. Pleriq; enim apud priscos heroes, Herculis nomen sortiti sunt, qvod, sicuti & Jovis atq; Saturni, pluribus fuit commune, ut non mirum sit, Varronem XLIII. Hercules numerare potuisse. Ut autem pleraq; de Hercule fabulosa sunt: ita plurium heroum facta uni assignantur Herculi. Ille vero, qvi famigeratos illos XII. sustinuit labores, ab Eurystheo imperatos, Græcus fuit, & qvidem Thebanus, à Jove Cretensi ducens originem. Jupiter enim ex Acrisii filia Danae genuit Persea, qvi ex Andromeda Cephei filia Alcæum & Electryonem sustulit: qvorũ ille est pater Amphitruonis; hic Alcumenæ: ex qvibus natus est Tyrinthe Hercules. Alcides antea fuerat vocatus. Sed à Pythia Hercules vocatus, id nomen postea retinuit. Paulo adultior factus, ab Eumolpo institutus est in musicis; à patre, Autolyco, Euryto & Castore in agitatione curruum, artibusq; luctandi, sagittandi & armis scite utendi; in philosophia à Lino, qvem tandem verberibus irritatus, tabula percussum interemit, & in jus vocatus, illa Rhadamanthi lege se liberavit:

Qvi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Qvi manibus injuſtis irritantem punierit, inſons eſto. Pubertatis annos egreſſus, Thebas, ubi educatus fuerat, ex ſervitute, qva à rege Minyarum Ergino premebantur, eripuit, & regis Thebani Creontis filiam Megaram uxorem duxit: cumq; ab oraculo & diis juberetur, ſi nominis immortalitatem & veram divinitatem affectaret, XII. labores ſuſtinere, qvos Euryſtheus rex Mycenarum ipſi eſſet in ſervitute XII. annorum impoſiturus, ægre ferens, qvod inferiori ſerviendum eſſet, in furorem incidit, & ſuos ipſius ex Megara filios tanqvam hoſtes jaculis confixit. Iſto œſtro vix liberatus,

I. Leonem Nemeæum Typhone genitum (fabulas enim illas ductu Diodori lib. IV. recenſere non pigeat) nec ferro, nec lapidibus vulnerabilem, manu occidit, exuviasq; ejus pro munimento poſtea uſurpavit. Apollodorus exuvias has dicit non Nemeæi, ſed Cithæronei leonis fuiſſe, qvem undecenarius Hercules peremit, cum adhuc apud armenta boum educaretur, & qvinqvaginta diebus ob id à rege Theſpienſium Theſtio, Erichthei regis Athenarum filio exceptus, L. filiis domum ejus replevit.

II. Hydram Lernæam, centum, aut, ut Apollodorus ait, IX. capitibus deformem, qvorum uno defecto duo repullulabant, peremit, abſciſſasq; partes opera Jolai face inuſſit, ne ſangvis effluens nova generaret capita. Hunc laborem Euryſtheus XII. ærumnis annumerandum negavit, qvia non ſolus eam confeciſſet.

III. Aprum Erymanthium in Arcadia vivum cepit. Et hac ipſa expeditione Centauros qvoq; debellavit, qvorum unus cum Herculem hoſpitio amice excepiſſet, vinumq; fragrantiſſimum appoſuiſſet, reliqvi id olfacientes Herculem oppugnavere. Ille vero victis omnibus labore ſe immenſo expedivit.

IV. Cervam aureis cornibus velocem ingenioſe captam abduxit, poſtqvam integro anno illam fuiſſet perſecutus. Apollodorus hunc laborem facit tertium.

V. Ex Stymphalide palude aves æneo crepitaculo exturbavit ex Arcadia.

VI. Augeæ regis Elidis ſtabulum per contumeliam juſſus purgare, Peneo fluvio illuc derivato, uno die citra infamiam ſordes eluit. Hic labor eſt Apollodoro qvintus: qvem & ipſum Euryſtheus inter XII. non numeravit, qvia decimam pecoris partem pactus erat mercedem ab Augæa.

VII. Taurum Minois ex Creta ferociſſimum, ſed pulcerrimum addu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

xit qvidem ad Euryſthea: ſed, qvia ſacer erat, iterum dimiſſus eſt. Hoc certamine abſoluto, ludos Olympicos inſtituit, corona in præmium & brabeum propoſita. Qvod ipſum tamen aliqvi poſt reditum ex Colchis factum putant.

VIII. Diomedis, Marte nati, eqvas ex Thracia abduxit, qvibus ænea erant præſepia, catenæ ferreæ, pabula carnes humanæ. His ipſum ſuum dominum Diomeden objecit devorandum, & poſt cum Jaſone in Colchos ad aureum vellus redimendum navigavit.

IX. Ab Amazone Hippolyta cingulum Martis raptum apportare juſſus Admetæ, Euryſtei filiæ, prælio cum virginibus bellatricibus commiſſo, præcipuas ex iis peremit, & Antiopen reginam, Hyppolita peremta, Theſeo donavit; Menalippen, reginam baltheo ſeu cingulo ſe ab ea accepto liberam dimiſit. In hoc itinere multa alia peregit in Pharo inſula, & in Lycia urbi Heracleæ nomen dedit. Troiam etiam venit & Heſionē liberavit.

X. Claſſe adornata, Geryonis in Iberia boves abegit. Qvanqvam autem Ægyptii hanc expeditionem ſuo Herculi ſeu Oro adſcribunt, ut ſupra monſtravimus; nonnulli etiam omne hoc in Hiſpania geſtum negotium Argonautis aſſignant, ut poſtea dicemus: hic tamen recenſere placet, qvæ ſermone Græcanici vulgi feruntur. Chryſaor, rex Iberiæ opulentiſſimus, tribus potentiſſimis filiis nemini non terribilis, nomen tricorporis Geryonis adeptus fuerat. Eum cum juſſu Euryſthei peteret Hercules, in itinere ad Libyam appellens, Antæum luctatorem Neptuni filium peremit, Africamq; beſtiis purgatam fecit cultiorem. Inde in Ægyptum digreſſus, Buſiridi tyranno necem intulit, & urbe centum portarum i. e. Hecatompylo ſeu Thebis ſive conditis, ſive inſtauratis, ad Gaditanum tandem oceanum pervenit, columnas in utroq; freti littore excitavit, Cryſaoris filios ſingulari certamine ſuperavit, boves famigeratas abegit. Inde in Celticam perrexit, advenarum mactationes abrogavit, Aleſiam urbem condidit. Poſt in Italiam cum copiis per Alpes contendit: ubi, cum in monte Palatio Potitius & Pinarius, Aborigenum præcipui, honores ei ſummos haberent, hunc morem ſanxit, ut, qvi ſibi decimas conſecrarent, omni poſtea fruerentur felicitate. Hinc ad Veſuvium montem in campo Phlegræo gigantes debellavit. In Siciliam cum bobus transfretavit: Erycem Veneris filium, depoſitis in contentionis pignus regno & bobus, lucta vicit, & terræ poſſeſſionem obtinuit: qvam tamen incolis utendam fruendam conceſſit, donec ex ſe natorum aliqvis eam repeteret: id qvod poſtea fecit Do-

rieus,

ricus, Heracleæ conditor. Vicit item in Sicilia Sicanos insigni prælio, & sacris sibi & expeditionis socio Jolao, suo ex fratre Iphicleo nepoti, institutis, reversus in Italiam, Lacinium, qvi ex armentis sibi boves furto subduxerat, interemit, & Adria circumito pedestri itinere in Peloponnesum rediit. Et hæ x. ærumnæ annis VIII. & uno mense sunt peractæ.

XI. Cerberum una cum Theseo ex Diris aula extraxit, &, cum eum Eurystheo commonstrasset, reduxit.

XII. Aurea Hesperidum mala, in mari hyperboreo, qvæ videntur sive oves egregiæ sive thesaurus fuisse, ultimo labore, Dracone pastore seu custode interfecto, ad Eurysthea transportavit, & simul Atlantidas seu Hesperidas virgines à prædonibus raptas liberavit. Hæc ærumna Apollodoro est XI. Anteqvam eam subiret, pugnavit cum Cygno Martis filio invulnerabili. Et fulmen pugnam diremit. Nympharum deinde, Themidis filiarum, indicio comprehendit Nerea, qvi ipsi vinctus edisseruit, ubinam mala aurea & Hesperides inveniendæ.

VIII. Numqvid autem Hercules, XII. istis laboribus confectis, præterea qvicqvam perpetrasse legitur?

Innumera præterea de illo feruntur: ex qvibus pauca huc adscripta habe. Thestius, alias Thespius, Erichthei regis Atheniensium filius, rex Thespiensium, qvi è multis uxoribus L. filias susceperat, cum ex Hercule, qvi leonem Cithæroneum undecenarius confecerat, & adhuc apud armenta boum educabatur, sobolem ex generoso adolescente & filiabus tollere percuperet, singulis noctibus singulas ei submiserat. Cum ille putaret se cum una tantum rem habere, ex eo concubitu qvinqvaginta filii, Thespiades dicti, nati sunt. Hos Hercules adultos coloniam in Sardiniam, duce Jolao, deducere jussit. Duo saltem Thebis & VII. in Thespiarum urbe substiterunt: qvorum posteri illic in honore fuerunt. Reliqvi in Sardiniam progressi, subegerunt insulæ incolas: opera ibi varia Dædali opera suscitarunt: cives de nomine ductoris Jolaos vocarunt. Ipsi Jolao Hercules post confectos XII. labores Megaram, suam uxorem, cujus sobolem furiosus antea trucidarat, elocavit, & Jolen, filiam Euryti Oechaliæ principis, ambiit, repulsamqꝫ passus, qvod ille Megaræ casum à filia sua veliet avertere, indignabundus abiit: & in itinere mortuam Alcestin, inferis vi extortam, marito Admeto restituit. Filius postea Euryti Iphitus, obviam ei factus, significavit, patri ablatas esse boves, & famam esse, qvod Hercules fecisset. Abegerat autem eas Antolycus. Hercules juvenem, à qvo impense amabatur, hospi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tio excepit, & se una boves investigaturum promisit. Sed furore iterum exagitatus, de turri, qvam speculandi causa conscenderat, eum præcipitavit. Ob hanc Iphiti necem Hercules morbo correptus, expiari prius non potuit, qvam jussu oraculi venditus justo pretio, mulctam eam solveret Iphiti filiis. Sic Omphalæ Lydorum seu Mæonum reginæ in servitutem traditus est: cujus agrum à Cecropibus & aliis latronibus purgavit. Cognitum tandem eum Omphale regina tori consortem fecit, & ex eo Lamum suscepit, postqvam eum prius ad lanificium compulisset, & colum cultusq; femineos sagittis & clava, leonisq; tegmine mutasset. Deinde adversus Laomedontem Ilii regem, qvod sibi, qvi filiam ejus Hesionem monstro marino expositam liberasset, mercedem promissam, eqvos videlicet præstantissimos denegaret, copias eduxit, & Troja expugnata atq; Laomedonte interfecto, Telamoni, Teucri & Ajacis patri, filio Æaci, qvi primus Ilium conscenderat, filiam Laomedontis Hesionem elocavit, & unico Podarci ex Laomedontis filiis vitam concesit cum regno, eumq; vocavit Priamum. Augæam etiam, regem Elidis, cujus stabulum sexto labore purgaverat, qvod itidem pactam mercedem negavit, bello infestatum cum filio Euryto interemit, & alteri ejus filio à patre in exilium ejecto Phyleo regnum concessit. Hinc ara Pelopi & XII. diis sacrata, Pylum expugnavit, & omnes regis Nelæi filios præter unum Nestorem interemit. Dein ab Eurystheo cum Alcumena matre, cumq; Iphiclo & Jolao in exilium pulsus, cessit in Arcadiam: Spartaq; vi subacta, iniqvum regem Hippocoontem, qvi Pylo suppetias tulerat, magno cæsum prælio peremit, & Tyndarum ejus fratrem extorrem, patrem Castoris & Pollucis, qvos Dioscuros vocant, in regnum reduxit. In Arcadiam porro profectus, regis Alei filiam Augen furtim compressit. Ea ob id à patre ad necem damnata, erat in Nauplio submergenda. Qvibus vero id erat in mandatis datum, eam, postqvam infantulum ex se natum Telephum in silvis exposuerat, mercatoribus tradidere, à qvibus Teuthranti regi Teuthraniæ in Mysia vendita est. Telephus vero à cerva aliqvamdiu educatus, tandem paulo adultior à Teuthrante gener & successor regni adscitus, & postea ab Achille in bello Trojano vulneratus est. Hercules interim ex Arcadia in Ætoliam concedens, Dejaniram Oenei filiam duxit uxorem. Hujus frater fuit Meleager, ab apro Calydonio peremto notus, qvi Atalantæ amatæ virginis causa fratres Altheæ suæ matris occiderat, & ob id ab ipsa sua matre diris devotus expiravit: qvæ ipsa tamen non diu fuit fatis filii superstes, sed vitam laqve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

laqveo finivit. Hercules porro apud Calydonios fluvium Acheloum in alium alveum divertit, & agrum eo fertiliorem reddidit. Inde fabula, qvod Acheloo in taurum mutato alterum cornu perfregerit, &, cum illud ei reddidisset, loco ejus cornu Amaltheæ nunqvam fructibus deficiens receperit. Calydoniorum qvoq; causa Philam regem Thesprotorum bello victum interfecit, & ex filia ejus captiva Tlepolemum, factum postea Rhodiorum regem, in bello Trojano à Sarpedone tandem sublatum suscepit. Qvod autem puerum Eurynomum pugno haud sponte apud socerum Oenea in convivio interemisset, cum Dejanira & filio ex ea suscepto Hyllo in voluntarium concessit exilium: &, cum in itinere Nessus centaurus Dejaniræ, qvam primam per fluvium transportaverat, vim intentaret, sagitta illũ transfixit. Ille vero moribundus, Dejaniræ philtrum amoris certum fore dolo dixit, ut posthac feminæ nulli Hercules se applicaret, si destillantem ex sagitta cruorem oleo permixtum subuculæ ejus inungeret. Illa fraudis nescia, postqvam Hercules jam senior Dryopas & Arcadas & Cygnum Martis filium superasset, & Iolen prius negatam ab Euryti filiis vi abduxisset, hujus amoris certior facta, philtro centauri interulam inunctam marito misit Ille ex veneni virulentia morbo ineluctabili correptus, vivum se jussu oraculi cremari curavit, & in cœlum receptus, cum Junone in gratiam rediit, filiaq; ejus Hebe ducta, generavit ex illa Alexiaren & Anicetum, id est, mortis pulsorem & invictum. Dejanira autem laqveo guttur fregit. Qvod Philoctetes, ex bello qvoq; Trojano notus, rogum jussu Herculis solus accendisset, arcu & sagittis Lernæis ab eo muneratus est. E rebus autem humanis exemto Hercule, Eurystheus rex Mycenarũ sibi suoq; regno metuens, omnes HERACLIDAS ex omni Græcia extorres egit. Cumq; eos nulla civitas Eurysthei metu exciperet, apud Athenienses, eorumq; regem Thesea, ad misericordiæ aram confidentes, sedem invenere, & Jolao, Hyllo & Theseo ducibus, Eurysthea, à qvo fuerant bello petiti, superatum cum omnibus filiis peremere. Victoria hac, pro qva obtinenda se Macaron, frater Hylli germanus, Diis manibus devoverat, potiti Heraclidæ, invaserunt Peloponnesum. Sed ingruente peste, ab oraculo moniti, sponte discessere. Paulo post Hyllus, Herculis filius, qvi sua manu in priori expeditione Eurysthea obtruncarat, denuo arma intulit Mycenis, ubi jam rerum potiebantur Atreus & Thyestes, avunculi Eurysthei. Commisso prælio, cecidit Aristomachus, unus ex Heraclidis. Tandem à Tegeatarum in Arcadia rege Echemo victi Heracli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

dæ in Atticam sunt regressi: &, cum qvinqvaginta anni essent elapsi, Peloponnesum sibi prosperis successibus subjugarunt. Fuerunt illi Cresphontes, Aristodemus & Temenus, filii Aristomachi, nepotes Cleodæi, pronepotes Hylli, abnepotes Herculis: & Tisameno, Orestis nepote peremto, tres aras Jovi patrio excitarunt, sacrisq; in iis peractis regna & urbes Peloponnesi sortito inter se sunt partiti. Cresphonti cessit MESSENA, pulsis inde Nelei posteris. Aristodemus accepit Spartam apud LACEDÆMONIOS: cujus duo filii, Eurysthenes & Procles, duas familias regias ad seros usq; nepotes Spartæ propagarunt. Temenus regnum ARGORUM occupavit. Hoc ipso etiam tempore Aletes Heraclides regnum CORINTHI sibi vendicavit. Oxylus autem accepit ELIDEN: è cujus progenie fuit Iphitus, qvi ludos instauravit Olympicos. Memorabile est, cum Heraclidæ Peloponnesum, ut dictum, invaderent, jussos esse ab oraculo, ut trioculum adhiberent ducem expeditionis. Incidentes igitur in Oxylum ex Ætolia, luscum mulo insidentem, ejus ductu classem instruxere, & re feliciter confecta, in mercedem ei Elidem concessere. Multæ post hæc tempora in Græcia turbæ. Ejecti enim sedibus per Heraclidas, cum alio concederent, vi occupavere, qvæ poterant. Sic Achæi, Argis & Lacedæmone pulsi, in Achajam irrupere, &, Jonibus in fugam conjectis, agros illorum invasere. Jones, in Atticam confugientes, excepti sunt à Melantho rege Atheniensium, qvi paulo ante illuc etiam pervenerat, ab Heraclidis expulsus, & virtute regnum sibi paraverat.

IX. *Hercule & Heraclidis tandem missis, ad reliqva in Peloponneso regna mecum qværo progredere, &, qvia regnum SPARTANORUM primo occurrit, id mecum perlustra.*

Sparta anno mundi cIↄcIↄcccxxxiv. conditur à Sparto, Inachi vel filio vel nepote. Alii illum faciunt filium Amyclantis. Urbem post cxxx. annos Lacedæmon, filius Jovis & Electræ, Lacedæmone adjecta auxit: cujus filia Eurydice, Acrisio Argivo nupta, Danaen enixa est: filius vero Amiclas inter posteros habuit Tyndarum, patrem Pollucis, Castoris, Timandræ, Clytemnestræ, Helenæ & Philonoes. Qvanqvam autem Spartanorum reges à Scaligero enumerantur: nos tamen eorum seriem consulto omittimus, qvia pene nil nisi nomina forent ponenda. Genealogiam tantum priorum regum Spartanorum adjicimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

GENEALOGIA SPARTANORUM REGUM.

Jupiter & Electra.
Lacedæmon.

Amiclas.
Argulus.
Oebalus.
Tyndarus cujus uxor Leda.
Castor. Pollux. Helena. Clytemnestra.
Hiptima. Erigone.
Penelope uxor Ulysfis.
Telemachus.

Eurydice, uxor Acrisii.
Danae.
Perseus.
Alceus. Electryo.
Amphitruo. Alcumena.
Hercules. Hercules.
Hyllus.
Cleodæus.
Aristomachus.
Aristodemus.
Eurysthenes Procles.
Agis. PROCLIDÆ seu EURYTIONIDAE.
AGIDAE seu EURYSTHENIDAE.

Aristodemus, præcipuus ex Heraclidis, pronepos Herculis, dissidio Hippocoontis & Tyndarei fratrum usus, regnum sibi Spartæ tandem, ut diximus, firmavit. Illo statim defuncto, ejus filii, Eurysthenes pater Agidis & Procles, plurimos annos sub tutore Thera avunculo simul regnarunt: atq; lex constituta est, ut duo reges tanqvam in δυαρχίᾳ semper Spartæ præessent: qvorum alter esset Eurysthenides seu Agides; alter Proclides seu Eurytionides. Circa qvod tempus contigit, qvod Herodotus lib. IV. tradit de MINYIS, argonautarum è Thessalia posteris, qvi ex insula Lemno ab Achivis expulsi, cum Spartæ recepti, illic res novas molirentur adversus benefactores, & jam carcere ad mortem damnati detinerentur, vestibus cum uxoribus permutatis evasere periculum, & fuga sese in Taygetum, montem Laconiæ imminentem, proripuere. Hos cum ad supplicium repeterent Spartani, Theras, Polynicis abnepos, Eurysthenis & Proclis avunculus & tutor, eos sibi condonari petiit, inq; Callisten insulam, inter Cretam & Libyam, in mari Ægeo sitam, illos perduxit, novamq; coloniam de suo nomine appellavit Theram. Cæterũ in familia Eurysthenis qvi XLII. annis regnavit, successere Agis, rex tantum unius anni: Echestratus XXXXV. anno-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

annorum; Labotas XXXVII. Doriſſus XXIX. Ageſilaus XLIV. Hoc regnante ex familia Euryſthenis, cum Polydecta, alter rex ex familia Proclis, diem obiisſet, & poſtumum filium Charilaum vel Charillum reliqviſſet, curam ejus patruus LYCURGUS ſuſcipiens, aliqvamdiu nomine tutorio, tanqvam prodicus, ceu tutorem vocant, præfuit, & poſtea ſua ſponte ſe regno abdicans, id reddidit Charilao. Hic eſt ille Lycurgus, qvi, peregrinatione in Cretam, Aſiam & Ægyptum ſuſcepta, cum leges & mores variorum populorum abunde cognoviſſet, redux ad remp. rectius conſtituendam ſe totus convertit, & anno CL. ante primam Olympiada i. e. anno mundi poſt ter milleſimum XXIV. regum duorum potentiam ſenatu XXVIII. virorum, qvem γερουσίαν vocarunt, circumſcripſit, civibusq́ egregium hoc facinus perſvaſit, ut in tricies novies mille partes æqvales de novo agros partirentur, & compari inter ſe fortuna viventes, omni aurea & argentea moneta antiqvata, ſoli ferro autoritatem tribuerent: cujus magno ponderi & moli exiguum aſſignavit pretium, ut ſumma X. minarum amplum in ædibus occuparet armarium, & vix plauſtro à duobus tauris tracto veheretur. Debita ſimul atq́ credita exterminavit una cum auro & argento, atq́ hanc ſyſſitiorum ſeu conviviorum publicorum, qvæ vocavit Phitidia, ſicuti Cretes Andria, formam invexit, ut freqventer una cœnarent, obſoniis & epulis frugaliter ſine discrimine præſcriptis. Legibus etiam certis, qvas vocavit Rhetras, & à Deo datas finxit, qvibusq́ ſcriptis uti vetuit, hoc ſanxit, ut domus faſtigium ſecuri haberet fabricatum, fores ſerra, nec alio inſtrumento ullo conficerent: iidem hoſtes ne bello continue peterentur: juventutis imprimis educandæ ratio haberetur. Ordinavit qvoq́ nuptias, certamina, bella, ſepulturas: vanasq́ & curioſas artes finibus expulit, ut hæc omnia legi poſſunt apud Plutarchum. Poſtqvam præcipua ejus præcepta moribus jam fuere expreſſa, ſatisq́ adoleviſſet respublica, (qvanqvam non ſine multorum, & imprimis Alcandri indignatione, qvem tamen Lycurgus, etſi ſibi oculum in tumultu perdiderat, ſua facilitate ad intimam ſibi obligavit familiaritatem) ſacramento adſtrinxit civves, ut, dum remearet Delphis, qvo ibat ad conſulendum Deum, formam vivendi præſcriptam obſervarent. Nunqvam rediit: ſed in Cretam profectus, mortem inedia ſibi conſcivit, cineresq́ ſuos moribundus in mare ſpargi juſſit, ne illis forte Spartam delatis, cives ſe putarent religione ſolutos. In Lycurgi legibus hoc imprimis reprehendit Ariſtoteles lib. II. Polit. capite IX. qvod nimiam feminis licentiam indulſerit, & viros fortes fecerit

γυναι-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

γοι μικροκρατουμένους, qvodq́ cives otio uti nefcientes, omniumq́ pacis artium rudes, bello femper ftuderent, ipfiq́ virtuti prædas, bello non citra aliorũ injuriam extortas, præferrent, nec haberent ærarium publicum, qvum tamen nervus bellorum, qvæ unice fectabantur, pecuniæ exiftimentur. Nihilo tamen minus Sparta, Lycurgi legibus qvingentos ufa annos, nemini principatum in Græcia conceffit. AGIDE demum regnante, pecunia, comesq́ ejus cupido habendi, & divitiarum admiratio per Lyfandrum influxere in Spartam, qvi ex præda aurum & argentum in illam deportavit. Annis poft Lycurgum cxxx exactis, Theopompus Proclides qvinq́ EPHOROS, tribunis plebis fimiles, duobus regibus & xxviii. fenatoribus addidit, qvibus valida paucorum potentia tanqvam freno cohiberetur. In qvo inftituto id carpit Ariftoteles, qvod electio illorum ephororum fieri confveverit per fortem, & qvidem ex imperita plebe, licet judicium ipfis de rebus graviffimis & cenforia ferula in ipfos reges competeret. Et tamen hi ephori annos cccl. autoritate fua defuncti funt usq́ ad tempora Pyrrhi, qvibus domeftica feditione Sparta pene libertatem amifit. Nam CLEOMENES ex Agidarum familia, cum rei fummæ annos amplius lx. præfuiffet, præter filium CLEONYMUM, reliqvit Area, ex filio natu minore jam defuncto nepotem. Areus in fucceffione prælatus eft. Sed Cleonymus, vir ftrenuus, qvi Tarentinis contra Romanos miffus fuerat auxilio, & res initio profpere gefferat, tandem tamen pugna navali fractus, domũ redierat, cum intellexiffet, conjugem fuam ab Arei filio effe corruptam, PYRRHUM evocavit in Laconicam. Et ille urbem pene cepiffet, nifi virtus obftitiffet oppidanorum. Nec amplius qvicqvam conari poterat Pyrrhus, qvia Argis ultima fata fubiit, faxo à femina percuffus. Cleonymus qvidem urbe ejectus eft: fed ejus filius LEONIDAS regnum recuperavit: qvo tempore alter rex AGIS, ex Proclidarum ftirpe, nondum vicenarius, ad leges Lycurgi voluit de novo remp. qvodammodo collapfam ordinare: jamq́ debitoruum fyngraphas, qvas claria appellant, in foro omnes concremaverat, Lyfandro Ephoro confilia fuppeditante. Initio qvidem Leonidas, qvi his conatibus obftabat, judicio poftulabatur, & regnum ei abrogatum transferebatur in ejus generum Clembrotum. Sed poftea novis fuccedentibus ephoris factio Leonidæ prævaluit. Et ille regno reftitutus; Agis autem in carcere laqveo necatus; Cleombrotus urbe ejectus eft. Succeffit Leonidæ CLEOMENES III. juvenis ftrenuus, qvi denuo Spartam ad leges Lycurgi reformaturus, ut ephoros, qvi nimium jam fibi contra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

aliorum libertatem arrogabant, removeret, exercitu ab hostibus Achæis in urbem recepto, omnes trucidavit, & senibus sibi more à Lycurgo instituto adjunctis, rempublicam antiqva ratione administrare cœpit: divisit in cives agrum: patrimonium primus in medio posuit: disciplinam Laconicam restituit, novus qvasi Lycurgus. Educta denuo adversus Achæos exercitu, eo illos adegit, ut Antigonum Dosonem, regem Macedonum, in subsidium evocarent. Ipsos Argos in potestatem redegerat, & brevissimo tempore pene universa potitus Peloponneso, virtutem Arati graviter afflixerat. Sed cùm Arato subsidio veniret Antigonus, puncto temporis rursus omnibus locis, qvæ occuparat, excidit. Intactam tamen conservavit Laconiam ab impetu Antigoni & Achæorum, & variis excursibus illorum fines deformavit, aliqvando etiam Megalopolin, Philopœmenis patriam, ipsa Lacedæmone ea tempestate non infirmiorem, diripuit. Tandem, cum ob rei pecuniariæ angustias omnia in armis & prælio poneret, ingentem cladem passus, cunctos Lacedæmonios, qvorum sex millia fuerant, præter magnum mercenariorum militum numerum, conservatis tantum ducentis, amisit. Sic Spartam Antigonus redegit in potestatem. Sed qvia interea grave bellum inaudiit Macedoniæ per Illyrios inferri, tertio inde recessit, legibus & republica Spartanis reddita. Cleomenes autem ad Ptolemæum Alexandriæ regem confugit: ubi cum desperaret de regis gratia in se reducendo, & jam custodibus qvasi in carcere clauderetur, cum XII. amicis erupit, & frustra plebe ad libertatem vocata, sibi ipsi mortem intulit: qvod etiam amici fecere complices. Omnium cadavera deinde in crucem acta sunt. Spartæ autem republica denuo qvinq; ephoris commendata, variæ turbæ enatæ sunt, resq; in crudelem lanienam erupit. Tandem Agesipolis II. & Lycurgus regnum adierunt. Sed Lycurgus Agesipoli expulso, primus tyrannidem invasit, & vario eventu cum Philippo rege Macedonum & cum Messeniis bella gessit. Qvibus turbis tandem Achæis occasio data est, omnem Spartanorum remp. in suam potestatem redigendi. Sed populus Spartanus injuriis Achæorum irritatus, in fidem & patrocinium Romanorum se contulit. Inde urbs mediocri usa fortuna, tandem cum tota Græcia cessit Turcorum imperatori Machometi II. & hodie vico, qvam urbi similior, dicitur Mizithra. Unum adhuc noto, qvod, Anaxandrides, rex Spartanorum, Leontis filius, ex stirpe Eurysthei, cum uxor ejus extrema laboraret sterilitate, ab ephoris impetraverit, ut non repudiata priore superduceret alteram: ex qva suscepit

filium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

filium Cleomenem. Qvo nato, & prior concepit uxor, testibusq; præsentibus edidit Dorieum, Leonidem & Cleombrotum. Mortuo Anaxandride Cleomeni cessit regnum: qvo cum digniorem se judicaret Dorieus, impetrata à Spartanis colonia, in Africam primum trajecit, & locum novæ urbis condendæ commodum elegit ad Cinypen fluvium. Inde post triennium ab Afris & Carthaginensibus pulsus, in Siciliam navigavit, & ibi Heracleam urbem condidit. De servis Spartanorum etiam id notandum, qvod dicti sint HELOTES. Illi qvondam populus in Laconia non ignobilis fuerant. Sed Spartani victos magno numero in servitutem abduxerunt, non satis probo consilio, qvia facile potuerunt in dominos insurgere: qvemadmodum Thessalorum servi, Pænæstæ dicti, multoties temporibus reip. difficillimis, in perniciem dominorum conspirarunt.

X. *Qvodnam est regnum MESSENIORUM, qvod supra in Peloponneso reliqvis conjunxisti?*

Regnum Messeniorum Laconico finitimum, primis temporibus fuisse florentissimum, vel inde patet, qvod præter Æsculapium in illo nati sunt, Nestor, Pelias, Æson pater Jasonis, Admetus, Phryxus, Helle & plures alii. Nec tamen magis nobis innotuit, qvam ex tribus bellis, qvæ Messenii cum Spartanis gessisse leguntur. Eorum primum anno mundi MMMCCCV. enatum est, Lacedæmoniis causas undiqvaq; præsertim ex suarum virginum Messenæ in solemni sacrificio stupratione, nectentibus, ut agro Messeniorum potirentur: Juramento igitur sese omnes adstringere, bello Messeniis nunciato, se non redituros, nisi eos evertissent: & magna qvoq; clade illos affecerunt. Sed victi in montem Ithomen secessere, viribusq; denuo reparatis diuturnam obsidionem sustinuere. Cumq; oraculum posceret victimam humanam, virginem videlicet immolandam, Aristodemus filiam obtulit, eamq; cum ab amatore falso vitiata esse diceretur, ut vel hac ratione viveret, sua manu interemit. Postqvam autem multum temporis in obsidione protractum esset, miserunt Spartani juvenes aliqvot, ut promiscue concumberent cum omnibus in urbe feminis, ne progenies Spartana periret. Nati sunt ex hoc concubitu PARTHENII, qvi tandem, cum patrimonium illis negaretur, Sparta egressi, perq; varios casus in Italiam delati, Tarentum expugnarunt. Tandem post XX. annum Messenii, hactenus subinde victores, partim vi, partim dolo, qvo uti jussit Spartanos Apollo, anno mundi MMMCCCXXV. subacti sunt, & Aristodemus rex ad filiæ bustum seipse jugulavit. Qvi cladi superfuere ex Messeniis, Rhegium in Italiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

commigrarunt, duce Alcidamida. Ex hac servitute se post XL. annos expedire conabantur, atq; ARISTOMENES belli dux electus, Arcadum in Bœotia auxiliis usus, multis afflixit Spartanos cladibus. Hic est ille Aristomenes, cujus cor exectum inventum est pilosum, qvi q; ter captus, ter liber evasit: prima qvidem vice beneficio sacrificulæ Archidamiæ; deinde vulpecula exitum ex carcere per cavernam monstrante; tandem virgine ejus virtutem admirante, & casum tanti viri miserante. Spartani interim consulto miraculo, ducem ab Atheniensibus accersere jubebantur. Sed illi, iniqviores Spartanis, miserunt TYRTÆUM, claudum, poetam & ludimagistrum, non omnino sanæ mentis. Jam tum enim Spatanorum potentia Athenis suspecta erat. Hoc Duce primum male res agente, fugam meditabantur Spartani. Tyrtæus autem eorum animos confirmavit variis carminibus: qvæ tanti seqventibus seculis fiebant, ut lege facta Spartani præliaturi, in castris ad regis tabernaculum ea concinerent. Versiculos paucos ecce ex illis decerptos, unde de reliqvorum pondere facile judicare licet.

In prima pugnantem acie cecidisse decorum est,
Servantem patriæ mœnia cara suæ.
At miserum est, patria amissa laribusq;, vagari
Mendicum, & timida voce rogare cibos.
Intrepidi pugnate viri: profundite vitam,
Qvam patriæ debet reddere qvisq; suæ.
Nemo aciem linqvens aliis sit causa pudoris.
Junge manipulari corpus & arma tuo.
Ne cedas. Consiste loco, pede firmus utroq;,
Compressos dentes & labra morsa tenens.

Excitatis sic Spartanorum animis, Messenii tandem à perfidis sociis Arcadibus victi, & in duram servitutem abrepti sunt, postqvam hoc secundum bellum continuis XIIX. annis duraverat. Nonnulli eorum in Siciliam profugi, Messenam condiderunt, alias dictam Mamertinam ad portum Zanclæ seu Drepani. Eusebius tamen jam tempore Isaci conditam fuisse in Sicilia Messenam testatur. Nunc igitur demum oportet eam fuisse instauratam. Hinc post annos CCXCVII. ab Epaminonda evocati Messenii laribus suis sunt restituti. Annisi qvidem sunt jam tum anno mundi IIICIↃCCCCXCII. reliqvi in Peloponneso Messenii ex servitute, in qvam conjecti erant, annis ante Epaminondā XC. se expedire. Ingens enim terræmotus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

rus Spartam fere totam everterat: & omnes incolas obruisset, nisi dato militari signo à duce provido paulo ante fuissent evocati. Hoc sentientes Messenii, in libertatem sese vindicarunt, monte Ithome iterum occupato. Sed nondum erat tempus, ut liberarentur. Ideoq; post decennium ex Peloponneso plane ejecti sunt. Exulibus concessum est ab Atheniensibus Naupactum colendum. Hinc tamen itidem post annos LVII. à Spartanis, qvi tunc temporis Athenienses ad Ægospotamon superarant, ejecti, ad cognatos suos in Siciliam secesserunt. Tandem, qvod dixi, Epaminondas Thebanorum dux, cum omnem Spartanorum vim in pugna Leuctrica fregisset, Messenios in Peloponnesum ex Sicilia revocavit: qvi sacris repertis, olim ab Aristomene defossis, urbem denuo instaurarunt.

XI. Propera jam ad REGNUM CORINTHIACUM.

Corinthus urbs est in Isthmo Peloponnesiaco: qvam, qvod inter Saronicum & Cryssæum sinum media est, poëtæ bimarem; Cicero lumen totius Græciæ appellat. Condita primum à Sisypho latrone, Æoli filio, dicta est Centhyra, postea Epyra, tandem à Corintho seu Orestis, seu Pelopis filio instaurata, Corinthus. Eo autem tempore, qvo Heraclidæ Peloponnesum recupararunt, Aletes, qvintus ab Hercule, sedem regni sibi Corinthi constituit. Hunc seqvebantur reges Corinthiaci per CCCXII. annos, donec magistratus constitueretur annuus: qvo qvi fungebantur, dicti sunt Prytanes, ex Bacchiadarum familia, ex qvibus fuit Archias, annos CXXIV. usq; ad CYPSELUM tyrannũ, cum cujus filio PERIANDRO, fautore Arionis musici, tyrannis expirasse fertur. Archias, cum filium Melissi Actæonem ad stuprum vi abriperet; ille à domesticis non dimitteretur, atq; ita inter utrorumq; manus distractus expirasset; pater autem juvenis Melissus, frustra legum & magistratuum fide implorata, se è turri præcipitasset, solum vertere cum omnibus Bacchiadis est coactus. Contulit autem se in Siciliam & qvatuor oppidis ibi expugnatis, ex omnibus unam urbem nomine Syracusarum condidit: idq; circa primum bellum Messeniacum, teste Diodoro. Eò potentiæ propter situs oportunitatem tandem excrevit Corinthus, in qva fuit arx Acrocorinthus, & fons, musis sacer Pirene, & cives tantum sibi fastus sumserunt, ut nec Romanis cedere, sed & legatos eorum injuriosius appellare, & sordibus perfundere ausi sint. Qvam ob causam L. Mummius nobilem hanc urbem vi cepit, incendit, solo æqvavit. Qvo incendio qvantæ opes fuerint absumtæ, Florus docet. Qvid signorum, inqvit, qvid vestium, qvidve tabularum raptum, incensum, projectum est?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

eſt? Qvantas opes victor & abſtulerit & cremaverit, hinc ſcias, qvod, qvicqvid Corinthii æris toto orbe laudatur, incendio huic ſuperfuiſſe conſtet. Nam & æris pretioſiorem notam ipſa opulentiſſimæ urbis fecit injuria: qvia incendio peruſtis plurimis ſtatuis atq; ſimulacris, æris, argenti, auriq; venæ in commune fluxerunt.

XII. *Perge nunc ad reliqvam Græciam, & primo ATHENIENSIS Reipublicæ hiſtoriam deſcribe.*

Laudes Athenarum apud Platonem in Menexeno & apud Ariſtotelem in politicis ipſe poteris legere. Hic id tantum noto, qvod CECROPS, ſive Ægyptius ſive αὐτόχθων, aut qvod ſtaturam duorum virorum habuit, aut qvod duas lingvas, Græcam & Ægyptiacam calluit, διφυὴς ſeu biformis cognominatus, regnum Athenienſium anno mundi MMCCCXCIV. ſuſceperit in Acta vel Attica. In hac regione olim ante CCXXV. annos OGYGES, ſub qvo diluvium Atticum contigit, regnum uſurpaverat. Cum autem in arce Cecropis oliva ſimul ſubito progerminaret, & novus fons ebulliret, conſultum oraculum urbem eſſe dixit nominandam vel à Neptuno aqvarum deo, vel à Minerva dea olivæ. Mares igitur Athenienſium pro Neptuno; feminæ, qvæ numero excedebant, pro Minerva, qvam Athenam & Glaucam vocant, tulere ſententias. Hinc urbs non, ut antea, à Neptuno Poſidonium, ſed à Minerva nomine Athenarum dici cœpit. Poſtea in Attica eminuit CELEUS Eleuſinus, cujus filius TRIPTOLEMUS primus in Græcia creditur agriculturæ rationem tradidiſſe. Cecrops poſtea totius Atticæ incolas ſparſim hactenus habitantes, in XII. oppida contraxit: & populum in qvatuor tribus diſtribuit, & AREOPAGUM ad jus ἄνευ παθῶν καὶ προοιμίων dicendum conſtituit. Hoc tamen Areopagitarum judicium Scaliger tempore demum Demophoontis cœpiſſe cenſet, qvum in eo primus Oreſtes poſt bellum Trojanum cauſam dixerit. Alii ab ipſo Marte nuncupatum eſſe Areopagum cenſent, Martemq;, cum Halirrhothium, Neptuni filiū, qvi vim Alcippæ filiæ ſuæ intulerat, occidiſſet, à Neptuno homicidii reum factum, in illo primum capitis judicium ſubiiſſe ferunt. Conſtituto jam Areopago, AMPHICTYON, cum animadverteret, gentem Græcam infirmam eſſe, & à finitimis barbaris facile affligi poſſe, ut bis qvotannis in commune concilium, qvod AMPHICTYONICUM dictum eſt, Græci coirent, prudenti conſilio conſtituit. Aſſeſſores in hoc ſupremo gentis Græcæ tribunali dicebantur Pylagoræ, & ipſi conſeſſus ſeu conventus dicti ſunt Py-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Pyleæ, in qvibus judicabatur secundum leges Amphictyonicas, qvæ præter illas, qvas singulæ civitates habebant proprias, communes erant omnibus. Ad Thermopylas primo in Thessalia; postea in Phocyde, in vicinia Delphorum, universalis hic Græcorum conventus est celebratus. Interim res Atticas non poteris rectius dignoscere, qvam cognita eorum serie, qvi fuerunt

REGES ATHENIENSIUM.

Anni Mundi *Anni Regni*

2390. I. CECROPS tempore diluvii Deucalionis in Thessalia. Qvas fabulas de tribus ejus filiabus poëtæ in vulgus sparserint, videantur lib. II. Metam. Ovidii. 50.

2440. II. CRANAUS αὐτόχθων, à genero Amphictyone Deucalionis filio pulsus. 9.

2449. III. AMPHICTYON, iterum ab optimatibus pulsus, Deucalionis filius, Triptolemi avus. 10.

2459. IV. ERICHTHONIUS seu ERECHTHEUS I. qvem Diodorus facit Ægyptium ex Ægyptiorum sacerdotum opinione, & frumentum ex Ægypto eum dicit Athenas advexisse, & ita regnum meruisse, Cererisq; mysteria ritibus Ægyptiis populum docuisse. Alii expositum infantulum in templo Vulcani & Minervæ dicunt, qvorum deinde filius dictus sit, fabula addita, qvod Vulcanus ob arma Diis fabricata Minervæ nuptias postulaverit; illa vero pudicitiam tuente, semen in terram profuderit, unde natus sit Erichthonius, pedibus draconis deformis, qvos deinde usu curruum invento prudenter texerit. Ejus filia Creusa, Jonis mater est, unde Joniæ nomen suum accessit. 50.

2509. V. PANDION F. pater Prognes & Philomelæ, cum bellum gereret adversus Labdacum, Thebanorum regem, auxilia Terei, Thracum regis, Martis filii imploravit, ejusq; filiam Prognen sinistris avibus elocavit. Is enim Philomelam Prognes sororem incestu vitiatam, & elingvem ferro factam clam in vinculis, ut ejus amoribus sine suspicione frueretur, apud servulum detinuit, ejusq; nunciavit parentibus, maris eam nausea periisse. Illa carceris tædio affecta, acu in tenuissima tela rem omnem depinxit, & Prognæ deferri curavit: qvæ Orgyorum feriis usa, thyrsis & pellibus pro

more

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

more inſtructa, ſororem è carcere eripuit, nimioq; dolore accenſa, ipſum ſuum filium Ityn Tereo epulandum appoſuit. Poëtarum de hac hiſtoria fabulæ legantur in VI. metamorphoſeon Ovidii. 40.

2549. VI. ERECHTHEUS F. Eumolpum, Thracum regem, Eleuſiniorum ſacrorum autorem repulit, proavus Dædali, à qvo Socrates apud Platonem genus ſuum recitat. Filia ejus altera Orithya fingitur à Borea rege Thracum, filio Aſtræi, rapta; altera Creuſa ex Apolline fertur Janum ſuſcepiſſe, qvi nomen dedit Janiculo in 50.
Italia.

2599. VII. CECROPS II. F. tempore Pelopis & Perſei. 50.

2649. VIII. PANDION II. Erichthei filius, vi regno pulſus. 5.

2674. IX. ÆGEUS F. cui nonnulli ex Ovidio libro VII. Metamorph. putant Medeam poſt mortem Jaſonis nupſiſſe, & ex eo Medum regem Medorum ſuſcepiſſe. Gravia ei cum Minoë II. rege Cretenſium interceſſere bella, cujus filium Androgeum per inſidias peremerat. Auxiliis imprimis uſus eſt Æaci, regis Æginæ ſeu Oenopiæ, qvi tantam meruit juſtitiæ laudem, ut à Plutone credatur judex inferorũ cum Minoë & Rhadamantho delectus: paterq; fuit Pelei & avus Achillis, filius Jovis & Æginæ: qvem Ovidius fingit, poſt pleroſq; homines in inſula Ægina peſte extinctos, à Jove impetraſſe, ut formicæ, qvarum ingentem multitudinem in qvercu conſpiciebat, in homines mutarentur, qvi deinde Myrmidones appellati ſunt, & qvorum virtuti maxime Achilles in bello Trojano apud Homerum confidebat. Floruit hoc tempore Athenis Cephalus orator, regis gener, qvem Poetæ fingunt ab Aurora amatum & raptum, qvia ſub aurora venationibus indulgebat, & per imprudentiam tandem Procrin uxorem in virgultis latentem ſagitta peremit. Frater Ægei Niſus, rex Megaræ, ut eſt apud Ovidium libro VIII. à Minoë proditione filiæ Scyllæ eſt everſus. Dedit autem Ægeus nomen mari Ægeo, in qvod ſe præcipitavit, cum putaret, filium Theſea à Minoë eſſe peremtum. 50.

2712. X. THESEUS F. 50.

2742. XI. MENESTHEUS, Petes filius, pronepos Erechthei, ex bello Trojano notus, Theſeo abſente regnum invaſit, & ad Trojam pugnavit. Diodoro ex mente ſacerdotum Ægyptiorum eſt Ægyptius: & ideo διφυὴς, ut Cecrops, dictus fuiſſe putatur, qvia geminæ fuit reip. municeps, Athenienſis & Ægyptiæ. 27.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

2765. XII. DEMOPHOON, filius Thesei, à bello Trojano reversus, regnum recuperavit. 33.
2198. XIII. OXYNTHES. F. 12.
1810. XIV. APHIDAS, F. à fratre notho sublatus. 1.
1811. XV. THYMÆTES, Fr. nothus, qvi cũ provocatus à Xantho rege Thebanorum ad duellum nollet hosti se opponere, Athenienses Melantho, Messenio exuli, cum Xantho congresso, regnum concessere. 8.
2819. XVI. MELANTHUS Messenius, Andropompi filius ex Nestoris posteris, ejectus ab Heraclidis, ab Atheniensibus ideo est evectus ad regnum, qvod duello fuisset cum Xantho rege congressus: in qvo se à tergo hostis qvendam caprina pelle indutum conspicari simulavit, & retrospicientem Xanthum, qvem vi non poterat, astu interemit. Hujus tempore Jones, armis Achæorum pressi, ex Peloponneso Athenas venere, & in jus civitatis admissi, urbem agrũq; multitudine replevere. 37.
2856. XVII. CODRUS, tantæ generositatis, ut, qvem adhuc volumus extollere, eum Codro dicamus generosiorem. Diis manibus sese in bello contra Dorienses, novos Peloponnesi incolas, pro patria anno mundi ııcIↄIↄcccLXXVII. devovit. Nam qvum hostes accepissent responsum, victores se fore, si Codrum regem non peremissent, habitu vili prodiens, jurgiis eos in suam necem provocavit, cum jam ccccxxxvII. annis reges Athenis præfuissent. 21.

XIII. THESEA, qvem decimum fecisti Atheniensium regem, constat Herculis fuisse æmulum. Ejus igitur res gestas mihi peculiariter describi velim.

Pelops, Tantali regis Prygiæ filius, felix Hippodamiæ, Oenomai Elidum regis filiæ, conjugium virtute sua consecutus, non pecuniæ magis vi, qvam liberorum, plurimum inter alios Peloponnesios polluit reges. Filius ejus Pittheus, vir sapientissimus, filiam Æthram elocavit Ægeo Atheniensiũ regi: unde natus THESEUS: qvi, qvamprimum saxum illud posset levare, sub qvo Ægeus, ab Æthra discedens, ensem deposuerat, hac lege, ut eum filius nasciturus, adultior factus, saxo sublato ad se referret, Athenas gloria Herculis consangvinei incensus ad patrem contendit. Qvo gradu cognationis Herculi junctus fuerit, patet ex tabella.

PELOPS & HIPPODAMIA.

LYSIDICE.	*PITTHEUS.*
ALCUMENA.	*ÆTHRA.*
HERCULES.	*THESEUS.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

In itinere, qvo Athenas porrexit, varios latrones, interq; eos Periphetem corynetem, id est, elevatum, cujus clava deinde, ut Hercules leonis pelle, usus est, peremit. Sinnin in finibus Epidauri, qvi duabus pinibus inflexis homines excarnificabat, in Isthmo eodem mortis genere affecit, & ex ejus filia Perigune Menalippum genuit. Cromnioniam suem, sive fera illa fuerit, sive femina lasciva & prædatrix, confecit. In finibus Megaricis Scironem latronem de saxo præcipitavit. Cercyonem luctatorem ex Arcadia lucta oppressit. Procrusten, qvi omnes hospites lectum suum mensura non æqvantes necare consveverat, sustulit. Tandem, cum Athenas pervenisset, Medeæq; apud Ægea commorantis insidias vix evasisset, declaratus est Ægeo successor. Pallantidæ cognati iniqvo id ferentes animo, bellum ei moverunt: sed frustra. Inde taurum Marathonium ex Creta ab Hercule transportatum interemit, & mox nova rerum gerendarum occasio ei enata est. Asterius filius Tectami seu Teutami, rex Cretæ, nepos Hellenis & Dori, Deucalionis pronepos, Europam uxorem duxerat, filiosq; ejus adoptaverat ex Jove natos, Minoa, Rhadamanthum & Sarpedonem. Et Rhadamanthus qvidem factus est Cretensium LLator. Minos autem post patrem rex constitutus, Lycastum genuit: qvi regnum nactus, ex Ida Corybantis filia genuit Minoa II. Hic primus Græcorum maris imperium sibi tribuit, & ex Pasiphae, Solis ac Cretæ filia, inter alios liberos Androgeum procreavit, qvem Ægeus, tanqvam à qvo sibi metueret, per insidias obtruncavit. Minos igitur, cum bello nihil adversus Athenienses posset, siccitatem & famem illis à Jove patre imprecabatur. Illam ut averterent, jussi ab oraculo mandata Minois omnia exeqvi, ad arbitrium ejus qvotannis, aut, ut est apud alios, septimo qvoq; anno septenos pueros totidemq; puellas in Cretam mittebant. Qvi qvidem non interficiebantur, ut poëtæ fabulantur, sed in carcere, qvem labyrinthum vocarunt, asservati, ei tandem præmio cessere, qvi in ludis gymnicis vicisset. Et Taurus qvidem dux belli, aliàs dictus Minotaurus, prioribus ludis vicerat reliqvos, & superbe atq; crudeliter pueros Atticos tractabat. Cum igitur Theseus tempore tertii tributi cum reliqvis pueris in Cretam navigaret, & Taurus, jam minus gratus Minoi, cum eodem duellum subiisset, victor Theseus pueros recepit, & Minois filiam Ariadnen avexit qvidem secum, sed paulo post vel ob Ægles amorem restituit, vel in partu enecatam amisit. Reversus Athenas, cum ex pacto victoriam velo albo non significasset, Ægeus periisse filium ratus, de rupe se præcipitavit. Theseus inde Atticæ cultores

res in unam urbem Athenarum contraxit, PANATHENÆA, tanqvam sacrificium commune, alias metæcia seu festum demigrationis dictum, instituit, depositoq; regno voluit, ut omnis potestas esset in communi prytaneo & curia penes populum, in patritios, agricolas & opifices discretum. Ipse moderator tantum belli & legum custos esse voluit: ludos Isthmios in Neptuni honorem adornavit: in pontum Euxinum navigavit, aut Herculem adversus Amazones secutus, aut propria classe illuc profectus. In illa expeditione præmium virtutis accepit Antiopen, & ex illa genuit Hippolytum. Amazones eum per Thraciam perseqventes, auxiliis Scytharum usæ, in ipsa urbe prælio cum eo contenderunt: sed fugatæ sunt, Antiopa pro marito decertante & viriliter occumbente. Theseus, Antiopa defuncta, Phædram duxit: qvæ cum privignum Hippolytum in sui amorem pertrahere non posset, sibiipsi vitam laqveo abrupit, literis prius scriptis, qvibus Hippolytum de vi sibi intentata incusavit. Illis Theseus credens, voto facto, per Neptuni phocas innocentem filium, qvi fuga sibi consuluerat, de curru eqvis monstro pertertitis prolapsum perdidit. Hunc Hippolytum fingunt Poëtæ ab inferis per Æsculapium revocatum, in Italia vixisse, novo Virbii nomine sibi imposito. Theseus interim consors fuit Lapithis adversus Centauros depugnantibus. Jasoni etiam in expeditione Argonautica socium se junxit. Adhæc adjutor fuit Adrasti ad recuperanda illorum corpora, qvi sub Cadmæa ceciderant. Inde illud in proverbio: Non sine Theseo. Annos jam natus L. sibi Helenam nondum maturam rapuit, eamq; cum matre Æthra in urbe qvadam Attica sub certis custodibus reliqvit: socio qvoq; Pirithoo, Ixionis filio, Proserpinam, filiam regis Molossorum Aidonei & Persephones, abducturus, fata sensit adversa. Corripuit enim utrumq; Aidoneus. Et Pirithoum extemplo canis Cerberus interemit: Thesea vero rex in vinculis servavit, tandemq; reddidit Herculi. Absente interim Theseo Mnestheus regnum invasit: & Helenam fratres bello Atheniensibus illato repetierunt: ipseq; Theseus ex Attica exclusus, à rege Scyri ex insidiis de saxo præcipitatus periit, & filii ejus privatam agentes vitam, in bello Trojano Blephenorem sunt secuti.

XIV. Qvidnam rerum Athenis contigit, postqvam CODRUS pro patria diis manibus se devovit, qvem ultimum Atheniensium regem recensuisti?

Athenienses pietatis sui regis memores, nullum ei surrogarunt, qvo ejus memoria firmius animis posterorum inhæreret: & constituerunt Archontas seu principes & prætores perpetuos, qvi, qvamdiu vixere, regnarunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Horũ prim⁹ Medon claudus, fili⁹ Codri, cœpit anno mundi cIↄcIↄIↄcccLXXVII. reipubl. præeſſe: qvem ſecutus eſt Acaſtus. Qvo ipſo tempore JONICA MIGRATIO contigit, qva Neleus frater Medonis ſe regno digniorem, qvam claudicantem fratrem æſtimans, qvum id oraculo conſulto accipere non poſſet, magnam Græcæ juventutis & imprimis Jonum, qvi pulſi ab Achæis in Atticam confugerant, vim coactam in Aſiam minorem abduxit, ibiq; florentiſſimas urbes, Epheſum, Miletum, Prienen, Teon, Lebedum, Phoceam, Samum in inſula & Myram condidit. Contigit etiam MIGRATIO ÆOLICA, qva Achæi Mycenis pulſi ab Heraclidis, primo ceſſerunt in Thraciam, poſt in illam Aſiæ partem, qvæ ab hoc tempore Æolis dici cœpit. Cum autem XIII. Archontes, qvibus, qvamdiu vixere, poteſtas confirmata fuit, Athenis præfuiſſent annis CCCXV. & ultimus eorum Alcmæon deceſſiſſet, Archontes poſtea decennales per LXX. annos à populo conſtituti ſunt: qvorum primus Charops fuit; qvartus Hippomanes adulterum cum filia deprehenſum eqvis diſcerpſit; filiam vero eqvo fame macerato devorandam objecit. Septimo ex his decennalibus Archontibus Eryxia, ſive defuncto, ſive ob delictũ honore privato, Novemviris ſeu novẽ archontibus annuis ſumma rerum eſt commendata, archonti nimirum ἐπωνύμῳ, tanqvam collegii novemviralis principi, cujus nomine annus in faſtis publicis ſignabatur; regi, qvi, ut ſacra rite fierent, curabat; polemarcho & ſex theſmotheris, tanqvam juris cuſtodibus. θεσμοὶ enim Athenienſibus leges ſunt. Inter archontas Draco & Solon LLatores fuerunt DRACO anno poſt Eryxiam LIII; poſt Lycurgum nomothetam Spartanorum CCXLII. magna ſeveritate leges tulit, & ob id eas non atramento, ſed ſangvine dicitur ſcripſiſſe. Annis poſt Draconem triginta circiter SOLON, è Codro genus ducens, novas leges tanto temperamento compoſitas promulgavit, ut parem gratiam à ſenatu ſimul & populo reportaret, opulentisq; non minus gratus eſſet, qvam tenuibus. Initium fecit à promulganda σεισάχθεια i. e fœnoris ſive abolitione, ſive potius moderatione: & præter antiqvam populi in milites, opifices, agricolas & paſtores diſtributionem, ex cenſu qvatuor civium claſſes conſtituit: ex qvarum prioribus tribus, qvæ res ſoli ad certos fructuum modios poſſiderent, annuos juſſit legere magiſtratus; reliqvæ plebi, qvæ qvarta claſſe cenſebantur, jus concionum & judicia cum cæteris obeunda aſſignavit: collegium IX. virum populi ſuffragiis in comitiis eligendorum arctius ad negotia reip. curanda adſtrinxit, eosq; poſt an-

annuũ magiſtratum bene geſtum & poſt redditas apud λογιϛὰς & εὐθύνας adminiſtratæ reip. & geſtorum rationes ſenatui Areopagitarum adſcripſit, ut, qvoad viverent, in munere eſſent. Hinc factum, ut non niſi viri rerum omnium periti in ſenatu Athenienſi conſpicerentur: qvia non alii legebantur, qvam qvi culpæ & infamiæ exortes, antea inter novẽ Archontas verſati fuerant. Factum etiam, ut Areopagitarum numerus eſſet incertus, tantus ſcilicet, in qvantum excreſcebant Novemviri magiſtratu decedentes. Præter hunc Areopagi ſenatum, cui ephoria & epiſcope in omnes reip. partes, omniumq; mores competebat, conſtituit etiam Solon ſenatum cccc. virorũ, ſorte per fabas albas & nigras ſingulis annis ductorum: inter qvos XL. vel L. primores dicebantur Prytanes, velut ſenatus hujus principes: qvibus in tholo, loco curiæ vicino, præſidibus deliberabatur de bello & pace, deq; paranda pecuniæ copia & de qvibuscunq; aliis negotiis ad rempubl. pertinentibus. Alii novem ex illis ſubſeqventi tempore dicebantur Proëdri, per epiſtaten ſeu primum ex Prytanibus electi: qvorum magna etiam fuit in populo autoritas. Ipſius autem populi concilium, ad qvod ultimo provocabatur, dicebatur eccleſia vel concio. Etſi autem Solon talem remp. ſuis legibus patriæ induxit, qva, cenſente Ariſtotele & Plutarcho, nulla melior inveniri qveat, tamen, ut ante CYLO tempore olympicorum ludorum tyrannidem invadere fruſtra conatus eſt, ita Solone adhuc vivo PISISTRATUS, cujus pater Hippocrates ex olla, qvæ carne & aqvis repleta absq; igne efferveſcebat, malitiam filii præviderat, voluntariis vulneribus ſibi clam inflictis, per dolum à populo impetrato ſatellitio, dominatum arripuit, bisq; expulſus, tertia tamen vice rediit, fecitq;, ut ſanctitatem Solonis ſuæ poſthaberent facundiæ. Ceſſit Solon ſua ſponte, poſtqvam ſubitæ dementiæ ſimulatione legem de non invadenda Salamina inſula ſuſtuliſſet, & eam Megarenſibus hoſtibus eripuiſſet; tyrannumq; fugiens, primum in Ægyptum, inde in Cyprum, poſtea ad Crœſum pervenit, eumq; ſuæ mortalitatis & fragilitatis commonefecit. Hinc in Ciliciam digreſſus, coloniam, à ſuo nomine Solon dictam, condidit, ubi Athenienſes primum ab Atticæ lingvæ puritate deſciſcentes, ſolœciſſare, voce ſolœciſmi ab hac Solonis urbe tracta, didicerunt. Tyrannidem, qvam Piſiſtratus Athenis invaſerat, ſibi qvoq; ejus filii HIPPARCHUS & HIPPIAS uſurparunt. Sed cum Hipparchus, qvem Juſtinus Dioclem vocat, Harmodii ſororem violaſſet, obtruncatus eſt: & Harmodius ob id in jus vocatus, cædisq; conſcios nominare ab Hippia juſſus, amicos tyranni nominavit. Illis inter-

fectis, qværenti tyranno, ecqvis superesset, nemo, inqvit, qvem mori cupiam, præter tyrannum. Hac voce excitata civitas, autore Clisthene, Hippia pulso, statuas Harmodio &, qvi eum juvit, Aristogitoni posuit, seq; in libertatem vindicavit. Posuit etiam Leænæ, amasio Harmodii, statuam in forma leænæ sine lingva: qvia, cum qvæstione subjecta urgeretur prodere conscios, lingvam sibi præmorderat. Hippias confugit ad Darium Persarum regem, cumq; ab eo reduci in urbem vellet, in pugna Marathonia periit. Athenis autem denuo IX. annui Archontes sunt constituti, sub qvorum imperio gesta sunt, qvæ postea in historia Persarum dicemus. Solonis instituta post LXXXVI. annos CLISTHENES ex posteris Alcmæonis, qvi cum Isagora Tisameni de principe in libera republica loco contendebat, mutare cœpit, cum se totum populo daret, & ex IV. tribubus decem faceret, senatum CCCC. virorum numero centenario augeret, qvinqvaginta viris ex singulis tribubus qvotannis sorte lectis. Idem Clisthenes ostracismi primus autor fuit, qvo ejecti sunt citra infamiam, qvi ob nimiam potentiam suspecti erant. Et ipse primus fuit, in qvem hoc à testula judicium exercitum est. Subseqventibus temporibus qvarta civium classis, qvæ hactenus ob defectum census annuis honoribus arcebatur, cum cæteris adæqvata est, scivitq; Aristides, ut communis esset respublica, & magistratus ex omnibus Atheniensibus eligerentur: & ita curia qvingentorum cœpit patere plebejis. Qvi plura volet de magistratibus, legibus, judiciis & moribus Atheniensium cognosse, legat Caroli Sigonii qvatuor libros de rep. Atheniensi, & Ubbonis Emmii duos tractatus de republica, inclinatione & interitu Atheniensiũ. Cæterum cum hæc urbs post bellum Peloponnesiacum sub XXX. tyrannis valde esset vexata, & iis eversis per LXXX. annos usq; ad mortem Alexandri M. pristino nitori restituta, Antipater Macedoniæ præfectus exules Græciæ reducturus, Atheniensibus bellum movit, & cæso eorum duce Leosthene, urbem obsidione cepit, & abolito statu populari, paucorum imperio, qvibus census bis mille drachmarum esset, civitatem administrari jussit, & præsidia illi imposuit, sibiq; oratores rebus Macedonicis infestos tradi jussit: inter qvos Demosthenes profugus in insula Calauria, hausto ad aram Neptuni veneno, interiit. Fluctuavit ab hoc tempore civitas sub diversis Macedoniæ regibus, qvorum jussa capiebat, varia fortuna bella ex bellis nectentibus: jamq; videbatur libertatem recuperasse, jam penitus perdidisse. Cassander imprimis, Antipatri filius, ut urbis potestatem infringeret, callide id egit, ut primo

Leo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Leochares, deinde DEMETRIUS PHALEREUS, vir à literis & ſapientia inſigniter celebris, tyrannidem ſeu deſpotiam arriperet. Paulo poſt invaluit Demetrius, Antigoni filius, & ejecto Phalereo Athenas in eum ſtatum deduxit, ut ab arbitrio regum Macedoniæ penderent. Aratus tandem Sicyonius Athenas ſocietati Achæorũ inſertas, in libertatem aſſeruit, ut alibi dicemus. Inde fœderi aſſcripta eſt à Romanis poſt bellum Punicum ſecundum. Hinc cum ſe, relicta Romanorum ſocietate, ſvaſu Ariſtionis tyranni, Mithridati regi applicuiſſet, expugnata à Sylla, magnam cladem accepit, direptioni militum tota expoſita. Sed damnum facile reparatum, cum poſtea omnibus pene imperatoribus Athenæ eſſent in delitiis adeo, ut poſt multa ſecula inde Theodoſius II. Eudoxiam civem Atticam, Leontii philoſophi filiam, & Leo IV. Irenen circa tempora Caroli M. uxorem ſibi adſciſcerent. Sub Palæologis tandem Athenis & Corinthi prævaluit Rainerius ACCIAJOLUS Florentinus, dux Athenienſis cum poſteris dictus. Tempore Machometis II. Turcorum imperatoris, ex Acciajoli poſteris præerat Atticæ & Boëtiæ Nerius. Qvo defuncto, viduæ ejus in gratiam filioli, qvem Nerio pepererat, Machomet dynaſtiam permiſit. Sed cum Palmerio Veneto, cujus pater Nauplio præerat, nupſiſſet, in illum, qvia in ſui gratiam priorem uxorem veneno ſuſtulerat, dynaſtiam translatura erat. Nerii ex fratre Antonio nepos Francus Acciajolus de injuria generi Acciajolorum illata conqveſtus in aula Ottomannica, obtinuit, ut Palmerio ejecto ſibi tutela patruelis & adminiſtratio Athenarum committeretur. Sed qvod pupilli matrem in carcerem conjectam interemerat, ille elapſus de Franci patruelis ſcelere conqveſtus, nihil aliud obtinuit, qvam ut præſes Theſſaliæ Omares copiis Athenas ductis arcem in poteſtatem Turcarum redigeret. Ab hoc tempore Athenis locum editiorem, qvam veteres Aſtu & arcẽ dicebant, inq; qvo ara & poſtea templum ignoto Deo ſacratum fuit, Turcæ ſoli habitant: alteram partem huic ſubjectam ſoli incolunt Chriſtiani ſub epiſcopo metropolita, cui ſex alii in vicinia epiſcopi ſubſunt: tertiam & ultimam promiſcua tenet multitudo. Cives in univerſum numerantur XIICIↃ. ipſaq; urbs jam non dicitur Athenarum, ſed Sethine.

XV. Ad AETOLORUM regnum, qvod in Græcia qvoq; floruit, porro progredimur.

Regnum Ætolicum ad mare Jonium condidit Eudymionis filius Ætolus: qvi cum peremiſſet Apim, Phoronei regis Argorum filium, in Ætolum commigravit. Genus ducit à Deucalione hac ſerie: DEU-

DEUCALION.
HELLEN.
AEOLUS.
CALYX.
ENDYMION.
AETOLUS.
PLEURON.
AGENOR.
PARTHAON.
OENEUS.

TYDEUS. *MELEAGER.* *DEJANIRA.*
DIOMEDES.

Oenei agrum cum aper Calydonius depopularetur, Theſtiadæ cum Oenei filio Meleagro, ſuo agnato, in illum arma expedierunt. De occiſi ſpoliis nova orta dimicatio. Theſtiadæ illa ſibi vendicabant. Meleager Athalantæ virgini, qvam cum Hippomene fingunt ira Magnæ matris in leænam verſam, ea attribuit, & hoſtes partim occidit, partim fugavit. Mater ejus Althæa, Theſtiadum ſoror, hac de cauſa filium diris devovit. Et occubuit qvidem ille matris præſtigiis: ſed & ipſa mox tanti ſceleris conſcientiam non ſuſtinens, necem ſibi conſcivit. Oeneus ex alia uxore alium ſuſcepit filium Tydea, Adraſti generum. Sed & illum ad Thebas cæſum gemuit: ipſeq; tandem ab Agrio patre, ejusq; filiis eſt peremtus. Filia ejus Dejanira Herculi ob alterum Acheloi fluvii cornu aggeribus coercitum in uxorem data eſt, ſed in exitium, qvod notum eſt. Fuit qvoq; Oenei ex Tydeo nepos Diomedes, ex Trojana hiſtoria celeberrimus. Sed plura ne qværamus de hoc regno, reliqvis obſcuriore.

XVI. *THEBANUM in Bœotia regnum celebrius eſſe novi. Illius jam hiſtoriam amabo indagato.*

Utiq; illud fuit celeberrimum, non conditoribus ſaltem Cadmo & Amphione, ſed & heroibus inde ortis, Baccho & Hercule, Epaminonda & Pelopida. Sed nos hac vice priſcos tantummodo reges Thebanorum in Bœotia producemus. CADMUS, Agenoris Ægyptii, qvi Sidonem & Tyrum condidit, filius, Neptuni nepos, Thebis Ægyptiis oriundus, à patre miſſus ad qværendam ſororem Europam, qvam Aſterius rex Cretenſium abduxerat, juſſusq; ſine ea non reverti, reditu deſperato Thebas in Bœotia, ſumto ab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ab Ægyptiis Thebis vocabulo, juſſu oraculi, eo loco, ubi bovem vidiſſet ambulando defeſſum procumbere, condidit. Duxit ſecundum Apollodorum Sphingem: qvæ, cum Cadmus cœpiſſet amare Hermionem ſeu Harmoniam, populares adverſus Cadmæos ad bellum incitavit: qvod tamen, cum ex omni parte, tanqvam ex terra prognati, accurrerent homines, qvorum auxilio etiam condidit Thebas, brevi compoſitum eſt. Civibus & reliqvæ Græciæ literarum uſum ex Phœnicia translatum monſtravit Cadmus, pater Polydori & qvatuor filiarum, Agaves, Autonoës, Inus & Semeles, qvarum fabulæ videantur libro III. & IV. metamorph. Ovidii. Illarum prima in furorem verſa per temulentiam abſtemium & ſpretorem Bacchi filium Penthea in Orgiis Bacchi ſuis manibus dilaniavit. Altera Actæonem ex Ariſtæo peperit. Tertia, Athamanti elocata, privignos Hellen & Phryxum expulit, & tandem in furorem acta cum filio Melicerta in mare ſe præcipitem egit, ipſaq; fingitur mutata in Leucotheam, & filius in Palæmonem. Ultima ab Actæone ambita, qvod incerto autore ſtuprum paſſa erat, maris tempeſtatibus fuit commiſſa: cujus filius, prolixo Inus matertetæ ſtudio educatus, DIONYSUS ſeu BACCHUS eſt vocatus, agricola & vinitor ſolertiſſimus. Cadmus autem, anteqvam in Illyricum ſeceſſit, & genito ibi filio Illyrio cum uxore in ſerpentem eſt mutatus, i. e. ad decrepitam ſenectutem pervenit, filio Polydoro regni ſocium adjunxerat PENTHEA Echionis filium, ſuum ex Agave nepotem. Illum vero Dionyſus, Polydori ex ſorore Semele nepos, in qvem poſtea Orpheus omnia ſacra transtulit, qvæ Oſiri deferebantur in Ægypto, oppugnavit, ſed fruſtra. Tandem tamen à Bacchis feminis, Dionyſo faventibus, Pentheus, ut diximus, eſt diſcerptus. Et Polydorus ſolus regnum obtinuit, filioq; Labdaco tutorem præfecit Nyctea Spartam avunculum, qvi ex Eubœa venerat. Sed hic Nicteus paulo poſt in bello adverſus Epopea, regem Sicyonium, qvi Antiopen filiam ſuam, Lyci uxorem, rapuerat, peremtus eſt: & ſucceſſit in Labdaci tutela Lycus, cui Nycteus frater vindictam in Epopea & Antiopen commendaverat. Ille igitur Sicyonem cepit, Epopea evertit, Antiopen invitam reduxit: qvæ paulo poſt gemellos ex Epopeo peperit, nempe Amphionem & Zethum. Hos Lycus exponi curavit, & ducta in uxorem Dirce, cum laude Thebis præfuit, & pupillo tandem adulto regnum reddidit. Qvo ipſo tamen brevi poſt defuncto, Laji, qvem Labdacus filium anniculum reliqverat, itidem tutelam geſſit. Antiope autem è vinculis elapſa, impulit filios Amphionem & Zethum, ut contra Lajum & Lycum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

atq; Dircen sibi regnum Thebarum vendicarent. Et qvidem illius fuga; horum cæde illud occuparunt. Qvia autem Amphion, qvi Tantali regis Phrygiæ filiam Nioben in matrimonio habuit, Thebas cum Cadmea conjunxit, muroq; cinxit, lyra dictus fuit saxa ducere, qvod eloqventiæ svavitate homines rudes, rupium hactenus incolas, ad obseqvii civilis pellexit disciplinam. Lajus interea profugus, exceptus est in Peloponneso à Pelope: & defuncto Amphione in regnum rediit, duxitq; Jocastam, Creontis sororem, filium Menacæi, Penthei neptem: & ex illa OEDIPUM genuit. Hunc, qvod oraculum dixerat patri necem allaturum, interfici jussit. Sed ministri in silvam delatum puerum plantis perforatis vimine trajecto ex arbore suspenderunt. Eum à pastore Phorbante inventum Polybus Corinthiorum rex solerter educavit, Oedipum à pedibus ex vulnere tumentibus vocavit, & ad patrem, qvem in Phocide eum dixerat oraculum inventurum, ablegavit. Sed miser in tumultu inter cives & exteros exorto ignotum patrem Lajum interfecit, & Thebis deinde à sævitia Sphingis veneficæ, filiæ Typhonis & Echidnæ, liberatis, matrem Jocastam, ejus rei præmium, ultro Creonte de regno, qvod hactenus usurpaverat, cedente, inscius duxit. Hujus tanti facinoris, ex Tiresia vate cœco tandem cognit, dolore oculorum usum sibi ademit, & ejectus Thebis, in Attica hiatu terræ absorptus periit. Tiresiæ hujus cæcitatem simul & peritiam vaticinandi contigisse memorant, aut qvia Palladem viderat nudam, aut qvia Jovi & Junoni de voluptate in Venere qværentibus responderat:

Parte una è denis mas partibus oblectatur:
At mulier solidum coitus capit ipsa decuncem.

Sustulerat Oedipus ex incesto matris concubitu Eteoclen & Polynicen, præter Antigonen & Ismenen. Fratres illi, ut alternis imperiis regnum administraretur, pacti fuerant. Sed Polynices à fratre postea penitus fuit exclusus. Propterea auxilium obtinuit à socero Adrasto Argivo. Eteoclis autem partes defendit Creon. Hic, cum post aliqvot velitationes fratres, scelere parentum infelices, in duello congressi, mutuis vulneribus concidissent, vetuit, neqvis Polynicem traderet sepulturæ. Filiis spiritum adhuc anhelantibus mater Jocasta superveniens, se gladio ex alterutrius filii corpore extracto trajecit. Et Antigone, qvod contra edictum fratris Polynicis cadaver humari curasset, viva in terram defossa est. Alii tradunt, corpora fratrum, cum in pyram de more conjecta essent, fumum in partes scissum, etiamsi ventus vehemens esset, nunqvam in unam partem se

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

se convertisse, & sic mortuorum etiam odia significasse. Hinc Ausonius:

Nec stygiis lucis ineunt sua funera fratres
Oedipodionidæ, de misero ab miseri.
Namq; etiam ex uno surgentes aggere flammæ
In diversa sui dissiliunt cineres.

Æmon qvoq;, cui Antigone desponsata erat, seipsum gladio trajecit. Septem omnino in hoc bello ad Thebas duces contra Eteoclem fuere, de qvibus multa poëtæ fabulantur: Adrastus: Polynices: Tydeus Oenei Calidonii filius, alter Adrasti gener: Capaneus: Hippomedon: Parthenopæus, & Amphiaraus vates, qvi ab uxore Eriphyle, sorore Adrasti, auro corrupta, insidiose in bellum protrusus, qvod filium Alcmæonem jusserat in matrem parricidio sævire, terræ hiatu est absorptus. Sic & Capaneus, qvod absq; deorum auxilio Thebas capturum se dixerat, fulmine de scalis deturbatus est. Horum VII. principum posteri anno post decimo, à Poëtis Epigoni dicti, instaurarunt bellum, necem parentum ulturi: & Thebis occupatis, filioq; Eteoclis Laodamante pulso, Thersandrum filium Polynicis, Adrasti nepotem, in regnum restituerunt: qvem paulo post in bello Trojano Telephus interemit. Post illum præfuit filius Tisamenus, solus dirarum Laii & Oedipi expers: qvo tamen defuncto Autesion, ultimus ex incestu infelici natus, ad dirarum avitarum pœnas retractus, regnum oraculo jussus deposuit: post qvem tres Thebis regio nomine imperasse leguntur: Damasichthon: Ptolemæus: Xanthus: qvem ultimum Melanthus Athenarum rex, qvod supra diximus, peculiari strategemate obtruncavit. Et ab hoc tempore sub Bœotarchis & Polemachis urbs Thebana cœpit populariter administrari, magnaq; sentire incrementa, & in reliqvas Bœotiæ civitates sibi imperium vendicare. Et qva ratione Platæensibus, id ægre ferentibus, occasio belli Peloponnesiaci enata sit; utq; per Epaminondam & Pelopidam præcipuam in Græcia autoritatem & potentiam Thebani occupaverint, atq; postea præsidia Philippi receperint, & ab Alexandro tandem excisa urbe in extremã servitutem pertracti sint, unde eos, Thebis denuo instauratis, Cassander Antipatri filius liberavit, in seqventium temporum historiis explicandum venit. Nunc ad regnum Cretense nos convertimus, qvod non immerito reliqvis Græciæ rebuspublicis annumeratur.

XVII. In CRETENSI regno novi Jovem, illum apud Græcos spurcissimum Deum, natum esse. Istud igitur hic qvoq; perlustrandum esse censeo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Creta eſt inſula in mari Ægeo,centum urbium fama clara, in qva nullum animal noxium vivere poſſe credunt. Ejus incolæ prius dicti ſunt Idæi Dactyli, miri præſtigiatores, ignis apud inſulares & ferri inventores. Poſt Idæos Dactylos Curetæ, eorum poſteri, unde inſula nomen qvaſi Cureta nacta eſt, extiterunt inventores rei pecuariæ & apiariæ, qvi Jovem clam Saturno lacte caprino & melle per Amaltheam & Meliſſam educari curarunt. Jovem enim & reliqvos famigeratiſſimos Titanes in hac inſula oriundos Græci credunt. Extitit etiam in hac inſula MINOS, Jovis vel potius Aſterii ex Europa Agenoris Ægyptii rapta filius, qvi fratrem Rhadamanthum & Sarpedonem armis expulit. Hujus nepos, Paſiphaës conjux, Minos II. primus Græcæ gentis navali re eminuit, & imperium maris ſibi vendicavit, regnumq; in Siciliam usq; propagavit: Cycladas novis coloniis implevit: Megaram proditione Scyllæ filiæ Niſi evertit: ab Athenienſibus, magna ſterilitate agrorum afflictis, qvorum rex Ægeus, Theſei pater, per ſicarios filium Minois Androgeum in Attica peremerat, ſepteno qvoq; anno VII. pueros totidemq; puellas tributi nomine accepit, eosq; Theſeo ex labyrintheo carcere reſtituit. Fabulam apud Euſebium ſic explicat Philochorus. Taurus fuit vir ſtrenuus, ſed inhumanus. Minos autem in Androgei filii memoriam inſtituerat agonem, & præmii nomine victori pueros Atticos addicebat. Taurus in contentione omnes ſuperabat. Tandem à Theſeo in palæſtra eſt ſuperatus. Sic tributaria pœna pueri Athenienſes liberati ſunt. Minos hic eſt, qvi egregiis inſtitutis rempubl. Cretenſium conſtituit. Regibus XXVIII. ſenatores & X. Coſmos addidit: agriculturam ad Periœcos ruricolas circa Lyctiorum oppidum devolvit: ſeparatim cives habitare à feminis; in perpetua autem homilia cum pueris eſſe juſſit, ut hæc legi poſſunt lib. II. Polit. Ariſt. cap. X. talia ſane pleraq;, qvæ Lycurgus digna cenſuit, ut Spartanis ſuis ea perſvaderet.

SERIES REGUM CRETENSIUM hæc eſt.

I. CRES, è Curetibus indigena, circa annum mundi 2000.
II. TALUS.
III. VULCANUS ſeu Hepheſtion.
IV. RHADAMANTHUS LLator.
V. MILINUS ab Hercule Libyco interfectus, juxta Beroſum.
VI. MELISSEUS, pater Amalthea & Meliſſæ.
VII. CYDON tempore Cecropis, regis Athenarum.

IIX APTE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

IIX. APTERAS.

IX. LAPITHAS, alio nomine Taurus seu Jupiter: raptor Europæ, Agenoris, aut, ut rectius vocatur, Phœnicis regis Sidoniorum filiæ; pater Minois, Rhadamanthi & Sarpedonis.

X. ASTERIUS, frater Lapithæ, fidus Minois tutor, qvem tamen aliqvi faciunt ipsum Lapitham seu Jovem.

XI. MINOS I. filiu Lapithæ, qvi fratres expulit.

XII. LYCASTUS F. cujus uxor fuit Ida Corybantis filia.

XIII. MINOS II. F cujus uxor Pasiphae. Hoc tempore Miletus, cum regnum decrepito jam Minoe affectaret, pulsus abiit in Cariam, ibiq; Miletum urbem condidit: cujus liberis Biblidi & Cauno qvid acciderit, est in fabulis Ovidianis lib. IX. metamorph.

XIV. DEUCALION F. cujus in prælio interfecti sororem Ariadnen Theseus sibi copulavit.

XV. CRETEUS Fr. à filio Althemene, rege Rhodi, per imprudentiam cæsus. Reliqvit duas filias, Æropen, qvæ ex Plisthene peperit Agamemnonem & Menelaum; atq; Climenen, qvæ ex Nauplio peperit Palameden.

XVI. & XVII. IDOMONEUS filius Deucalionis, in bello Trojano cum ipso Ænea congressus, omnis generis certaminum peritus, & MERIONES Minois II. ex Molo filio nepos, fidus parastates Idomonei in bello Trojano.

Refert Dictys Cretensis lib. I. de bello Trojano, Cretea testamento aurum & argentum transmisisse ad nepotes ex filiabus; regnum divisisse inter Idomoneum & Merionem, suos ex fratribus nepotes: cumq; in herciscunda hereditate convenissent in Creta, cum reliqvis heredibus partem accepisse Menelaum & Agamemnonem, Plisthenis & Æropes filios, Atridas ideo dictos, qvia, cum Plisthene eorum pater parvulis ipsis decessisset, ipsorum avus Atreus, rex Mycænarum, eorum educandorum curam in se devolvit. Ex schemate genealogico res est clarior.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

LAPITHAS seu Asterius, seu Jupiter, raptor Europæ.
MINOS I.
LYCASTUS, cujus uxor Ida, Corybanti filia.
MINOS II. cujus uxor Pasiphae.

DEUCALION. IDOMONEUS. — *ARIADNE, Thesei uxor.* — *MOLUS. MERIONES.* — *CRETEUS, cui relictæ duæ filiæ.*

CLYMENE, uxor Nauplii. — *AEROPE, uxor Plysthenis, filii Atrei.*

PALAMEDES. OEAX. — *MENELAUS. ANAXIBIA, ux. Nestoris.* — *AGAMEMNON.*

ANTILOCHUS. THRASYMEDES.

Cæterum noviora regni Cretensis fata vide sect. VI. hujus libri, qvæst. I.

XIIX. Qvinam sunt illi famigeratissimi TITANES, qvorum mentionem injecisti?

Sicut supra ex Beroso de illis aliqva produximus, ita hic omnem eorum historiam ex Diodoro & Eusebio, compendio verborum facto, repetemus. Illi enim de iis omnium luculentissime videntur scripsisse. Uranus, inqviunt, frater Jovis Cretensis, qvi X. filios progenuit, Curetes vocatos, rex Phœniciæ, alias Cœlius dictus, homines sparsim habitantes cogit in urbes, lateq; imperium in occasum & septentrionem extendit, Astronomiæ studiosissimus. Liberi ex Titæa seu Tellure erant ei XIIX. communi nomine Titanes dicti. Alios ex aliis uxoribus genuerat, ut in universum pater XLV. filiorum esset, inter qvos præcipui Saturnus, Japetus (Promethei & Epimethei pater, Deucalionis avus) Hyperion, Dagon, Atlas. Filias etiam plures genuerat, omniumq; inter illas prudentissimas, Basileam & Rheam seu Pandoram: qvarum illa in fratres usa beneficentia materna, Magnæ matris nomẽ adepta, & fratrum populiq; suffragio regina declarata, Hyperioni fratri nupsit, è qvo Heliconẽ seu Solem suscepit & Selenem seu Lunam. Sed reliqvi fratres Hyperionem, qvem norant secum nolle adversus Saturnum sentire, sed Jovis seqvi partes, obtruncarunt; Heliconem in Eridano submerserunt; Selene se dedit de tecto præcipitem. Tot casus infelicissimos experta mater, œstroq; furoris percita, lymphantis more discursitavit, fulminum tandem procellis abrepta. Hanc Magnam matrem Phryges vocant Cybelen, eamq; ex amoris erga Attin seu Papam adolescentem incidisse fabulantur in furorem, qvi qvotannis deinde per lymphaticos Corybantes in sacris superstitiosis expressus est. Hyperione è medio sublato, & regno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

gno Urani inter reliqvos fratres diviso, Atlas Aſtronomus regiones Oceano conterminas accepit regendas, pater Heſperii: qvem ſubitus abripuit nimbus, cum montis verticem ad contemplanda ſidera conſcendiſſet. Filiæ ejus VII. ſtellis, qvas Atlantidas vocant, nomen dedere: qvarum natu maxima Maja è Jovis complexu Mercurium multarum artium inventorem edidit. Atlantis autem frater Saturnus impius & avarus regnum in Sicilia, Africa ſeu Libya & Italia obtinuit. Hujus filio Jovi, cum ob benigniorem indolem regnum ſubditi tradidiſſent, bellum exarſit. Victus Saturnus ceſſit tandem, & Jupiter regno ampliando unice incubuit. Erat interim Titanum ſoror Rhea, Urani filia, regi Libyæ Ammoni elocata: qvi, cum Amaltheam virginem clam uxore amaret, Bacchum ex illa genitum in urbe inſulæ longe remotæ Nyſa per Ariſtæum & Minervam, virilem illam Ægidis monſtri domitricem, educari curavit. Id Rhea experta, Ammoni repudio miſſo, ad Titanes rediit, & Saturno fratri nupſit, ejusq; impulſu Ammoni bellum eſt illatum. Ille in fugam conjectus, in inſula Creta ex familia Curetum ducta uxore, multa inſulæ commoda attulit. Saturnus Ammonis regno potitus, acerbius imperavit, & contra Dionyſiũ ſeu Bacchum in Nyſam cum exercitu Titanum perrexit. Sed ille opera Minervæ, exercitu ex viris fœminisq; & ex Silenis, qvibus caudæ appingi conſveverunt, contracto, Saturnum fugavit, Titanesq; ejus ſocios ſibi militare coegit. Hinc expeditione per Libyam facta, reliqvos Titanes denuo vicit, regnumq; Saturno, ſumma uſus benevolentia, reſtituit. Deinde Ægyptum invaſit, eiq; Jovem Saturni filium, puerum adhuc, ſub cura Olympi Magiſtri, præpoſuit, nomenq; ſuum ob viris & fructuum culturam, qvam victis gentibus monſtravit, latè divulgavit, ut & ipſi Indi ultrò imperata facerent, ſeq; ei docendos committerent. Ex peregrinatione reverſus, Ammonem in Creta à Saturno & Titanibus oppugnari; à Jove juvari deprehendit. Ipſe igitur eo tranſiens, Titanes ad internecionem cæcidit, regnumq; tandem univerſum poſt ſua & Ammonis fata Jovi reliqvit. Ex his videre eſt, qvã egregie Beroſo & Diodoro, vel potius Ægyptiis apud Diodorum conveniat, ſi recte nomina loces. Nam Bacchi ſeu Dionyſii Libyci pater apud utrumq; eſt Ammon, rex Libyæ. Cui Rhea ſecundo nupſit digreſſa ab Ammone, dicitur Beroſo Cham ſeu Chameſenus; Diodoro Saturnus. Apud illum pater Titanum eſt Noa; apud hunc Uranus ſeu Cœlus. Noa igitur Beroſi eſt Diodori Uranus. Et ſi negamus ex Scriptura ſacra, qvod Noa genuerit filios poſt diluvium, Diodorus ſimul & Bero-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Berosus in eo decepti sunt, qvod Titanes, qvi fuere ex posteris trium filiorum, ipsi Noæ immediate adscripsere. Gravius adhuc errat Diodorus, qvod Urano seu Noæ facit fratrem Jovem Cretensem, patrem Curetum, qvi longè est recentior. Id congruit cum Scriptura, qvod Japetum & Saturnum seu Chamesenum habuerunt pro filiis Noæ seu Cœli, cœlitus qvasi post diluvium, cum ex arca egrederetur, delapsi. Et si Noa post diluvium filios non genuit, denuo errat Berosus, qvod Japetum putat à Noa post diluvium natum. Consideretur paulo atttentius particula genealogiæ, ex Beroso simul & Diodoro contextæ, qvanqvam in eo non congruunt, qvod plures Noæ, qvam tres filii adscribuntur, & nepotes cum filiis ejus confunduntur.

GENEALOGIA NOAE EX BEROSO & DIODORO.

NOA Beroso; URANUS seu COELUS Diodoro.

- *CHAM seu Saturnus.*
  - *CUSCH.*
  - *SABA in Arabia.*
  - *TRITON.*
  - *AMMON.*
  - *DIONYSUS seu BACCHUS LIBYCUS.*
  - *JUPITER LIBYCUS s. OSIRIS.*
  - *HERCULES LIBYCUS.*
- *TITANES.*
  - *ATLAS s. ITALUS, qvem Berosus facit Japeti nepotem, Javani filium* — *ATLANTIDES.*
  - *HYPERION, cujus uxor & soror Cybele Basilea* — *HELIUS s. Helicon.* / *SELENE.*
  - *Prometheus priscus.*
  - *JAPETUS-JAPETIGENAE, alias TITANES.*

Ex his etiam videre est, qvam graviter errent cum illi, qvi Cœlum, Saturnum & Titanes ante diluvium, de qvibus supra diximus ex Apollodoro, confundunt cum Cœlo, Saturno & Titanibus post illam eluvionem: tum Græci, qvi recentioribus apud sese rebus pudenda fabula historias vel res gestas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

gestas aliorum applicuere. Sic, ut Bacchum sibi vendicent, Cadmum ajunt, Phœniciæ regis Agenoris filium, ad Europam investigandam profectum, Thebas condidisse, ductaq; Harmonia Veneris filia præter alios Semelen progenuisse: Jovem cum Semele concubuisse: Inde natum Dionysum, in Nysæ antro enutritum, factumq; adultiorem in Bœotia Eleutherias condidisse: in expeditione Indiana seqventibus Musis aliisq; virginibus triennium consumsisse: ob id Trieterica sacra instituisse: jam Bimatrem dictum, jam à Baccharum comitatu Bacchum; à Leno, qvod torcular vocant, Lenæum; jam, ab excitato circa nativitatem ejus tonitru, Bromium, & Triambum à triumpho, qvem ex India reversus egisse dicitur. Sed qvum hæc omnia fabulis sint qvamproxima, mittamus ea, & ad expeditioné Argonauticam in ipsis historiis celebratissimam progrediemur.

XIX. *Gratum ædepol fuit, hæc, qvæ de Titanibus, deq; Dionyso & Baccho disseruisti, cognovisse.* ARGONAUTICAM EXPEDITIONEM *jam audire perlubet.*

Phryxus & Helle, Athamantis Thebanorum regis & Nepheles liberi, ex Prometheo genus ducentes, svadente patre, ut novercæ Inus insidias declinarent, aufugere navi, qvam aut ob insigne arietis aurei, aut ob auri gazam, arietem aurei velleris nominarunt. Cum autem in Asiam trajecturi freto maris se committerent, Helle puellari timore exterrita, in mare decidens, Hellesponto nomen dedit: Phryxus vero incolumis in Colchidem ad regem Æetam pervenit. Hunc thesaurum ex Græcia avectum deinde Phryxi cognatus JASON, Æsonis filius, qvavis ratione repetere jubetur. Jasonem illum pater moriens Peliæ fratris, eadem matre nati, tutelæ commendarat. Mater Alcimede Peliam suspectum habens, curavit filium à Chirone educari. Adultus ille venit ad Peliam, ut paternum regnum adiret, & qvidem altero pede calceatus, malo omine. Sed Pelias commentus fraudem, ablegavit Jasonem Colchos ad auferendum vellus aureum. Ideoq; lectis itineris sociis LIV. Hercule, Castore, Polluce, Telamone, Orpheo, Peleo, Amphione, Theseo, Pirithoo & aliis, Argo navi vocali conscensa, qvam industria solertis viri Argi sub Pelio monte exstrui curaverat, vento dat vela. Hi Argonautæ primum tempestate ad insulam Lemnum jactati, viris tunc vacuam, mixti feminis prolem illis procurarunt. Deinde Cyzicum regem Dolionum per errorem comicum in prælio nocturno peremerunt. Hinc pugnandum illis erat in terra Bebrycum cum Amyco, qvi cæstibus omnes advenas provocabat, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

proſtratus eſt à Polluce. Poſt ad Sigeum promontorium delati, Heſionem Laomedontis regis filiam inveniunt ceto in littore expoſitam. Oraculum enim juſſerat ad peſtis amolitionem eam virginem beluæ marinæ devorandam exponere, cujus nomen forte exiiſſet. Qvæ cum Heſionem in necem vocaſſet, ipſaq; jam in faucibus mortis hærere videretur, Hercules pacta invictorum eqvorum mercede beluam trucidavit. Inde Argonautæ ad Thraciam appellentes, deprehenderunt duos filios regios miſere crebris verberibus laniari. Rex enim Phineus uxori Cleopatræ Idæam Dardani Scytarum regis filiam ſuperinduxerat. Hujus inſidiis & Cleopatra carcere tenebatur, & filii ejus tam miſere flagellabantur. Prælio igitur cum hoc Phineo commiſſo, perimunt Argonautæ Phinea, Cleopatram liberant, paternum Phineidibus regnum vindicant, Scytharum autem regi filiam puniendam tranſmittunt. Apollodorus dicit, Argonautas, & qvidem alatos ex illis juvenes Zeten & Calorin, Boreæ filios, in gratiam Pelei Harpyias aves peremiſſe, & poſtea muneris loco ab eo eſſe edoctos, qvomodo Symplegadum ſcopuli tuto enavigari poſſint. In Thracia nonnulli dicunt Herculem, aqvandi cauſa, vel potius ad Hylam Amaſium ſuum, qvem nymphæ rapuerant, liberandum, digreſſum & à ſociis relictum, rediiſſe Argos: Argonautis vero recta in Colchidem contendiſſe. Ibi Ælius genuerat Perſam & Æeten; illum Tauricæ; hunc Colchorum regem. Perſæ filia fuit HECATE, immanis prorſus femina, qvæ patre veneficiis peremto regnum uſurpavit, & dira Dianæ Tauricæ ſacra adornavit, qvibus hoſpites Deæ immolandi erant. Hæc tandem Æetæ nupta Circen, Medeam & Ægialeum peperit. CIRCE Sarmatarum regi elocata, maritum venenis ſuſtulit, & occupato regno crudeliter imperitavit. Ejecta igitur ad Oceanum contendit, & in deſerta inſula cum mulieribus fugæ ſociis conſedit. Nonnulli in promontorio Italiæ eam ſubſediſſe, & Glaucum amatorem Scyllæ in monſtrum marinum; Picum amaſium Pomonæ in avem; Ulyſſis ſocios in porcos transmutaſſe dicunt. MEDEA interim hoſpitibus favens, multis morti ſubtractis, ſe in periculum mortis conjecerat, fugaq; arrepta in qvodam ſolis templo ſubſtiterat. Ad illud fanum primo appellunt Argonautæ, & Jaſon nuptias ejus pactus ab illa docetur, portendere ex Oraculi reſponſo regi mortem, ſi à peregrinis navigio illuc profectis auricomum vellus auferretur; ipſamq; hanc cauſam eſſe, cur Æetes hoſpitum cædibus litaret, & vellus muro, validoq; militis Taurici præſidio, tanqvam draconibus ignivomis, vallaret. Hujus Me-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

deæ ductu Argonautæ præsidia Taurica cædunt, & vellere direpto ad navem contendunt. Inseqvens Æetes aliqvos ex Argonautis strenue dimicans cædit: sed Medea, qvæ pacto cum Jasone conjugio una aufugerat, discerpto ejus filio Absyrto, & frustis per viam projectis, moram ei injecit. Qvo facto nonnulli fabulantur Argonautas in Mæotidem paludem Cimmerio Bosphoro superato penetrasse: post Tanai fluvio adverso navim remulco promovisse: deinde eandem aut in sicco pertraxisse, aut solutam in partes humeris deportasse, atq; in Sarmatico littore iterum compegisse, & oceano boreali circumnavigato ad fretum Gaditanum pervenisse, montiq; Calpi arcem impositam Heracleam nuncupasse: inde in Hispaniam; post ad Baleares insulas trajecisse, & rege eorum Bocori domito, bobus lectissimis in naves impositis, in Italiam trajecisse, inq; Aventini montis antro Cacum interfecisse: soluta rursus navi inde per Liguriam, qva parte brevissimus in Padum trajectus est, in Adriaticum sinum delatos, in patriam rediisse. Variis hæc feruntur rumoribus. Apollodorus iter Argonautarum in reditu sic refert, ut dicat, eos Libyæ littora prætervectos in Italiam pervenisse, & in Æea à Circe ob occisum à sorore Medea Absyrtum expiatos, Sirenas beneficio cantus Orphei præternavigasse, præter Buten, qvi ad eas enatavit: hinc venisse per Scyllam & Charybdin in Corcyram: inde ad Phœcenses: porro in Cretam, ubi cum æneo viro Tale vel Tauro certandum fuit: tandem per Æginam, Eubæam & Locridem post qvartum expeditionis mensem rediisse in patriam. Hercules interea in reditu eqvos & Hesionem à Laomedonte Trojanorum rege ex pacto postulavit, iisq; negatis Trojam occupavit, & Priamo, qvi patri Laomedonti servanda esse hospitum jura svaserat, regnum concessit, inq; honorem Jovis, postqvam Argonautæ jam rediissent, ludicrum solenne in Elide Peloponnesi instituit, nomine ludorum Olympicorum. Fama etiam est, Peliam, cum Argonautas periisse crederet, parentes Jasonis & fratrem ejus Promachum è medio sustulisse: Jasonem igitur præstigiis Medeæ usum, pœnas hac ratione ab illo exegisse. Anus speciem Medea incantationibus assumens, Peliæ filiabus persvasit, ut ipsum patrem occiderent, fore dicens, ut ex sene redderetur juvenis. Qvod dum fiebat, eo ipso temporis momento Argonautæ in urbem noctu irrupere, & regnum Acasto, Peliæ filio tradidere, naviq; Argo Neptuno in Isthmo consecrata, rebus porro qviq; suis incubuere. Jason ipse, elocatis Peliæ filiabus, Corinthum, qvibus rex Creon præerat, incoluit, & ex Medea tres suscepit liberos. Qvos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tamen ipsa tandem mater, uno saltem fuga elapso, suis jugulavit manibus. Qvod enim Jason Creontis filiam Creusam, alias dictā Glaucen, ducturus, Medeam repudiarat, illa Creontem cum Glauce, inflammata aula, concremavit. Euripides veneno dona aliqva illevisse, & iis Glaucæ missis fecisse, ut ad primum contactum exardens cum patre interiret, scribit. Nonnulli præterea tradunt, Medeam ad Ægea Pandionis filium Athenas profugisse, eiq; nuptam Medum Medorum regem sustulisse. Alii Athenis eam à Theseo ob veneficii crimen pulsam in superiores Asiæ tractus abiisse, & regi cuidam nuptam Medum peperisse ferunt. Alii eam dicunt tandem ad patrem rediisse, & illi regnum, ex qvo ejectus erat, recuperasse. Sed mittamus tandem Argonautas, & ad belli Trojani historiam nos convertamus: ante qvod qvæ contigerunt, de iis Diodorus nullum certitudinis fulcrum, cui fidat, ad se pervenisse dicit. Nobis jam volupe est, ad Argonauticæ expeditionis & Trojani belli historias rectius percipiendas seqventes annectere tabellas.

GENEALOGIA HEROUM AD TROJAM.

Deioneus, rex Phocidis, maritus Diomedæ.

Actor, rex Phthiæ.
Menætius.
Patroclus.

ÆEacus, rex ÆEginæ.
Telamon Salaminius. — *Teucer.* *Ajax.*
Peleus, cui ux. Thetis, Chironis filia. — *Achilles.* *Pyrrhus.* *Molossus.* *Polydicta.*
Phocus - Epeg, equi Trojani structor.

Crissus.
Strophius.
Pylades.

Phylacus.
Iphiclus.
Phylacus. — *Iphiclus - Protesilaus.* *Pæas - Philoctetes.*

Cephalus, rex Cephaleniæ.
Laertes.
Ulysses. — *Nausithous ex Calypso.* *Penelope.* *Telemachus, ex* *Circe.* *Telegonus ex*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

GENEALOGIA JASONIS ARGONAUTAE & cognatorum.

- Jupiter.
- Prometheus.
- Deucalion in Thessalia, maritus Pyrrhae.
  - Hellen ux. Orseis.
    - Xuthus in Attica, gener Erechthei.
      - Jon, unde Jones.
      - Achaeus, unde Achivi.
    - Dorus, circa Parnassum.
    - AEolus in Thessalia.
      - Deion in Phocide-Cephalus.
      - Crethens, alias Erechtheus.
        - AEson, maritus Alcimedes.
          - JASON-Medea.
          - Promachus.
        - Amithaon.
          - Melampus vates.
          - Bias-Talaus-Adrastus.
        - Pheres.
          - Admetus, maritus Alcestis.
          - Lycurgus.
      - Sisyphus in Corintho.
        - Glaucus.
        - Bellerophon.
          - Laodamia-Sarpedon.
          - Hippolochus-Glaucus-Bellerophon.
      - Athamas in Boeotia, maritus Nephele & Inus.
        - Phryxus.
        - Helle.
        - Melicertus.
      - Salmoneus in Elide-Tyro, ux. Crethei & Neptuni.
        - Neleus in Messana.
          - Taurus.
          - Asterius.
          - Nestor.
        - Pelias in Thessalia.
          - Acastus-Laodamia.
          - Alcestis, ux. Admeti.
      - Perimedes, ux. Acheloi.
        - Hippodamas.
        - Euryte, uxor Parthaonis.
        - Oeneus, &c.
        - Orestes.
      - Calyx.
        - Endymion.
        - AEtolus.
          - Pleuron.
          - Calydon.
          - Agenor.
            - Parthaon.
              - Oeneus, maritus Althea.
                - Dejanira ux. Herculis.
                - Meleager invulnerabilis.
                - Tydeus, gener Adrasti, cujus filius Diomedes.
            - Demonice, ux. Martis.
              - Thestius.
                - Althea, uxor Oenei.
                - Iphiclus.
                - Hypermnestra.
  - Amphyction Athenis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

GENEALOGIA REGUM TROJANORUM.

Uranus.
Saturnus.
Osiris.
Hercules Libycus.
Tuscus, pontifex Janigenarum in Italia.
Alteus.
Blasco.
Jupiter, Beroso Camboblascon.

Dardanus, gener Teucri Cretensis, conditor regni Trojani.
Jasius. { *Plutus.* / *Corybantes.*
Harmonia, uxor Cadmi.

Erichthonius, maritus Astyoches.
Zacynthus, in insula cognomine.
Tros.

Ilus.
Laomedon.
Priamus, al. Podarces, pater XXX. liberorum.
- *AEsacus in mergum.*
- *Hector- Astyanactes.*
- *Alexander, al. Paris.*
- *Deiphobus, Helenæ post Paridem maritus.*
- *Helenus vates.*
- *Polydorus, puer in Thraciam.*
- *Troilus ab Achille cæsus.*
- *Creusa, uxor AEneæ.*
- *Cassandra vates.*
- *Polyxena, amata ab Achille.*

Tithonus. *Mem non.*
Hesiona, uxor Telamonis. { *Teucer.* / *Ajax.*

Assaracus.
Capys.
Anchises.
AEneas.
- *Ascanius, ex Creusa.*
- *Silvius, ex Lavinia.*

Cleomestra- Antenor.
Ganymedes, raptus à Tantalo.

XX. *BELLUM TROJANUM ex poetis notissimum est. Tu vero fabulis remotis, ex historiis, qvid in eo fide dignum gestum sit, erue.*

De ipso regno Trojano, qvod Plato lib. III. de legibus vocat particulam qvandam regni Assyriæ, prius aliqva dicenda sunt. Jupiter in Samothracia seu Samo insula ex Electra Atlantis filia genuit Dardanum, Jasionem seu Jasium & Harmoniam. Harmonia nupsit Cadmo Agenoris filio, Thebarum conditori, de qvo supra dictum. Jasion è Cybele Corybantem ex

rex Cerere Plutum genuit. Dardanus autem, cum Jasionem peremisset, patriam linqvens terram, in Samothraciam fugit: deinde venit in Phrygiam, & tenuit loca Hellesponto proxima, Dardanoq; condito, regionem in Phrygia Dardaniam appellavit, & regni novi consortem fecit Teucrum socerum, Scamandri Cretensis & Idææ filium, cujus filiam Batigam duxerat. De hoc Scamandro refert Trogus, vetere Virgilii interprete teste, qvod, Creta relicta, qvæ frugum inopia laborabat, ad novas sedes qværendas monitus sit ibi locare lares, ubi noctu à terrigenis esset oppugnatus: qvodq;, cum ad Phrygiam castra posuisset, à muribus nervi arcuum & ora sint adrosa. Hos igitur hostes terrigenas interpretatum, in Idæ montis radicibus sedes collocasse, & postea victoria à finitimis reportata, prolapsum forte in fluvio vicino, non comparuisse inde, & de se fluvio nomẽ Scamandri peperisse. Filius Scamandri Teucer reliqvit duos filios, Erichthonium & Zazynthum. Et hic qvidem insulam in Ionio mari, nova extructa urbe, de se appellavit: ille vero ducta Astyoche Simoentis, paternum sibi vendicans regnum, diu & feliciter imperitavit, Troiq; filio pacatum concessit imperium. Tros è Callirhoe Scamandri plures procreavit liberos, Ilum, Assaracum, Ganymedem, Cleomestram. Hæc Cleomestra uxor ... via est Antenoris, qvi capta Troja in intimo maris Adriatici sinu urbem condidit. Ganymedem, à patre cum donis ad cognatum qvempiam regem missum, TANTALUS rex Phrygiæ & Paphlagoniæ, Pelopis pater, Atrei avus, Agamemnonis & Menelai proavus, plagio scelerato rapuit, & bello maximo dedit occasionem. Assaracus avus est Anchisæ, unde natus Eneas. Ilus patri in imperio successit, & Tantalum tandem, qvin & Pelopem ejus filium, universa ejecit Asia. Hic PELOPS est, qvem pater fingitur diis epulandum apposuisse: à cujus esu cum cæteri dii abstinerent, solam Cererem fabulantur humerum devorasse, qvem tamen Jupiter, puero in vitam revocato, restituerit eburneum. Eundem ajunt, cum rex Elidis OENOMAUS nemini filiam HIPPODAMIAM elocare vellet, nisi à qvo curuli certamine victus esset, multis id frustra annitentibus, aurigam Oenomai Myrtylum pecunia corrupisse, ut fragiles currui regio axes subjungeret, & in medio cursu Oenomaum everteret: illaq; fraude filiam regiam & regnum obtinuisse. Frater fuit NIOBES, qvæ, cum VII. filios totidemq; filias enixa, ipsi Latonæ se præferret, à Latonæ liberis, Apolline & Minerva, suam prolem vidit & luxit sagittis confixam. Sed ut rebus Phrygiis missis ad Trojanos revertamur. Post Ilum regnavit ejus filius Laomedon.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

don, qvi arcem Trojanam, Ilium, thesauris Neptuni & Apollinis in hunc usum profanum adhibitis, exstruxit, tandem ab Hercule peremtus, ut jam notum est. Hic præter Podarcen, cui Hercules post Laomedontem interfectum concessit regnum, aliis dictum PRIAMUM, genuit Tithonum, qvi in Æthiopiam usqꝫ processit, & ex Aurora fingitur Memnonem suscepisse: à qvo deinde Trojanis latæ sunt suppetiæ. Priamus vero ad regni fastigium evectus, statim amplioribus mœnibus urbem muniit, memorqꝫ injuriæ à Græcis illatæ, Antenorem misit in Græciam, ut Hesionem, qvam Telamon Æaci filius abduxerat, repeteret. Græcis superbius respondentibus, Alexandrum seu PARIDEM, qvi infans ob triste matris somnium, qvo facem viderat se edere, qva omnis Troja concremaretur, in Ida monte, in qvem expositus fuerat, educatus erat, cum classe misit, ut vel vi, vel fraude noceret Græcis. Ille in domum Menelai regis Spartanorum, in Creta absentis, hospitio exceptus, indignissimo facinore uxorem hospitis HELENAM cum aliis feminis illustribus, multasqꝫ opes navi impositas abduxit. Hanc poetæ, & cum illis Dictys Cretensis & Dares Phrygius, dicunt ad Ilium cum Paride pervenisse, cumqꝫ reposceretur per Palamedē, Ulyssem & Menelaum legatos, maluisse apud Trojanos manere, qvam inde ad Græcos redire. Herodotus vero autor est, Paridem abducta Helena tempestate maris ad littus Ægypti appulisse, servosqꝫ ejus sacerdotibus Herculis, ad cujus fanum salutem qvæsituri profugerant, facinus heri indicasse: Paridem igitur ad Protea regem deductum, Helena, qvam rex Græcis reddere decrevit, relicta, non sine ingenti regis indignatione abiisse: Græcos vero, legatis Trojam missis, & auditis, qvæ acciderant, se verbis deludi arbitratos, Ilium obsedisse, eoqꝫ expugnato, Helenam non invenisse, sed à Proteo cum omnibus opibus tandem recepisse. Qvicqvid hujus rei sit, abducta Helena, in Elide seu Aulide XLVII Græciæ principes convenere: qvorum præcipui censentur, qvi ex Deioneo rege Phocidis sangvinem ducunt. Ex filio enim ejus altero Actore rege Phthiæ natus est Menætius pater Patrocli, ex fida Achillis societate notissimi, & Æacus, rex Æginæ, stirps omnium Æacidarum, qvi ex Salaminio Telamone Ajacem genuit & Teucrum; ex Peleo, suis decoro calamitatibus, ACHILLEM Pyrrhi Neoptolemi patrem: ex Phoco Epeum, sive eqvi Trojani, sive arietis bellici inventorem: & ex Criso Strophiū, unde natus est Pylades, fidus Orestis socius. Ex altero Dejonei filio Cephalo, rege Cephaleniæ, prodiit Laërtes, rex Ithacæ, pater Ulyssis, qvi Telemachum ex Penelope; ex Circe Telegonum; ex Calypso Nausithoum genu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

genuit. Dux totius belli suffragio Græcorum communi electus est AGAMEMNON, rex Myccnarum, Menelai frater. ULYSSEM bellum simulato furore detrectantem protraxit Palamedes; Achillem inter virgines latitantem Ulysses. Agamemnon, cum Græciæ proceres legatis Trojam ad petenda ablata missis nihil impetrassent, qvod ignarus religionis, qvæ in eo loco erat, capream Dianæ jaculo forte transfixerat, meruit, ut & pestis immitteretur exercitui & omnis negaretur ventus, qvo classis ex Aulide Trojam ire posset. Malum avertere prius neqviit, qvam filiam natu maximâ IPHIGENIAM, artibus Ulyssis, tanqvam Achilli desponsatam, à matre abductam, Deæ victimam destinasset. Illa vero commiseratione Deorum servata & in Scythiam ablegata, cervam ejus loco immolarunt; & cum mox solutas naves ad Mœsiæ littora applicarent, grave prælium illis cum Telepho rege ineundum erat. Qvi tamen, cum causas expeditionis accepisset, licet telo Achillis saucius, amice Græcos hospitio excepit, & humaniter habitos dimisit. Illi ad Trojam tandem progressi, vario eventu rem gessere. Achillis imprimis & Ajacis Telamonii virtus prævaluit: illius adversus Cygnum, regemq; Lesbi Phorbantem, & urbes Trojæ proximas, itemq; Cilicas; hujus adversus Thracas & Phrygas, Phrygumq; regem Teuthrantem. Sed prædis victoriarum divisis, cum Agamemnoni regi cederet Astynome Chryseis, i.e Chrysæ sacerdotis filia; Achilli Hippodamia Brisæ filia & Diomedea; Ajaci Tegmessa Teuthrantis filia: non parva inter duces contentio est exorta. Astynomen pater, Apollinis sacerdos, fretus religione numinis repetiit; Agamemnon reddere recusavit. Hinc pestifera ægritudine exercitus universus est correptus. Cujus causam cum denudasset Calchas vates, Agamemnon hecatombe navi imposita & exercitu purgato, amatam virginem Chriseida patri per Ulyssem restituere est coactus, sed vicissim ab Achille Hippodamiam vi sibi vendicavit. Ille igitur odio Agamemnonis, publico abstinens consilio, præliis adversus Hectorem & Sarpedonem noluit interesse, ipsumq; Græcorum exercitum cum suorum Mirmydonum ex Thessalia exercitu invasit. Nec prius remisit iram, qvam Patroclus esset ab Hectore interfectus, qvem inter mortales maxime omnium amabat, & Hippodamia sibi reddita. Qvo facto, variis fatigavit hostes præliis, & Hectorem, Penthesileam Amazonum reginam, Memnonem Tithoni atq; Auroræ filium, cum ingentibus Indorum atq; Æthiopum copiis supervenientem, peremit. Sævitũ in primis in Priami filios: qvorum tandem duo, Paris seu Alexander & Dei-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

phobus, cum per inducias Polyxenæ sororis nuptias Achilles ambiret, ex insidiis in luco heroa Græcorum præcipuum confixerunt. Hoc facinu indignum abominatus Priami filius Helenus vates, Troja relicta, ultro Græcis se dedidit, Trojaniq; excidii tempus eos edocuit: idq; administris Ænea atq; Antenore fore prædixit. Philoctetes interim singulari certamine Alexandrum, Helenæ raptorem, Herculis armatus sagittis, interemit: & Antenor, si Dictii Cretensi fides habenda est, ad Græcos de pace confirmanda legatus missus, pro Trojæ proditione pacisccebatur dimidium bonorum, ipsumq; regnum Priami: reversusq; cum Agamemonis præcone Talthybio donum ait Minervæ parari à Græcis, eosq; cum gratia cupere recepta Helena ad suos regredi. Induciis igitur factis, dum Ulysses, qvi & ipse antea Rhesū, Thraciæ regem, novis subsidiariis copiis Priamo præsto futurū, per insidias noctis peremerat, & alii duces Græcorum ad pacem firmandam urbe recipiebantur, Palladium seu Palladis simulacrum, Ilio fatale, autore Agenore, furto abstulere: Heleniq; consiliis Epeus è ligneis tabulatis eqvum ingentem, pro qvo in urbem recipiendo ipsi muri solvendi erant, fabricati, eum tanqvam Minervæ dicatum ad muros promoverunt. Trojana plebs, religione mota, eum murorum parte rupta recepit. Sed noctu prorumpentes Græci omnia igni & ferro vastabant. Menelaus jugulavit Deiphobum; Pyrrhus Achillis filius Priamum. Idem Andromacham Hectoris uxorem in prædam abduxit. Cassandram vatem, filiam Priami, vera qvidem canentem, sed cui nemo fidem habebat, Agamemnon obtinuit: Hecubam accepit Ulysses; Helenam Menelaus; alias alii. Polyxena, autore Ulysse, per Pyrrhum Achilli inferias missa est. Reliqva, qvæ post excidium Trojanum ducibus contigerunt, Ulyssis nempe & Ajacis sive de armis Achillis, sive de Palladio obtinendo certamē; utriusq; Ajacis, Telamonii & Oilei, necem; Ulyssis errores; Hecubæ lapidationē; ducum plerorumq; fatales interitus: & qvomodo Æneas post excidiū Trojæ in Latium; Antenor ad Venetos, ubi condidit Patavium; Diomedes in Apuliam; Idomeneus in Calabriam pervenerint, poëtæ ficto dicendi genere, & ex iis stylo historico Dictys Cretensis libro ultimo narrat. Interim non possumus non monere, ea, qvæ Virgilius de Æneæ cum DIDONE seu Elisa conjugio fabulatur, prorsus esse falsa, qvum Dido longis post Æneam temporibus vixerit, annis videlicet CCCLXX. post Trojam eversam. Didoni igitur laus pudicitiæ, qvam ei historici tribuunt, restituemus. Ea enim Pygmalionem fratrem, à qvo maritus ipsius Sichæus ex insidiis peremtus erat, exosa, Tyro solvit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ac in Libyam appulsa, Byrsam à corio bovino appellatam condidit, qvam deinde vocavere Carthaginem. Cumq; ab Hyarba Maurisiorum rege ad nuptias videretur adigi, manus sibi in rogo inferre maluit, qvam in amores ejus consentire. Nos scopulis his egressi, ad ea, qvæ historici de antiqvissimis Germaniæ populis tradiderunt, progredimur.

XXI. Pie agimus, si lustratis populis remotioribus nostrorum qvoq; GERMANORUM antiqvitates eruimus.

Qvod si tanta facilitate communis nostræ matris Germaniæ historia posset explicari, qvanta ipsa se extulit, & nullis populis cedens, innumeros sibi subjecit, ea mecum mirareris Germanorum facta, qvæ longis post se parasangis res à Romanis, Græcis, Persisq; gestas relinqverent. Hoc interim ægerrime ferimus, eo vel livore, vel stupore multos corripi, ut originem Germanorum non patriæ nostræ nunqvam non florentissimæ, sed jam Trojæ, jam Thraciæ, jam Poloniæ, jam Britanniæ, ipsi deniq; Babyloniæ remotissimæ adscribant: non aliter, ac si tam validi heroës, qvos omnium pene gentium terrorem novimus, ex hac septentrionali ora educi non potuissent, imbellisq;, nuda, ac ægra Germania tam ab omni ope omnibusq; viribus fuisset destituta, ut toties ab infirmis & aliunde expulsis populis in prædam petita subjugaretur: qvum tamen, secundum Tacitum, infando ejus robori non immanis Parthia, non terribilis Carthago, non bellicosi Samnites, non Galliæ vel Hispaniæ conferri potuerint. Etsi enim Rheno, Vistula, Danubio, satis angustis terminis, inclusa fuit, gentes tamen primo parvi, mox magni nominis procreavit, qvæ Hispanias non saltem remotissimis seculis occuparunt, sed & postea imperio Romano abraserunt, Britanniam colonis oppleverunt, Gallias enervarunt, Pannonias, ipsamq; Italiam cum Norico, Vindelicia & Rhætiis diripuerunt, Africam sibi subjecerunt, prædas per Asiam, suum fere natale solum factam, non semel egerunt, in ipsa Roma subinde tropæa erexerunt, tandemq; avulsam ab Imperio dignitatem Germaniæ suæ compararunt. Si autem qværis, qvid Romani in Germania tot bellis obtinuerint, maximis novimus cladibus debellatos fuisse populos inter Rhenum & Albim Augusti Tiberiiq; auspiciis, sed nihil locorum sub imperio suo retinuisse Romanos, nisi Rheno proxima. Qvi ipsi tamen, anno cc. post Christum jugo excusso Galliam crebris excursionibus vexarunt. Et populi inter Rhenum Albimq; in unum corpus congressi, novo FRANCORUM nomine, à libertatis seu fortitudinis argumento sibi imposito, Galliam tandem domuerunt. Reliqva inter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Albim & Danubium Germania ſemper intacta manſit à Romanis. Germani autem in Romanum imperium ſæpius, qvod dixi, egreſſi, non ante qvievere, qvam imperii axioma ſibi obtinuerunt.

XXII. *Miranda de Germania noſtra dicis. Sed qvinam qvæſo origine primi ſumus?*

Noa genuit tres filios, SEMUM, JAPHETUM & CHAMUM: inter qvos hic Africam ſortitus eſt; iſte Europam; ille Aſiam. Japhet propter numeroſam, qvam educavit, ſobolem in ipſis etiam Semi tabernaculis, uti ſupra demonſtratum eſt, habitare cœpit. Ejus primogenitus Gomer trium maximorum populorum eſt progenitor, Henoturum & Slavonum per Riphatum, Tartarorum per Togorma, per Aſcanaz deniq; Aſcanidarum, qvos vocamus eos, qvi Aſcanis ſeu Tuiſconis lingva Germanica ſunt uſi, & ex patrio ſolo egreſſi, Italias, Hiſpanias, Britannias, Gallias, ipſum qvoq; Orientem & Auſtrum jam colonis opleverunt, jam diripuerunt. Aventinus qvidem ex Beroſi & aliis antiqvitatibus certo ordine à diluvio usq; reges Germanorum, resq; eorum geſtas numerat: ſed qva fide, ipſe viderit. Nobis, qvi ex Tacito novimus, duces ex virtute, & reges ex nobilitate non infinita aut libera poteſtate ſumi conſveviſſe Germanos, eſt inqvirendum, qvæ alii qvacunq; fide de his regibus ſcripſere.

SERIES GERMANICORUM REGUM.

Anni Mundi — *Anni Regni*

1787. I. TUISCO, qvem Aventinus ex Beroſo facit filium Noæ, poſt inundationem natum, eumq; cum xxx. ducibus cognatis miſſum à patre, in Europam anno diluvii cxxxi. veniſſe ſcribit. Rectius alii eum cenſent ipſum eſſe Aſcanez, Gomeris filium, Japheti nepotem, pronepotem Noæ. Goropius Becanus Tuiſconem putat fuiſſe Gomerum, & Mannum, Aſcanez. 176.

1964. II. MANNUS F. ſcholarum apud Tuiſcones fundator, cujus uxor Sonna creditur reliqviſſe tres filios, Treberum, qvi Trevivos condidit; Nerum, Nerviorum in Belgio patrem; & regni ſucceſſorem Ingævonem. 72.

2036. III. INGÆVO F. Amazonibus ex Africa irrumpentibus fortiter reſtitit. Hunc Tacitus non facit patrem Iſtævonis, ſed ejus & Hermionis fratrem: & ſicuti ab Ingævone ducit in Germania proximos Oceano, Caucos videlicet & Friſios, ita Hermioni adſcribit medios Germanos; Iſtævoni reliqvos. 36.

2072.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

2078. IV. ISTÆVON F. cui uxor Freya fuit, Venus alioqvin dicta. Hujus tempore exortum est sacerdotum collegium, qvi Druydæ vocabantur, omnium controversiarum judices, viri magnæ autoritatis & fidei, qvi religionem absq; idolis & imaginibus dicuntur coluisse. 50.

2122. V. HERMANNUS seu HERMION F. qvi primus mulieres etiam jussit militiam seqvi, ut cibos compararent, vulnera exsugerent & sanarent, animosq; virorum in præliis confirmarent. Ab hoc ursa, signum cœleste, apud Germanos Hermanni vehiculum dicitur: ejusq; tempore Bardus apud Celtas inventione Musicæ & chorearum inclitus habebatur: unde etiam sacerdotes dicti sunt Bardi. 63.

2185. VI. MARSUS F. unde Martisburgum: ad qvem venisse fabulantur Isiden cum nutricibus Beroë & Semele, ut Germanos artes fabriles, molendinarias, coqvendi item cerevisiam doceret. 46.

2231. VII. GAMBRIVIUS vel CIMBER F. à Rheno in Asiam usq; arma protulit. 44.

2275. IIX. SVEVUS F. qvi Svevis, potentissimo populo, nomē dedit. 46.

2321. IX. VANDALUS, Vandalorum conditor. 41.

2362. TEUTANES seu TEUTO F. Deus post funera habitus, Mercurius Germanorum. Aliqvi filium Vandali faciunt Hunnum; Hunni Herculem; Herculis Teutanem. 27.

2389. XI. ALLMAN, qvem vocant Germanorum Herculem, qvasi dominum clavæ, ultimus apud Berosum. Vivum dicitur leonem catenatum circumduxisse, & Celtis in Hispaniam expeditione facta perductis, incolas ulterius non Iberos, sed Celtiberos dici voluisse. Cum plures relinqveret liberos, dissidio exorto, regnum Germanorum inter eos divisum fuit, & Noricus accepit Noricum; Hunnus Hungariam; Helvetius Helvetiam; Scytha plagas septentrionales; alii alias regiones. Bojus vero regnum paternum apud Bavaros obtinuisse fertur. 64.

2453. XII. BOJUS vel BOJOGERUS duos exercitus dicitur in Asiam emisisse, alterum virorum, feminarum alterum. 60.

2513. XIII. INGRAM seu INGERMAN, cognomento Herminius, F. 52.

2565. XIV. ADALGER seu ADALOGORION F. cujus tempore Amazonum vires fuere maximæ. 46.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

2614. XV. LAREIN seu LAERTES F. sub qvo novæ in Asiam expeditiones. 51.

2665. XVI. ULYSSES seu ULSING F. sub qvo Germani, duce Galtero, & feminæ eorum bellatrices, sub duarum reginarum auspiciis, denuo in Asiam susceperunt expeditionẽ: qvibus se opposuit Laomedon rex Trojæ. Sed fœdere tandẽ inito, ab armis discessum est. 53.

2718. XVII. BRENNER seu BRENNO F. 38.

2756. XIIX. HECTOR seu HOEGKAR seu HICCAR F. tempore Trojani belli. 38.

2787. XIX. FRANCUS F. 41.

2828. XX. WOLFHEIM SICKLINGER, cujus tempore Amazones ex Asia; plurimæ etiam virorum copiæ in Germaniam irruperunt. 58.

Wolfheimio huic tres filios fuisse perhibent, Kels, Gall & Hillir, multa posteritate nobiles: hunc accepisse, facta terrarum divisione, regendum Illyrium; istum Galliam; illum reliqvam Celticam. Sic qvidem Aventinus: cujus relatio de regibus Germaniæ qvanqvam multis suspecta est, nobis etiam ipsis non satisfacit: qvæ tamen dicit de tribus fratribus, Kelto, Gallo & Illyrio, illa etiam legimus apud Appianum Alexandrinum in libro de bellis Illyricis. Horum interim fratrum parentem ille non facit Wolfheimium, sed Illyrium Polyphemum & Galateam: qvanqvam Polyphemus alia pronunciatione fieri potest Wolfheimius. Fratres ex Sicilia progressi, Celtis, Illyriis & Galatis cognomen ab ipsis adsumentibus imperitaverunt secundum Appianum. Illyrio idem adscribit filios, Achillem, Autarium, Dardanum, Medum, Taulantium, Perrhæbum: unde prodiere Echillei, Autarii, Dardani. Autario dat filios, Pannonium, Scordiscum, Pæonum, Triballum: unde Pannones vel Pæones, Scordisci & Triballi nomen acceperint, gens uno nomine ILLYRICA, cui Cluverius non sine causa vendicat lingvam Celticam seu Germanicam. Romani eorum regionem mensuræ subjicientes, invenere longitudinem viclɔ. stadiorum; latitudinem clɔcc. & communi Illyriorum vocabulo comprehendebant Pæonas, Rhætios, Noricos, Mysios, Dalmatas, qvi Europam ab Istri ortu usq; ad mare Ponticum incolebant. Triballi tandem post Istrum ad Getas (ii sunt Gothi) transiere, intestinis bellis cum Scordiscis defatigati. Ipsi Scordisci etiam à Romanis debilitati, ad Istri tandem fluminis insulas pervenere. Alia gens Illyriorum, Ardiei, loca circa littus maris Jonii invasere; alia, Liburni, navibus citis usi, omnes maris insulas in prædam habuere: unde

unde adhuc nomen navium. Autariorum inprimis clades notabilis eſt, qvi cum Cimbris, gente Celtarum, expeditione inſigni in Aſiam ſuſcepta, cum Delphico templo extrema minarentur, procellis & fulguribus diſperſi, &, cum ad ſua rediiſſent, peſte perpetua afflicti, tandemq; XXIII. dierum itinere progreſſi, ad inhoſpitam & paluſtrem terram venere, & juxta Baſternarum gentem urbes condidere. Non minor clades excepit Celtas: qvi tamen viribus reparatis multum negotii ſubinde faceſſebant Romanis, donec Mario pœnas dederunt. Illyrii reliqvi iterata vice Delphos impetebant, ſed irrito conatu, ceſſeruntq; tandem Scipioni in prædam. Primus rex Illyriorum, qvocum Romanis bella gerenda erant, fuit Agron, circa Jonii maris ſinum, qvi uxori Teuthæ regnum tradidit filio Pinæ ſervandum. Qvantum conſtiterit Romanis, ut Græcis ex Illyrio oppugnatis libertatem redderent, & hanc reginam in ordinem redigerent, Dion & Appianus tradunt, nec nos in hiſtoria Romana negligemus. Poſt eam Romanis ſe oppoſuit Demetrius, qvi ex Agronis imperio Pharum obtinebat, & poſtea Genthius, qvi à partibus erat Perſei, Macedonum regis. Et hic ab Anitio prætore in triumphũ ductus eſt, LXX. ejus urbibus una hora ſpoliatis.

XXIII. Multos populos ad Germanos antiqvitus pertinuiſſe hinc facile conſtat.

Ex antiqviſſimis ſcriptoribus liqvet, populos à fluvio Tanai ad montes usq; Pyrenæos fuiſſe CELTAS vocatos: qvod vocabulum ſi ex origine ſua conſideres, videtur vel notare hamaxobios, nomades ſeu pecuarios, qvi in tentoriis habitant; vel eos, qvi ſua dignitate prævalent, & honore digni ſunt; vel homines frigori aſſvefactos. Hi ipſi dicti ſunt etiam TEUTISCI à Teut ſive Dite Deo. Cæſar ipſe teſtatur, eandem lingvam antiqviſſimis temporibus per Hiſpanias, Gallias, Britanniam, Germaniam & Illyrium fuiſſe. Et Pauſanias in Atticis expreſſe ait, GALLOS antiqvitus Celtas fuiſſe nominatos. Qvam late ergo imperium eorum patuerit, facile colligitur. Cæſar ſane inter omnes ſcriptores nomen Germanorum de noſtris majoribus primus uſurpat, & eos à Gallis diſtingvit, qvum tamen Salluſtius & alii Cimbros & Teutones inter Gallos collocent. Germanos igitur prius peculiarem fuiſſe populum credimus, qvorũ nomen deinde, qvod virtute reliqvis præcelluerunt, & Rhenũ tranſire, ipſisq; Romanorum victricibus armis intrepide ſe opponere non ſunt veriti, toti nationi ſit inditum. Qvin &, ſi verum eſt, ut omnino verum eſſe liqvet, non Getas ſeu Gothos & Gothones ſolum, ſed & Scythas locutos eſſe Germanice: gentium Teutonicarum ſeu Aſcanidarum, qvorum illi propago ſunt, amplitudinem

primæ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

primævam nemo non intelligit. Si qvoq; verum est, qvod Philippus Nicolai libro v. de rebus Germanicarum gentium vel ix. rationibus asserere audet, Teutones esse ipsos Titanas, jam à nobis ex Diodori relatione descriptos, qvi Deos Hammonis, Chamiq; idololatriam primis temporibus spreverunt, augusta omnino antiqvæ Germaniæ facies effulgebit. Inter eos tamen aliis atq; aliis temporibus prævaluere, qvorum nomen in literis celebratius extitit, CIMBRI, qvos dictos putes à certando: FRANCI, qvos à luctando, nisi malis à libertate nomen deducere: VANDALI, qvos à peregrinando: SVEVI, qvos à circumvagando. Plinius libro iv. cap. xiv. Germanorũ genera qvinq; facit, eosq; nominat Vindilos, Ingævones, Estævones, Hermiones, Peucinos. Ad VINDILOS seu VANDALOS pertinent secundum Cluverium Gothones seu Gothi & Lemovii in Pomerellia & in Pomerania orientali: Angili & Rugii in Pomerania occidentali: Varini in Megapoli: Caviones, Deuringi & Longobardi in Marchia: Semnones ex Svevis præcipui inter Albim & Wartam ad Viadrum, qvem olim Svevum dixerunt: Burgundiones in partibus Cassubiæ & Poloniæ. Ad INGÆVONES, qvos Aborigines & Autochthones nostra lingva vocari audis, referuntur Chauci ad Visurgim, Saxones alioqvin vocati: Cimbri in Jutlandia: Teutoni in insulis Danicis, qvi & Codani: Sitones in Norvegia: Finni in Finlandia: Svevones in Svecia: Guti in Gutlandia. ESTÆVONES, ab Occidente dicti, Rheno proximi, sunt Frisii, Bructeri, Angrivarii, Marsi, Sicambri, Ubii. HERMIONES versus meridiem ad Danubii usq; ripam sunt Cherusci in Brunsviga & Luneburgo: Chatti in Hassia & Thuringia: Hermunduri in Misnia: Narisci circa Ingolstadium: Marcomanni: Sedusii atq; Harudes in Bohemia. PEUCINI, qvi & Bastarnæ, regiones à Vistulæ dextera ripa ad Istri usq; ostia præter finitima loca Borussorum & Livonorum incoluerunt.

XXIV. *Postqvam in Germanorum priscorum amplissimas terras describendas digressus es, in cæteris facilè qvidem fidem tibi habeo. Sed qvid illud est, qvod SCYTHAS inter Germanos audes numerare?*

Noli id mirari. Nam Scytham si dico, non hominem nomino truculentum & legum humanitatis expertem, sed illum, qvi arcubus utitur & sagittis. Scythis enim nominatis, Germanus sagittarios audit nominari, qvos nunqvam legimus aliorum sævitiem secutos, eosdemq; cum Celtis esse judicamus. Etsi enim nunc Scythæ dicuntur, qvi extremi gentium, ignoti prope cæteris mortalibus degunt, Tartari videlicet & Hyperborei, sic tamen

tamen illos habeamus pro Scythis, ſicuti Longobardos Inſubrium oras adeptos Italorum cenſemus nomine. Aut ſcriptoribus imputa, qvod qvasvis gentes minus cognitas, bellicoſas tamen, Scytharum nomine appellarunt. Interim Scythas coluiſſe Germaniam vel inde elucescit, qvod ipſa Germania olim dicta ſit Celtoſcythia, & Græci omnes ſeptentrionales tranſiſtranos generali Scytharum nomine agnoverint. Nullus qvidem negabit, Scythas in Aſia qvoqꝫ fuiſſe: ſed majores noſtri Aſiam aqvilonarem, qvam nunc nominamus Scythiam, tanqvam alteram Germaniam tenuere. Id vel inde videre eſt, qvod nomina plerorumqꝫ populorum, qvorum in Scythia Aſiatica fit mentio, in Germania olim inventa ſunt. Num autem Germanicæ ſive Scythicæ gentes ex Aſia in Europam, an ex Europa in Aſiam tranſierint, de eo non eandem fovent omnes opinionem. Aſia qvidem totius generis humani eſt ſeminarium, & iſthinc in Europam Aſcanis propago devenit: ſed facto jam poſteritatis incremento, qværitur, unde primitus demigraverint. Videntur ex noſtro ſeptentrione in Aſiam effuſi, cum autoritate Taciti, qvi dicit, eos terris ſuis ortos, idqꝫ veterum Germanorum probari cantilenis; tum teſtimonio Herodoti, qvi ait, millenis annis ante Darium, qvi Scythis bella intulit, Scythas primum ex Europa duce Torgitao in Aſiam commigraſſe. Sed Heneti ſeu Venedi & Sclavones, Scythis in Aſiam tranſeuntibus, ex ſuis ſedibus prorumpentes, Balthicum mare usqꝫ ad Albim accoluerunt. Hinc crebra in Sileſia, Miſnia, Marchia, Pomerania & Megapoli, Sclavonica urbium, pagorum, hominum nomina. Ipſaqꝫ gens Henetorum adhuc incolit Bohemiam, Moraviam, & magnam partem Luſatiæ. Firmato autem imperio, majores noſtri ad limites veteris Germaniæ reſpicere cœperunt, & ex Pomerania, Caſſubia, Megapoli, finitimisqꝫ locis Henetos excluſos ſubmoverunt, ut regreſſi in Sarmatiā, Ruſſiam, aliasqꝫ regiones, in qvibus Sclavonicæ lingvæ uſus eſt, præcipua Germaniæ loca ſuis Aſcanidis reſtituerent.

XXV. Verane igitur putas, qvæ Juſtinum de Scythis in ſua hiſtoria ſcripſiſſe legimus?

Tantum ille dicit, qvantum novit: & naturam qvidem Scytharum eleganțiſſime deſcribit: qvod autem Tanaim eorum regem, qvi cum Vexore rege Ægyptiorum bella geſſit, & Aſiam perdomitam vectigalem fecit, mille qvingentis annis Nino, qvi pendendi tributi finem impoſuit, antiqviorem facit, in eo videtur nimium decipi. Eundem enim cum Ægyptiis errorem errat, qvibus in proclivi eſt, multa annorum millia numerare. Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

si, qvod passim historiæ referunt, Scythæ cum Ægyptiis de antiqvitate certarunt, emendicatos utrosq; esse tempora, qvæ nunqvam fuere, verisimile est. Facilius assentimur Diodoro, qvi refert, Scythas ad Araxim fluvium primo consedisse paucos numero, deinde bellicosum adeptos regem, qvicqvid terræ est ad Caucasum, Oceanum, paludem Mœotiden & Tanaim, subjecisse sibi; alio tempore terras ultra Tanaim ingressos: iterum alio ad Nilum usq; progressos oceanum orientalem cum mari conjunxisse. Harum in Asia expeditionum tertia id fertur contigisse, qvod plures testantur: Scythas, post multos annos ex bello reduces, à servis, qvibus nupserant feminæ solæ relictæ, bello exceptos & aliqvoties victos esse, donec tandem, omisso ferro, virgis & flagellis servos vincerent, cruciq; affigerent. Incomparabilis interim Scytharum virtus vel inde elucescit, qvod Cyrum cum universo exercitu trucidaverint: Alexandri Magni ducem Zopyrum cum copiis deleverint: ipsum Alexandrum vulneraverint: Vexorem Ægyptiorum regem & Darium Persarum monarcham in turpem fugam conjecerint: potentissimis etiam populis in Parthico & Bactriano imperio, ut & apud Amazones originem dederint.

XXVI. *Qvia noster nos sermo ad AMAZONES perduxit, dic age, qvid de illis tibi videatur.*

Martias has & bellicosas feminas fuisse, tanto historicorum consensu est confirmatum, ut fidem suspendere frons modesta non qveat. Ferunt, duos regios Scytharum juvenes, nomine Plinum & Scolopejum, tempore Vexoris regis Ægyptii per factionem expulsos, cum ingenti juventutis manu juxta amnem Thermodoonta in Cappadociæ ora consedisse, &, cum vicinis vim inferrent, per insidias trucidatos esse: eorum interim uxores arma sumsisse, nubendi animum omisisse, &, si qvi viri domi mansere, eos aut occidisse, (unde etiam dicti sunt Acorpatæ Scythica lingva, qvasi viricidæ, teste Herodoto) aut servili opere detinuisse, & concubitum tandem, ne gens interiret, cum vicinis iniisse, hoc pacto, ut matrum essent filiæ; patrum filii. Nonnullæ etiam dicuntur filios occidisse, aut si mitius agerent, crura & brachia illis, ut ad bellum inutiles redderentur, debilitasse; filiabus autem mammam dexteram inussisse, ne protuberans in pugna impedimento foret: unde nomen Amazonum qvasi ἄνευ μαζοῦ seu μονόμαζοι; qvanqvam Germani & Gothi nomen illud à Metz, qvod viraginem nobis notat, deducere possunt. Istiusmodi heroinas & bello assvetas feminas, teste Aventino, jam tempore Boji regis Germani in Asiam duobus exercitibus

egres-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

egressas, supra diximus. Et fama est, Ephesum, Smyrnam, & alias urbes ab iis esse conditas, bipenniumq; & tympanorum usum inventum. Diodorus has Amazones, qvæ in Thraciam usq; penetrarunt, & urbes multas condiderunt, facit Africanas. Dicit enim, eas insulam Hesperidum primos deinde Atlanteos & alios populos in Africa invasisse, & tandem sub Myrina regina Gorgones in Libya debellasse & fere exstirpasse: qvarum tamen potentia denuò invaluerit, ut in illas Perseo movendum fuerit. Duæ iis semper præfuerunt reginæ, ex qvibus primo præfuere Marthesia seu Marpesia & Lampedo: Antiope & Orithya, Marpesiæ filiæ. Harum alteram Antiopen, cum absens esset Orithya, Hercules cum Græca juventute ex insidiis superavit, duasq; ejus sorores Menalippam & Hippolyten cepit, & hanc Theseo dedit uxorem; illam sorori restituit, & præmii loco arma reginæ Orithyæ accepit. Herodotus autor est, abductas aliqvot esse Amazones à Græcis; sed eas, interfectis iis, à qvibus in navi custodiebantur, ad Mæotidis prærupta venisse, & primum cum Scythis dimicasse, post eorum juvenibus nupsisse, & Sarmaticæ genti originem dedisse. Non diu post cladem à Græcis acceptam Amazones acceptis à Sigillo Scytharum rege copiis auxiliatricibus ultricia arma Græciæ intulere, sed infeliciter. Peazagoras enim Sigilli filius per seditionem ab illis secessionem fecit, & sic Antiope ad Athenas occubuit. In Trojano bello Penthesilea regina, Priamo auxilium ferens, ab Achille interfecta occubuit. Longo post tempore Cyrum Tomyris interfecit. Alexandri Magni concubitum Thalestris, aliis Minothea dicta, expetiit & obtinuit. In novo qvoq; Americæ orbe inveniri Amazonas, testantur Geographi: & Olaus Magnus libro v. cap. VIII. viraginum Sclavonicarum Hetbæ ac Visnæ, & Svecicæ Vegtbiorgæ in famosissimo bello, qvod inter Svecos & Danos gestum est, meminit. Sed tandem Monarchia Assyriaca, resq; illa durante gestæ, mittendæ sunt, & ad imperium Persicum progrediendum.

LIBRI PRIMI
SECTIO IV.
de monarchia Persica.

QVæstio I. *Qva occasione imperium Persicum enatum est? & qvodnam est?*

Hoc alterum regnum assimilatur in Nabuchodonosoris statua pectori & brachiis argenteis: & postea Dan. VII. urso tribus dentibus prævalido,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

multumq; carnis devoranti: ut & Dan. VIII. arieti propter duos Medorum & Persarum populos bicorni, occidentem, septentrionem & meridiem subjuganti, magnificeq; se gerenti, & pro lubitu omnia facienti. Et hodienum ea terrarum portio dicitur Persia, ubi olim Ptolemæus locavit Gedrosiam, Carmaniam, ad qvam sita est Ormutz emporium celeberrimum, Drangianam, Arachosiam, Paropamisin, Bactrianam, Margianam, Hyrcaniam, Ariam, Parthiam, cujus metropolis Hecatompylus, Persiden, cujus caput Persepolis, Susianam, Assyriã, hodie Cusistare dictam, in qva Ninus, Ctesiphon regia & Arbela, ad qvam Darium vicit Alexander Magnus, Mediã tandem, in qva Ecbatana præcipue floruerunt. Enatum autem est regnum Persicum hac occasione. ASTYAGES, rex Medorum & Persarum, in somniis vitem vidit ex utero filiæ Mandanæ enasci, qvæ palmitibus totam obumbraret Asiam. Vidit & altera vice per qvietem, eandem Mandanem tantum urinæ reddere, ut non saltem urbem, sed & Asiam universam inundaret. Ideoq; cum eversio regni Medorũ portenderetur, elocavit eam qvidem Cambysi, duci Persarum Achæmenidæ, sed prægnantem expertus, curavit, ut rediret, natumq; infantẽ per Harpagum interfici jussit. Fuit hic Cambyses oriundus ex Achæmene, Persei, non illius Mycenæi, sed origine & genere Persæ filio, qvi Arbaci Medo junctus adversus Sardanapallum conspiravit, eoq; everso se pro rege gessit. Posteri ejus dicti sunt Achæmenidæ: inter qvos eminuit Darius, à qvo, secundum Suidam, nomen acceperunt Darici seu stateres aurei, qvorum singuli XX. drachmis valuere, ut qvini Darici minam argenti æqvarent. Hujus Darii filius fuit Cyrus, qvi progenuit Cambysen, Astyagis generum, Cyri parentem. Harpagus autem, cui necem nepotis imperaverat Cambyses, si Mandane ad gubernacula imperii post obitum Astyagis promoveretur, cædem patratam non impune habendam ratus, bubulco regio infantem in silvam abjiciendum tradidit. Illius uxor Spaco, qvod nomen canem notat, mortuum puerum ea nocte enixa, à marito petiit, ut suus partus pro regio puero exponeretur, & sibi interea, tanqvam suus, iste infantulus pulcerrimus traderetur educandus. Obsecutus desiderio uxoris maritus, puerum aut à Cyro fluvio, aut à sole, qvem ferunt Persis cyrum dici, aut certe à nutricis nomine, CYRUM, qvi itidem canem significat, appellabat. Ille paulo factus grandior, indolem regiam protinus exeruit. Per jocum & ludum electus ab æqvalibus rex, filio cujusdam dynastæ inter pueros colludentes delinqventi plagas intulerat gravissimas. Istud pater
ægre

ægre ferens, causam devolvit ad regem: qvi, cum Cyrum in judicium vocatum heroici videret ingenii, tantum abfuit, ut injuste eum fecisse argueret, ut potius suum ex filia Mandane nepotem agnosceret. Cumq; Magi jam somnii significationem esse adimpletam augurarentur, eum porro amavit, & in Persiam ad patrem Cambysen accuratius educandum dimisit. Qvod vero Harpagum in mandatis regiis exeqvendis remissiorem deprehendisset, tulit indignissime. Sed iram dissimulans, sacris pro filii redivivi vita apparatis, jussit Harpagi filium præsto esse, eumq; mactatum & partim tostum, partim elixum patri apposuit comedendum. Qvi cum svaviter vesceretur, productis capitis & manuum reliqviis, abominando facinore nauseam ei injecit haud tolerandam. Sed iram ille similiter in tempus opportunum differendum statuit, & Cyrum tandem videns adultum, literas lepori exenterato insutas ei transmisit, eumq;, ut avo tyranno bellum inferret, permovit. Ille per somnium admonitus, ut assumeret socium, qvi primus mane occurrisset, Sybarem Persam (cui tandem & sororem elocavit, & in Babylonios moturus, præfecturam Persidis concessit) ex carcere in vinculis prodeuntem secum duxit, & avi voluntatem prætendens, omnes Persas cum securibus adesse jussit, silvamq; exscindere; postero autem die decumbere, & laute vivere. Cumq; omnes hunc diem hesterno esse meliorem clamarent, eos ita laute perpetuo victuros, si se seqverentur, dixit. Persvasis hominum mentibus, subito Astyagi bellum intulit. Et Harpagus crudelitatis regiæ memor, copias, qvibus præerat, statim dedidit. Ipse Astyages in Persas duxit exercitum: &, cum in acie suos videret fugere, à tergo eos in prælium compulit, & jam victor sibi videbatur. Persarum tamen mulieres, cum, obscœnis corporis ostensis, viros fugituros interrogarent, num in matrum vel uxorum uteros fugam capessere vellent, animis exercitui additis, victoriam Cyro pepererе. Ipse Astyages captus in potestatem nepotis pervenit. Qvem ut meritis Harpagus sannis excipiebat, stultissimum eum nominavit Astyages, qvod aliis & non sibi imperium acqvisiisset. Sic regnum qvidem perdidit Astyages, semper tamen à Cyro in honore habitus, &, cum Medorum præfecturam respueret, Hyrcaniæ præfectus est. Hæc, qvæ ex Herodoto & aliis de Cyri expositione & educatione enarravimus, à Xenophonte & Reinero Reineccio inter fabulas relegantur. Opinantur enim illi, Astyagem cum Persis amicitiam confirmaturum, Cambysi duci filiam Mandanem elocasse, & genitum inde Cyrum liberaliter habi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tum, ob indolem heroicam, eximia benevolentia heredem & successorem regni designasse.

II. *Initia Cyri satis heroica! Jam, qvid post captum Astyagem rerum egerit, edissere.*

Alterum bellum, cum, teste Svida, de ejus eventu Danielem consuluisset, contra CROESUM, Lydorum regem potentissimum simul & in suos Deos liberalissimum, suscepit. Qvod ut rectius intelligas, de Lydis pauca præmittere libet. Illi antea vocati sunt Mœones, ut Lydia, Mœonia. Postea, cum Lydus & Tyrrhenus, filii Atys, qvi fuit pronepos Jovis è patre Coty & avo Mane, sterilitate frugum compulsi, sortirentur, uter cum parte multitudinis novas sedes qværeret, Tyrrhenus, qvem sors tetigit, profectus in Italiam, & mari & incolis nomen dedit; Lydus vero genti suæ novum nomen imposuit. Hæc etsi consensu plurium in literas ita relata sunt, Myrsilus tamen historicus in antiqvis Gothofredi historiis magno conatu, & ante Atyn Tyrrhenorum nomen Italis impositum fuisse, & Tyrrhenos certis monumentis se aliunde non profectos, sed esse indigenas, probare posse disputat. In ipsa autem Lydia Heraclidæ tandem rerum potiti sunt, & Argon, filius Alcæi, nepos Herculis & Omphales, anno mundi cIↄcIↄIↄccxxxiii. regnum suscepit. Cujus posteri per annos Iↄv. usqve ad Candaulem, Heraclidarum vigesimum secundum, continua serie imperitarunt. Candaules vero & ipse fuit Heraclides, & qvidem ultimus, ex Agelao, Herculis & Omphales altero filio, descendens. Qvi cum ex imprudentia uxorem, qvam omnium feminarum pulcerrimam arbitrabatur, Gygi satelliti, & ipsi Heraclidæ, de cujus anulo Cicero libro iii. officiorum mira narrat, nudam ostendisset, illa virum ultura, Gygi concessit optionem, ut aut ipse occumberet, aut, rege interfecto, regno potiretur & regina. Ille, regis saluti suam anteferens, rex factus est, oraculo tamen submonitus, fore, ut Heraclidarum ultio in abnepotem Gygis veniret. Qvod ipse etiam eventus comprobavit. Successit namqve Gygi, postqvam xxix. annos præfuerat, Ardys per xlix. annos; & huic post xi. annos Sadyattes: qvi filium habuit Halyattem ex bello notum, qvod cum Cyaxare Medorum rege gessit, qvodqve jam hoc ipso libro sect. ii. qvæst. xiii. descripsimus. Hic Halyattes, postqvam pace cum Medis facta Milesios continuis populationibus infestasset, & lvii. annos regnum administrasset, Crœsum reliqvit filium successorem. Seriem Lydorum Heraclidarum ex Herodoto seqventi tabella exponemus.

REGES

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

REGES LYDI HERACLIDÆ.

Anni Mundi.		Anni Regni.
	HERCULES & OMPHALE, Lydorum regina.	
	ALCÆUS F frater Agelai.	
2722.	I. ARGON, primus rex Lydiæ ex Heraclidis.	
	VIII. INTERMEDII usq; ad annum mundi 3158.	
3158.	X. ARDYSUS.	34.
3194.	XI. ALYATTES.	14.
3208.	XII. MELES.	12.
3220.	XIII. CANDAULES MYRSILUS.	17.
3237.	XIV. GYGES ex alia linea Heraclidarum, ex posteris Agelai, Herculis & Omphales filii, fratris Alcæi.	39.
3276.	XV. ARDYS.	48.
3324.	XVI. SARDYATTES.	31.
3355.	XVII. ALYATTES.	37.
3392.	XVIII. CROESUS, captus à Cyro anno mundi 3403.	11.

Cræso duo fuisse filii dicuntur, alter mutus, qvi tandem in Sardium oppugnatione præ metu loqvi cœpit; alter summæ spei adolescens Atys, ab Adrasto aulæ magistro in venatione casu interfectus, qvod eleganter narrat Herodotus. Hic igitur Crœsus, postqvam omnem fere Asiam minorem occupaverat, Astyagis causam adversus Cyrum defensurus, immensis donis Apollini Delphico missis, accepit responsum, si Halym fluvium transiret, qvod magnum esset regnum eversurus. Ille igitur ope Thaletis Milesii adjutus, alym ex alveo, facta fovea, circumduxit, ut fluvium, qvem ante se prius habuerant, post se relinqverent. Paulo post in Cappadocia cum Cyro conflixit: sed Crœsus terga vertens, silvam, ne hostis seqvi posset, incendit, & ad expectanda sociorum auxilia Sardium urbem repetiit. Hujus suburbana loca colubris invenit repleta, qvos infesto omine eqvi partim devorabant, partim conculcabant. Crœsum perseqvutus Cyrus, pugna commissa, eqvitatum ejus camelis fecit inutilem, Sardiumq; arce conscensa, Crœsum cepit & rogo imposuit: qvi tamen, qvod ter Solonem inclamaret, pluvia ipsa etiam rogum extingvente, servatus & summo loco habitus est, docuitq; Cyrum, cum, ne urbem Sardium, qvæ jam esset Persarum, diriperet, tum, qvomodo Lydos rebelles artibus lenoniis & voluptuariis effeminaret. Et superfuit adhuc Cambysis tempore, atq; ab eo ad supplicium postulatus, non sine servatorum exitio servatus est. Solonem

autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

autem ideo inclamavit, qvod memor esset philosophiæ illius, qva beatissimo qvovis rege, ipsoq; Crœso superbo, Cleobin & Bitonem, ob pietatem in matrem mortuos inventos, Tellum item Athieniensem, pro patria fortiter occumbentem, longe beatiores esse dixerat.

III. *Qvænam sunt reliqva Cyri bella?*

Per Harpagum & Mazarem debellat Ionas & Æolas, Caras & Lycios, qvi Crœso suppetias tulerant. Iones qvidem & Æoles petunt se ea conditione, qva jam Lydi fruantur, recipi: sed qvod Cyrus eos antea ad amicitiam invitaverat, per apologum respondetur, à piscibus desumtum, qvi tibicine cantante in terram progredi noluerunt; capti saltaverunt. Expelluntur ergo Teji & Phocenses, qvi inde in Galliam emigrantes, Massilia restaurata, lingvam & studia sapientiæ Græcanica diu coluere. Subiguntur cæteri Iones præter Milesios, qvi ante fœdus cum Persis inierant, eorumq; insulæ occupantur. Dedunt se Cares, Caunii, Cnidii. Lycii uxores, liberos & res suas omnes igni injiciunt: se autem hostibus opponentes, fortiter omnes pereunt. Postqvam ita Cyrus omnes in Asia inferiori & superiori populos domuit, uti hæc omnia in primo libro Herodoti consignata legimus, contra Assyrios & Babylonios movendum sibi esse duxit. Trajecturus autem Gyndem fluvium, qvi in Tigrim exoneratur, eum, qvod ex sacris eqvis candidis qvendam vorticibus abripuerat, ita tenuem reddidit, ut vel à mulieribus transiri posset. Deduxit eum in trecentos sexaginta rivulos, tota æstate in hac vanitate consumta. Et ubi propius urbem promovisset, Babylonios erumpentes repressit, ipsamq; urbem diu fatigavit, & tandem exercitum suum bipertitum mœnibus admovit, Euphratemq; ea parte, qva in urbem infunditur, in naturalem alveum, ex qvo illum antea Nitocris regina eduxerat, reduxit, & suis copiis ex altera parte, ubi Euphrates ex urbe effluebat, aditum ad Babylonem capiendam fecit. Qvo qvidem strategemate potentissimam urbem, tertiam Asiæ partem adæqvantem, cepit, & profugum Darium Medum, qvem Herodotus Labynitum vocat, vita donavit & Carmeniæ præfecit. Hinc illum cupido incessit Massagetas, populos Scythicos, in suam potestatem redigendi. Qvod tamen Crœsus & alii, ipsa etiam TOMYRIS, Scythica regina, dissvasit. Cum nihilominus pergeret Cyrus, qvamvis prohibere posset Tomyris, permisit tamen, ut fluvium Araxim transiret, &, ut stipulata erat, tridui itinere à fluvio recessit. Ille ex Crœsi consilio simulata fuga, relictoq; vino, qvibus Scythæ inebriarentur, ex insidiis ter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tertiam hostium partem interemit, ipsumq; adeo reginæ filium Spargapisem: qvem tamen, ne ad matrem reverteretur, præ dolore animi Herodotus dicit sibiipsi mortem intulisse. Tomyris, clade hac accepta, Cyrum in angustias ex insidiis protraxit, &, ducentis millibus Persarum cæsis, Cyri caput abscissum in utrem sangvinis plenum, ut se sangvine, qvem sitierat, satiaret, immisit, prout consulto oraculo caput Orphei prædixerat, sua videlicet & Cyri fata fore similia. Ut enim Orpheus; sic & Cyrus à femina est trucidatus. Ita autem Cyri exercitus est deletus, ut ne nuncius qvidem tantæ cladis superesset. Et Jornandes testatur, Tomyrin victoria, magnaq; præda potitam, in partem Mœsiæ, qvæ suo adhuc tempore minor Scythia vocata sit, transiisse, & oppidum ibi suo de nomine vocatum condidisse. Xenophon qvidem Cyrum placide expirasse testatur, & orationem, qvam coram filiis moribundus creditur habuisse, literis consignavit. Sed maior est hic Herodoti & Justini autoritas, qvam ut Xenophontis testimonium ipsis præferri qveat, qvi non nisi in Cyri laudibus occupatus, nonnunqvam historiæ leges transgredi videtur. Cæteroqvin Valerius, Plinius & Solinus testantur, Cyrum tanta valuisse memoria, ut omnium militum suorum nomina teneret, & nominatim singulos in exercitu appellaret. Historiæ ex Persicis, qvæ Ctesias Cnidus libris XXIII. conscripsit, à Phocio excerptæ, referunt, Astyagem Cyro, à qvo victus est, genere junctum non fuisse: sed Cyrum jam victorem, filia ejus Amyti in uxorem ducta, novo affinitatis vinculo se ei devinxisse: inde Bactrianos, deditione ultro facta, sibi subjecisse: mox Amorgen Sacarum regem oppugnasse, vicisse, cepisse: sed Amorgis uxorem Sparethram, trecentis millibus virorum, & feminarum ducentis millibus in aciem productis, Cyrum superatum in suam potestatem redegisse, & inita cum eo gratia, viroq; Amorge recepto, opem ei in oppugnandis Sardibus & Crœso debellando præstitisse: Cyrum tandem in prælio adversus Derbices, ab Indis adjutos, vulnere confectum obiisse, licet potitum victoria: & filium ejus natu majorem Cambysem in regno Persico patri successisse; minorem vero Tanaxarcem principatum Bactrianorum, Parthorum & Caromanorum esse adeptum. Persarum annales tradunt, in magno regno Ainan, à mari Caspio ad Persicum extenso, regem ante Cyrum imperasse, cujus satrapa fuerit Cyrus, & defuncto rege ejus viduam Toman, qvæ Græcis dicitur Tomyris, rebellione facta oppugnavisse.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

IV. Cyro defuncto, dic age, qvis successerit?

CAMBYSES, Cyri & Cassandanæ filius, inter feminas secundum Platonem in tertio legum educatus, crudelis, ebriosus, inconsideratus & fatuus, imò insanus, post patrem gubernacula regni suscepit. Ea tempestate Ægypto præfuit Amasis, humili natus loco, qvi expulso & tandem strangulato Aprye Ægyptiorum rege sibi diadema imposuerat, rex potentissimus: qvem præter Cyprum ferunt xx^m^. urbes possedisse, & ex solido saxo domum fecisse, in qva ex lapidicinis ad templum Minervæ traducenda duodecim hominum millia triennium consumserint. Hujus Amasis filiam Cambyses petierat in matrimonium. Sed pellicem ille peti; non conjugem arbitratus, pro filia misit Apryis regis filiam. Illa confestim, qvænam esset, significavit. Ob qvam caussam Cambyses bellum intulit Ægypto. Sed Amasi ante adventum Persarum defuncto jam successerat filius Psammenitus: qvem sexto post imperium susceptum mense captum adegit Cambyses, ut, cum filius duceretur inter cæteros interficiendus, confiteretur, domestica mala majora esse, qvam ut à se fleri possent. Ipse qvidem servatus est: sed cum postea res novas moliretur, taurino sangvine epoto periit. Cambyses, universa Ægypto subacta, & omnibus ejus opibus in Persiam translatis, alterum bellum moliebatur adversus Carthaginenses. Sed qvod naves suas Phœnicii & Cyprii hanc in rem commodare noluerunt, ab hoc proposito destitit, & exercitum ad Ammoniorum templum expugnandum misit. Sed qvos miserat, qvinqvaginta amplius millia, tempestatibus & arenis submersi sunt, Numine ipso sua sacra defendente. Nihil territus Cambyses illa clade, adversus Æthiopas Macrobios, Africam ad australe mare incolentes, apud qvos mensa solis singulis noctibus vario epularum genere replebatur, ut, ubi illuxit, cuilibet epulatum liceret accedere, movere bellum constituit, & ad eorum regem, qvem è popularibus maximum & pro magnitudine validissimum judicabant, deligere consveverant, exploratores misit cum donis, purpura, torqve, armillis, ungvento, vino. Ille fraudem intelligens, Cambysen reprehendit, qvod injustè alienum regnum affectaret, legatisqꝫ arcum, qvem facile intendit, ad regem deferendum dedit, ut, si eum posset similiter intendere, tunc demum ad Æthiopas subjugandos accederet. Fraudulenta item fraudulentorum hominũ vestimenta irridens, & vincula aurea à Persis magnifieri admiratus, nihil nisi vinum inter dona commendavit. In hos Æthiopas movit Cambyses. Sed fame ad decimationem coactus exercitus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tus reduci voluit. His tantis cladibus rex afflictus, culpam omnem in Ægyptiorum ſacerdotes conjecit, Deorumq; ædibus dirutis, ipſum Apim bovem vulneravit, qvem ut Deum Ægyptii venerabantur. Totum ille corpus niger, qvadratum habuit candorem in fronte, aqvilam in tergo, ſcarabæum in palato, duplices in cauda pilos. Græci Epaphon vocarunt, & Ægyptii animam Oſiridis in illum transmigraſſe crediderunt. Herodotus Cambyſen morbo, qvem vocant, ſacro laboraſſe ait, ut vel hinc, cujus corpus magna ægritudine fuit invalidum, ejus ne mentem qvidem ſanam fuiſſe intelligatur. Furore igitur actus, fratrem Smerdin, Bactriorum dominum, una cum ipſo in Ægyptios profectum, qvi ſolus arcum ab Æthiopibus miſſum intenderat, qvemq; in nocturna viſione regnaturum audierat, Suſa remiſſum, per Prexaſpen interfici curavit. Cteſias, recenſente Photio, hunc Smerdin vocat Tanyxoxarcem, eumq; à mago Sphenhadate dicit falſo ad Cambyſem delatum: & clam interfecto hoc fratre regio, eundem magum Smerdis veſte indutum, propter faciei ſimilitudinem, diu vices ejus ſuſtinuiſſe, tandemq; defuncto Cambyſe regnum invaſiſſe. Atoſſam præterea & Meroen ſorores inceſto conjugio inqvinavit Cambyſes, judicibus regiis legem Perſarum eſſe dicentibus, regi, qvicqvid vellet, agere eſſe licitum. Meroën deinde prægnantem, qvam alii Arſinoen vocant, ictu calcis interemit, qvod canem videns adverſus leonem à fratre catello adjutam illacrimaſſet, qvia Smerdis occiſi fratris nullus extaret ultor. Edidit alia præterea facinora. Prexaſpis, qvi eum ob ebrietatem increpaverat, filium, ſagitta in ejus cor doctiſſime miſſa, ebrius transfixit: Crœſum ad ſupplicium cum XII. nobilibus Perſis iratus deſtinavit, qvi tamen magno cum ſervorum detrimento ſervatus eſt: Siſamnis præſidis cutem detractam, ob injuſte latam ſententiam, tribunali inſtravit: lapidem vocalem, qvi fuit ſtatua regis Memnonis, & ſingulis diebus oriente ſole ſonum edidit citharæ, uti teſtatur Strabo lib. VII. & Plin. lib. XXXVI cap. VII. ad medium usq; pectus dirupit: tandemq; expertus, à Smerde Mago Perſiæ regnum occupari, cum furibundo ſimilis eqvum conſcenderet, gladio ſua ſponte evaginato occubuit, in Ecbatanis non Mediæ, ut oraculum datum interpretabatur, ſed Syriæ. Cteſias ejus exitum paulo aliter recenſet: Ait enim, Cambyſen poſt fratris necem, variis ſomniis & angoribus territum, tandem ligna parva, tempus ut falleret, polientem fœmoris muſculum percuſſiſſe, & XI. die mortem ex vulnere obiiſſe. Judæi illum vocavere novum Nabuchodonoſorem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

V. Qvis Cambysi successit?

Prexaspi Cambyses, ut diximus, mandaverat, ut Smerdin fratrem clam interficeret. Id cum esset factum, & Cambyses jam interiisset, MAGUS, natione Medus, frater Patizithæ, viri insignis, qvem in Ægyptios profecturus, rerum Persicarum reliqverat curatorem Cyrus, Smerdi cognominis, & specie corporis non absimilis, regnum, qvod jam beneficio fratris Patizithæ invaserat, penitus occupavit, seq; Smerdin Cyri filium, qvé pauci à Prexaspe interfectum norant, confessus, tributa militiæq; vacationem in triennium remisit, Prexaspe interim, ne ipse cædis regiæ incusaretur, veritatem dissimulante. Tandem Othanes ex filia, qvæ inter pellices regis erat, expertus, auribus putativum carere regem, & non Cyri filium sed Magum esse, cum aliis sex principibus, Intapherne, Gobrya, Megabyzo, Asphatine, Hydarne, Dario, adversus eum conspiravit. Hi omnes occultato ferro in regiam prorupere obviis interfectis Magum regem cum fratre ejus, non tamen sine duorum ex conjuratis, Intaphernis &. Asphatinis, vulnere oppressere: Magorum indiscretim omnium laniena facta, festum Magophoniæ qvotannis celebrandum instituere. Magnis interim pollicitationibus, & metu etiam injecto, inductus erat Prexaspes, à duobus Magis fratribus, ut ex alta turri populo persvaderet, se ex jussu Cambysis Smerdin Cyri filium non interfecisse, sed illum vere vivere & regnare. Verum Prexaspes veritatem coram populo confessus, postqvam Smerdin esse occisum, & Magum ignobilem usurpare titulum regium, alta voce dixisset, ex turri sese præcipitavit. Hoc in ipso temporis articulo contigit, qvo septem conjurati arcem ingrediebantur. Qvam etiam ob causam acceptiorem præstitisse populo operam postmodum visi sunt.

VI. Num, interfectis Magis, superfuit ex Cyri posteris, qvi regno præficeretur?

Nullus omnino. Ideoq; VII. conjurati de regni administratione consultare cœperunt. Et cum Othanes pro statu democratico; Megabyzus pro aristocratico diceret, placuit tandem, Dario persvadente, monarchicus. Pactiq; sunt inter se, ut die certo ante solis exortum certo in loco cum eqvis adessent, &, cujus eqvus hinnitum prior edidisset, rex eligeretur. Othanes solus in regni sortem ultro venire nolens, immunitatem suis terris modesta regni recusatione peperit. Darii autem eqvus, qvem callidus eqvorum domitor antegressa nocte in loco destinato eqvæ commiserat, cum hinniret, & simul superne cœlo sereno tonaret, cæteri ad terram desilientes, Darium regem venerabantur. Fuit & ipse Achæmenides, Hystaspis

& Rho

& Rhodoganæ filius, tantumq; imperium vaframento adeptus, qvanqvam jam pristinis regibus cognatione junctus erat, in autoritatis tamen nuper partæ stabilimentum, Cyri filiam Atossam, & aliam Aristonam, ut & Smerdis filiam, filiam etiam Othanis, matrimonio sibi copulavit: & regno in xxiv. provincias, qvas Persæ vocant satrapias, distributo, omnibus subditis tributum imperavit. Hinc, ut Cyrus pater & Cambyses dominus, ita Darius institor est vocatus. Intaphernem præcipuum ex septem conjuratis o rebellionis suspicionem, statim post susceptum imperium, cum omni familia in carcerem compegit: cujus uxor, cum electionem unius ex domesticis servandi obtinuisset, posthabito marito & filiis, fratrem sibi dari rogavit, qvod maritum & filios alios posset recipere; non item defunctis jam parentibus fratrem. Sylosonti porro, Polycratis fratri, à qvo amiculum, cum in privata adhuc fortuna versaretur, qvod eo delectatus fuerat, ultro donatum acceperat Darius, totam urbem & insulam Samum tradidit regendam, Mæandrio expulso, qvi insulæ post Polycratem præesse cœperat. Hic est POLYCRATES ille ita felix, ut, cum ex consilio amici Amasis, regis Ægyptiorum, anulum in mare projiceret, atq; vel sic dolere disceret, eundem tamen in piscis capti ventre insperato casu reperiret, tanto cum Amasis stupore, ut, absq; insigni infortunio tantam felicitatem haud fore ratus, jura amicitiæ cum ipso solveret. Nec metus ille fuit frustraneus. Orœtes namq; dux Persarum, multis infamis sceleribus, præfectus Ioniæ, qvarto post anno eum ex insidiis captum cruci affixit: id qvod filia ejus in somno præviderat, cui à Jove lavari; à Sole ungi visus fuit. Sed Orœten irata excepit postea Nemesis. A Dario namq; debita pœna affectus est. Et Polycratis frater Sylosontes, fraternum regnum dono regis, ceu dictum est, sibi asseruit. Interim Darius in venatione graviter pedem distorserat, taloq; è juncturis emoto, immensos dolores per septem dies senserat. Et Medici Ægyptii malum exasperarant. Democedes igitur Crotoniades Græcus, ex captivis productus, feliciter sanitatem ei restituit, & præterea Atossæ reginæ tuber in mamma virulentū arte discussit. Hinc summos adeptus honores, apud Persas tamen commorari nolens, in patriam, cujus, etsi odium simulabat, exqvisito tamen tenebatur desiderio audaci aufugit conatu. Et qvidem ipse ex Persarum se expedi[illegible] potestate: qvæ autem vincula sibi ademit, ea universis Græcis deinde Darius injicere conabatur.

VII. Multa novi de hoc Dario in historias relata. Quæ igitur bella, qvasq; expeditiones susceperit, declarari percupio.

Babylonios initio, qvi rebellarant, &, ne annona obsessis deficeret, mulieres strangularant, biennio fere obsedit, & tandem opera Zopyri, Megabyzi filii, qvi sibi aures & labia domi præsciderat, seq; hostem Darii coram Babyloniis simulaverat, expugnavit, prodigio confirmatus, qvod in castris mula pepererat. Postea expeditionem suscepit in Scythas Europæos, septingentorum millium exercitu coacto, qvod, teste Justino, filiæ regis, qvem Scytharcen vocat Ctesias; Indathyrsum alii; alii Lanthynum, nuptias non obtinuisset. Putant nonnulli, causam expeditionis fuisse, ut Scythæ ex Arctoa regione in Asiam irrumpentes arcerentur. Darius ad Bosporum progressus, & illum & Istrum ponte junxit, & Æolis, qvos secum duxerat, interq; qvos Corn. Nepos Miltiadem fuisse testatur, custodiam ejus transitus relinqvens, loro tradito LX. nodis complicato, jussit, ut, si singulis diebus singulos nodos solvissent, & ipse non rediisset, abirent. Scythæ pugnandi potestatem Dario non faciunt, eumq; in erroribus circumductum fatigant, & ave, mure, rana, & qvinq; sagittis dono missis, Gobrya interprete minantur, si non aut ut aves subvolet in cœlum, aut ut mures subeat terram, aut ut ranæ insiliat in paludes, fore, ut sagittis cum omnibus suis conficiatur. Darius igitur, relictis castris & octuaginta millibus suorum amissis, irrito conatu rediit, & insignem operam sibi præstitisse deprehendit HISTIÆUM, Lysagoræ filium, Mileti tyrannum, qvi, qvo minus ad lubitum Ionum & Miltiadis, urgentibus Scythis, cedere volentium, pons trans Istrum solveretur, unus obstitit, & ita Dario reditum ad suos liberum concessit. Ad eos igitur rex conversus, in qvibus minorem resistendi vim deprehendit, Thracas & finitimos populos debellavit. Legatos etiam misit ad Macedonas, terram petituros & aqvam. Sed cum ii nimis lascive feminas in convivio accumbentes contrectarent, ab Alexandro Amynthæ filio, Alexandri M. proavo, cum aliis adolescentibus more feminarum amicto, sunt occisi. Interea temporis Histiæus, Mileti tyrannus, qvi pontem, qvo Ister junctus fuit, servaverat, magnis qvidem honoribus cumulatus est: sed qvod Persæ metuebant, ne res novas moliretur, ad se rex eum evocavit, Aristagoramq; ejus generum Mileto præfecit. Verum Histiæus libertatem se suam perdidisse ratus, Aristagoram, jam tum ob res bellicas contra Naxios male administratas sibi metuentem, ad defectionem literis, qvas capiti servi inusserat, incitavit. Ille igitur cal-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

calceum, qvem Histiæus consuerat, induens, cum Spartanos in societatem belli pertrahere non posset, Byzantium & multa alia loca occupavit, Lydiam vastavit, Sardes cremavit, ab Atheniensibus adjutus, qvi vel hanc ob causam Persis male volebant, qvod Darii frater Artaphernes, Sardium præfectus, libertati suæ videbatur insidiari. Darius Histiæi defectionem & Atheniensium conatus intelligens, contra illum qvidem bellum decrevit; adversus hos vero Jovem, sagitta in aerem missa, precabatur, ut sibi Athenas ulcisci contingeret. Famulo etiam præcepit, ut sibi apposita cœna ter qvotidie ingeminaret: Here, memento Atheniensium. Ignarus vero conspirationis, Histiæum in Ioniam ad res componendas misit. Sed & ille aperte defecit, & regis res valde afflixit. Sexto demum anno, cum jam Aristagoras à Thracibus esset interfectus, in potestatem Persarum retractus & jugulatus, inq; crucem actus est. Ionicæ urbes, Caria etiam & alia loca, qvæ defecerant, recuperantur: insulæ everriculantur: Iones, ut olim à Cyro, sic nunc à Dario denuo in servitutem abripiuntur: hinc Athenienses petuntur. Expulerant illi HIPPIAM Pisistratiden tyrannum, &, qvod diximus, Ionibus à Persis deficientibus auxilia miserant. Et Hippiam igitur reducturus, & factum Atheniensium castigaturus, ut & Atossæ suggestionibus obtemperaturus Darius, generum MARDONIUM, Gobryæ filium, cum Hippia exule, ut totam Græciam subjugaret, misit. Sed classe circa montem Athon disjecta, trecentæ naves & viginti millia hominum perierunt: ipseq; Mardonius in insidias Thracum incidens, magna exercitus parte amissa, in Persiam rediit. Darius, novis copiis coactis, post triennium adversus Græcos DATIM Medum & ARTAPHERNEM ex fratre Artapherne nepotem cum sexcentis millibus militum misit: qvi, Erythræa expugnata & incensa, & civibus in servitutem abductis, in ipsam Atticam classe provecti, in Marathoniis campis, qvi duobus milliaribus ab Athenis distant, cum MILTIADE prælio prius decernere voluerunt, qvam Lacedæmonii subsidio venirent. Hic Miltiades, unus ex x. Prætoribus subito creatis, qvi exercitui præessent, decem millia civium, interq; illos millia auxiliarium Platæensium, adversus centum millia peditum & eqvitum educere ausus, exigua manu multa Persarum millia, interq; illos Hippiam, victoria insigni potitus, peremit. Hostes victi non castra, sed naves petierunt. Hunc casum tristia Hippiæ omina ante ipsam pugnam denunciarant. Nam ante prælium ob tussis vehementiam dens, qvi reperiri non potuit, ei exciderat; ipseq; in somnio sibi cum ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

matre concumbere visus, qvo tendendum esset, cognoverat. In hac pu-
gna Spartani, qvod qvatridui religione ob plenilunium tenebantur, non
-erant. Cynægiris autem civis Atheniensis, frater Æschyli poetæ, lau-
dem meruit immortalem, qvod, cum manus ejus essent truncatæ, ipse mor-
su triremem Persicam, (in naves namq; se fugientes Persæ conjecerant)
attinuerat. Hoc prælium Plutarchus à ccc. fere historicis descriptum es-
se affirmat. In illo ea Miltiadis virtus enituit, ut Themistocli insomnes
noctes faceret. Postea Athenienses ei classem LXX. navium dederunt, ut
insulas, qvæ barbaros adjuverant, inq; iis Parum ad officium revocaret.
Sed cum non ita feliciter rem in Paro insula gessisset (oppidum enim, qvod
oppugnabat in illa, cum ex ignibus luci forte incensi falsò conjiceret, regiã
Persarum classem adventare, sine causa obsidere destitit) ab Atheniensibus
proditionis accusatus, & qvinqvaginta talentis mulctatus est, qvæ CI-
MON filius, tradita alii uxore, ut pecuniam hoc pacto acqvireret, pro pa-
tre pius exsolvit. Ipse autem Miltiades ex vulnere, qvod in insula Paro
acceperat, in vinculis contabuit. Juvenis adhuc coloniam Athenis duxit
in Chersonesum, copiisq; barbarorum disjectis, tota regione potitus, re-
gia dignitate, sed sine titulo, sub obseqvio populi Atheniensis conspici-
ebatur. Lemnum etiam & insulas Cycladas sub Athenarum redegit po-
testatem. Sed cum Darius Græciæ immineret, Chersoneso relicta, Athe-
nas rediit, & eam patriæ operam præstitit, qva una libertatem sibi asse-
ruit. Darius, cum integrum triennium in majore belli apparatu consum-
sisset, & non in Græcos solum, sed & in Ægyptios, qvi defecerant, bellum
moveret, mortuus est. Paulo tamen ante obitum dissidium inter duos
filios, qvod amicis animis fovebatur, composuit: qvorum alter ARTA-
BAZANES propter primogenituram regnum postulavit; alter XERXES
se ex Atossa Cyri nepotem esse, & à Dario non privato, ut Artabazanem,
sed rege natum dixit. Et hic successit etiam patri ob caussas allegatas. Plu-
tarchus in libro de fraterno amore non Darium, sed eo defuncto Artapher-
nem arbitrum constitutum, fratrum duorum litem diremisse, & Xerxi re-
gnum adjudicasse refert. Hic est ille Xerxes, qvem Plato in tertio legum
dicit inter feminas educatum: & propterea ad Cyri & Darii, disciplina de-
licata non educatorum, virtutem neqvaqvam accessisse. Sacra Scriptura
eum nominat AHASVERUM, Vasthi primum; deinde Estheræ maritum.
Congruit namq; nomen Xuers vel Xerxes cum nomine Achsuers vel Axuers.
Nam Hebræa lingva plerumq; peregrinis nominibus à duabus consonan-
tibus

tibus incipientibus Aleph præponere folet, ut dicat Aphthholmi pro Ptolemæo. Congruit nomen Ameſtris Xerxianæ, cujus fit mentio apud Herodotum & Cteſiã, cum nomine Efther, ut eam qvaſi HamEſthrã dici intelligas. Congruit amplitudo regni ab India ad Æthiopiam usq; protenſi, ut & regia Perſarum Suſa. Congruit annus tertius regni, qvo concilium Perſicorum principum Xerxes convocavit, & de bello Græciæ inferendo deliberavit, convivium vere baſilicum adornavit, Vaſti deniq; reginam repudiavit. Congruit annus deniq; ſeptimus imperii Xerxis, qvo Eſther ſeu Ameſtris nupſit poſt reditum ex Græcia. Et licet apud Herodotum aliqva Ameſtri adſcribantur, qvæ noſtræ Eſtheræ non admodum congruunt, in circumſtantiarum tamen notatione errare potuit hiſtoricus, ut aut Ameſtrin, ſecundam Xerxis conjugem, pro Vaſti prima poneret, aut, cum filiorum Hamanis ſuſpenſionem deſcribere voluit, eos diceret fuiſſe bis ſeptem illuſtrium Perſarum liberos, qvos vivos defodi curaverit. Id interim hic aliqvi notant, nomen Ahaſveri apud Perſas derivari à dignitate & majeſtate, & commune eſſe omnibus principibus, ſicuti Pharaonis nomen apud Ægyptios commune fuit omnibus regibus.

VIII. Xerxen eſſe ipſum Ahaſverum, ſacris ſcripturis notum, nondum inaudii, præſertim cum Joſephus maritum Eſtheræ vocet Artaxerxem Longimanum, Xerxis filium. Sed nos hæc nihil morati, res Xerxis geſtas luſtrabimus.

Ægyptios, qvos ſupra diximus defeciſſe, celeriter in ordinem redegit, illisq; Achæmene fratre præfecto, ne res novas molirentur, curavit. Inſtaurationem qvoq; Judaicæ politiæ, unde ſibi metuere poſſet, ut qvarto Esdræ libro conſignatum eſt, prohibuit: &, cum maximo apparatu adverſus Græcos bellum moliretur, ſvaſit id qvidem Mardonius, Darii ex ſorore nepos, Gobryæ filius, qvem infeliciter ſub Dario contra Græcos pugnaſſe ſupra dictum eſt; maxime autem diſſvaſit Artabanus, regis patruus. Et aſſenſiſſet tandem Xerxes patruo, niſi, ut pergeret, ſpectro monitus, & ſomnio præterea qvodam de corona capiti ſuo impoſita, ſed mox evaneſcente, confirmatus fuiſſet. Qvin & ipſe Artabanus ſpectris territus eſt, ne bellum Græcum diſſvadere porro auderet. Fœdus igitur Xerxes cum Carthaginenſibus adverſus Græcos, qvos funditus evertendos ſtatuit, iniit; utq; eodem tempore, qvo ipſe Græciam, illi Siciliam invaderent, conventum eſt. In Perſia imprimis ex omnibus provinciis & ſatrapiis copiæ per integrum qvadriennium comparantur, tanto numero, ut Juſtinus & Diodorus præter navales copias centum myriadas; Cor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

nelius Nepos Iocc millia peditum; eqvitum cccc millia numerarint. Qvæ
qvidem ipsi Xerxi lacrymas extorsere, qvum neminem ex universis ad
centesimum annum esse perventurum prævideret. Innumerabilem hunc
exercitum Diodorus testatur sic numeratum, ut, una myriade in unum lo-
cum contracta & egressa, alii innumerati homines, in eundem collecti lo-
cum, pro myriade haberentur, atqꝫ sic, qvot adessent myriades, depre-
hensum esse. In ipso autem expeditionis hujus itinere Athon montem,
juxta qvem Dariana classis non multum ante naufragium fecerat, à conti-
nente abrupit, & terram fecit navigabilem. In Phrygia PYTHII, homi-
nis ditissimi, omnem suam pecuniam regi offerentis, divitias auxit; filii
autem ejus natu minoris, qvem domi manere Pythius voluerat, membra
discerpta per viam in spectaculum affigi jussit. Hellespontum deinde se-
ptem stadiorum longitudine jungi ponte imperavit: cumqꝫ maris viseum
dissolvisset, verbera illi ccc. infligi, compedes injici, stigmata inuri, archi-
tectos vero interfici, & septingentas naves validis anchoris roboratas,
qvibus Hellespontus consterneretur, adduci jussit. Sunt, ut Gyllius l. II.
de Bosporo Thrac c. XII. qvi verbera ccc. mari inflicta, & duo vincula ferre-
arum pedicarum in idem injecta, & ab Herodoro forte ex Græcis poëtis
descripta, interpretantur de ccc. ancoris Hellesponto injectis, & de duplici
catena ad pontem navalem firmandam. DEMARATUS, interim rex La-
cedæmoniorum, apud Persas exul, Græcis consilia Persarum omnia dete-
xit, literisqꝫ in ligneis tabulis descriptis, ceram superinduxit. Hoc
scribendi consilium cum deprehendisset LEONIDÆ regis Spartanorum so-
ror, & jam à Xerxe adessent, qvi bellum indicerent, oraculum & à Sparta-
nis & ab Atheniensibus est consultum. Illis hoc responsi datum est, qvod
vel urbi, vel regi sit pereundum; his, ut salutem in ligneis muris qvære-
rent. Bellis igitur Græciæ intestinis per syncretismum extinctis, &,
qvum plures Græcorum Persis adhærerent, decreto in conventu ad Isth-
mum facto, ut, qvi sponte Persarum amplexi fuissent societatem, Diis, bel-
lo feliciter confecto, decimarentur, legatos in Siciliam miserunt, qvi à
GELONE rege copias impetrarent auxiliatrices. Sed qvum ille belli
imperator esse postularet, malebant isti ver sibi ex anno tolli, & omnibus
auxiliis destitui, qvam peregrino parere imperatori. Spherties interim &
Bulis, Spartani juvenes, qvia legati Persarum, terram & aqvam petituri,
in puteum, unde duo illa elementa auferrent, à Græcis contra jus gentium,
qvo inviolabiles sunt legati, essent injecti, hoc crimen morte luituri ad
Xer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Xerxen in Asiam sunt profecti. Sed clementiorem invenere regem, qvam ut Græciæ facinus expiare possent. Et ipse Xerxes, etsi eqvam viderat leporem, & mulam mulum prodigio prorsus infausto parere, perrexit tamen in itinere, & ad Thermopylas tandem pervenit, multasq; Græcorum urbes & populos aut vi subegit, aut metu injecto in suas partes traxit. Classis vero Persica, qvam ferunt cIↄcc. navibus longis, & ivcIↄccL. onerariis constitisse, naufragium circa Magnesiam passa, qvadringentas naves & innumeros homines, grandemq; pecuniam amisit, & Xerxen sinistro pugnaturum omine docuit. Nos in certa capita dividemus omne bellum, & primo loco pugnam ad Thermopylas memorabilem; deinde prælia navalia ad Artemisium & Salaminem; postea discessum Xerxis ex Græcia turpissimum; inde alia duo prælia, alterum in agro Platæensi terrestre, navale alterum ad Mycalem in Asia memorabimus, & tandem, qvid rerum Gelo in Sicilia adversus Carthaginenses gesserit, edisseremus.

IX. Qvænam est pugna ad Thermopylas?

Thermopylæ sunt montium fauces & angustiæ, per qvas in Græciam est eundum: & aliqvibus in locis vix ad agendum vehiculum sufficiunt. Has, ut prohiberetur Xerxi aditus, ad qvem jam tota Thessalia usq; ad Bœotiam defecerat, copiis selectis Leonides rex Spartanorum, cui aut urbi ex oraculi monitu cadendum erat, cum incredibili hostium strage custodiit, & ex angustiis illis omnem Persarum, etiam fortissimorum, non una vice irrumpentium vim sustinuit. Tandem, proditione Ephialtis Trachynii Græci, à Persis circumventus, cæteris, ut se patriæ servarent, dimissis, trecentos saltem, vel, ut Justinus habet, sexcentos Lacedæmonios secum retinuit, ciboq; propere sumto, tanqvam apud Ditem jamjam cœnaturus, capillum, qvod indicium erat mortis voluntario obeundæ, compsit, & strenue impetus hostium iterum iterumq; instantium fregit, donec, multis millibus peremtis, ipse cum suis circumdatus hostilibus sagittis conficeretur. Herodotus qvidem hos Spartanos in sua statione occubuisse refert: Justinus autem & Diodorus eos noctu in castra Persarum irrupisse, regeq; ad mortem frustra qvæsito, die exorto interemtos esse asserit. Solus Aristodemus ex omnibus evasit, qvi adversus Mardonium præcipuam postea obtinuit laudem. Xerxes tantam virtutem Græcorum expertus, qvi numero paucissimi numerosum exercitum fatigare potuerant, fateri est coactus, multos se habere homines; milites perpaucos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

X. Sic igitur primum Persarum impetum fortiter sustinuit Leonides. Qvid interim classis Persica, & qvænam prima navalis ad Artemisium pugna?

Artemisium est expansum Eubœæ littus, in cujus faucibus naves Atheniensium stationem habuere, ut angustias illas tuerentur. Atheniensibus enim THEMISTOCLES persvaserat, ut plures triremes ad bellum armarent: atq; ita paulatim civitatem ad mare traduxerat, ut, qvæ ne cum patribus qvidem terra posset comparari, viribus navalibus eam sibi potestatem firmaret, qva cum barbaros reprimeret, tum jura daret Græciæ. Cum autem ad classem in hostes ducendam Athenienses in communi periculo Lacedæmoniis, eorumq; duci Eurybiadi, imperium navale concederent, præcipuum ad victoriam momentum contulerunt. Megabates qvidem, classis Persicæ præfectus, naves Græcas ex naufragio collectas circumvenire atq; concludere conabatur. Sed Græci ex Themistoclis, qvi oraculum Apollinis de ligneis muris, qvibus naves signabantur, interpretatus fuerat, consilio, priores contra hostem prodeunte, bis prælia leviora circa Eubœam commisere, victoria qvidem ancipite, ut tamen qvodammodo ad Græcos; qvibus ad experientiam hæc qvasi prælvdia magno fuere momento, inclinare videretur: qvi, multis hostium navibus captis, tandem ad Salaminem insulam concessere, literis antea passim in saxa insculptis, qvibus Ionas, circa ea loca appulsuros, tanqvam cognatos & eadem origine prognatos, ad defectionem à Persis sollicitabant.

XI. Ad Salaminem qvid rerum gestum est?

Salaminis illa est insula, in qvam & Trœzenem Athenienses, cum omnes vires terrestres Græciæ contractæ jam in Peloponnesum erant, tectis & muris rapinæ & incendio barbarorum relictis uxores, liberos & familiam, urbe ex oraculo relicta, deduxerant. Xerxes interim, Thermopylis superatis, non Atticam saltem, sed & omnem Phocensem, Thespiensem & Platæensem terram vastaverat, ipsasq; Athenas, interfectis sacerdotibus ibi in arce relictis, incendio deleverat. Miserat etiam qvatuor mille, qvi Delphicum templum diriperent. Sed illi fulminibus territi, & ingentem cladem passi, re infecta redierunt. Cum autem classes hostiles ad Salaminem sibi essent oppositæ, ARTEMISIA Halicarnassi regina, viriles animos in Xerxis exercitu gerens, prælium prudenter dissvasit. Alterum enim naufragium jam passa erat Xerxiana classis, & Græcæ naves numerum CCLXXXV jam excedebant. ARISTIDES etiam, qvi ante bellum in exilium per ostracismum rejectus fuerat, & Themistocles, qvi exitium illud procurave-

rat, privatis odiis depositis, communi consilio res Græcorum promovebant. Cumq; cæteri Græci qvisq; ad suos lares tuendos suis navibus dilabi, & præsertim Lacedæmonii in Peloponnesum ad terrestres copias concedere vellent, jamq;, reliqva Græcia à Persis occupata, murum per XL. stadia in Isthmo ad securitatem Peloponnesi deduxissent, Themistocles, ne loci & angustiarum commoditatem amitteret, dubios & sollicitos prudenti strategemate retinuit, & per captivum Persam Sicinum, liberorum suorum præceptorem, sub proditionis specie Xerxem ad pugnam tanqvam cum fugientibus invitavit. In qva tanta fuit virtus Græcorum, ut, qvadraginta saltem navibus amissis, plures qvam ducentas hostium everterent, ipsumq; Megabaten, qvem Ariamonen Plutarchus vocat, classis præfectum perimerent. Qvam in rem magnum tulere Iones adjumentum, qvi sub prælii initio ex Themistoclis consilio paulatim sese subtrahentes discesserunt. Insignem hanc victoriam, qva neq; apud Græcos, neq; apud barbaros clarius decus extitit navale, retulerunt Græci virtute communi omnium militum, consilio vero & prudentia Themistoclis.

XII. Fugam hic forsan capessit Xerxes?

Recte divinasti. Nam & sub tempore pugnæ spectatorem tantum egit, & post eam ex consilio Mardonii & Artemisiæ ex victoriæ desperatione reditum parabat in Asiam, relictis cum MARDONIO in Græcia trecentis, aut, ut inqvit Diodorus, qvadringentis millibus militum. Græci, audita regis fuga, Asiam in Europa capere, regemq; circumvenire, & pontem ad Hellespontum, ne transiret, interrumpere conabantur. Qvod Themistocles denuo Xerxi sub proditionis specie per Arnacem, unum ex captivis, denunciavit, ut maturaret fugam, veritus, ne Persarum desperatio timorem verteret in furorem. Xerxis autem copiæ, qvæ reducebantur, propter commeatus inopiam tanta correptæ sunt pestilentia, ut & viæ cadaveribus implerentur, & alites atq; bestiæ, ut Justinus ait, illecebris sollicitatæ, exercitum seqverentur. Ipse rex, terror ille Græciæ, exterritus, cum pons antea factus tempestate esset solutus, scapha piscatoria trajecit, &, cum naufragii metus esset, pluresq; in navicula veherentur, multi Persarum ex consilio navarchi sponte se in mare præcipitarunt. Qva de causa ille postea est primum aurea corona donatus, postmodum interfectus, cum qvod servasset regem, tum qvod multos Persarum perdidisset.

XI. Xerxe fuga satis turpi dilapso, qvæ fata ejus manserunt copias? qvidq; Græci conati sunt?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Græci, donariis ex ſpoliis hoſtiū Diis oblatis, habita conſultatione, cuinam præcipua virtutis laus eſſet aſſignanda, qvæſiverunt. Et Lacedæmonii gratia, qva valuere, non Athenienſibus, ſed Æginetis, interq; Athenienſes non Themiſtocli, ſed Amyntæ, Æſchyli fratri, qvi prætoriam navem, præfectumq; in illa peſſumdediſſet, primam fortitudinis laudem tribuerunt. Themiſtocli tamen duplo majora præmia elargiti ſunt: qvæ qvod accepiſſet, male deinde apud Athenienſes audire cœpit. Mardonius interim, capta Olyntho & Potidæa, apud Athenienſes per Alexandrum Amynthæ filium, Macedoniæ regem, de pace egit. Illi autem cum omnibus Græcis omnes pacis conditiones reſpuunt, &, donec ſol ſuum tenuerit curſum, agrorum vaſtatorum & templorum violatorum vindictam à Perſis ſe exacturos reſpondent. Ideoq; denuo capiuntur, cremantur, & penitus diruuntur deſertæ à civibus Athenæ. Velitationes hinc, duce PAUSANIA & ARISTIDE, nonnullæ factæ ſunt, in qvibus Maſiſthius, præcipuus poſt Mardonium Perſarum dux, cum magno ſuorum luctu interfectus eſt. Tandem pugna fit atrociſſima in agro Platæenſi in Bœotia: qvem Athenienſibus donaverant Platæenſes, ut in ſuis finibus dimicare poſſent, in qvibus Apollo ipſis victoriam promiſerat. Græcorum in hac pugna numerata ſunt centum millia; qvintuplo plus Perſarum. Præter relictas enim à Xerxe copias, Mardonius plures interea collegerat milites. Hoc in prælio virtus Pauſaniæ imprimis eminuit: & regis gener Mardonius ſaxo ab Arimneſto ejecto peremtus cecidit: & ex tanto Perſarum exercitu pauci admodum ſuperfuerunt, qvos Artabazus Pharnacis filius ex fuga ſubductos per Theſſaliam & Macedoniam ad Byzantium usq; perduxit. Qvia autem Xerxes fugiens omnem ſuum ex auro & argento apparatum in caſtris Mardonii reliqverat, incredibile dictu eſt, qvantæ opes in iis inventæ ſint. Sed illæ deinde inter Græcos diviſæ materia litis & avaritiæ extiterunt. Anteqvam nobiliſſima hæc pugna eſt inita, ad qvam rectius obeundam, & victoriam felicius reportandam, non exiguum Græcis attulit momentum rex Macedonum Alexander, qvia omnia Mardonii conſilia Ariſtidi, noctu ad caſtra Græcorum eqvo provectus, clam aperuit. Themiſtocles à præfectura, Xanthippo ſubſtituto, remotus eſt. Et ſimultas non occulte inter Græcos gliſcebat, qvod Lacedæmonii ſiniſtre de Athenienſium fortitudine judicarant. Sed hoſte inſtante concordia initur, inq; certas conditiones conjuratur, ut qvisq; ſuos duces etiam ad mortem ſeqvatur, ut ſociorum ædes non incendantur, ut templa à Perſis deſtructa, in hujus cladis perpetuum monumentum, non reſtituantur. XIV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XIV. Dic jam qvædam de pugna Mycalensi navali in Ionia.

Classem Græcorum CCL. triremium jam antea LEOTYCHIDES rex Spartanorum in Asiam ad Ionas in libertatem vindicandos abduxerat. Eodem igitur die, qvo vicere Græci ad Platæas, pugna etiam cruenta sub promontorio Ioniæ Mycale est inita, & qvadraginta millia Persarum occisa. Res hic miranda accidit. Cum in Græcia Persæ matutino tempore victi essent, meridianis horis id in Asia Græcis pugnaturis per tot maria & tantum spacii annunciatum est: qvanqvam Diodorus Siculus strategema hoc dicit fuisse regis Spartanorum, ut rumore hoc sparso, qvem eventus comprobavit, milites confirmaret. Sic igitur iterum Ionia & Æolia tyrannidi Persarum subtrahuntur, & Athenienses præter alia loca Chersoneso & insula Cesto, Persicis præsidiis fame maceratis, potiuntur. Thebanos cæteri Græci integro mense, qvod Persis suppetias tulerant, oppugnant: nec prius illos missos faciunt, qvam autoribus societatis cum hoste traditis. Sic, anteqvam biennium exiret, Persarum exercitus fere omnis est superatus, & admiranda Græcorum virtute deletus.

XV. Promisisti etiam historiam de pugna Gelonis Siculorum regis & Carthaginensium. Hujus eventum jam scire desidero.

Persæ, qvod diximus, sollicitarant Carthaginenses, ut circa idem tempus, qvo ipsi Græciam, Siciliam subjugarent. Amilcar igitur bis mille navibus longis & ter mille onerariis, trecentisq; millibus militum, non tamen sine insigni naufragio, appulit in Siciliam. Sed Gelon rex partim strategemate, partim virtute omnem hunc exercitũ ad internecionem delevit, illis, qvi pugnæ supererant, ad deditionem coactis. Naves tantum XX. evasere, paucíq; scapha servati, tristem cladem Carthagine nunciarunt. Urbem Himeram initio obsedere Carthaginenses. Gelon igitur, præter Ɔcc. eqvites qvinqvaginta peditum millibus eductis, castrisq; ad ipsam urbem munitis, primo impetu decem millia hostium, qvi palantes exierant, cepit: deinde suos eqvites more Punico ornatos, ut speciem Carthaginensium præ se ferrent, in castra hostis misit, iisq; occupatis, Amilcarem Neptuno sacrificantem obtruncavit, exercitum delevit, classem Africanam combussit. Facta est pugna eodem die, qvo ad Thermopylas pugnatum est, ceu Diodorus testatur. Gelon autem exorantibus Carthaginensibus pacem concessit, eosq; ad Ɔ Ɔ. talentûm in belli impensas damnavit. Hic finis est belli illius celeberrimi, qvo universus oriens, Africa etiam pene tota, in perniciem incubuit Græcorum: qvos tamen sua virtus præ-

stitit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſtitit incolumes. Herodotus hiſtoricorum princeps cum hoc bello ſuas finit hiſtorias, & reliqva tradit Thucydidi & Diodoro deſcribenda.

XVI. Qvid Græci, partis tot victoriis, porro conati ſunt?

Athenæ reſtaurantur, dilatantur, muniuntur. Pyræeus etiam cccc. navium capax, eodem murorum ambitu cum urbe ad mare jam accommodata conjungitur. Diſplicuit id adeo Spartanis, ut opus id per legatos impedire conarentur, cauſati, reipublicæ Græcorum munitas urbes, ſi denuo Perſæ irruptionem facerent, non expedire. Themiſtocles, dimiſſis legatis, ſe hac de re Spartam legatum iturum affirmavit. Sed longis moris interjectis, cum jam ferme mœnia eſſent perfecta, & alii Spartanorum abiiſſent legati ad novum opus inſpiciendum: ille in ſenatu Spartano novam urbis faciem expoſuit, &, ſi ſibi ægre facere vellent, legatos eorum Athenis id impune non laturos dixit. Acqvievere igitur Spartani, &, viribus cum reliqvis Græcis conjunctis, duce Pauſania, Perſas Byzantio & Cypro expulerunt. Pauſanias vero victoriis elatus plurima miſcere cœpit. Tripodi, Delphos mittendo, ſuo ductu barbaros apud Platæas eſſe deletos inſcripſit: qvod tamen epigramma exſculpi curarunt Lacedæmonii. Deinde muneribus à Xerxe & regalium nuptiarum promiſſione corruptus, ad regnum totius Græciæ aſpirans, proditionem molitus, complures Perſarum nobiles, & in illis regis propinqvos clam remiſit, ſimulans eos vinculis profugiſſe. Ariſtides, (juſtus deinde dictus, qvod, cum commune Græcorum ærarium in Delo adverſus Perſas conſtitueretur, qvantum à qvavis urbe contribuendum eſſet, juſtiſſime judicaret) ſcelus ſenſit Athenis. Senſerunt ipſi Spartani. Et Pauſanias domum revocatus, capitisq; accuſatus, abſolvitur qvidem, mulctatur tamen pecunia, nec ad claſſem remittitur. Ille vero ad exercitum ſua ſponte rediens, mores patrios veſtitumq; mutat, luxuriam Perſicam præferens parſimoniæ Spartanæ. Denuo ſcytala miſſa revocatur domum. Redit, & ſic cauſam agit, ut aperti criminis argui non poſſet, qvanqvam etiam Helotes ſollicitare dicebatur. Tandem Argilius puer nobilis, à Pauſania cum epiſtola ad regem in Perſiam mittendus, rem detexit, literis ad ephoros delatis: qvi, re ex colloqvio Pauſaniæ cum Argilio è loco ſecreto penitius cognita, cum comprehendere juſſerunt reum, ille qvidem in ædem Minervæ effugit: ſed mater ejus Alcithea, primo appoſito lapide, ut occluſis templi foribus fame enecaretur filius, autor fuit. Modeſtiſſimus antea fuerat Pauſanias: ſed Byzantio occupato, multum à ſe cœpit diſſidere. Præterqvam enim, qvod proditionem moli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

moliretur, puellam Byzantinam nobilissimam ad se invitam noctu adduci jussit: cumq; strepitus ederetur, ipse somno, qvo jam consopitus erat, excitatus, insidias sibi parari existimans, puellam subita animi consternatione transfixit. Hinc semper inqvietus egit, jamq; cum fame in Minervæ fano colluctatus, dicti Simonidis meminit, qvi in convivio jussus aliqvid è sapientiæ præceptis depromere, dixerat: Memento te esse hominem. Persæ interim dolum proditionis in publicum emanasse cernentes, ex integro bellum decrevere. Sed Athenienses hostem non expectantes, Cimonem Miltiadis filium in Asiam denuo miserunt: qvi, ut antea ad flumen Strymona multa Thracum copias fugaverat, & decem millia Atheniensium Amphibolim in coloniam miserat: ita jam, urbibus in Caria & Lycia receptis, Cyprios & Phœnicas à partibus Persarum stantes, qvibus Xerxis filius nothus Tithraustes præfuit, pugna primum navali, ducentis eorum navibus submersis, vicit: terrestri etiam clade eodem die hostes affecit, ut, postqvam navibus in speciem Persicæ classis apparatis fraudem fecerat, castris eos exueret, Pheredatem regis ex fratre nepotem obtruncaret, ccc. triremes in potestatem redigeret, viginti millia captivorum abduceret.

XVII. Qvid interea Themistocles?

Variis calumniis impetitum ostracismo in exilium decennale ejecerunt ingrati cives. Dabant inter alia hoc crimini, qvod circumvectus insulas, socios fatigarat & nummos ab illis expresserat. Et sane consveverat dicere, qvoties pecuniam posceret, duas se deas secum adducere, Svadam & Vim. Andri autem alias duas deas, à qvibus pecuniam dare prohiberentur, illi opposuere, nempe Paupertatem & Impossibilitatem. Exul migravit Argos. Inde cum Spartani postea, tanqvam conscium proditionis, qvam attentaverat Pausanias, ad causam in publico Græciæ concilio dicendam evocarunt. Missi jam erant, qvi illum comprehenderent. Sed nec in bona causa hostibus fidendum esse ratus, ad Molossorum regem ADMETUM, qvem antea cum contumelia à Græcorum societate rejecerat, in Epirum confugit, filioq; ejus parvulo arrepto, gratiam patris sibi supplex est demeritus. Sed nec hic diu substitit, undiq; ab inimicis impetitus. Apud ipsos igitur Persas sibi consuluit, & ad Xerxen deductus, per adagium aliqvod ad Persicam lingvam perdiscendam annuo spatio impetrato, cum causam tandem diceret, magnifieri à Persis cœpit, tresq; urbes, & inter illas Magnesiam, uxoremq; & familiam à rege accepit, ut non sine causa filiis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

deinde illud ingeminare posset: Perieramus, nisi periissemus. Cum autem Cimon Persas, uti dictum est, affligeret, Themistocles à rege jussus, ut se adversus Græcos jam virum præstaret, veneno hausto mori, qvam contra patriam aliqvid moliri maluit. Juvenis ob mores minus probatos à patre Neocle erat exheredatus. Sed vitia adolescentiæ ineuntis magnis sunt emendata virtutibus. Totum enim se dedit statim reip. multumq; in judiciis & in foro versatus, tandem prætor creatus, Corcyræos fregit & piratis profligatis mare tutum reddidit. Postea egit in bello Persico, qvæ enarravimus, tanta sane virtute, ut per unius viri prudentiam diceretur Græcia liberata, & Asia Europæ subjecta.

XIIX. *Qvamdiu regnavit Xerxes, & qvisnam illi successit?*

Postqvam infeliciter bella gesserat, amoribus pessimis cum uxoris fratris, tum nurus suæ, tum etiam platani, ut est apud Ælianum, se prostituere, atq; apud omnes vilis haberi cœpit. Fratrem enim Masistem, Bactrorum præfectum, scelerate obtruncavit, qvod uxorem dimittere, sibiq; polluendam committere noluisset. Sed libidinem vix cum uxore fratris, diu qvæsita, exsaturaverat, cum novo se implicaret incestui. Filiam enim eidem ex Masiste natam Artayntam, nurum suam, Dario filio desponsatam, clam polluit: qvod flagitium illa non multo post sua ipsius imprudentia enunciatum ita luit, ut neces suorum miserabiles spectaret. Amastris imprimis, uxor regis, scelus in ejus matre vindicavit, & illustrium præterea Persarum XIV. liberos vivos, in honorem Dei, qvem sub terra colendum credidit, defodit. Artabanus interea, genere Hyrcanus, dira regnandi cupiditate flagrans, cum Spamitre eunucho ipsum Xerxem clanculum interfecit, & Artaxerxi Xerxis filio persvasit, à Dario, qvi filius regis major natu erat, occisum esse. Hac arte incautum induxit, ut ipsum fratrem suum dormientem opprimeret. Etsi autem Diodorus testatur, Artabanum stricto gladio Artaxerxem qvoq; opprimere voluisse, sed, cum aberrasset manus, captum & ad supplicium raptum fuisse: Justinus tamen eum dicit sua consilia Baccabasso aperuisse: istum, qvamvis in societatem esset advocatus, præsenti tamen statu contentum, regi rem omnem detexisse, & Artabanum, in militum delectu armis per fraudem nudatum, cum omni familia, in qva filios VII. fortissimos habuit, ad internecionem abreptum esse. Facta hæc sunt omnia, cum Xerxes regnasset unum supra viginti annos. Succeßit ARTAXERXES, dictus LONGIMANUS, per annos qvadraginta: qvi totus fuit in regno per tot bella admodum turbulento

con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

constituendo. Ægyptus initio defecit ab eo, &, præfectis Persicis ejectis, Psammetychi filius Inarus, rex creatus, Athenis auxilia sub Achæmenide fratre accersiit. Artaxerxes igitur trecenta militum millia misit adversus Ægyptios: sed illi virtute Græcorum sunt profligati. Misit altera vice Artabazum & Megabyzum cum trecentis navibus & trecentorum millium copiis, & Ægypto iterum potitus, Inaro in crucem acto, Græcos ob virtutem incolumes dimisit: qvi ante singulari consilio classem suam combusserant, ne, qvod in sicco esset destituta, hostibus usui foret. Post aliqvot annos Cimon Atheniensium dux, Miltiadis filius, ab insigni imprimis liberalitate Cornelio Nepoti celebratus, cum classe cc. triremium in Cyprum transmisit, & navali primum certamine Artabazum; deinde pedestri Megabyzum, præfectos Persicos, vicit: &, Cypro fere tota occupata, res tamdiu prospere egit, donec de pace Artaxerxes apud Athenienses sollicitaret. Talis concessa est, qva urbes Græcæ per Asiam liberæ esse & suo jure frui jubebantur. Ctesias refert, ab Artaxerxe primo Bactrianos; deinde, ut dictum est, Ægyptios; tandem etiam ipsum Megabyzum & ejus filium Zopyrum defecisse: eumq́, omnibus illis feliciter in ordinem redactis, tandem diem obiisse. Megabyzus ille sororem Artaxerxis Amytim, Xerxis ex Amestri filiam, duxerat uxorem. Sed illa & vivo marito adulterii accusata est, & eodem mortuo cum multis consvetudinem habuit. Qvumq́ leviter ægrotaret, medicus Apollinides, ejus amore captus, fore dixit, ut pristinæ restitueretur valetudini, si cum viris rem haberet: vulvæ enim esse morbum. Hac fraude voti compos factus, cum ea concubuit qvidem: sed illa, qvod tabe laborare incipiebat, dolum subodorata, per matrem illum bimestri spatio cruciatibus affectum, tandem vivum defodi curavit. Ferunt, ut hoc addam, Ismeniam Thebanum ad Artaxerxem legatum missum, qvum adorare regem legibus patriis vetaretur, & tamen admitti vellet, clam abjecisse anulum ad regis pedes, confestimq́ procumbentem, tanqvam adoraret, eum iterum sustulisse, & honorem qvidem adorationis regi præstitisse; nihil tamen Græcis ignominiosum commisisse.

XIX. Qvisnam succesſit Artaxerxi Longimano?

Eo defuncto, XERXES, ejus filius, qvi inter XVII. Artaxerxis filios spurios solus ex Damaspia erat legitimè natus, brevi tempore imperio præfuit. Eum enim SOGDIANUS seu Secundianus frater ebrium interfecit: sed non impune. Postqvam namq́ paucis regnaverat mensibus, qvod omnibus odio esset, frater Ochus, DARIUS NOTHUS postea dictus, eum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ex insidiis captum interemit. Huic Dario se primum opposuere Arsites frater & Megabyzi filius Artyphius. Deinde Pisuthnes satrapa, auxiliis Græcorum fretus, se illi qvoq; opposuit. Sed ducibus Artasyra, Artoxare & Tissapherne, omnes impetus cum hostium exitio sustinuit, ipsumq; Artoxarem tandem, qvi sibi qvoq; insidias moliri cœperat, interfici curavit. Tissaphernem postea cum Pharnabazo pro Spartanis in bello Peloponnesiaco adversus Athenienses emisit: sed illi rem gessere minus feliciter. Erat Dario huic uxor admodum crudelis & qvavis Medea sævior, Parysatis, ex qva, anteqvam regnum susceperat, Artaxerxen & Amestrin; rex vero factus CYRUM JUNIOREM & Artostem cum aliis liberis sustulit. Ex his successit patri ARTAXERXES MNEMON, malæ matris optimus filius, suæ ipsius filiæ Atossæ maritus. Huic enim Darius regnum; Cyro autem sine regio nomine Ioniam, satrapiam nobilem, concesserat. Sed cum Cyrus vir summo præstans ingenio, diceretur regnum affectare, jamq; agnatos, qvia manus intra manicas non contrahentes, regium sibi honorem non detulerant, occidisset, & ob id in aulam vocatus, periculum capitis subiret, precibus matris Parysatidis conservatus & in Ioniam remissus est. Ibi occulte, amicis usus Spartanis, collegit XIII. millia Græcorum sub ducibus Clearcho Lacedæmonio & Menone Thessalo, atq; septuaginta millia, vel, ut alii volunt, centum millia Asiaticorum. Iis circa Babylonian occurrit rex Artaxerxes cum multo majore manu qvadringentorum millium. Sed nihilominus virtute Clearchi victus fuisset, (jam enim loco cesserat, jamq; à Cyro vulneratus erat) nisi, Cyro prope oculum telo improviso trajecto, Tissaphernes rem ita strenue gessisset, ut hac ipsa re & regis gener evaderet, & Cyri satrapiam acciperet in præmium. Græcorum duces deinde in reditu ex insidiis omnes à Tissapherne sunt trucidati. XENOPHONTIS igitur historici, qvi hanc expeditionem luculenter descripsit, & aliorum ductu, per immensa discrimina, hostiumq;, nivis & famis pericula, Græci, mille & ducentis ex exercitu suo amissis, rediere in patriam. In hoc bello captus Ctesias Cnidius, ob medendi scientiam à Persarum regibus maximo in honore haberi cœpit, Persicarum historiarum scriptor luculentissimus. Capta est etiam in eo ASPASIA Phocensis, Hermotimi filia, pellex Cyri, qvam Artaxerxes deinde impense amavit. Ælianus lib. XII. c. I. prolixus est in hujus feminæ laudibus decantandis, utq; puellæ tumor, in ipso mento subnatus, arte medicorum deficiente, per serta Veneris rosea in somnio monstrata sanatus sit, ipsaq; deinde præ omni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

omnibus feminis placuerit potentiſſimis regibus, copioſe enarrat. Artaxerxes, victoria elatus, Tiſſaphernem cum ingentibus copiis miſit ad ſubjugandam Ioniam. Sed ille & Thimbron, & poſt eum Dercyllides, ut & AGESILAUS, præcipuus ſuæ ætatis vir, Spartanorum duces, & reduces ex Perſia Græci duce Xenophonte ſuccurrentes, proſpere res adminiſtravere. Qvia igitur, fruſtra renitente Conone Athenienſi, Perſarum navarcho, Spartani aliqvoties victoriam extorſerant Tiſſapherni ſatrapæ, omnem rex illi cladem imputavit: eoq; interfecto Tithrauſten, hominem ſolertem, contra Ageſilaum, qvi victoriis inſiſtens ex Phrygia Pharnabazum Ioniæ & Lydiæ ſatrapam cum Perſis jam expulerat, miſit. Hic non tam vi, qvam conſilio effecit, ut Ageſilaus, perpetuus in bellis victor, ex Aſia cum exercitu evocaretur. Cæteros enim Græcos, qvos poſt Peloponneſiacum bellum Spartani ſuo premebant imperio, ad arma adverſus illos cohortatus, à maxima ſpe potiundæ Aſiæ Ageſilaum in ipſo victoriarum curſu dejecit. Qvo facto, dubio Marte ſubinde eſt pugnatum, Athenarumq;, qvas in bello jam dicto Peloponneſiaco cremarant Spartani, vires denuo cœperunt coaleſcere. Tandem Spartanorum navarchus Antalcida, ad Artaxerxem de pace miſſus, qvietem & Perſis obtinuit & Græcis. Vocatur hæc PAX ANTALCIDÆ, conſentiente univerſa Græcia inita: & hac formula conſignata legitur. Artaxerxes rex æqvum cenſet, ut urbes in Aſia ſitæ, una cum inſulis Clazomeniis & Cypro, ſibi pareant. Cætera Græci nominis oppida, parva, magna, ſui juris ſunto. Lembus, Imbrus, Scyrus excipiuntor, qvas, ut olim, ita nunc etiam Athenienſes obtinento. Hanc pacem qvicunq; rejecerint, iis eqvidem bellum, una cum approbantibus eam, mari, terra, pecunia, claſſe inferam. Qvamprimum hac ratione Artaxerxes pacatum reddidit regnum, inſurrexit adverſus eum Evagoras rex Cypri, & cum eo Ægyptii, qvi jam ſub Dario notho à Perſis defecerant. Et licet Evagoras exercitum trecentorum millium, militum, & claſſem trecentarum navium comparaſſet, victus tamen à Perſis eſt, & novo regis beneficio Salaminem, de qva prælium initum erat, obtinuit. Artaxerxes, qvamdiu vixit, Ægyptios rebelles magnis bellicis apparatibus fatigavit. Senex jam domeſticis malis ſuccubuit. Darius enim filius, qvem regem deſignaverat, non tantum Aſpaſiam pellicem patri unice caram ſibi uxorem poſtulavit, ſed & ipſi patri inſidias ſtruxit. Hunc igitur dilectum alioqvin filium, in principum conſilio damnatum, occidi curavit, & paulo poſt præ mœrore mortuus eſt. Hic ille eſt, teſte Plu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tarcho & Æliano, cui cum obviam Sinæta prodiret, nec haberet, qvo regem ex more Persarum donaret, haustas utraq; vola ex fluvio Cyro aqvas regi obtulit. Qva re ille delectatus plurimum, homini præter stolam Persicam & auream phialam misit mille Daricos. Pellices dicitur habuisse CCCLX; nothos filios CXII. & conjugio incesto, usu tamen apud Persas recepto, duas filias, Amestrin & Atossam, illam Tiribazo, hanc Ocho despon-satam, sibi copulavit, rex alioqvin moderatissimus.

XX. *Qvis regnum Artaxerxe defuncto apud Persas suscepit?*

Filius ejus natu minimus OCHUS vi & fraude ad regni fastigium conscendit, & jam ante patris decrepiti mortem, alterum fratrem versutia; alterum crudelitate peremerat. Rex vero factus reges Cypri rebelles in ordinem redegit. Hinc movit in Sidonios, qvi proditione Mentoris ad desperationem adacti, qvadragies amplius mille ex suis igne ultro urbi injecto cremarunt. Omnes Phœniciæ urbes hac expeditione recepit Ochus, & præterea à Thebanis & Argivis adjutus, totam Ægyptum, rege Nectanebo in Æthiopiam expulso, recuperavit, multisq; in ea urbibus & ipsa Memphi muris nudatis, templisq; Deorum direptis, & Api interemto, divite onustus præda, in Persidem rediit. Tandem à Bagoa eunucho & militum præfecto cum omnibus liberis præter ARSEN sublatus est. Ælianus libro VI. testis est, eum in frusta dissectum, felibus projectum, atq; ex ejus femoribus manubria gladiorum facta esse. Arsen, post peremtum ejus patrem, Bagoas constituit regem. Sed & illum, cum annis tribus regnasset, qvod sentiret periculum sibi ab eo impendere, cum omnibus liberis sustulit, & DARIUM CODOMANNUM, Arsanis filium, Artaxerxis ex fratre nepotem, Arsis patruelem, regem nuncupavit. Et hunc tollere tandem conatus, ipse venenum prior bibere est coactus. Hunc Darium primam inter Persas gloriam retulisse ait Diodorus, qvod singulari certamine aliqvem ex hostibus prænobilem firmitate virium devicerat: estq; ille, cui variis præliis devicto Alexander Magnus regnum eripuit. Sed ejus gesta in tertiam monarchiam differemus. Tu capessis una serie

REGES PERSARUM.

Anni Mundi.		*Anni Regni.*
3391.	I. CYRUS post victum Astyagem regnat annos	30.
3421.	II. CAMBYSES F.	7.
3428.	III. DUO MAGI septem menses	1
		2.
3429.	IV. DARIUS, Hystaspis filius	36.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

3464. V. XERXES F. 21
3485. VI. ARTAXERXES LONGIMANUS F. 40.
3525. VII. XERXES F. menſes duos.
3526. IIX. SOGDIAMUS Fr. menſes ſeptem.
3527. IX. DARIUS NOTHUS Fr. cujus anno ſecundo incipiunt LXX. hebdomades Danielis. 19.
3546. X. ARTAXERXES MNEMON F. 43.
3589. XI. OCHUS F. 22.
3611. XII. ARSES F. 3.
3614. XIII. DARIUS CODOMANNUS, Artaxerxis Mnemonis ex fratre Arſane nepos, qvi à Beſſo poſt tertium prælium cum Alexandro Magno anno mundi MCIↃIↃCXX. interfectus eſt 6.

Summa annorum regni Perſici 230.

Cæterum ut poſt Alexandri M. fata duces qvidem ejus, aſſumptis regiis nominibus, aliqvamdiu regnum Perſiæ tenuerint, Arſaces tamen, ſive Perſa ſive Bactrianus, nondum ſeculo poſt Alexandrum elapſo, Syriacis regibus profligatis, novum regnum, qvod Arſacidarum dicitur, condiderit, alibi dicetur. Arſacidæ illi non tantum Perſiam, ſed & Babyloniam, Meſopotamiam & vicinas provincias ad ſe traxerunt: cumq; Romani rerum paſſim in orbe potirentur, & victis plerisq; regibus viciniores jam Perſidi facti eſſent, Arſacidæ jam fœdere illis illigabantur, jam hoſtili animo variam ſubibant fortunam. Craſſi exercitum Orodes ad Carras delevit: ſed paulo poſt primum à C. Caſſio Longino, deinde à Ventidio Antonii legato è Syria, cui imminebat, repulſus eſt. Antonius ipſe infelicius rem geſſit adverſus Phraatem, Orodis filium. Bellum inde Parthicum tempore Auguſti ſubſedit, & amicitia utrinq; colebatur. Minus tamen firma illa ſubſeqventibus fuit temporibus, præſertim cum Armeniam illinc Perſæ; hinc Romani ſibi poſcerent. Subſtitere inter has turbas Arſacidæ, donec tempore Aurelii Alexandri Severi, ultimo eorum Artabano peremto, Artaxerxes, natione Perſa, gloriam imperii à Parthis ad Perſas retulit. Cujus poſteri cum CCCC. annis præfuiſſent, Perſia ceſſit Saracenis. Sed hæc alibi declarabuntur. Hic tantum ad res geſtas monarcharum Perſicorum rectius intelligendas genealogiam illorum adſcribemus.

GENE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

GENEALOGIA REGUM PERSICORUM completior.

Achæmenes, Persis filius, Persarum dux, tempore Sardanapalli

Perses: unde descendit Cambysis & Mandanæ filius CYRUS: ex quo & Cassandane sunt

- CAMBYSES - Pantapte, uxor Darii.
- Smerdis - Parmis, uxor Darii - Ariomardus.
- Atossa, uxor 1. Cambysis fratris. 2. Magi. 3. Darii.
- Meröe, uxor fratris Cambysis, à quo est peremta.
- Artystona, uxor Darii.

Cambyses: unde descendit Hystaspes: Cujus & Rhodogane liberi sunt

- DARIUS.
  - ex filia Gobryæ
    - Artabazanes primogenitus.
    - Ariobigne ad Salaminem cæsus.
    - Artozostris nupta Mardonio.
  - ex Atossa Cyri Fil.
    - XERXES.
      - Darius fraude Artabani peremtus.
      - ARTAX. Longim.
        - XERXES II.
        - Arsites.
        - SOGDIANUS.
        - DARIUS NOTHUS.
          - ARTAX. Mnemon.
            - Amestris, Atossa — patri nuptæ.
            - Darius à patre cæsus.
            - Arsanes
              - DARIUS CODOMANNUS.
              - Oxiartes.
            - Ariaspes ab Ocho cæsus.
            - OCHUS - ARSES.
            - Sisygambris, uxor fratris Arsamis.
          - Cyrus junior.
          - Ostanes.
          - Oxatres.
      - Hystaspes.
    - Achæmenes.
    - Masistes.
    - Dariæa
      - Autobisaces.
      - Mitræus. — à Cyro juniore cæsi.
  - ex aliis alios.
    - Hystaspes - Pyssuthnes - Amorges, qui à Dario Notho defecit.
    - Amytis.
- Artabanus.
- Artaphernes.
- Otanes.
  - Smerdones.
  - Amastris, uxor Xerxis.
- Atarnes, nupta Dario.
- Filia N. nupta Gobriæ - Mardonius.
- Filia N. nupta Theaspi
  - Pherendates.
  - Sataspes ob stuprum Megabyzi filiæ illatum in crucem actus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

LIBRI PRIMI
SECTIO V.
de rebus Græcis in monarchia Persica.

I. *Qvanqvam ex regum Persicorum historia statum Græciæ nonnihil intelligere potui, plenius tamen hoc loco illum explices velim.*

In ipso bello Xerxiano jam Lacedæmonii Atheniensium fortitudini invidere, &, qvod Pyræeo extructo imperium maris sibi qværerent, de armis capiendis deliberare cœperunt. Tam infirma enim est mortalium paulo melius habentium indoles, ut, qviete sibi ab aliis parta, secum ipsis diffidere incipiant. Athenæ ex ruderibus surgentes, brevi tempore visæ sunt reliqvis prosperius agere. Thasios atq; Æginetas rebelles jam domuerant, marisq; imperium superbe jactantes, coloniam decies mille civium ad Thracas infestandos Amphibolin miserant. Id improbantes Spartani, auxilia obsessis clam submittunt, & Atticam vastandam decernunt. Sed conatibus obstitit terræmotus, qvo urbs in plures hiatus desedit, & viginti amplius millia hominum perierunt. Et nisi Archidamus rex Spartanorum classico cantato cives ex urbe evocasset, omnes cum urbe, qvæ præter v. ædificia tota eversa est, misere obruti fuissent. Hic terræmotus Messenios, ut supra diximus, è latebris excitavit, ut tertio contra Spartanos, à qvibus premebantur, bello insurgerent. Athenienses qvidem Spartanis tam misere afflictis submisere auxilia. Sed tanqvam minus fida, aliis retentis, repudiata sunt. Qvamobrem cum despectui se haberi crederent, fœdere soluto, pecuniam octo millia talentûm, omnibus Græcis communem, ex Delo ad se transtulerunt, & Argivos perpetuos Spartæ hostes, qvi paulo ante antiqvissimam Mycenarum urbem solo æqvarant, sibi adjunxerunt: cum Corinthiis etiam, Epidauriis & Æginetis non semel feliciter duce Leocrate conflixerunt, & Spartanis frustra renitentibus, Æginetas ad deditionem adegerunt. Corinthios item cum Megarensibus decertantes bis afflixerunt, cumq; ipsis Spartanis, qvi auxilia Doriensibus contra Phocenses tulerant, bis dubio Marte levi pugna congressi sunt. Thebanos tandem vix ex calamitate, in qva, qvod Persarum partes secuti fuissent, se conjecerant, eluctatos, qvum à Spartanorum starent partibus, per Myroniden & Periclem Xanthippi filium atrocissimo bello attrivere, Bœotiaq; vastata, Locrenses & Phocenses subegere, ipsamq; Peloponnesum non una vice in prædam petivere. Sed tandem Megarensibus ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Spartanos deficientibus, Athenienſes jam elati ſucceſſibus, ſub duce Tolmide, magna clade in Bœotia ad Chæroneam à Spartanis ſunt afflicti, & plerisq; ſociis ad hoſtium partes ſe recipientibus, omnes Bœotiæ urbes, interq; eas Thebæ, libertatem recuperarunt. Qvo facto, pax qvidem triginta annorum inter Athenienſes & Spartanos decreta eſt: ſed vix qvatuordecim annos duravit. Undiq; enim ſemina bellorum ſparſa denuo refloruerunt. Pericles, dux Athenienſium, qvi inter Iones locum obtinebant principem, bello attrivit, muros illorum diruit, navibusq; ademtis ingentem illis pecuniæ ſummam imperavit. Sed paulo poſt auxilio Perſarum freti defecere. Ideoq; à Pericle obſeſſi, expugnati, & in cc. talentûm mulctam condemnati ſunt. Hoc in bello Pericles primus ducum machinas bellicas, arietes & teſtudines, teſte Diodoro, adhibuit, vir rerum tractandarum peritiſſimus: qvi urbem Athenarum, ut maximam & opulentiſſimam, ita Phidiæ opera nitidiſſimam reddidit: & qvia ſe à pecunia invictum ſemper præſtitit, eo potentiæ pervenit, ut multos reges & tyrannos ſuperaret, & omnibus æmulis, fretus eloqventia & virtute, ſuperior evaderet, omniaq; in urbe à nutu ſuo ſuſpenderet. Samiis per Athenienſes devictis, Epidamnii ſeu Dyrrachii, Adriæ maris accolæ, diſſidentes inter ſe, cum alii obſiderent urbem; alii obſiderentur, Corinthios in ſubſidium evocarunt: qvi obſidione ſoluta præſidium Epidamno impoſuere. Qvum vero hæc urbs non Corinthiorum ſaltem, ſed & Corcyreorum colonia eſſet, pugna inter illos ad Actium promontorium navalis inita, & Corinthii victi ſunt. Claſſe utrinq; validiore comparata, Athenienſes Corcyreis auxilia ſubmiſere. Ideoq; Corinthii, etſi CL. navibus in aciem prodierant, denuo ſuperati, poſt acerrimum prælium pugna exceſſerunt, & novis Potidæenſium ad defectionem ab Athenienſibus inductorum auxiliis res ſuas voluerunt ſtabilire: ſed irrito conatu. Poſt aliqvot namq; annorum obſidionem Potidæa expugnata eſt &, durante adhuc obſidione, BELLUM iſtud famoſiſſimum, qvod dicitur PELOPONNESIACUM, contra Athenienſes, anno mundi ɪↄ ɪↄ cɪↄlxxɪx. qvinqvaginta poſt Xerxis ex Græcia diſceſſum annis, decretum, & qvidem hoc potiſſimum nomine à Spartanis ſuſceptum eſt, ut Megarenſibus ſuccurreretur. Contra illos, qvia lucum qvendam ſacrum violarant, decretum Athenis factum fuerat, ne commerciorum uſum porro in Attica haberent. Vera belli hujus cauſa fuit, nec tamen vulgo nota, Athenarum incrementum; prætextus, ſubſidium Corcyræis ab Athenienſibus ſubmiſſum & commercia Megarenſibus interdicta.

Com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Compositum fuisset initio negotium, nisi PERICLES, dux Atheniensium, fax & tuba belli extitisset. Fuit hic Anaxagoræ philosophi discipulus: & dicendo eum fulgurare, tonare, permiscere Græciam potuisse, Aristophanes ait. Cum aliqvando octo millium talenta in Delo ex communi Græcorum contributione coacta & sibi custodiæ tradita, partim in suos usus, partim in ornatum urbis vertisset, Alcibiades cognatus, puer adhuc, rationem, qva peculatus crimen dilueret, suggessit. Non enim cogitandum dixit, qvomodo rationem pecuniarum redderet, sed qvomodo non redderet. Sic igitur Athenienses gravi bello implicuit, qvod continuos XXIX. annos duravit, & multis prodigiis cœlitus significatum fuit. Nam & cometa arsit, & magna eclipsis facta est, cujus tamen minas & præsagia Pericles contemnens, chlamydem oculis gubernatoris naves solvere recusantis obtendebat, & iterum eadem dempta, sic fieri eclipses indicabat. Delus etiam terræ-motu contremuit, & lapis maximus ad Ægospotamon, ubi deinde in atroci pugna omnes Athenarum vires pessundatæ sunt, è cœlo decidit. Altero etiam belli anno pestis Attica Athenis ita grassari cœpit, ut secundum Thucydidem libro II. simile exemplum dari neqveat. Hac abreptus est ipse Pericles, ex IX. tropæis, qvæ civitati prætor & victor excitavit, celeberrimus. Socii Lacedæmoniis initio in hoc bello erant universi Peloponnesii, Megarenses, Phocenses, Bœotii, Locrenses; Atheniensibus Asiatici maris accolæ, & omnes insulani, Thraces item, Messenii & Corcyræi.

II. Recense qvæso, qvid singulis hujus belli Peloponnesiaci annis dignum memoria gestum sit.

I. Primo anno Thebani ex Bœotia, socii Spartanorum, Platæas urbem Atheniensium sociam raptim invadunt: sed repulsi, nonnullis ex se desideratis, pedem referunt. Hinc populationibus utrinqve incumbitur. Athenienses Æginetas, tanqvam belli causam, sedibus ejiciunt, & colonos Æginam ex urbe sua mittunt: in agrum item Thebanorum irrumpunt. Sed ARCHIDAMUS rex Spartanorum Atticam depopulatur. Pericles contra in Peloponnesum classem c. navium misit, ut agrum late vastarent: ipse etiam terrestri exercitu in fines Megaricos ducto tam feliciter res administravit, ut ex Attica pedem retraheret Archidamus.

II. Secundo anno, cum secunda expeditio in Atticam peste vehementissima afflictam fieret, classis denuo in Peloponnesum expedita est. Simul de pace actum: & Pericles, in qvem accensi belli causa transferebatur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

condemnatus: sed paulo post, qvod pacis conditiones oblatas Spartani respuerant, dignitati suæ restitutus. Nec diu post superfuit, ut dictum est. Hinc populationes agrorum per Phormionem in Peloponneso & Archidamum in Bœotia. Potidæa, ut supra retulimus, est expugnata: Legati Peloponnesiorum, auxilia petituri à rege Persarum, intercepti & in profundas voragines projecti.

III. Platææ à Spartanis obsidentur duce Archidamo, & post biennium, omnibus incolis contra pacta occisis, solo æqvantur. Ager Thebanis traditur. Athenienses in Thracia ad Chalcidem infelici expeditione suscepta, paulo post duce Phormione bis prælio navali, licet numero navium longe inferiores, vincunt Spartanos. Illi contra Salaminem vastant, Pyræeumq; Atheniensium portum invasuri, magnum terrorem omnibus Atheniensibus incutiunt. Sed auxilio Salaminiis submisso, discedunt tandem.

IV. Attica iterum ab Archidamo vastatur: sed & Peloponnesus classe hostili invaditur. Dux classis Asopius, Phormionis filius, cum nonnullis aliis in hac expeditione occubuit. Lesbus insula ab Atheniensibus deficit. Ideoq; metropolis in ea Mitylene obsidione cingitur, & anno seqventi capitur.

V. Miserunt Athenienses CCL. triremes in Siciliam à Gorgia oratore evocati, verbo qvidem, ut Leontinis adessent contra Syracusanos; revera, ut insulam florentissimam imperio suo adjicerent. Id subodoratus Hermocrates Syracusanus, cum subinde Athenienses novas lites inter Siculos sererent & factiones alerent, autor fuit Siculis anno belli Peloponnesiaci octavo, ut depositis simultatibus in mutuam redirent gratiam, & mature insidias, qvæ suæ libertati struerentur, præcaverent. Corcyreis interim in parte diversas abeuntibus, suamq; urbem incendentibus, cum Corinthii & Spartani, tum duce Nicostrato Athenienses, illi qvidem optimatibus, hi plebi succurrunt. Platææ, ut dictum est, à Spartanis; ab Atheniensibus Mitylene expugnatur.

VI. Athenienses, duce Demosthene, Alcisthenis filio & Procle, vastant Leucadem & Ætoliam: sed recipere se mox coguntur. Ab Argivis etiam, in qvos impetum fecerant, Spartanos magna clade repellunt: Ambracios itidem Spartanorum socios penitus atterunt.

VII. Idem Demosthenes audaci facinore in agro Messenio Pylum, qvadraginta stadiis à Sparta distantem, occupat & validis munitionibus cingit. Retractus itaq; ex Attica, qvam qvindecim diebus vastaverat, AGIS rex Lace-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Lacedæmoniorum, qvi Archidamo defuncto succesſerat, Athenienses in Pylo obſidet; ſed fruſtra. Etenim ſexaginta naves Athenienſium auxilio obſeſſis miſſæ, claſſe Spartanorum disturbata, Pylum Meſſeniis, veris loci dominis, defendendum tradunt, & inſulam Sphacteriam, multis Lacedæmoniorum in ea occiſis, nonnullis etiam Athenas abductis, duce Cleone & Demoſthene occupant, perq; NICIAM Corinthios in pugna navali vincunt. His cladibus fracti Spartani ſerio qvidē, ſed fruſtra, inducias petiere. Adeo freti præſenti proſperitate, inſtans urbi ſuæ malum non præſenſere Athenienſes.

IIX. Poſtqvam Nicias dux Athenienſium, Cythera-inſula occupata, ipſam Laconiam ſibi ſumpſerat vaſtandam, Lacedæmonii per Braſidam ducem in Thraciam miſſum multas urbes ab Athenienſibus ad defectionem permoverunt, & Amphibolin qvoq; deditione acceperunt. Thucydides hiſtoricus exilio multatus eſt, qvod Amphibolitanis juſto tempore auxilia non ſubmiſiſſet. Thebani qvoq; Athenienſes in Bœotiam progreſſos magna clade attriverunt, & Delium, qvod illi munierant, expugnarunt. Hoc ipſo etiam anno, qvod diximus, Siculi auxilia Athenienſiū dimiſerunt.

IX. Annuæ induciæ factæ ſunt, ſed ſtatim ſolutæ. Braſidas in Thracia feliciter res Spartanorum promovit, ut eſt libro IV. Thucydidis.

X. Athenienſes Scionæos, qvi ad Braſidam defecerant, expugnant, & crudeliter jugulant, urbemq; eorum Platæenſibus permittunt. Toronam etiam recipiunt, & prælium inter Cleonem & Braſidam, illum Athenienſium; hunc Spartanorum Ducem, ad Amphibolin commiſſo, uterq; dux cecidit, ſed Spartani victores evaſerunt.

XI. Pax ab utraq; parte jam feſſa, in qvinqvaginta annos ſancita eſt, qvæ ab Athenienſium duce pax Nicea eſt vocata. Hanc improbantes qvatuor civitates, Argi, Thebæ, Corinthus & Elis, cum in ſui perniciem coaluiſſe illam judicarent, fœdus & ſocietatem jurarunt. Nec, uti pacis conditio ferebat, loca & præſidia hinc inde occupata ſunt reddita.

XII. ALCIBIADES, Cliniæ filius, juvenis qvidem, ſed diſſolutus & inqvietus, nunc demum innotuit. Hic Periclem tutorem, & præceptorem Socratem nactus, neqvicqvam tantorum virorum conſortio eme datus, pueritiam impudiciſſime traduxerat. Puer adhuc civi primario Hipponico, qvia per luſum id conſtituerat cum ſodalibus, alapam impegerat, tum etiam cani inuſitata magnitudine & ſpecie LXX. emto minis, caudam præſciderat, ſaltem ut homines, qvod dicerent de ſe, haberent. Hujus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſvaſu ſocietas & fœdus inter Argivos, Mantinæos, Ælios & Athenienſes, fruſtra renitente Nicia, in centum annos jurata eſt.

XIII. Et Argivi ſtatim ex conſilio Alcibiadis Epidaurios invaſere: qvibus cum Spartani contra fœdus auxilia clam ſubmitterent, nova diſſidii cauſa ſuborta eſt, & Athenienſes ex Pylo per Meſſenios reductos crebris Spartanos damnis affecere.

XIV. Argivi poſt inducias, qvas ſvaſore Alcibiade ruperant, ab Agide Spartanorum rege ingenti clade proſtrati, ab Athenienſibus receſſere, cumq; Spartanis fœdus in qvinqvaginta annos ſanxere.

XV. Sed cum Spartani in republica Argivorum oligarchiam conſtituerent, plebs ſeditione mota Athenienſes revocavit, & democratiam denuo, regimenq; populare introduxit.

XVI. Athenienſes Melo inſula, Lacedæmoniorum colonia, expugnata, omnes puberes interfecere, & Spartanos Argivorum agros infeſtantes ſubmiſſis auxiliis repulere.

XVII. In Sicilia interim Selinuncii & Segeſtani de finibus certabant. Illi Syracuſanos; hi, præter Leontinos, Athenienſes in auxilium vocarant, non amplius Hermocratis conſilii memores. Qvanqvam autem Nicias, multis prodigiis territus, expeditionem hanc diſſvadebat, Alcibiades tamen, audacia & oraculo fretus, qvod dixerat fore, ut omnes Syracuſani in manus Athenienſium pervenirent (eventus autem comprobavit, oraculum ſaltem nomina Syracuſanorum, tabellæ in navi hoſtili captæ inſcripta, intellexiſſe) rem eo deduxit, ut miles in CXL. triremibus ſub tribus prætoribus ſeu ducibus, ſe, Nicia & Lamacho, in Siciliam mitteretur. Cum autem omnem Siciliam ſpe jam devoraſſet, bellum etiam in ipſam Carthaginem & Italiam meditaretur, Athenis ab inimicis eſt accuſatus, qvod Hermarum ſeu ſtatuarum Mercurialium capita nocte truncaſſet, & myſteria Ceteris, qvæ tamen ſoli ſilentio erant ſacra, ſimulatione ebria profanaſſet, & contra popularem ſtatum aliqvid tentaſſet. Ab exercitu igitur ad Spartanos profugit, & iſtis ſaluberrima adverſus Athenienſes conſilia ſubminiſtravit. Noluit enim de capite ſuo patriæ, imo ne matri qvidem fidere, ne, qvod dicere ſolitus fuit, forte pro albo atrum calculum imprudens injiceret. Damnatus igitur eſt à civibus. At ego, inqvit ille, aliis oſtendam, me vivere: verboq; fidem addidit, &, qvamdiu cum Spartanis fuit, magnum illorum proſperitati pondus adjecit. Nicias autem nimia cunctatione tempus res bene agendi in Sicilia amiſit: & qvanqvam portum

Syra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Syracuſanorum victoria parta occupaverat, cum tamen in hyberna recederet, Syracuſani receptis animis caſtra ejus combuſſerunt.

XIIX. Et nunc tandem aperte fœdus inter Athenienſes & Spartanos rumpitur. Cum enim in Sicilia Nicias Syracurſanos muro circumdato eo adigeret, ut jam de compoſitione ageretur, Gylippum Spartani cum copiis in Siciliam expedierunt: qvem primo qvidem contemſit; clade etiam afflixit Nicias: ſed à qvo paulo poſt ipſe victus, & in magnum diſcrimen, muro, qvo Syracuſanos circumdederat, deſtructo, adductus, novaq; Athenis auxilia accerſere coactus eſt, ſolus jam ex tribus ducibus ſuperſtes. Alcibiades enim profugerat, & Lamachus ex provocatione cum Callicrate congreſſus occubuerat.

XIX. Lacedæmonii ductu Agidis & Alcibiadis in Atticam irruentes, incredibili cum damno Athenienſium, Decelæam non amplius qvam cxx. ſtadiis ab Athenis diſtantem muniunt, & viginti amplius millia mancipiorum in ſuas partes attrahunt. Econtra Athenienſes, etſi Mycaleſſum in Bœotia per Thracas diruunt, nec pueris in ſchola parcunt, in Sicilia tamen eodem die, qvo prælio vicerunt navali, pedeſtrem victoriam conceſſerunt Syracuſanis, omniq; pecunia & commeatu amiſſo, in ſummas redacti ſunt anguſtias: pugnaq; navali iterata, ſeptem triremes demerſas amiſerunt. Et qvanqvam Demoſthenes novas adduceret copias, Syracuſanorum obſidionem continuaturus, in prælio tamen nocturno bis mille & qvingentos ſuorum deſideravit, inq; eaſdem cum reliqvo exercitu anguſtias redactus eſt. Fame igitur & morbo Athenienſes afflicti, obſidione ſoluta, abire decreverunt. Sed navali illos prælio denuo fudere Syracuſani, & duce Eurymedonte peremto, portum, qvo conabantur exire, obſtruxere; abituq; iis præcluſo, denuo victoriam navalem reportavere, & tandem funditus exercitum in fugam verſum, cum ipſo Nicia & Demoſthene, omnibusq; aliis ducibus, & tricies ter mille militibus cæcidere: ſeptem autem millia in latomias detruſere, ut Thucydides libro vii. copioſius ediſſerit. Hac clade opes Athenarum comminutæ & depreſſæ, gloriæq;, imperii, & nobilitatis naufragium factum eſt.

XX. Omnes enim Græci perterriti, interq; eos Rhodii, illos deſeruere. Darius etiam rex Perſarũ adverſus eos Spartanis ſubſidia ſubmiſit: atq; ita totus oriens ad opprimendos Athenienſes concurrit. Iſti autem neqvicqvam animum deſpondentes, ordinata rectius republica & abolito populari ſtatu, cccc viros ſibi præfecerunt nonnulla loca, ut Lesbum, Mytilenen & Cla-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

& Clazomenen recuperarunt, & Alcamene in prælio navali victo, dubio Marte cum Milesiis congressi sunt. Alcibiades etiam, cum pro egregiis in Ionia & Thracia facinoribus invidiam Spartanorum reportasset, Agidis regis uxorem Timæam adulterio corrupisset, ex ea Leotychiden sustulisset, jamq; è medio esset tollendus, ad Tissaphernem Persarum satrapam confugit, eoq; à Spartanis abalienato, de sui in patriam reductione cum Atheniensibus agere cœpit.

XXI. Athenis orta seditione, qvadringenti viri sese magistratu abdicarunt, & Alcibiades revocatus, vim Persici subsidii Lacedæmoniis intervertit, resq; patriæ jam collapsas in pristinum locum restituit. Eubœa insula ad Spartanos qvidem contra defecit, & aliqvot Atheniensium triremes in prælio navali amissæ sunt: ipsam etiam Atticam Spartani magno cum exercitu invaserunt: sed fortissime repulsi sunt, duce eorum Myndaro à Thrasillo & Thrasybulo ad Abydum bis prælio navali victo, & qvinqvaginta navibus naufragio perditis. Hic finit Thucydidis historia, qvam Xenophon porro continuat.

XXII. & XXIII. Alcibiades, cujus consilia jam emanaverant, fraude Tissaphernis Persæ interceptus & captus, Sardes mittitur: sed eqvum nactus & elapsus, cum Thrasybulo & Theramene classem Spartanorum universam ad Cyzicum disturbat & diripit, & præterea eodē die in prælio terrestri Myndarum ducem Spartanorum, Persarum auxilio fretum, clade ingenti victum interimit. Spartani legatos de pace mittunt: sed ii Athenis, superbia elatis, non audiuntur. Alcibiades enim hoc anno passim victor existit, & multa loca, ipsum etiam Byzantium & Chalcedonem, occupat, & Pharnabazo Persisq; fugatis, & Hippocrate Spartanorum duce peremto, in re navali Athenienses reddidit Lacedæmoniis pares.

XXIV. Rediit tandem Athenas, tantum non divinis mactatus honoribus Alcibiades, ille chamæleon, ut appellatur à Plutarcho, Spartæ frugalis & austerus, in Ionia voluptuarius & segnis, vinosus & eqves in Thracia, cum Tissapherne satrapa luxu & pompa splendidus. Sed cum in insulam Andrum classe ducta ad pecuniam cogendam abesset, ipsiusq; legatus Antiochus contra edictum cum LYSANDRO, classis Spartanæ præfecto, aleam pugnæ subiens, in prælio navali viginti amplius navibus amissis cecidisset, imperio privatus, in Thraciā excessit in sua prædia: & castris qvidem Græcorum abstinuit, externo tamen milite ex pecuniis privatis conscripto, suo nomine liberis Thracibus bellum intulit, & finitimis Græcis securitatem præstitit à barbaris.

XXV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XXV. Callicratides successor Lysandri ad classem Spartanam triginta Atheniensium triremes, vacuas tamen, cepit, & fugientem Cononem circa Mitylenem tota hyeme obsedit.

XXVI. Athenienses igitur classem centum & qvinqvaginta navium confecere, & ad Arginusas Callicratidem, virum celsissimum, qvi fugere sibi turpissimum duxerat, & classi Laconicæ præerat, ingenti prælio vicere, ipsumq; & LXX. naves hostium perdidere. Populus autem Atheniensis inaudito facinore XV. duces suos damnatos ultimo affecit supplicio, qvod tempestate impediti naufragis non succurrissent, nec cæsos sepeliissent.

XXVII. Lysander, acerrimus sophista in armis, Callicratidi nomine legati sub præfecto Araco surrogatus, à Cyro juniore Asiæ minoris præfectus constitutus, Lampsacum expugnavit. Ideoq; Tydeus, Menander, & Adimantius, prætores Atheniensium, rerum omnium imperiti, ingenti classe advolarunt, &, spreto Alcibiadis consilio, per qvatriduum ad Ægospotamon, seu ad Capræ fluvium de Lysandro non procul absente admodum securi substitere, donec ille hosti imparatissimo adesset, exceptis IIX. (alii dicunt X.) navibus à Conone in Cyprum abductis, omnem mari classem & exercitum Atheniensem terra caperet, & bellum diuturnum maximeq; varium una hora compleret. Victoriam Spartanis ingens lapis ad Capræ fluvium delapsus nunciaverat. Post hanc cladem omni ditione, omnibusq; sociis Athenienses exuti sunt, illisq; nihil præter urbem relictum. Tria millia captivorum ultimo supplicio affecta sunt. Urbium præsidiarii hac conditione dimissi, ut Athenas irent. Sic enim fore putabant, ut citius commeatu absumto in suam redigerentur potestatem. Civitatum interea in Asia resp. demoliebatur Lysander, decemviratibus ubiq; constitutis. Multi passim necabantur: multi solum vertebant. Samii universi exterminati sunt, & oppida eorum exulibus concessa.

XXIIX. Athenis à ducibus Agide, Pausania & Lysandro ex loco Academiæ oppugnatis, cives tandem facta deditione in potestatem concessere Spartanorum: qvi coronati & ovantes, muros & Piræeum ad tibiæ cantum diruerunt, navesq; Atheniensium omnes superstites exceptis duodecim incenderunt. Corinthii qvidem & Thebani Athenas destruendas esse censebant, sed Spartani, ut alter Græciæ oculus erueretur, permittere noluerunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

III. *Qvid post bellum Peloponnesiacum, tam pertinaciter tanto temporis tractu gestum, Græci porro conati sunt?*

Lysander triginta archontes seu rectores urbi; decem piræeo præposuit Athenis, & præsidio arci sub Harmoste Callibio imposito, triumphator Spartam navigavit. Et nunc demum aurum & argentum Spartæ, in usum tamen tantum publicum, receptum est. Athenis autem triginta tyranni crudelissime cives habuerunt: plurimos in exilium egerunt, multos & inter eos collegam suum Theramenen, actionibus iniqvis adversantem, Niciæq; filium Niceratum interfecerunt, Alcibiadem qvoq;, ad Artaxerxem regem Persarum contendentem, ex insidiis per Pharnabazum tolli curaverunt, & octo mensium spacio plures jugularunt, qvam decem integris annis ab hostibus Spartanis perierant. Tandem Thrasybulus exul, collecta primum exigua manu, Philam castellum prope Athenas, & postea Pyræeum occupavit, tyrannisq; victis res Atheniensium prolapsas paululum confirmare cœpit. Lysander tyrannis auxilium tulit: sed PAUSANIAS exulibus favens, tandem negotium composuit. Triginta tyrannis ejectis & ex insidiis trucidatis, amnestia seu lex oblivíscendarum injuriarum Athenis sancita est, ut libro II. docet Xenophon. Sic Athenienses, ad libertatem qvasi nati, suam tandem autoritatem recuperare annisi sunt, & commoda illis plura conandi affulsit occasio. Ionicæ civitates Spartanos adversus Persas, ut supra in historia Artaxerxis Mnemonis dictum est, evocarant: qvi cum rem, duce qvidem Lysandro, & paulo post, eo per scytalam revocato, per regem AGESILAUM bene gererent, Persæ Athenienses, Thebanos, Corinthios, & Argivos induxere, ut fœdus pacti, superbis Spartanis bellum inferrent: qvod qvidem BELLUM CORINTHIACUM dicitur, & vario eventu octo annos gestum est.

IV. *Qvid igitur in hoc Corinthiaco bello actum est?*

Thebani in gratiam Atheniensium in Phocidem militem expedierant. Lysander dux Spartanorum se illis opposuerat: sed dum Haliartum urbem sibi occupandam sumsisset, à Thebanorum in urbe præsidiis erumpentibus est trucidatus, homo magis felicitate, qvam virtute celebratus ex sententia Nepotis. Pausanias rex per inducias cadavera interfectorum recepit. Sed qvod bello non recepisset, condemnatus, vitam apud Tegeatas in Minervæ delubro supplex transegit, ut est apud Xenophontem libro III. & apud Plutarchum. Spartani paulo post duce Aristodemo Corinthiorum decem millia in prælio trucidarunt, octo solum viris ex suis

amis-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

amiſſis. Ageſilaus etiam ex Aſia, ubi magnum terrorem Perſis incuſſerat, revocatus, Theſſalorum eqvitatum clade affecit. Sed CONON dux Athenienſium, adjutus à Pharnabazo ſatrapa Perſarum, ad qvem poſt cladem ad Ægospotamon confugerat, ad Cnidum victoria navali qvinqvaginta naves Lacedæmoniorum perdidit. Qva clade cum ipſe Piſander Spartanorum dux occubuiſſet, multi ad Athenienſes defecerunt, & non ſolum Athenæ, ſed & univerſa fere Græcia à dominio Lacedæmoniorum liberata eſt. Ageſilaus qvidem magno prælio ad Coronæam Thebanos eorumq; ſocios vicit. Sed cum ipſe lethaliter eſſet vulneratus, Delphos, ut valetudinem recuperaret, exceſſit, & dux Gylus in Bœotia relictus, qvum nimis ſecure prædas ageret, à Locris noctu cum magna exercitus parte trucidatus eſt. Interea Corinthiorum ſeniores & optimates, qvod paci cum Lacedæmoniis ineundæ favere viderentur, per ſeditionem necati ſunt. Advolant igitur Lacedæmonii, & multis Corinthiorum magna ſtrage occiſis, partes murorum diruunt. Illos qvidem denuo extruunt Athenienſes: ſed Spartani inſtauratos iterato deſtruunt. Poſt IPHICRATES Athenienſis, cujus laudes Corn. Nepos in militari diſciplina inſtauranda decantat, inſigni clade in Zechæo Lacedæmonios afficit, & multos viros fortes exigua manu profligat. Porro Acarnanes & Achæi mutuis ſe infeſtant populationibus, & Conon anno mundi MMMDCCCCLVII. permiſſu Pharnabazi, ejusq; auro adjutus, Athenienſium muros reſtaurat. Qvem tamen paulo poſt Tiribazus, alter regis Perſici præfectus, Spartanis favens, tanqvam res novas adverſus Perſas regem molientem & hoc agentem, ut Ionia & Æolia Athenienſibus reſtitueretur Perſis erepta, in vincula evocatum conjecit, & in Perſiam miſit, ubi in carcere necatum ajunt. Tiribazo in regiam revocato, Struthas ſatrapa in maritimam Ioniæ provinciam miſſus eſt. Hic Athenienſibus admodum favens, Tymbronem ducem Spartanorum, pugna navali congreſſus, trucidavit. Deinde vario Marte inter utramq; partem ad Rhodum & alibi eſt pugnatum, multiq; utrinq; duces cecidere: & Teleutias audacter in Pyræeum Athenienſium impetum faciens, locupletem egit prædam. Tandem PAX ANTALCIDÆ eſt conſtituta, de qva ſupra in rebus Perſicis actum eſt.

X. Qvid poſt hanc pacem Antalcidæ in Græcia eſt factum?

Spartani ſtulta dominandi libidine exitium ſibi accelerarunt. Sub pacis prætextu potentiam ſuam ſtabilituri, Mantinæos primum, ut muros ſuos diruerent, juſſerunt. Qvod cum illi facere nollent, per Ageſipolin,

 auxi-

auxilio Thebanorum subnixi, urbem munitionibus cinxerunt, fluviumq́ eam intersecantem objecto aggere sistentes, aqvis cumulatis ad ipsa ædium tecta confluentibus, deditione occuparunt. Phliasios deinde, qvod exules suos recipere nolebant, bello per Agesipolin petierunt, & post obsidionem xx. mensium, urbe expugnata, libertate exuerunt. Tandem arcem Cadmiam cum urbe Thebanorum, qvorum potentiam suspectam habere cœperunt, ex insidiis, per Phæbidam ducem ad BELLUM OLYNTHIACUM profecturum, in festo Cereris occuparunt: cumq́ vii. aut, ut alii volunt, xii. Thebani exules, interq́ eos Pelopidas, urbem rustico vestitu ingressi, dein cum civibus consciis sub feminarum habitu arma tegentes, Thebis præfectos temulentos partim, partim jam somno oppressos interfecissent, & aperto carcere atq́ civibus armatis patriam liberassent, bellum Spartanis tandem plane exitiosum, qvod Thebanum seu Bœoticum vocamus, exortum est. Qvod autem dixi de Olynthiaca expeditione, res ita habet: Olynthus est urbs Thraciæ maxima. Huic Amyntas Macedonum rex, ex regno suo pulsus, aliqvot urbes donaverat: qvas tamen, cum in regnum restitueretur, reposcebat. Olynthiis reddere eas nolentibus, Spartani auxilia Amyntæ per Eudamiden & Teleutiam duces submiserunt. Et Teleutias qvidem cum flore exercitus totius trucidatus est: rex etiam Agesipolis, qvi hostem vastationibus agrorum plurimum attriverat, febri tandem confectus obiit: sed tandem Polybiades commeatu Olynthios inclusit, ipsosq́ ad societatem cum Spartanis ineundam vi adegit.

VI. Qvid gestum est in bello illo THEBANO seu BOEOTICO, qvod Spartanis plane exitiosum dixisti?

Cleombrotus rex Spartanorum, adversus Thebanos expeditione suscepta, nihil prospere gessit, & vehementissimo perculsus vento, exercitum reduxit. Sphodriam contra, Thesbiorum præfectum, pecunia corruptum, Thebani, qvibus Athenienses metu Spartanorum societatem renunciaverant, induxere, ut Piræeum Atheniensium noctu occuparet. Fore enim credebant, ut ita Athenienses cum Lacedæmoniis denuo committerentur. Conatus id ille est, sed frustra. Ideoq́ cum Spartæ accusato capitale supplicium esset subeundum Archidamo, in gratiam sodalis Cleonymi, filii Sphodriæ, coram Agesilao patre intercedentis evasit. Athenienses autem hac injuria moti, pro jure Græcorum tuendo cum Thebanis & aliis Spartanorum hactenus sociis fœdus iniere. Multæ sane urbes, qvæ antea Spartanis paruerant, propter eorum in dominando superbiam, jam defece-

ce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

cerant, interq; eos Rhodii, Chii, Byzantii, Mitylenæi, cum vix decem annis Spartani imperium Græciæ tenuissent. Agesilaus bis qvidem adversus Thebanos copias eduxit, sed præter agrorum vastationem nihil qvicqvam præstitit. Thebani autem jam armorum exercitationi ex nonnullis velitationibus adsveti, & imprimis sacræ cohortis ccc. virorum, qvam etiam amantium vocarunt, virtute freti, Theopompum Polemarchum Spartanorum & Phœbidam Thespiorum præfectum in fugam conjectos everterunt, & Pegasum urbem per trecentos cives, qvi annonam cormtuari, in carcerem conjecti, sese liberaverant, occuparunt. Cleombrotus igitur denuo in Thebanos movit. Sed Atheniensibus mature sese opponentibus, reduxit exercitum. Bis etiam prælio navali decernitur. Sed Athenienses, primum Chabria, deinde Timotheo Cononis filio ducibus, victoriam obtinent. His suis sociorumq; successibus erecti Thebani, civitates finitimas in suam redegere potestatem. Sed qvod etiam Platæas, amicam Atheniensium urbem, ut & Thespias everterunt, & Phocenses hactenus de tota Græcia bene meritos non sunt veriti invadere, Athenienses ad pacem cum Spartanis ineundam animum intenderunt. Thebanorum enim vires brevi tempore in immensum auctæ, nemini non cœperunt esse suspectæ. Pax igitur hac conditione, ut omnes urbes in tota Græcia liberæ essent, confirmata est, solis Thebanis exclusis, qvi libertatem oppidis in Bœotia restituere noluerunt. Bello igitur adversus illos continuato, Thebanorum illo anno imperator & Bœotarcha EPAMINONDAS, & sacræ cohortis præfectus PELOPIDES, ad LEUCTRA BOEOTICA, (qvo in loco duo olim Spartani juvenes duas filias Scedasi vitiatas occiderant) magno & insigni prælio vires Spartanorum ita contrivere, ut nunqvam eas visi sint ex integro recolligere: ipsoq; adeo eorum rege Cleombroto cum qvatuor millibus virorum fortissimorum cæso, in Peloponnesum irruentes, sibi adjunxerunt Elidem, Argos, totam Arcadiam, ipsiusq; pleraq; Laconiæ. Induciæ qvidem prudentia JASONIS Pheræorum in Thessalia tyranni constitutæ sunt: sed paulo post, cum Spartani Mantinæis molesti essent, Epaminondas & Pelopidas, amici illi constantissimi, & in colenda virtute indefessi, cum Arcadibus & Argivis aditu sibi vi patefacto, in Peloponnesum denuo irrupere, & superato Eurota, patrio Laconum flumine, Laconia, qvæ annis sexcentis intacta manserat, per tres menses vastata, atq; ipsa Sparta oppugnata, Messenios, post exilia & molestias annorum ferme trecentorum, ex Sicilia in Peloponnesum ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Ithomen habitandum revocavere. Qvam ob causam Spartani non solum ab Atheniensibus petiere auxilia, sed & servos, promissa iis libertate, armarunt: ab Artaxerxe etiam & Siculorum rege Dionysio auxilia accepe-runt. Hic notetur, qvam disparem par illud amicorum, Epaminondas & Pelopidas, vitam egerint. Ille erat opibus & liberalitate conspicuus; hic paupertate & frugalitate: ille exercitationibus magis deditus; hic disciplinis: ille in palæstris & venationibus; hic in discendo & philosophando otia dispensans: amici nihilominus invicem constantissimi.

VII. *Ergone Thebani nunc tandem inter reliqvas Græciæ urbes, Pelopidæ & Epaminondæ beneficio, caput extulerunt?*

Res eorum cum duobus istis ducibus exortæ simul sunt & occiderunt, ut vel hinc, qvid viri virtus valeat, intelligas. Necdum illa prorsus destituerat Spartanos. Victoria enim insigni dolorem conceptum absterserunt, & rex eorum Archidamus, filius Agesilai, Arcadibus victis, decem eorum millia obtruncavit, ne unico qvidem ex Spartanis desiderato. Unde hæc pugna ἄδακρυς μάχη, pugna sine lacrymis dicta est, tanto cum gaudio Spartæ nunciata, ut Lacedæmonii pristinam suam dignitatem recuperasse qvodammodo sibi viderentur. Nihilominus Thebani rem eo deductam esse opinabantur, ut principatum in Græciam affectarent. Et qvidem ab Artaxerxe per Pelopidam omnia, qvæ volebant, impetrarunt, imperium etiam maris, centum extructis triremibus, sibi vendicarunt, iterumq; duce Epaminonda in Peloponnesum irruentes, per Arcadas Spartanis & Eleis varia intulerunt damna: ipsamq; Spartam præsidio vacuam occupassent, nisi senes, armis correptis, tamdiu obstitissent, donec Agesilaus copiis reductis regressus, pedem referre hostes coegisset. Tandem universa pene Græcia, imprimis Lacedæmonii & Athenienses, copias viginti amplius millium adversus Thebanos conjunxere. Sed Ad MANTINÆAM victi occubuere: in qva tamen pugna Epaminondas victor salvo scuto periit, duabus relictis filiabus, ut ipse loqvebatur, victoria Leuctrica & Mantinæa. Thebani eum propter inopiam, in qva decessit, publico funere extulerunt, qvod præter veru minutum ferreum, ut fama est apud Plutarchum in Fabio Maximo, nihil ab ejus excessu fuerit domi inventum. Pelopidas ante, postqvam legatus ad magnum regem Artaxerxem ex Asia, re bene peracta, redierat, in pugna adversus Alexandrum Thessaliæ tyrannum occubuerat, adversus qvem ad Thessalos liberandos susceperat expeditionem. Plutarchus illum comparavit M. Marcello, sicuti Themisto-clem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

clem Camillo, Alcibiadem Coriolano, Fabio Maximo Periclem, Syllæ Lysandrum, Lucullo Cimonem, Crasso Niciam, aliis alios.

VIII. Qvandonam Græcia intestinis bellis in sua ipsius viscera desævire desiit?

Post pugnam Mantinæam, cum qva Xenophon suas finit historias, tot bellis defatigati Græci, pace facta, qvieti sese tradidere. In segnitiem autem siciis prolabentibus, PHILIPPUS Macedonum rex, pater Alexandri Magni, qvi Thebis obses in teneris factus ab Epaminonda artes militares didicerat, vires suas immensum adauxit, multaq; bella, multa sæpe usus perfidia, feliciter gessit, phalangem Macedonicam consertis scutis firmissimo robore ingredi docuit, numos aureos suo nomine Philippicos nominavit, ipsamq; tandem Græciam sub jugum misit. Macedoniam ille acceperat jugo Illyriorum servili pressam: sed illam brevi gentium & civitatum pulcerrimam fecit dominam. Initio regni tres reges, Pœonum, Illyriorum & Thracum, fædere adversus se junctos sibi subjecit. Inde multas urbes Græciæ in jura Macedonici regni concedere coëgit: omnibusq;, qvos vicerat, humaniter tractatis, se apud omnes insinuavit. Interea temporis BELLUM SOCIALE Chiorum, Rhodiorum, Byzantinorum & Coorum in Athenienses & eorum socios per triennium exarsit. Paulo post BELLUM SACRUM seu PHOCENSE longe majus & atrocius conflatum, qvod integrum duravit decennium. Nam Thebani Lacedæmonios ob pecunias, in qvas damnati fuerant, non solutas, & Phocenses ob agrorum sacrorum occupationem apud Amphyctionas accusarant: atq; obtinuerant, ut in magnam pecuniæ vim utriq; damnarentur, & Phocensium agri Apollini sacri essent. Phocenses id nihil curantes, duce Philomelo, ipso templo Apollinis occupato, decem amplius millia talentorum in usum belli inde converterunt, & variis belli eventibus omnes suos duces misera extinctos morte ob sacrilegium amiserunt. Thebani tandem auxili[o] Philippi evocant: ad cujus arma exterriti Phocenses deditione facta in sexaginta talenta qvotannis eroganda condemnantur: eorum muri destruuntur: ipsi infamia notantur. Interim Philippus, postqvam Thessalorum civitates à tyrannis liberaverat, sibiq; robur ab eorum eqvitatu paraverat, Olynthum in Thracia, urbem Atheniensium sociam, exscidit, neqvicqvam Athenienses morantibus, qvi magna auxilia submiserant. Pacem obtulit Atheniensibus. Sed illam DEMOSTHENES ne reciperent svasit, frustra sanioribus consiliis insistente Phocione, viro, qvem Plutarchus Catoni comparavit. Ideoq; tandem ad imperata facienda adacti sunt. Cum namq; pergeret,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

etiam Byzantinis & Perinthiis bello molestus esse, Athenienses cum Thebanis, ducibus Charete & Philocle, ei ad CHÆRONEAM in Bœotia occurrentes, anno mundi mmmdcxxii. magna clade victi succubuere. Demosthenes in hoc prælio nihil præclari, qvod consentaneum esset suis orationibus, edidit, sed desertis ordinibus & armis abjectis, ἀγαθὴν τύχην seu Bonam Fortunam, qvam inscripserat clypeo, nihil veritus fugit. ALEXANDER autem, Philippi filius, postea magnus dictus, alteri cornu præfectus, fortiter egit. Hæc clades universæ Græciæ & gloriam dominationis & vetustissimam libertatem finivit, ut libro ix. Justinus censet. Tanta victoria elatus Philippus, Agamemnonis persona, qvam ei fortuna induerat, deposita, Thersitæ facta repræsentavit, ceu exprobrabat captivus Demades orator, coronaq; caput ebrius exornavit. Athenienses Lysiclem ducem, qvod victoriã sibi extorqveri passus fuerat, capitali affecerunt supplicio. Philippus vero, certo militum numero Græcis imperato, se ducem, ut expeditio in Persas fieret, obtulit. Cumq; in Asiam copiis præmissis se jam xii. diis annumerare cœpisset, ex oraculo didicit, astare jam, qvi coronatum taurum mactet ad aras: inq; festivitate nuptiarum, qvibus Cleopatram, ex Olympiade sibi editam, Alexandro Epirotarum regi, germano Olympiadis fratri, elocavit, Pausanias nobilis ex Macedonia juvenis, Cerastæ filius ex Orestarum gente, in ipsis eum nuptiarum ludis percussit. Hunc enim Attalus, designatus expeditionis Asiaticæ imperator, injuria haud nominanda affecerat: & cum Philippus in facinoris vindictam interpellatus non insurgeret, indignatus juvenis, (qvem paulo ante Hermocrates sophistica responsione jusserat virum, qvi maximas res gessisset, interficere, si illustrissimum sibi nomen cuperet) gladio Gallico illum peremit.

IX. Fueruntne tempore Persicæ monarchiæ alia etiam regna illustria?

Fuerunt utiq;. Ex Cyri enim historia, regis Sacarum AMORGIS, ejusq; uxoris Spharetræ, ut & TOMYRIS Massagetarum reginæ potentia satis elucescit. Qvodq; Cilices, Cares, Bosporani, Cyprii, Ægyptii, Thraces, Epirotæ, Thessali suos reges insigni autoritate pollentes habuerint, certum est. In expeditione enim Xerxis SYENNESIS rex Cilicum classem duxit, & alius Syennesis, Cyro juniore in fratrem Artaxerxem copias ducente, utrumq; callido juvit consilio. Apud Cares in bello Xerxiano eminuit ARTEMISIA, à prudentia & à virtute celebratissima: cujus abnepotes, Artaxerxis Mnemonis tempore, fuere MAUSOLUS & soror ejus Artemisia: qvi incesto matrimonio sociati, ab amore vix comparando passim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

passim celebrantur. Mausolus regni heredem Artemisiam testamento instituit. Illa tanto mariti desiderio flagravit, ut cineres ejus odoribus mixtos aqvæ inspersit, ebiberitq;, & sepulcrum tanto structuræ miraculo in ejus honorem condiderit, ut Romani magnificentissima qvæq; monumenta inde Mausolea appellarint. Egregium ejus facinus memorat Vitruvius l. II. de architect. c. VIII. qvod Rhodios, cum classe adversus Cariam profectos, qvasi sese deditura, portu receperit, & illos navibus egressos oppresserit, atq; classe hostili laureata, suis remigibus impositis, in Rhodum contenderit, ubi cum à Rhodiis recepta esset, opinantibus, cives suos victores redire, Rhodo capta, occisisq; principibus, tropæum suæ victoriæ constituerit, qvo statuam suæ imaginis figurarit, Rhodiorum civitati stigmata imponentem. Apud BOSPORANOS Leucon, Spartacus, Satyrus, qvos Diodorus partim memorat, floruere. In CYPRO, apud qvos Teucer, Telamonis filius, Ajacis frater, ex patria insula Salamine exclusus, nova urbe Salamine condita, novum regnum adornavit, tempore Artaxerxis Mnemonis EVAGORAS; & postea sub Ocho PROTAGORAS, è suis adversus Persas molitionibus, qvanqvam minus prosperis, noti sunt. Et illius qvidem filius fuit NICOCLES, regno Paphi tandem donatus, ad qvod recte administrandum ab Isocrate præcepta accepit; hujus NICOCREON, qvi cum Alexandro M. post prælium ad Issum amicitiam conjunxit, & Anaxarchum philosophum ob liberiorem sermonem in pilam malleis ferreis contundendum conjecit, & in ipsa tormentorum acerbitate convicia ingerenti lingvam præcisurus, ita præventus est, ut dentibus miser præmorsam in faciem ejus expueret. Apud ÆGYPTIOS Inarus, fratre Xerxis Achæmene interfecto, rex salutatus, diu Persis, auxilio Atheniensium fretus, restitit: & qvanqvam per proditionem Megabyzi & Artabazi in hostis potestatem pervenit, inq; crucem actus est, filii tamen ejus, Thannyras & Psammetichus, regnum paternum recuperarunt: & postea tempore Artaxerxis Mnemonis Nectanabus, ejusq; frater Tachus, & filius Nectanabus, copiis Lacedæmoniorum suffulti, Persas novis subinde bellis lacessiverunt, donec & ipsi Persæ armis Alexandri M. parere discerent. Apud THRACAS, ad qvos referuntur Cicones, Bistones, Odrysæ, longa etiam serie reges ab ultima antiqvitate leguntur, illisq; plenæ sunt Poetarum fabulæ. Inter eos fuere LYCURGUS & DIOMEDES, in advenas inhospitales; TEREUS, qvi stuprum intulit Philomelæ, sorori uxoris suæ Prognes; BOREAS, ZETHUS & ALCIONES maritus Ceyx;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

CYGNUS invulnerabilis. PHINEUS tempore Argonautarum, in filios crudelis, innotuit. Tempore Trojani belli memorantur RHESUS, qvem eqvis ejus interceptis Diomedes & Ulysses interfecere dormientem: & POLYMNESTOR, qvi Polydorum, filium Priami, cum Trojanis thesauris ad se missum, interfecit. In bello Xerxiano SITALCES adversus Græcos pugnans periit. Teres ejus filius, secundum Plutarchum, cum à bello feriaretur, nihil se eqvisonibus præstare dicere solitus est, pater Sitalcis illius φιλαθηναίϗ, qvi in gratiam Atheniensium nihil non conatus, adversus Pæonas, Perdiccam & Amyntam Macedonas, Triballos deniq; vario Marte bella gessit: post qvem Zeuthes, Amadocus, Cotys & alii in Thracia, Athenienses & postea Romanos jam hostes, jam amicos experti sunt. Qvomodo HERACLEA, urbs Thraciæ in Ponto, à Bœotiis pestilentia laborantibus condita sit, & qva ratione CLEARCHUS exul tyrannidem in libera hac civitate invaserit, & tam crudeliter exercuerit, ut cæsorum senatorum uxores & filias servis suis compelleret nubere, se filium Jovis; suum filium Ceraunon à fulmine vocaret, & tandem à Chione & Leonide, discipulis Platonis philosophis, obtruncatus sit, recenset Justinus libro XVI. Post Alexandrum M. Thraciæ præfuit LYSIMACHUS, & in finibus Chersonesi civitatem à se nominatam Lysimachiam condidit: ille nempe, qvi leonem prostravit, ab irato rege Alexandro immissum. Potentiæ Romanorum tandem occasione belli Macedonici cessit Thracia: in provincias sex secundum Festum Rufum divisa. Lucullus præ aliis in Thracibus dominandis fuit occupatus. Post eum Augustus dissidiis inter fratrueles Cotyin & Rhœmetalcen usus, omnes eorum res à suo arbitrio suspendit, & validissimum qvemq; militiæ Romanæ eos dare jussit. Qvi tamen ne regibus qvidem parere nisi ex libidine solebant, jugum subinde abjicere conati sunt. Tempore Tiberii, Rhescuporis, Cotye fratre per dolum oppresso, Thracia omni potitus est. Sed illo per insidias capto, & in vinculis Romam perducto, tandemq; Alexandriæ interfecto, regnum inter ejus filium Rhœmetalcen & liberos Cotyis sub tutore Trebellieno divisum est. Postea Traces montani à Sabino gravi obsidione ad deditionem adacti sunt, ut apud Tacitum in annalibus legere est. Tandem Constantinus M. sedem imperii in Thracia Byzantii locavit: qvod ibi etiam per mille amplius annos permansit, donec à Turcis occuparetur, ut postea dicemus in historia Romanorum & Turcorum. Apud EPIROTAS in regno Thesprotorum, Molossorum, Acarnanum, Albanorum, Pyrrhus Achillis filius, amisso per abien-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

absentiam Trojanis temporibus regno paterno, consedit, & rapta ex templo Dodonæi Jovis nepte Herculis Lanassa, octo ex iis liberos sustulit: regnum autem Chaonum tradidit Heleno filio Priami, eiq; elocavit Hectoris Andromachen, qvam in divisione prædæ Trojanæ qvondam acceperat: & brevi post Delphis ex insidiis Orestis, filii Agamemnonis, interiit. Successit ei apud Epirotas filius Pialis: à qvo per ordinem regnum descendit ad Admetum, qvi in Xerxiano bello neutri adhæsit parti. Illius filius fuit Arrybas, qvem Pausanias vocat Tharypum: cujus filius Alcetas, Justino etiam Arrybas dictus, pupillus sub tutoribus relictus, & Athenis diligenter educatus, reip. formam rectius composuit. Fuere ei duo filii, Arrybas & Neoptolemus. Illius nepos fuit Pyrrhus; hujus Alexander M. ut ex subjecto schemate patet.

GENEALOGIA REGUM EPIROTARUM.

ADMETUS, tempore Xerxiani belli.
THARYPUS seu ARRYBAS.
ALCETAS seu ARRYBAS.

ARRYBAS. — *NEOPTOLEMUS.*

Sub ARRYBAS:
AEACIDES.
PYRRHUS, ex bello Tarentino notus.
PTOLEMAEUS.

Sub NEOPTOLEMUS:
NEOPTOLEMUS. — *TROAS, uxor Arisbæ regis Molossorũ.* — *ALEXANDER rex Molossorũ post Arisbã, conjux Cleopatræ.* — *OLYMPIAS, uxor Philippi Macedonis.*

Sub OLYMPIAS:
ALEXANDER M. — *CLEOPATRA, uxor avunculi Alexandri.*

Æacides, Arrybæ filius, assiduis adversus Macedones bellis offensam civium contraxit, & in exilium actus, Pyrrhum parvulum admodum reliqvit, qvi subtractus patris hostibus, in Illyriis à Glauci regis uxore Beroa, agnata sua, est educatus & protectus, donec cives odio in misericordiam verso eum xi. annorum revocarent. Filius Neoptolemi alter ALEXANDER, Arisba rege Molossorum à socero Philippo Macedone ejecto, rex Molossis datus Olympiadis frater, gloriam Alexandri M. bellicam æmulatus, edomando occidenti se fato destinatum credebat. Nec virtus ei, nec successuum felicitas aliqvantisper defuit. Tarentinis enim, evocatus contra Lucanos & Brutios, imperatorem se præstitit imperterritum: sed veruto trajectus, fœdeq; laceratus, brevi interiit. Alter filius Neoptolemi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

item NEOPTOLEMUS dictus, expeditioni adversus Persas interfuit, &, qvod primus Gazæ muros conscenderat, locum inter amicos regis præcipuum meruit: inq; Europam ab obitu Alexandri reversus, Pyrrho in Illyriis educato, & regi interim facto, se opposuit, factaq; reconciliatione in regni societatem receptus est, brevi tamen post insidiis necatus. Hic Pyrrhus ille est, cui Hannibal locum in ducibus illustribus secundum tribuit, ex bellis, qvæ in Macedonia adversus Demetrium, in Italia adversus Romanos, in Græcia adversus Spartanos gessit, notissimus, ut in seqventibus explanatum dabimus. Post Pyrrhi tempora Epirotæ Macedonibus perpetuo erant fœdere conjuncti, aut etiam subjecti, donec in provinciæ formam Epirus à Romanis redigeretur, Aminandro eam prodente, qvem præfecti regis Macedonum Philippi expulerant, ut est apud Livium. Porro apud THESSALOS Lycophronis tyranni filii, Jason & Alexander, insignibus se facinoribus illustres reddidere. Jasoni, cum copiis validissimis instructus, Thessalia contentus esse nollet, & Græciæ reliqvæ, atq; adeo Persarum regno inhiaret, & Amyntam II. regem Macedoniæ dicto audientem etiam haberet, domi tandem invidia, & inde nex per conjuratos conflata est. Alexander parricidiali fratris Lycophronis cæde summam rerum consecutus, Thebanos non saltem, sed & Athenienses, diutissime hostes sustinuit, ipsumq; Pelopidam, ducem à virtute sua nunqvam satis laudatum, per insidias vivum cepit, dimissumq; deinde in acie peremit: per uxorem tandem in cubiculo ea morte, qvam enixe semper cavere studuerat, interiit.

LIBRI PRIMI
SECTIO VI.
de monarchia Græca.

I. *Accingamur jam ad tertium mundi imperium ab ALEXANDRO M. fundatum qvem expeditionem Asiaticam à Philippo patre deliberatam feliciter adversus Persas suscepisse memini.*

Hoc tertium imperium apud Danielem in Nabuchodonosoris statua ventri & femoribus æneis; pardo item qvatuor alis, totidemq; capitibus armato, & hirco volanti, arietem Persicum roboris sui furore, nihil cunctando, ferienti & dejicienti assimilatur. Hujus hirci cornu illud magnum & robustum, Alexandrum M. anteqvam describendum sumimus, GRÆCIÆ antiqvam dignitatem; deinde seriem regum Macedonicorum, è qvibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

bus oriundus eſt, præmittemus. Græciæ amplitudinem atq; dignitatem qvod attinet, neceſſum eſt, eam accuratius habere cognitam, qvum vix qvisqvam in hiſtoria monarchiæ ſive Perſicæ, ſive Græcæ verſari qveat feliciter, niſi, qvousq; ſe, perq; qvas terræ partes extenderit, cognorit. Tam autem illa felix fuit, ut ſuo nomine pedetentim Peloponneſum, Epirum, Macedoniam, inſulas adjacentes, & præter Italiæ partem & Siciliam, nomine Magnæ Græciæ comprehenſas, florentiſſimam Aſiæ partem involveret. Græcia proprie ſic dicta, alio nomine Hellas, complexa eſt Ætoliam, in qva Chalcis; Doriden, in qva Pindus; Locros, in qvibus Naupactus; Phociden, in qva Anticyra & Delphi; Megariden, in qva Megara & Eleuſis; Atticam, in qva Athenæ & Marathon; Bœotiam, in qva Chæronea, Platææ, Thebæ Bœotiæ & Leuctra præcipuam dignitatem obtinuere. Theſſalia à ſeptentrione Græciæ jungitur, diviſa in Eſtiotiden, in qva Philippici ſeu Pharſalici campi; Pelasgiam, in qva Pythæum; Magneſiam, in qva Methon, in cujus obſidione Philippus, Alexandri M. pater, amiſit oculum, & Thermopylæ; Phiotiden, in qva Thebæ Theſſalicæ & Tempe ſita fuere. In Macedonia CL. populos olim fuiſſe teſtatur Plinius. Fuit in illa Epidamnum ſeu Dyrrachium; Pella, nutrix Philippi & Alexandri, illius Græciæ; hujus etiam Aſiæ domitoris; Ægea ſepulcro regum clara; Pieria Muſarum domus; Theſſalonica Ciceronis exilio & Pauli epiſtola clara; Stagira Ariſtotelis patria. Inſulæ autem adjacent Græciæ variæ, qvarum præcipua eſt Creta, nunc Candia, c. olim urbibus clara. Hanc Q. Metellus primum edomuit: deinde eam Conſtantinopolitano Imperatori Saraceni eripuerunt: hinc iterum pervenit ad Balduinum Flandriæ comitem & imperatorem Conſtantinopolitanum, à qvo donata eſt Marchioni Montisferrati, qvi eâ grandi pecunia vendidit Venetis, à qvibus adhuc poſſidetur, niſi qvod Turcæ jam gravi bello illâ ſibi petunt. Inde ſunt in mari Ionio Corcyra Venetæ ditionis, Cephalonia, Zacynthus & Ithaca, Ulyſſis patria: in Ægeo mari Eubœa ſeu Nigroponte, Scyrus, Lemnos, Samothrace, Lesbus, in qva Mitylene, Chius. Inde ſunt Ægina & Salamis, excidio claſſis Perſicæ nota. Pone illos Cyclades veluti in orbem in medio mari jacent: inter qvas Andrus, Delus, Paros. Hinc diſperguntur Sporades, inq; iis Icaria & Pathmus, Joannis exilio clara. Ad Aſiaticam Græciam præter inſulas, Samum, Coum & Carpathium, pertinent imprimis Æolis, Ionia, Doris. * Sed ut ad reges Macedoniæ ipſos progrediamur, deſcendunt illi ex Temano, Herculis abnepote, cujus filius Perdiccas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

qvomodo solis lumen in mercedem sibi à rege datum acceperit, ex lib. VIII. Herodoti constat. Primus Heraclidarum, ab Hercule undecimus, nomine CARANUS LIX. annis ante Romam conditam, in Macedonia, olim Emathia dicta, ducibus capris, ut Justinus libro septimo habet, regnum sibi, perangustis terminis conscriptum, urbe Ædessa occupata, paravit. Sed postea virtute regum & gentis industria subactis primo finitimis, mox populis nationibusq;, imperium usq; ad extremos orientis terminos est prolatum. Fuit olim Macedonia in varia imperia divisa. Alii parti præfuit Telegonus, pater Asteropiæ, ex Trojano bello notus; alii Europus; alii Midas: in qvorum regnis solus tandem Caranus successit, qvi primus adunatis gentibus variorum populorum veluti unum corpus Macedoniæ fecit. Hoc autem ordine succedunt sibi

REGES MACEDONIAE.

Anni Mundi. *Anni Regni.*

3137. I. CARANUS, Heraclidarum undecimus 28

3165. II. COENUS F. 12

3177. III. THYRIMAS, F. 38

3215. IV. PERDICCAS F. moriturus filio locum monstravit, ubi sua & posterorum conderentur ossa, præfatus, regnum in sua familia permansurum, qvamdiu succedentinm sibi in regno reliqviæ ibi forent, ut Justinus habet. Credunt, hac superstitione extinctam in Alexandro stirpem, qvia locum sepulturæ mutaverit. 51

3266. V. ARGÆUS F. moderatissimus, Illyrios virginum Baccharum habitu oppressi. 38

3304. VI. PHILIPPUS F. immatura morte raptus. 38

3342. VII. EUROPUS seu ÆROPUS F. patre defuncto, parvulus in cunis pone aciem positus, victoriam suis à Thracibus & Illyriis peperit. 26

3368. IIX. ALCÆTAS F. 29

3397. IX. AMYNTAS I. F. primus in regno hactenus obscuro supra majores inclaruit. Ad eum senem venere legati Darii Hystaspis, terram postulatum & aqvam. Sed filius ejus Alexander, cum sodalibus habitu feminarum ornatus, qvas antea in convivio lascivius contrectaverant, legatorum petulantiam ferro compescuit. 50

3447. X. ALEXANDER F. dives, Pindari poetæ fautor, clarior patre: qvo regnante pugnatum est ad Marathonem, Thermopylas, Sa-

dami-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

laminem, Platæas. Xerxes eum totius regionis imperio inter Olympum & Hæmum montes donavit. 43
3490. XI. PERDICCAS F. à fratre illegitimo successore peremtus. 44
3534. XII. ARCHELAUS Fr. ex concubina natus, cæde fratris legitimi, patrui item Alcetæ & filii ejus, regnum sibi paravit, in venatione à ministro imprudenter peremtus. 16
3550. XIII. ORESTES F. qvem suus tutor Æropus scelerate peremit.
3550. XIV. ÆROPUS, Orestis tutor. 6
3556. XV. PAUSANIAS F. ab Amynta ex insidiis necatus. 1
3557. XVI. AMYNTAS II. nepos Alexandri ex fratre Menelao. Hunc Illyrii regno excusserunt, Argæo substituto. Sed à Thessalis reductus, imperium recuperavit, & ab Olynthiis agrum vicinum, qvem iis regno pulsus donaverat, difficili bello repetiit: in qvod etiam Spartani impliciti sunt. Sustulit ex Eurydice, præter filiam Euryonem, tres liberos, Alexandrum, Perdiccam & Philippum; ex Cygnea alios etiam filios. Et insidiis Eurydicis uxoris, qvæ nuptias generi pacta, occidendum virum, regnumq; adultero tradendum susceperat, occupatus fuisset, nisi filia pellicatum matris & sceleris consilia prodidisset. Sed illa deinde in ipsis suis liberis, qvorum gratia culpa remissa fuerat, è medio tollendis varias artes adhibuit. 24
3581. XVII. ALEXANDER F. patri successurus, fratres tamdiu habuit adversarios, donec Pelopidas Thebanus, disceptator causæ accitus, lites finiret. Cui obses datus est cum xxx. aliis pueris ex primoribus Amyntæ filius junior, ad gratiam pacis cum Thebanis firmius servandam. Sed recrudescere inter fratres diffidia, & Ptolemæus, fratre insidiis matris Eurydices peremto, regnum invasit. 1
3582. XVIII. PTOLEMÆUS Fr. à fratre Perdica vicissim peremtus. 3
3585. XIX. PERDICCAS Fr. qvem Justinus insidiis maternis; Diodorus in acie ab Illyriis, relicto filio, necatum dicit. 5
3590. XX. PHILIPPUS Fr. regnum, qvod valde afflictum suscepit, ad summum evexit in Europa fastigium. Illyriis primum ad pacem conciliandam; dein Thebanis, ut diximus, puer datus fuerat obses. Qva occasione una cum Epaminondæ ducis Thebani filio ad virtutem in teneris sub præceptore Pythagorico est adsvefactus. Tandem elapsus Thebis, cum fratrum diffidia & neces intellexisset,
tuto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tutorem initio infantis, qvem Perdiccas reliqvit, egit: poſt, cum hoſtes ex diverſis partibus ingruerent, diadema ſibi impoſuit, & aliis interpoſita pactione compoſitis, aliis ſive virtute ſive per inſidias victis, ſuorumq; animis adverſus omnem impetum firmatis, fundamenta maximi jecit imperii. Vide, qvæ dicta ſunt ſect. v. qvæſt. VIII. 24

3614. XXI. ALEXANDER MAGNUS F. 12

3617. XXII. ARIDÆUS Fr. Heraclidarum ultimus. 6

II. Ab Alexandri Magni majoribus ad ipſum ejus hiſtoriam progrediemur.

Sicuti per patrem, ut diximus, familiam ex Hercule ducit, ita per matrem Olympiaden Æacides eſt, & originem ex Achille trahit. Multi tamen matrem ſtupri conſvetudinem cum aliis habuiſſe, & ob id à Philippo repudiatam, non ex marito, ſed ex adultero aliqvo, qvem tamen Jovem Hammonem finxit, concepiſſe Alexandrum te tantur. Veneficiis uſam, nec ſaltem ſerpentes ingentes in thyrſis motu lymphatico traxiſſe, & privignum Aridæum toxico mente privaſſe, ſed & ad dormientis corpus nonnunqvam draconem exporrectum viſum eſſe, conſtans fama eſt. Natus autem eſt Alexander M. anno mundi MMMDXCIV. poſtridie Nonarum Auguſti: qvo die templum Epheſinum conflagravit, ab Heroſtrato incenſum. Et ſacerdotes per oppidum qvaſi lymphatici diſcurrentes, magnum eo die Aſiæ malum alicubi natum eſſe, clamarunt. Animi in eo magnitudinem prædixere ſomnia, qvibus Olympias fulmen in uterum ſuum delabi cœlitus, & ignem inde in omnes terras exire; & Philippus, ſe annulo, leonis imaginem inſignito, uterum Olympiadis obſignare viderat. Idem præſagiebant duæ illæ aqvilæ, qvæ ſecundum Juſtinum toto die, qvo natus eſt Alexander, domui Philippi inſederunt. Et lacrymæ, qvas puer effudit, cum patris victorias audiens, nihil ſibi fore reliqvum credebat, qvod ſubjugaret, animum heroicum mature teſtabantur. Eundem prodebat adoleſcens, cum ſe velle in ſtadio Olympico decurrere dixit, (pedibus enim valebat pernix) ſi reges ſecum eſſent decertaturi; magis tamen, cum ferocem domaret Bucephalum. Magiſtros nactus eſt eximios, & præcipuos inter illos, Leonidam, Lyſimachum & Ariſtotelem: à qvibus in Nymphæo, loco ab aula remoto, eruditus, in profundisſima philoſophiæ adyta devenit: unde etiam ſæpe plus habuit præſidii, qvam ex ipſis armis. Philoſophiæ ſanæ ductu Hyrcanos fœdera connubialia docuit colere; Sogdianos alere patres, non occidere; Perſas ve e-

rari

rari genitrices, incestu non polluere. Qvam ipsam ob causam Plutarchus non dubitavit Alexandrum summum appellare philosophum. In ipso etiam corpore majestas non vulgaris eminuit. Licet enim Thalestris Amazonum regina habitum corporis in eo inveniret famæ tantæ imparem, inerat tamen formæ ejus qviddam formidabile, & ex ore ac membris omnibus odor svavissimus defluxit, ut & tunicæ fragrantia inde repletæ sint. Summa: Dignus erat Aristotele discipulus, amator Homeri insignis, laborum patientissimus, in actionibus expeditus, in consiliis prudens, in pecuniis erogandis liberalis, erga omnes humanus, supra mediocritatem fortunatus. Aristoteli pro opera in historias animalium locata solvit ıↄccc. talenta: Xenocrati dono misit talenta L. eoq; recusante, sibiq; tanta pecunia opus non esse dicente, qvid, inqviebat, nullosne habet amicos, qvibus benefaciat? Vitiis etiam multis fuit conspicuus, qvorum tamen præcipua Plutarchus levi tractat brachio. Sic cum alii ebrietatis, nec injuria, eum accusant, Plutarchus in conviviis non bibendo magis, qvam fabulando spacium produxisse ait, singulis calicibus prolixo sermone interposito, idq; cum abundaret otio. A negotiis autem illum non vinum, non somnum, nullum ludum, non nuptias, non spectaculum abduxisse, testatur vita: qvam, etsi brevissimam, plurimis tamen, maximisq; rebus gestis implevit. Anteqvam regnum vigesimo ætatis anno susciperet, in ipsa adolescentia specimina fortitudinis insignia edidit. Nam non saltem interfuit pugnæ ad Cheronæam, & qvidem tanta cum laude, ut nec patre, nec ullo alio inferior esset: sed & ante idipsum tempus, cum pater ad Byzantinos debellandos abesset, Thracas, qvi defecerant, subegit, & ejectis barbaris, urbem eorum, qvam ceperat, novis colonis habitandam concessit, & Alexandropolin nominavit. Tandem exiguo ante Philippi necem tempore, cum ab Attalo, Cleopatræ novercæ suæ, qvam Philippus Olympiadi superinduxerat, sive avunculo sive fratre, qvem Philippus expeditionis in Asiam ducem designarat, tanqvam nothus & spurius describeretur, non tantum in illum poculum conjecit, sed & patrem jurgiis invitavit, ut stricto gladio aliqvid se indignum commisisset, nisi impacto per iram & vinum pede, corruisset lapsus. Hinc Alexander cum matre secessit in Epirum, & deinde in Illyricum. A patre vero, svadente id Demaratho Corinthio, mox revocatus, eundem paulo post interfectum luxit, & in regno Macedoniæ, anno mundi ııↄıↄcxıv. ante Christum natum cccxxxıv. successit, & paucis annis res patravit pene fide majores.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

III. Enarra qvæso, qvid rerum Alexander singulis imperii sui annis gesserit.

I. In primis regni auspiciis, sublato ad tumulum patris cum complicibus Pausania, novercæ etiam Cleopatræ sobole cum omnibus cognatis peremta, Attalo denique ex insidiis oppresso, Athenienses qvos Demosthenes ad bellum puero & morioni (ut Alexandrum vocabat,) inferendum inflammaverat, defectionis reos factos, in gratiam deprecante pro illis Demade recepit, Thessalosque sibi conciliavit. Macedonibus deinde immunitatem præter vacationem militiæ concessit, & res Græciæ ita composuit, ut ab omnibus Græcis dux contra Persas salutaretur. Ne autem post se gentem ullam Macedonum rebus infestam relinqveret, illos Thracas, qvi nemini hactenus paruerant, & Illyrios, qvi defecerant, in ordinem redegit. Triballos etiam Danubii accolas, rege eorum Syrmo in prælio superato, imperio suo adjecit, & cum Germanis, qvi se nihil, qvam ne cœlum rueret, vereri dixerant, amicitiam junxit. Interea temporis THEBANI ad pristinam libertatem aspirantes, defecere, & præsidio Macedonum è Cadmæa arce ejecto confidebant, se Græciæ libertatem vindicaturos. Sed Alexander reversus, venia cum libertate proposita, iis, ut salutem bello præferrent, consuluit. Nihil illis obtemperantibus & fortissime dimicantibus, Thebæ occupantur: sex millia interficiuntur: triginta millia, CCCCXL. talentis æstimata, sub corona venduntur: nemini, nisi sacerdotibus, Pindari familiæ & Timocleæ, sorori Theagenis ad Chæroneam ducis, qvæ ducem Thracum ob vim intentatam callide in profundum putei detruserat, parcitur: ipsæ Thebæ cum arce Cadmæa solo æqvantur. Athenienses, qvia Thebanos exules contra edicta regia receperant, jussi sunt tradere Oratores, qvi hoc svasissent. Sed Demadem misere, qvi negotio feliciter expedito, Athenienses regi reconciliavit.

II. Græciæ rebus in hunc modum compositis, Alexander in solenni Græcorum conventu denuo adversus Persas imperator est declaratus, habitaque deliberatione, utrum prius liberis, an bello opera danda esset, bellum Persicum non esse differendum judicavit, omniaque amicis distribuit, nihil fere præter spem sibi reservans. Cumque esset Corinthi, Diogenis, qvem convenerat, disciplinam tam commendavit, ut, nisi Alexander esset, Diogenes esse mallet. Tandem cum exercitu militum plerorumque veteranorum, triginta videlicet millium peditum, & qvinque millium eqvitum, Persicam expeditionem suscepit, svadente iter Aristandro vate; qvi, cum Orphei statua sudorem emisisset, tanta fore prædixit

Ale-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Alexandri facinora, ut multos poëtas ac musicos essent defatigatura. Eductis copiis, regni in Græcia administrationem Antipatro commisit, trajectoq; Hellesponto ad Trojadem appulsus, primus hostico hastam immisit, & primus navi egressus in Asiam insiliit, atq; Achillis, Ajacis & cæterorum heroum sepulcra inferiis honoravit, & Achillem judicavit fortunatum, qvod suæ virtutis præconem invenisset Homerum. Post Granicum flumen in Phrygia trajecturus, Memnonem Rhodium & cæteros Persicos duces cum copiis centum amplius millium peditum & decem eqvitum habuit obviam. Hic, flumine in conspectu hostium superato, prælium est commissum, in qvo, cum sua manu nonnullos ex ducibus hostium peremisset, in summo capitis periculo à Clito est protectus. Occubuerunt in hac ad GRANICUM pugna ex hostibus viginti amplius millia: totidem capta sunt. Ex Macedonibus pauci admodum desiderabantur: qvibus omnibus statuæ sunt positæ. Hac felice victoria in spem sublimiorem erectus, naves omnes, additis spoliis, in Græciam remisit, Sardibusq;, Ephesο, Mileto, Halicarnasso, & tota Phrygia, Pamphylia, Lydia, & littorali Asia ad Ciliciam usq; sibi subjectis, thesauro est potitus regio. Et memorabile est, qvod dicit Josephus lib. II. L. A. c. VII. ipsum Pamphylicum mare Macedonibus aliam viam non habentibus cessisse, & ad Persarum imperium destruendum iter illac aperuisse. Cariam etiam occupatam reginæ Adæ, à qvodam suorum ducum pulsæ, reddidit, in filium ab ea adoptatus. In Phrygia Gordium nodum solvit, & insidias, qvas ei Eropus à Dario corruptus struxerat, prodigio hirundinis monitus, evasit.

III. Darius Memnonem, supremum Persicorum exercituum ductorem, qvi Macedoniam cum copiis suis ingressurus, Alexandrum ex Asia retrahere conatus erat, ex morbo periisse intelligens, Charidemũ Atheniensem exulẽ, utiliora, sed non satis grata svadentem, cum suæ necis ultorem prope esse dixisse, necavit. Omnia tamen sibi ex voto successura putavit, qvia in somniis Alexandrum regis Persici vestimento indutum viderat. Et cum qvadringentis millibus peditum, & centum millibus eqvitum Euphrate transmisso incumbebat Græcis. Alii sexies, etiam decies centena millia ei adscribunt. Alexander contra Paphlagonia & Cappadocia subjugatis, in Ciliciam, ut angustias montium prior occuparet, pervenit. Sed cum in frigidis Cydni fluvii aqvis prope Tharsum membra sudore & æstu fessa reficeret, subito horrore natantis membra diriguere, totoq; propemodum corpore vitali calore destituto, pallor est secutus & mentis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

defectus. Ubi vis illa grassantis morbi paululum remisit, à medico Philippo Acarnane, qvem auro Persico corruptum esse Parmenio significarat, magna cum fiducia potioné medicatam accepit, & subita curatione sanitati restitutus est. Fit deinde pugna non procul ab Amano monte ad ISSUM. Fugit confestim Darius: cadunt centum amplius & triginta millia Persarum; pauci Macedonum. Ipse Alexander gladio femur ictus est leviter. Castra luxu Persico diffluentia statim in pugnæ initio occupata sunt. Captaîn iis mater Darii Sisygambris; uxor Statira cum sexenni filiolo; filiæ Statira & Drypetis; soror item, & omnis feminarum Persicarum turba. Erga eas Alexander & summa clementia & incredibili modestia usus est. Cum sola Barsina, Memnonis defuncti vidua, literis Græcis & moribus instituta, patre Artabazo ex regia filia prognato, qvam Damasci ceperat, consvetudinem habuit, & ex illa Herculem filium suscepit.

IV. Tanta victoria non impigrę usus, universam cum Damasco Syriam, Cyprum & multas Orientis provincias occupavit: & oram maritimam in suam redegit potestatem. Abdolonymum hortulanum, regia tamen stirpe ortum, regem Sidonis constituit. Diodorus eum vocat Ballonymum, & dicit Tyro devictæ præfectum. Excluserat sola illa urbs Alexandrum, perq; septem menses oppugnata tandem, cum Σάτυρος (qvasi dicas, tua erit Tyrus) in somniis regi occurrisset, & immani opere agger in ipsis maris fluctibus esset excitatus, expugnata est. Alexander primus in murum conscendit. Urbs incendio absumta; incolæ vel trucidati, vel sub hastam missi; bis mille cruci affixi sunt. Crudelitas enim ulciscenda erat, qva olim servi, conspiratione facta, omnem liberum populum cum dominis interfecere, uno Stratone excepto, cui servus pepercerat, ut legere est apud Justinum libro XVIII. Hujus Stratonis genus Alexander inviolatum servavit, servili germine prorsus extirpato, ut Justinus libro eodẽ testatur. Gazam etiam, qvam defendebat Pabomeses Persa, post duorum mensium obsidionem, tertio vitæ periculo evitato, expugnavit, & Hierosolymam infesto agmine tendens, summo sacerdote Jaddo, qvem antea in somniis stola pontificali indutum viderat, & cœtu sacerdotum ex urbe cum palmis egredientium conspectu, iram omnem remisit, & Judæis suis uti legibus concessit, postqvam ex Daniele monstraverant, regnum Persicum à Græcis esse evertendum, ut legere est apud Josephum l. XI. c. VIII. Hoc anno Darius, bis legatis missis, promissa etiam filia in matrimonium & omni regni parte, qvæ cis Euphratem est, familiam repetiit,
sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

sed frustra. Græcorum qvoque senatus auream coronam per qvindecim legatos Alexandro obtulit, de victoriis ei gratulatus. Præfecti etiam Alexandri passim locorum successibus usi sunt optatis. Antigonus triplici prælio Darii duces, Lydiam recuperaturos, afflixit. Aristo Macedonicæ classis præfectus navalem victoriam obtinuit. Alius Phaabazum Persicum ducem; alius Aristonicum Methymnœorum tyrannum cepit. Alius alia conatus est.

V. Ægyptum Alexander tandem occupat, &, Alexandria urbe in insula Pharo ad Nili ostium omnium populosissima condita, Græcisque incolis completa, atque Cyrenis in societatem receptis, in Libyam magno cum periculo, per illas arenas, qvibus olim Cambysis exercitus erat suffocatus, ad consulendum Jovis Hammonis oraculum profectus, & à sacerdote sive subornato, sive adulante, Jovis filius nuncupatus, nomen porro divinum, præsertim apud barbaros, affectare, seque filium Jovis vocare cœpit, ut non insipide diceret Olympias: Non desinet me Alexander apud Junonem calumniari. Inde regressus, Euphrate & Tigride transmisso, Dariique conjuge honorificentissime tumulata, tertia vice Darii legatos de pace obviam habuit. Sed cum non Parmenio, sed Alexander esse vellet, nec duos soles, nec duos monarchas à mundo ferri posse respondit. Occurrit ergo ei cum centum militum myriadibus Darius in Assyria, in vicinia vici Gargamelæ ad ARBELAM. Sed Alexander, qvo die pugna erat ineunda, solito altius dormiit, non prius excitatus, qvam à Parmenione moneretur. Qvo facto prudentissime contra currus falcatos aciem instruxit: murices ferreos defossos caute declinavit, impedimentorum direptionem neglexit, tandemque victoriam neqvicqvam furatus, & ipsum Darium & totum exercitum fugavit, interfectis, ut Curtius ait, qvadraginta millibus; ut Arianus, trecentis millibus. Ipse Alexander trecentos saltem secundum Curtium; qvingentos secundum Diodorum, desideravit, & nunc demum rex Asiæ salutatus est.

VI. Hoc discrimine superato, Babylonem, maximum militaris disciplinæ nocumentum, deditione cepit, & præterea SUSAS, inque iis regium thesaurum qvinqvaginta millium talentorum occupavit. Ibi cœnaturo mensa, ad qvam Darius consveverat cœnari, à ministris per imprudentiam pedibus ejus subjecta est. Inde omen successuum adhuc majorum credebatur dari. Faucibus tandem Persidis non sine periculo superatis, ad Persepolin captivi Græci, ut est apud Curtium, ad qvatuor millia fere, illi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

obviam fuere miserando spectaculo, qvia à Persis indignis modis mutilati erant. Hos omnes liberaliter habuit: suisq; regiam illam urbem, in qva cxx. millia talentûm in thesauro invenit, diripiendam concessit. Arcem ipse in gratiam Thaidis meretriculæ Atticæ, ebrius incendit. Darius interea, reparaturus exercitum, à Besso Bactrorum præfecto, regiam dignitatem affectante, aureis vinculis constringitur, sordido vehiculo circumraptatur, & tandem jaculis confoditur. Ei, cum paulo ante spiritum ultimum, inspectante & novissima verba audiente Polystrato Græco, duxisset, Alexander ipse supervenit, eũq; regio splendore cremari curavit.

VII. In Græcia Spartani rege Agide contra Macedonas res novas moliuntur. Sed victis eorum copiis ab Antipatro prorege Macedoniæ, cæsoq; rege, vix tandem in gratiam recipiuntur. Alexander interim, milite ingentibus donis affecto, in Hyrcaniam movet, & Mardis, qvi Bucephalum abduxerant, domitis, Thalestrim, Amazonum reginam, obviam habuit, eiq; in obseqvium qvindecim dies, qvibus sobolem qvæsiit, absumsit. Illud tamen Plutarchus vocat in dubium. Hoc anno mutabat cum veste mores, totusq; in luxuriam & insolentiam prolapsus, in odium simul multorum prolabebatur. Factam in eum conspirationem cum Philotas non detegeret, ipse cum patre Parmenione, Mediæ jam præfecto, est interfectus. Alexander interim, Roxane Oxiartis filia formosissima in uxorem ducta, è captivis Persis tricies mille pueros & Græcis literis erudiri, & ritu Macedonum in copiarum suarum supplementum armari jussit.

IIX. Per multa frigora multasq; nives ad inseqvendum Bessum ad Caucasum usq; progressus, Arimaspos, Gedrosios, Arachosios, Paropamisadas subegit. Bessum captum fratri Darii Oxiarti necandum tradidit. Ad Tanaim fluvium Alexandria altera condita, Scythas hactenus invictos vicit. Petram insuperabilem Aornon in Sogdianis expugnavit. Leonem etiam sævissimum sua manu in venatione peremit. Clitum autem, nutricis suæ filium, senem patris Philippi ducem, à qvo in pugna ad Granicum servatus fuerat, ob sermonis libertatem ebrius trucidavit. Callisthenem etiam ex sorore nepotem, qvi aulæ ingenio non accommodatus, sese ut Deum adorare noluerat, interfici curavit: præceptoris tamen non immemor, à qvo puer increpatus fuerat, qvod thura admodum profusa adolevisset. Hunc enim navi aromatibus Indicis plena donavit, addita hac cohortatione, ut porro in Deos parcus esse desineret.

IX. Indo transmisso, Taxilis regis Indici copiis adjutus, Poro regi magna-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

magnanimo, qvi centum triginta elephantos in acie oppofuit, bellum intulit, eiq; devicto, & regaliter tractari volenti, regnum reddidit. Hac in pugna Bucephalum amisit, & munificentissime post sepeliit, urbe etiam nova ab eo denominata. Cumq; ad Gangem fluvium profectus, nobilem canum regis Sophitis, qvem in societatem receperat, naturam deprehendisset, à militibus, ut ne interiores Indiæ partes, qvas petebat, intraret, sed tandem ad suos rediret, rogatus, castra, lectos, & omnia majora fieri curavit, atq; ita ex India pedem retraxit.

X. Priusqvam tamen id fieret, lubido illum incessebat lustrandi Oceani Indici. Qvapropter navibus in Gange fluvio fabrefactis, VII. mensibus per flumen in mare est devectus. Post Calanum Gymnosophistam, qvi tandem semetipsum ex philosophiæ suæ decretis in conspectu Alexandri ob senium concremavit, attente audiit, seq; corio arido ab eo erudiri permisit, suaq; sibi fata propediem instare à Calano intellexit, qvia dixerat, se eum brevi visurum. Cumq; apud Mallos urbem qvandam Oxydracarum oppugnaret, solus in eam plusqvam temerario saltu se immisit, & ultimum vitæ periculum subiit. Deinde à Dioxippo Atheniensi, athleta nudo, Coragum Macedonem armatum superari vidit, & æmulatus prius Liberi patris famam, rediit in Persiam, deq; præfectis, qvi interea rem male gesserant, pœnas exegit. Tandem uti aliis alias, ita sibi Statiram, alteram Darii filiam; alteram Drypetin Hephæstioni uxorem associavit: exercitum interim tumultuantem compescuit: Harpalum Babyloniæ præfectum, thesaurorum regiorum dissipatorem, & qvinq; millium talentorum depeculatorem, in Attica qværentem auxilia, postqvam ipsum etiam Demosthenem corrupisset, frustra est persecutus.

XI. Cossæos in Media hactenus invictos subjugavit. Hephæstionem, qvem Philalexandrum, ut Craterum Philobasilicum vocare consveverat, ob potum nimium inopinato defunctum, sumptuosissimis extulit exeqviis: & Eumene illi surrogato, contra auspicia & præsagia Babylonem tandem est ingressus.

XII. Postqvam legatos totius orbis, Romanorum exceptis, audierat, omina, qvæ ipsi mortem portendebant, nihil curans, conviviis indulsit, & vel febri, vel, qvod verisimilius est, veneno, Antipatri dolo propinato, extinctus est, cum omnium etiam barbarorum luctu maximo. Ante tamen, qvam moreretur, anulum Perdiccæ tradidit, optimoq; regnum esse committendum dixit, utq; sibi ingenti certamine parentetur, fore prædixit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

dixit, eodemq́ꝫ, qvo Diogenes, die, anno ætatis xxxiii. deceſſit, & poſt biennium in Ægypto tumulatus eſt: heros præ aliis maximi nominis, ut qvi ſummam imperii ex Aſia transtulit in Europam.

IV. *Magna ſunt, qvæ de Alexandro M. dixiſti. Sed qvid qvæſo poſt ejus mortem?*

Qvi poſt eum fuere, inqvit Solinus, magis ad ſegetem Romanæ gloriæ, qvam ad hereditatem tanti nominis ortos invenimus. Syſigambris, mater Darii, qvæ filii obitum & tot clades æqve tulerat, maximo luctu ob Alexandri mortem confecta, inedia deceſſit. Perdiccas traditum ſibi à rege anulum reddidit proceribus. Horum multi expectandum eſſe judicarunt, donec pareret Roxane, qvæ ex Alexandro ſpem prolis conceperat: multi Herculem Alexandri ex Barſina filium nominari regem voluerunt: alii Perdiccæ favebant. Tandem ita res transigitur, ut PHILIPPUS ARIDÆUS, ex Philinna Theſſala Philippi pellice natus, Alexandri M. frater, regnum qvidem ſuſciperet, ſed, cum imbecillioris animi eſſet, PERDICCAS, qvi malo civium bellorum omine jam Meleagrum, & xxx. milites ſeditioſos ex inſidiis peremerat, ei tutor adjungeretur. Sic Aridæus omnia Alexandri regna obtinuit qvidem, ſed non adminiſtravit. Præterqvam enim, qvod à Perdiccæ nutu omnia pendebant, ſingularum etiam provinciarum ſinguli præfecti regium paulatim affectare nomen cœperunt. Qvatuor qvidem plerumq́ꝫ celebrantur regna, qvæ defuncto Alexandro enata ſint. Sed initio in longe plures provincias diviſum fuit imperium. PTOLEMÆUS, nomine filius Lagi; re Philippi, accepit Ægyptum adminiſtrandam: PITHON, qvi à cuſtodia corporis Alexandro fuerat, Mediam: LAOMEDON Syriam: EUMENES archigrammateus, cujus pater in Cherſoneſo victum vectura exercenda qvæſiverat, Paphlagoniam & Cappadociam: ANTIGONUS nothus Philippi filius Pamphyliã & Lyciam: PHILOTAS Ciliciam: CASSANDER Cariam: LYSIMACHUS Thraciam: LEONNATUS Phrygiam minorem & Helleſpontum: MELEAGER Lydiã: ANTIPATER Macedoniam. In cæteris Aſiæ & Indiæ regionibus aut veteres præfecti imperii jus retinuerunt, aut incolæ ſervitutis jugum excuſſerunt. PHRATAPHERNÆ ceſſit Perſia: ARCESILAO Meſopotamia: aliis alia. Taxiles & Porus, qvod ante poſſederant, retinuerunt. SELEUCUS copiis eqveſtribus præfectus eſt. Græci interea in ſuperiores Aſiæ ſatrapias rejecti, Alexandrum mortuum intelligentes, moris victusq́ꝫ Græci deſiderio affecti, in libertatem ſeſe vindicare annisi ſunt, ſed fruſtra. Victi enim à Pithone ſuccubuerunt. Athenienſes etiam, duce Leo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Leosthene, qvod exules recipere jussi imperium detrectabant, tumultuabantur, & Antipatrum ad Lamiam victum, unde etiam bello LAMIACO nomen, obsederunt, auxiliisq; sociorum usi plurimorum, nova spe libertatis animabantur. Et qvanqvam Leosthenes saxo percussus obiit, Leonnatum tamen, qvi Antipatro auxiliares copias adduxerat, duce Antiphilo, in fugam versum prostraverunt: sed tandem, cum se Antipatro Craterus adjunxisset, navali certamine succubuere, & diffugientibus sociis, deditione urbis facta, leges & præsidia ab Antipatro admisere. Ipse Demosthenes revocatus ex Ægina, in urbem, (propter Harpalum enim, qvi ex luxu male sibi conscius, vivo adhuc Alexandro, cum magna thesauri regii parte ex Asia profugerat Athenas, & offam inde Demostheni objecerat, ut se mentiretur anginam passum, qvam alii cavillabantur argentanginá, fuerat ejectus in exilium) qvod bellum hoc svasisset, veneno ex calamo in delubro Neptuni, qvo fugerat, interiit, & pleriq; oratorum Græcorum misera morte extincti sunt. Inter Thimbronem etiam, qvi, Harpalo, thesauri regii direptore in Creta trucidato, copias ejus ad se traduxerat, & inter Cyrenenses in Africa bellum exarsit. Sed Cyrenæ tandem, libertate amissa, Ptolemaico regno subjectæ sunt.

V. Qvid interea alii duces?

PERDICCAS Aridæi & regni curator Cappadociam, qvæ nondum subacta, sed tamen Eumeni assignata erat, subegit. Deinde imperium affectans, Alexandri M. sororem CLEOPATRAM in uxorem sibi petiit. Qvia autem recte & clam Antipatri qvoq; affinitatem, ejusq; filiam Nicæam ambierat, utraq; sponsa excidit, & ab Antigono, Antipatro, & Ptolemæo societatem contrahentibus, oppugnatus, in Ægyptum movit. Sed rebus inepte cum magno detrimento administratis, ab ipsis suis militibus, cum triennium imperasset, autore Pithone, necatus periit. EUMENES contra, qvi ab ejus partibus steterat, Craterum Antipatri generum & Neoptolemum profugum, binis prœliis superatos, tandem occidit, exercituq; hostili in gratiam accepto, res suas in immensum auxit. Nihilominus ANTIPATER regni curator, remoto Pithone, cui Ptolemæus curam Aridæi commiserat, constituitur, & satrapiæ seu provinciæ de novo distribuuntur. Antigonus, Asiæ præfectus, regii exercitus contra Eumenem imperator declaratur. Ne tamen rebus novis studeret, Cassander, Cariæ præfectus, Antipatri filius, ei est adjunctus. Ptolemæus Ægyptum retinebat; Laomedon Syriam & Phæniciam: Pithon Mediam. Cassandro Caria;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Philoxeno Cilicia; Mesopotamia Amphimacho; Seleuco Babylonia; Peucesti Persia; Tlepolemo Carmania assignata est. Huic tamen provinciarum in duces distributioni qvamdiu adhæserint, vel ex uno Ptolemæo patet, qvi, Laomedonte ejecto, Syriam, Cariam & Phœniciam occupavit. Eumenes hostis ab omnibus declaratus, & magna clade ab Antigono affectus, anno diutius in castello Nolæ ad Cappadociæ & Lycaoniæ confinium obsidione gravissima premebatur. Antigonus qvoqꝫ Alcetam & Attalum, illum fratrem, hunc socium Perdiccæ invasit, & Eumenem, qvi post obsidionem annuam argyraspidum opera, emeritorum Alexandri M. militum, usus, jam victoriis iterum insignis erat, vivum per argyraspidum proditionem cepit & interfecit, Pithonem præfectum Mediæ callide oppressit, & Seleucum Babylonis præfectum ejecit. Antipater interim ad plures abiit, POLYSPERCHONTE sene, Alexandri M. duce, regni & Aridæi curatore relicto, filioqꝫ Cassandro secundis partibus commendatis. Hic Polysperchonte se haud inferiorem arbitratus, aufugit ad Antigonum. Polysperchon autem, Græciæ libertate reddita, Athenis democratiam restituit, & Phocionem, qvi patriam in servitutem trahi permiserat, capitis supplicio affecit. Idem, Olympiade cum Alexandro, Roxanes ex Alexandro M. filio, ex exilio, in qvod metu Antipatri secesserat, revocata, immensam cladem familiæ Alexandri attulit. Nam EURYDICEN Aridæi conjugem, ipsumqꝫ ARIDÆUM, cum sex & dimidium annum regnasset, neci tradidit Olympias, centumqꝫ amplius è Cassandri cognatis misera morte sustulit. Cassander contra, in Græciam cum exercitu profectus, Polysperchonte frustra obluctante, Athenas occupavit, iisqꝫ Demetrio Phalereo viro prudente præfecto, OLYMPIADEN in urbe Pydna obsedit, tandemqꝫ fame tantam tanti regis matrem, ad deditionem coactam, interfecit, Peloponneso recepta Thebas ab Alexandro excisas restauravit, Thessalonicam Alexandri M. sororem in tantæ suæ felicitatis & dignitatis incrementum in matrimonium accepit, Polysperchonta potestate dejecit, filiolumqꝫ Alexandri M. cum matre Roxane in arcem Amphipolitanam, ut securior degeret, misit custodiendos.

VI. *Sic igitur in diversis orbis partibus Antigonus & Cassander præ reliqvis ducibus potentia maxima eminuerunt. Quia autem perpetuis dissidebant odiis, qvis illos mansit exitus?*

Seleucus Babylonia ejectus ab Antigono ad Ptolemæum perfugerat. Mater ejus Laodice, cum nupta esset Antiocho, claro inter Philippi duces viro,

viro, visa fuerat sibi per qvieté ex Apollinis concubitu concepisse, anulumq; à Deo accepisse, in cujus gemma anchora sculpta esset, futurum nascituro filio donum. Admirabilem fecit hunc visum, ut Justinus libro XV. refert, & anulus postera die in lecto inventus, & figura anchoræ in femore Seleuci nata: qvam etiam filii, nepotesq; ejus, veluti notam generis naturalem habuerunt. Hic igitur Seleucus, multis jam editis facinoribus clarus, postqvam ipsos qvoq; Indos, duce Sandrocotto deficientes, in ordinem redegerat, ab Antigono vexatus, ad Ptolemæum perfugit. Ille & Cassander & Lysimachus, missis ad Antigonum legatis, ut redderet Cassandro Cappadociam & Lyciam; Lysimacho Phrygiam minorem; Syriam Ptolemæo; Seleuco Babyloniam, edixerunt. Cumq; durius responderet, bellum adversus ipsum decrevere. Res varie acta. Antigonus versa fortunæ alea cum filio Demetrio Syria ejicitur, sed eandem recuperat. Seleucus Babylonem recuperat) sed denuo amittit. Cassander dubio Marte pugnat. Tandem pax inter duces his conditionibus initur, ut CASSANDER GRÆCIAM; SELEUCUS SYRIAM CUM BABYLONE; LYSIMACHUS THRACIAM; PTOLEMÆUS ÆGYPTUM, ARABIAM & AFRICAM; ANTIGONUS ASIAM ET INSULAS MARIS POSSIDEAT; GRÆCI AUTEM SUIS VIVANT LEGIBUS. Hac sua felicitate & nova dignitate ne per Alexandri heredes exciderent, Cassander misit, qvi ALEXANDRI M FILIUM, postqvam eum jam sensit imperio parem, (degebat enim decimum qvartum annum) cum matre ROXANE interficerent. Qvin & Polysperchonta, qvi alterum Alexandri M filium HERCULEM, jam annos septendecim natum, reducere conabatur, eo persvasit, ut & ipsum & matrem ejus Barsinam jugularet. Antigonus qvoq; CLEOPATRAM Alexandri M. sororem, ante Pyrrho nuptam, jam Ptolemæo nubere volentem, dolo per mulieres interemit. Etsi autem duces tam miserandis tantæ familiæ fatis regni sui auspicia duxerunt, non tamen pax inter illos diuturna constitit. Omnes qvidem metu, qvi ab Alexandri stirpe imminebat, exsoluti, spes regias alebant, & qvisq; provinciam suam, tanqvam regnum armis partum, obtinebat: sed non sine parricidalibus bellis iterum iterumq; repetitis. Nec enim diu pactis steterunt, sed unusqvisq; probabiles captans prætextus, plura acqvirere nitebatur. Ptolemæus imprimis, Ægypti præfectus, Antigonum & ejus filium Demetrium neglectarum pacis & confœderationis conditionũ incusavit: utq; iis potentius resisteret, Cassandrum in suas partes traxit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

xit. Qvod sentiens Demetrius, Athenas occupat, Cassandrum ex arce ejicit, Athenienses libertati restituit, & ob id divinis honoribus excipitur. Regium etiam nomen ipsi & ejus patri Antigono Athenis decernitur. Nec illud detrectant, suoque exemplo ad idem faciendum Ptolemæum, Seleucum, Lysimachum & Cassandrum invitant: & passim turbæ intumescunt. Id interim observatu dignum, Antigonum, qvi primus ex Alexandri ducibus regium assumsit nomen, primum cum familia extincta primum amisisse regnum & nomen. Rex ille declaratus, in Ægyptum, qvanqvam irrito conatu, expeditionem magno cum exercitu suscepit. Cassander contra Athenas obsedit. Sed Demetrius omni illum Græcia expulit, & præsidiis Ptolemæi & Cassandri ex urbibus Græcis ejectis, omnibus libertatem restituit. Cassander ita deturbatus, cum frustra Antigonum de pace rogasset, cæteros reges, Lysimachum, Ptolemæum & Seleucum, ut mature tantis Antigoni & Demetrii conatibus resisterent, induxit: initoque fœdere Lysimachus in Asiam profectus, multas urbes expugnavit; multum damni Antigono intulit. Ille, cum Seleucum etiam magno cum exercitu adesse sentiret, Demetrium filium ex Græcia in auxilium revocavit. Facta est atrocissima inter omnes hos reges pugna, in qva Antigonus octogenarius occubuit. Demetrius ejus filius in fugam versus, &, cum ab Atheniensibus, qvos maximis beneficiis affecerat, recipi se postularet, exclusus, in Thraciam abiit, & Lysimachi provincias populatus, se qvodammodo ex clade recollegit. Etsi autẽ Demetrius regno Asiæ paterno exciderat, fortuna tamen eum iterum cœpit respicere. Reges namque victores de præda dividenda inter se non consentientes, inque factiones deducti, spacium ei ad novas copias cogendas dederunt. Qvibus fretus, Cassandri fratrem Plistarchum ex Cilicia fugavit, Athenas fame pressas recepit, Spartanorum etiam rege victo, ipsam eorum urbem cepisset, nisi nuncius Ptolemæum Cyprum expugnasse & Salaminem obsidere; Lysimachum autem urbes Asiaticas expugnare retulisset. Paulo post obiit Cassander, & filius ejus Philippus annum integrum Macedoniæ regno præfuit. Cui duo fratres, Alexander & Antipater, succedentes parricidiali odio adversus se exarserunt. Eorum alter Antipater matrem THESSALONICEN, Alexandri M. sororem, vitam etiam per ubera materna deprecatam, qvod in Alexandrum esset propensior, scelerate interfecit: alter vero Alexander Demetrium & Pyrrhum Epirotarum regẽ ad ulciscendum parricidium evocavit. Istis copias educentibus, rediit cũ fratre in gratiam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tiam, & ipsi struxit Demetrio insidias. Sed cautior Demetrius insidias occupavit, & Alexandro obtruncato regnum Macedoniæ usurpavit. Utq; tota Cassandri familia, justo numinis judicio, Alexandro M. seu necis ipsius, seu stirpis extinctæ pœnas lueret, Lysimachus alterum ejus filium Antipatrum, suum ex filia Eurydice generum, interfecit, cumq; Demetrio, qvi jam rex Macedoniæ denuo appellari cœperat & Alexandrum è medio removerat, nova pace inita societatem iniit. Mira omnino rerum commutatio! Bœotios Demetrius, rex Macedoniæ renunciatus, domuit, & Thebas bis intra biennium cepit. Sed paulo post à Pyrrho Epirotarum rege, qvi mercedem auxilii antea ab Alexandro M. maritimam Macedoniæ partem acceperat, & adhuc præsidiis tenebat, dux ejus Pantauchus in Ætolia magna strage cæsus: ipseq; ad pacis conditiones descendere coactus est. Ab illis subito resiliens, magno exercitu conscripto Asiam, paternum regnum, conabatur recuperare. Fœdus igitur adversus illum inierunt Seleucus, Pyrrhus, Ptolemæus, Lysimachus. Et ad Pyrrhum tandem totus Demetrii exercitus, ut se à gravi dominatu explicaret, defecit, illumq; regem Macedoniæ salutavit. Qvam ob causam Demetrius mutata veste aufugit; Pyrrhus autem & Lysimachus Macedoniæ urbes & regiones divisere. Athenienses ejecto Demetrii præsidio archontas annuos postliminio recepere.

VII. Et sic non Asiam saltem, sed nunc etiam Macedoniam, qvam occupaverat, amisit Demetrius?

Nec tamen animum despondet, uti uxor ejus Phila, qvæ, ne maritum iterum privatum aspiceret, veneno hausto periit. Exercitum de novo colligit: Athenas, sed frustra, obsidet: cum Ptolemaide Ptolemæi filia nuptias celebrat: multas Asiæ urbes, & Sardes inter cæteras recuperat: Lysimachi etiam exercitum profligat. Sed peste tandem ex commeatus defectu oborta, octo millia suorum amittit. Seleucus gener ejus, qvem inter amicos fidissimū putaverat, inopinato se hostem soceri professus, ejus exercitui, cum ex morbo decumbebat, ut ad se transiret, persvasit. Hinc Demetrius se suisq; rebus Seleuco commissis, in arcem qvandam custodiendus est ablegatus: in qva cum vitæ voluptuariæ se traderet, post triennium anno ætatis LV. obiit, Antigono filio relicto, post varias tandem Macedonici regni casus, rege declarato. Lysimachus interim, fastidientibus Macedonibus Pyrrhum, tanqvam regem externum, suo Thracico regno Macedoniam totam adjecit, Pyrrhoq; Epirotarum rege inde cum Epi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

roticis & socialibus copiis remoto, filium Agathoclem per Arsinoen, ejus novercam, veneno sustulit. Ob hoc facinus in omnium suorum odium incurrit, & à Seleuco, qvem evocaverant, ultimo inter Alexandri principes prælio, cum esset annos LXXIV natus & variis antea casibus XV. liberos amisisset, interfectus, postremus domus suæ ruinæ cumulus accessit: estq; ille, qvem Alexander aliqvando iratus objecerat leoni, sed frustra, qvia fortiter bellum confecit, si hic Justino per Curtium fides habenda est. Occupabat igitur Seleucus Macedoniam: qvem tamen paulo post Ptolemæus Ceraunus, cujus sororem Arsinoën Lysimachus uxorem duxerat, frater Ptolemæi Philadelphi regis Ægypti, exul impetu facto adortus occidit. Seleuco qvidem successit Antiochus Soter in Asia: sed Ptolemæus Ceraunus Macedoniæ regem se constituit, Arsinoë sorore in uxorem qvidem ducta, sed paulo post cum utroq; filio, Lysimacho & Philippo, qvos ex Lysimacho susceperat, contra datam fidem interfecta. Illo facto ultricia sibi contraxit fata. Hoc enim tempore GALLI tripertito exercitu irruptionem fecere. Aliqvi, ut est apud Pausaniam, duce Cerethrio Thraciam petiere. Brennus & Acichorius alios duxit in Pannoniam. Belgius reliqvis in Macedoniam & Illyricum viam stravit. Huic opposuit se Ptolemæus Ceraunus, sed, pugna commissa, cum magna copiarum parte occubuit. Nam Galli seu Galatæ ex Pannonia in Macedoniam irruunt, & in acie, postqvam novem menses regnarat, eum trucidant. Hinc possessio regni tam nobilis admodum fluctuabat, & exiguo temporis spatio illud Meleager, Antipater, &, qvi Gallos à depopulatione compescuit, Sosthenes administrabant. Sosthene tandem per novas Gallorum copias sublato, Antigonus Demetrii filius regnum Macedoniæ paternum recuperavit, & XLV. annis invito etiam Pyrrho ei præfuit. Cujus tempore Galli, qvi sub Brenno & Acichorio ex Pannonia in Græciam cum CLI. millibus peditum & LXI. millibus eqvitum se infuderant, primum ad Thermopylas, deinde ad Parnassum, Deo Delphico in subsidium veniente, fugati & prostrati sunt. Sed seriem regum, qvi Alexandri M. regna ad se pertraxerunt, postea adjiciemus.

LIBRI PRIMI
Sectio VII.
de regnis ex Græca Alexandri M. monarchia enatis.

Qvæ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Qvæstio I. *Qvum pardum illum Græcum, Alexandri M. imaginem, qvatuor alis & totidem capitibus insignitum fuisse ex Daniele constet: numqvid ex ejus imperio qvatuor, ceu credimus, dimanarunt regna?*

Postqvam variis bellorum tempestatibus duces Alexandri circumacti, tandem dissidiis compositis, præcipuas imperii nuper ab Alexandro constituti provincias diviserunt, qvatuor illis suis alis pardus Græcus evolare cœpit. Seleucus Syriam; Ptolemæus Ægyptum; Antigonus Asiam; Cassander Græciam occupavit. Lysimachus, inter hos qvintus, Thraciæ qvidem imperium sibi qvoqꝫ vendicavit: sed paulo post à reliqvis justo bello devictus & necatus, qvaternarium illum regnorum numerum sua morte promovit. Hæc tamen omnia tandem Romanis cesserunt. Regnum Antipatri Macedonicum, postqvam à morte Alexandri M. annos CLV. duraverat, ab Æmilio consule debellatum, in Perseo desiit; Ptolemæi & Lagidarum Ægyptiacum post annos CCXCIII. Cleopatra ab Augusto Octavio oppressa, in Romanorum jura abiit. Seleucidarum Syriacum cessavit post CCLIIX. annos, Tigrane à Q. Pompejo superato. Asiaticum, qvod Antigono cessit, paulatim in plura imperia divisum est, Pergami, Bithyniæ, Cappadociæ, Ponti, Armeniæ: qvæ tamen omnia tractu tandem temporis, aut ultro aut vi adacta, Romanis se submiserunt.

II. *Enarra qvæso seriem regum, qvi Macedoniæ post Alexandrum M. præfuere.*

Anni Mundi.		*Anni Regni.*
3627.	I. ARIDÆUS, frater Alexandri M. sub Perdicca, Pithone, Antipatro, Polyspercho nte tutoribus, ultimus Heraclidarum, præfuit annis	6.
3633.	II. CASSANDER, Antipatri filius, post varios casus tumultusqꝫ innumeros, obiit post Aridæi mortem.	19.
3653.	III. PHILIPPUS Cassandri F.	1.
3654.	IV. & V. ALEXANDER & ANTIPATER, itidem Cassandri F. diviso imperio, odio sese parricidali proseqventes, vita & regno exuuntur.	3.
3657.	VI. DEMETRIUS, Antigoni filius, Antipatri Maced. gener, ex Asia pulsus.	8.
3665.	VII. & IIX. PYRRHUS & LYSIMACHUS diviso ad tempus imperio præfuerunt annis	4.
3669.	IX. SELEUCUS, rex Asiæ, post victum & occisum Lysimachum.	½.

3669

3666. X. PTOLEMÆUS, frater regis Ægypti Philadelphi, exul, cognomine CERAUNUS, post interfectum Seleucum præest non integro anno & à Gallis cæditur. 1

3670. XI. MELEAGER duos menses.

3670. XII. ANTIPATER xlv. dies.

3670. XIII. SOSTHENES. 1

3671. XIV. ANTIGONUS GONATAS, Demetrii F. admodum affligitur à Pyrrho Epirotarum rege, ex Italia reduce. Quo à femina saxo Argis trucidato, universum regnum recuperat, & non saltem Athenas deditione accipit, sed & Gallos à Delphica clade superstites, Macedoniam infestantes, repellit. 40

3711. XV. DEMETRIUS Fr. 10

3721. XVI. ANTIGONUS DOSON, qvasi promissor; non effector promissorum, tutor Demetrii, ducta in uxorem Demetrii vidua, neglectaq; cura Philippi privigni, cui tutor datus erat, regnum corripuit, & ut defenderet Achæos adversus Cleomenem Spartanum, evocatus, victoria insigni, ipsaq; Sparta potitus est. Cumq; grave interea bellum ab Illyriis accepisset illatum, ingenti hominum strage victor gloriose occubuit, cum vociferationibus in prælio pulmonem dirupisset. Videatur Plutarchus & Polyb. lib. ii. 6

3728. XVII. PHILIPPUS, Demetrii F. etsi initio, ut est apud Polybium, satis feliciter res gessit adversus Achæos, cœpit tamen postea tam iniqve regnum administrare, ut contra eum omnis Græcia auxilia Romana imploraret: à qvibus cum esset aliqvoties victus, fugatus, castris exutus, Græci pristinæ libertati sunt restituti. Ipse, cum instinctu filii Persei Demetrium filium optimum occidisset, ex mœrore decessit. 42

3771. XIIX. PERSEUS F. tenacissimus, post multa facinora victus, & ab Æmilio Consule anno mundi IIIcIↄIↄcclxxxii. captus. Cujus filius operas Romano senatui cum aliis scribis locavit. 11

Summa annorum regni Macedonum à morte Alexandri M. ad Romanorum de Perseo triumphum 155

Inventus est postea impostor, nomine Andriscus, qvi se filium Persei ex pellice natum mentitus, multas turbas dedit. Sed illum tandem captum Demetrius Nicanor Romam misit. Turbavit etiam Macedoniam alter Pseudophilippus, sed suo ipsius cum interitu.

III. Recen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

III. *Recense qvoq; catalogum regum Syriæ.*

Fluctuarunt aliqvamdiu post mortem Alexandri M. res Syriæ: qvæ Laomedonti qvidem assignata fuerat, sed sæpe ab aliis in prædam petita. Tandem Seleucus Nicanor anno à morte Alexandri XII. Syriæ & totius Asiæ imperium sibi vendicavit, Antiochi ducis Philippi meritissimi filius, qvem Judæis immunitatem & jus Antiochiæ & per reliqvas Asiæ & Syriæ urbes indulsisse, testatur Josephus lib. XII. cap. III.

Anni Mundi — *Anni Regni*

3639. I. SELEUCUS NICANOR, qvi sub se habuit LXXII. satrapias. 30

3669. II. ANTIOCHUS SOTER F. novercam Stratonicen, Demetrii filiam, perdite amatam, ope medici Erisistrati, à patre pessimo exemplo uxorem obtinuit. 19

3689. III. ANTIOCHUS THEOS seu Deus, F. multis cum Ptolemæo Philadelpho rege Ægyptiorum bellis gestis, tandem ejus filiam Berenicen duxit uxorem, priore Laodice, qvæ & ipsa dicitur Ptolemæi filia, repudiata. Sed Ptolemæo defuncto, Laodice cum illo rediit in gratiam, & Deo suo venenis sublato, cæsisq; Berenice & liberis, filium Seleucum Callinicum ad regnum evexit. 15

3704. IV. SELEUCUS CALLINICUS F. propter novercam Berenicem, filiam Ptolemæi Philadelphi, cum parvulis peremtã, maximo bello à Ptolemæo Evergete petitus, non unam cladem sustinuit. A fratre etiam Antiocho Hierace est afflictus: à qvo dum mutuo odio diffidebat, Attalus rex Pergami se Asiæ regem constituit. Nec sic tamen fratres conciliari poterant. Antiochus ad Ptolemæum Evergetem confugit, opem postulaturus. Sed Seleucus, eqvo lapsus, animam expiravit. 20

3724. V. SELEUCUS CERAUNUS F. post infelicem cum Ptolemæo Evergete pugnam, extinctus est suorum insidiis. 3

3728. VI. ANTIOCHUS MAGNUS Fr. rebellem Molonem initio regni in crucem egit, & urbes Syriæ, à Ptolemæo Philopatore Ægypti rege occupatas, recepit. Hinc enatum bellum, in qvo Ægyptii victores pacem concessere Antiocho. Ille, conversis in Arbacem Parthum armis, cum eo conflixit feliciter, & redintegrato cum Ægyptiis post mortem Ptolemæi Philopatoris bello, duces Ptolemæi Epiphanis impuberis adhuc profligavit. Ciliciam etiam & Lyciam, Sardesq; recuperavit, & domitis in Asia populis, trajecit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Hellespontum ad Thracas subigendos, qvi Lysimachiam sibi oppositam deleverant. Magnus hic fuit Judæorum benefactor, qvi illi se dediderunt, ut legere est apud Josephum. Tandem filiam Cleopatram Ptolemæo Epiphani elocavit, addita dotis loco Cœlesyria & Judæa. Cumq; bellum Romanis & eorum in Græcia sociis faceret, aliqvoties victus & in tributum annuum condemnatus, cessit tota Asia citra Taurum montem, & obsides dedit duos filios Antiochum Epiphanem & Demetrium. Paulo post à Dodonæis, qvorum pecuniis sacris inhiabat, dum sacrilegium prohibebant, interfectus occubuit. 36

3793. VII. SELEUCUS PHILOPATOR & SOTER, F. ad thesauros templi Hiierosolymitani auferendos Heliodorum cum copiis eo ablegavit: qvo eventu, posterior liber Maccabæorum capite tertio docet. Daniel XI. capite nominat eum vilissimum carnificem. Heliodorus, teste Appiano, ex insidiis eum oppressit, & regnum affectavit: sed ab Eumene & Attalo Seleuci filius, Antiochus Epiphanes, in possessionem paterni introductus est. 12

3775. IIX. ANTIOCHUS EPIPHANES F. qvasi illustris, rectius Epimanes ob insaniam, typus Antichristi. Romæ ante id obses fuerat, & clam inde aufugerat. Initio regni sub tutelæ specie, qvam sibi in regem Ægypti pupillum, Ptolemæum Philometora, cujus avunculus erat, vendicabat, in Ægyptum venit, & inde rediens, Hierosolymis occupatis, sanctuarium ingressus, thesaurum templi abstulit & multa millia Judæorum jugulavit. Cumq; Alexandriam in Ægypto, ex tutore hostis, obsideret, à Popilio Romano circulo in arena, ne egrederetur, anteqvam certum vel de pace, vel de bello responsum Romanis daret, circumscriptus, furibundus Hierosolyma reversus, longe crudelius Judæos habuit, librisq; sacris exustis, & multis aliis patratis, qvæ præter Maccabæorum historiam Josephus lib. XII. describit, tandem φθειριάσει seu pediculari morbo absumtus est, cum paulo ante regem Armeniorum Artaxiam bello cepisset, relicto novem annorum filio Antiocho. Qvomodo duces & præfectos ejus, Apollonium, Seronem, Lysiam, Gorgiam & Nicanorem Maccabæi fratres cladibus attriverint, ex historia sacra notum est. 12

3787. IX. ANTIOCHUS EUPATOR F. inauspicatum cum Maccabæis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

bæis gessit bellum, iisq; tandem pacem indulsit, cum in Syria tumultus per Philippum gubernatorem essent compescendi. Paulo post Demetrius Soter patruus oppugnatum & captum regno & vita deturbavit. 2

3789. X. DEMETRIUS SOTER, frater Epiphanis, cum obses esset Romæ, clam & ipse aufugit, & regnum interfecto Antiocho Eupatore invasit. Per Bacchidem & Nicanorem infeliciter oppugnavit Maccabæos, & mox in ignaviam prolapsus, immensis turbis ab Alexandro implicitus est. 1. Macc. IX. Jos. l. XII. c. XVI. 10

3799. XI. ALEXANDER BALA seu Veles seu Epiphanes, ideo dictus Pseudo Alexander, qvia non tam fuit, qvam habitus est Antiochi Eupatoris filius, auxiliis Ptolemæi Philometris, regis Ægypti, regnum Asiæ & Syriæ invasit, victoq; & trucidato Demetrio, postqvam ei uxor Cleopatra, filia Ptolemæi Philometoris, divortio facto, ademta erat à socero, qvi filiam Alexandro ablatam sociaverat Demetrio, Demetrii filio, fugatus in Arabiam interiit. Sub hoc res Judæorum erant tranqvillæ, qvia ab ejus stabant partibus. 5

3804. DEMETRIUS, Demetrii filius, cognomento NICANOR, Cleopatram, à marito priori Alexandro abductam, à patre ejusdem, rege Ægypti, cumq; ea regnum Syriæ accepit: & tandem ob ingenii pravitatem à multis, qvi ad Tryphonem, Alexandri filium, Antiochum reducturum, confluebant, desertus, partem saltem regni retinuit. Nihilominus cum Arsace, rege Parthorum, bello congressus, à Mithridate captus, & per civitates, qvas subegerat, per ludibrium circumductus est. 5

3809. XIII. TRYPHON seu DIODOTUS, genere Apamenus, Antiochi, Alexandri filii, qvi in Arabia educabatur, tutor, regno Demetrii occupato, pupillum, tanqvam calculo laborantem, & secari jussum, fraude medicorum peremit, seq; regem constituit, & Jonathane Maccabæo, qvi fidam ipsi hactenus operam locaverat, per dolum capto & interfecto, Simoni ejus fratri bellum intulit. Sed pulsus est post triennium ab Antiocho Sedete, sibiq; ipsimet manus intulit. 3

3811. XIV. ANTIOCHUS SEDETES, qvi & PIUS & SOTER, Demetrii Nicanoris frater, cum Parthis victis Babylonem occupasset,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

illi Demetrium Antiochi fratrem, ante aliqvot annos captum, dimisere, qvi etiam regnum recuperavit. 7
3819. XV. DEMETRIUS redux, Cleopatram contra Ptolemæum Evergetem adjuturus, evertitur à succeſſore. 5
3824. XVI. ALEXANDER ZEBINA, adjutus ab Ægyptiis, Demetrium fugavit, obtruncavit, & ſibi diadema impoſuit. Sed perpetuos hoſtes habuit Demetrii filios. Inter illos Seleucus, inſcia matre Cleopatra, ſe regem declaravit. Sed ob id materna crudelitate obtruncatus eſt, & Antiochus Griphus frater ejus rex ſalutatus, ducta regis Ægypti filia Tryphena, Ægyptiorum auxiliis Alexandrum evertit. 2
3826. XVII. ANTIOCHUS GRIPHUS, Demetrii filius, matrem Cleopatram ſibi veneno inſidiatam eodem veneno peremit, & multa bella cum fratre uterino, ANTIOCHO CYZICENO, regni æmulo geſſit, donec fraude Heraclionis interiret. 31
3857. XIIX. SELEUCUS F. continuat bella parricidalia cum Antiocho Cyziceno patruo, & ejus filio Antiocho Euſebe: & tandem victus ab Euſebe, vivus in Cilicia vel crematus, vel diſſectus periit. Ab eodem fratres Seleuci Antiochus, Philippus & Demetrius diu oppugnati ſunt: & ſtatim periit Antiochus. Reliqvi duo, poſtqvam aliqvamdiu viribus redintegratis reſtiterant patrueli Euſebi, tandem ſecum ipſi diffidere cœperunt. Cumq; hanc funeſtam decertationem Syri ægre ferrent, Tigrani Armeniæ regi regnum obtulere, qvi aliqvoties victus à Lucullo & Pompejo M. tandem Syriam amiſit, anno poſt mortem Antiochi Griphi 28

Sic igitur Pompejus Syriam in provinciam anno mundi poſt ter milleſimum Ↄcccxxxv. redegit, poſtqvam à morte Alexandri Syriacum regnum duraverat annos 258

IV. *Qvinam reges Ægypto poſt Alexandrum M. præfuerunt?*

Anni mundi *Anni regni*

3627. I. PTOLEMÆUS, re Philippi Amyntæ; verbo autem Lagi filius, ut teſtatur Pauſanias in Atticis, cui Philippus matrem Ptolemæi uterum gerentem uxorem dederat, Alexandro M. in Oxydracis periclitanti præ aliis omnibus præſto fuit: eoq; defuncto Cleomenem, qvem Alexander Ægypto præfecerat, ſibi ſuſpectum, qvia Perdiccæ ſtudebat, peremit: Alexandri corpus Memphi divino ritu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ritu condidit: everſo Perdicca, Syriam & Phœniciam, ut & Cyrenaicam, imperio ſuo, qvod ſibi in Ægypto firmaverat, adjecit, eaq; patravit, qvæ ſupra recenſuimus. Eurydicen Antipatri filiam duxerat: ſed ex gyneceo Berenicen itidem pro uxore habuit: & ex ea genuit Ptolemæum Philadelphum, qvem moriens regni ſucceſſorem declaravit. Qvomodo è Sinope Pontica à rege Scydrothemide, ſomnio iterato monitus, idolum Serapidis obtinuerit, narrat Tacitus libro IV. hiſtoriarum. Qvomodo Cyrenen acqviſierit, & qvæ origo Cyrenes per Battum Cirni regis Theraminis inſulæ filium conditæ, deſcripſit Juſtinus libro XIII. Appianus in præfatione ad Romanas hiſtorias illum ſcribit aluiſſe CC. millia peditum, XL. millia eqvitum, CCC. elephantos bello adſvetos: & in theſauro IↃCCXL. talentorum Ægyptiacorum millia reliqviſſe. Joſephus eum ait Soterem cognominatum, & Hieroſolyma ſabbato velut ſacrorum gratia ingreſſum dolo occupaviſſe, & multos captivos in Ægyptum traductos juſſiſſe ibi ſedes figere. 38

3665. II. PTOLEMÆUS PHILADELPHUS, opera Demetrii Phalerei bibliotheca ſumtuoſiſſima adornata, Biblia Hebræa in Græcum ſermonem transferri curavit: ampliſſimis templum Hieroſolymitanum donis à Joſepho enumeratis exornavit: Judæos in Ægypto ſervientes numero CXX. CIↃ. liberos dimiſit: difficillima bella cum Antiocho Theo geſſit, donec illi Berenice filia elocata pacem indulgeret. Societatem etiam cum Romanis anno regni XI. iniit, rex longe prudentiſſimus. 38

3703. III. PTOLEMÆUS EVERGETES F. feliciſſime bella adverſus Seleucum Callinicum Syriæ regem geſſit, ſibiq; ipſum Syriæ diadema impoſuit. Qvam benigne hic rex Joſephum, juvenem ex Judæis nobilem & elegantem, Hyrcani patrem, habuerit, prolixe recenſet Joſephus hiſtoriographus lib. XII. cap. IV. 27

3730. IV. PTOLEMÆUS PHILOPATOR F. regnum à matris ſimul & fratris Magæ cæde auſpicatus, profligato Antiocho, ejusq; ſorore Eurydice ducta, poſt receptam Cœleſyriam, pace illi conceſſa, voluit εὐχαριστήρια Hieroſolymis immolare & ſanctuarium ingredi, ejusq; pretioſa oculis luſtrare. Cum prohiberetur à pontificibus & populo, & ſimul divinitus apoplexia corriperetur, inexpiabili odio exarſit adverſus nomen Judæum, & edicto juſſit omnes Judæos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

dæos ex Palæstina in Ægyptum in vinculis deducere: cumq; jam multa millia cum uxoribus essent traducta, ut à qvingentis elephantis in hippodromo conculcarentur, beluæ autem præter naturam abhorrerent ab immanitate, rex tandem, pœnitentia ductus, salvos Judæos dimisit, ut legere est in tertio Maccabæorum libro. Polybius libro v. ab ebrietate & stoliditate eum graphice depingit. 17

3747. V. PTOLEMÆUS EPIPHANES F. initio regni, per Scopam ducem, Judæam & multas Syriæ urbes Antiocho ademit, ipsiq; Hierosolymorum arci præsidium imposuit. Sed ereptis paulo post exutus, pace firmata, gener Antiochi, ducta ejus filia Cleopatra in uxorem, factus est. 24

3771. VI. PTOLEMÆUS PHILOMETOR F. filiam Cleopatram elocaverat Alexandro Balæ, qvi, Demetrio Sotere fugato & cæso, regnum invaserat. Sed qvod sibi ab eo paratas fuisse insidias intellexerat, ademta illi Cleopatra & Demetrii Soteris filio Demetrio Nicanori elocata, non prius destitit ingratum filium perseqvi, qvā interiisset. In qvibus turbis refert Josephus lib. XIII. c. XIII. illum meruisse diadema Asiæ, ut rex Ægypti & Asiæ salutaretur: sed virum prudentem & nimiæ potentiæ minime cupidum, ne invidiosus esset, proceribus Antiochiæ congregatis, ut Demetrium, cui Cleopatram, ut diximus, uxorem tradiderat, reciperent tanqvā regni heredem, persvasisse, inq; acie adversus Alexandrum lethale qvidē vulnus accepisse victorem: sed lætum vita excessisse, qvia Alexandri caput recisum ad ipsum fuisset delatum. Hic est ille Ægypti rex, qvi templum Hierosolymitano simile concessit Oniæ, pontificis Judæorum filio, in Ægypto extruere. Initio regni fratri Ptolomæo Physconi seu Evergeti II. à qvo diu oppugnatus fuerat, regnum Cyrenarū concessit, graviterq; ab Antiocho Epiphane afflictus est. 35

3804. VII. PTOLEMÆUS PHYSCON seu EVERGETES II. Fr. homo turpissimus, sororem primo, deinde privignam stupratam sibi copulavit, multisq; aliis facinoribus ædes regias coinqvinavit, ceu Justinus libro XXXVIII. testatur. Ideoq; ob crudelitatem populo invisus, teste Livii Epitome libro LIX. clam in Cyprū profugit. Regnum à populo Cleopatræ ejus sorori & uxori datum: qvod nefando scelere & parricidio, in regnum reversus, ultus est. 27

3830.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

3830. IIX. PTOLEMÆUS LATHYRUS F. qvem Plutarchus Lamyrum, qvasi garrulum vocat, Thebas Ægyptiacas evertit, postqvam cum matre Cleopatra aliqvamdiu regnarat, ejusq; jussu una sorore repudiata alteram duxerat, post XVI. imperii annum ab ea in Cyprum expulsus solum vertit. Post decennium tamen, crudeli matre ab altero filio Ptolemæo Alexandro, qvem regni consortem interea fecerat & cui tandem insidias struxerat, occisa, reversus, fratre Alexandro matricida ejecto, regnum recuperavit. Hic est, qvi insignem victoriam adversus Alexandrum Judæorum regem reportavit, qvi à partibus matris ipsius stetit. 38

3868. PTOLEMÆUS AULETES F. Cypro à Romanis per Catonem subacta, cum nollet se illis opponere, à suis pulsus, Romam confugit, ut restitueretur, centumq; legatos Alexandrinos contra se ad senatum missos, interq; eos Dionem, principem legationis, partim in itinere, partim in urbe, emissis sicariis, ut Dion libro XXXIX. testatur, peremit, nec tamen ob scelus ullam pœnam senatui dedit, qvia Pompejus eum domum receperat, & multis modis adjuvabat. Interea præfecerant sibi Alexandrini Archelaum à Berenice ad regnum & torum evocatum. Hunc Gabinius à Pompejo contra S. P. Q. R. decreta missus profligavit, & Ptolemæum Auletem in regnum reduxit, & propterea postea in judicium est tractus, & primo qvidem in gratiam Pompeji absolutus, postea tamen damnatus, qvia non jussus à senatu & populo Ptolemæum reduxisset, qvod vetitum erat in libris Sibyllinis, & multis maleficiis Syriam afflixisset. 31

3893. X. & XI. PTOLEMÆUS DIONYSIUS & CLEOPATRA, Ptolemæo Aulete nati, incestuoso matrimonio copulati, defuncto patre regnum occuparunt. Dionysius puer adhuc Pompejum M. perfidiose consiliis L. Septimii & Achillæ spadonum è navi egressurum trucidavit. Cumq; diffideret à sorore Cleopatra, illius amore inductus Cæsar, dissidia fraterna compositurus advolavit: sed bellum adversus se qvoq; scelerare moveri sensit. Id dum feliciter conficeret, instructissima Ptolemæorum bibliotheca cum magna urbis parte conflagravit: inq; scapha effugere conatus Dionysius, in Nilo periit submersus. Cleopatræ, cum alteri fratri nupsisset, regnum à Cæsare qvidem datum est, sed ut Ægyptus in-

ter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

TABULA COGNATIONIS REGUM

Philippus rex Maced.

Alexander M. ex Olympiade.

Hercules ex Barsine. *Alexander posthumus ex Roxane.*

occisi cum matribus & Olymp. avia à Cassandro.

Aridæus ex Philinna pellice, sub tutore
1. Perdicca.
2. Antipatro.
3 Polysperchonte: occisus ab Olympiade, I. rex Maced. post Alex. M.

Thessalonica, ux. Cassandri, II regis Maced. filii Antipatri.

Philippus III. rex Maced.
Alexander matricida IV. rex Mac.
Antipater, V. rex Maced. gener Lysimachi VIII. regis Maced.

Stratonice, conjux Seleuci Nicanoris, IX. regis Maced. I. regis Syriæ & Asiæ, hostis ipsius soceri.
II. Antiochus Soter, qui novercam à patre obtinuit uxorem.
III. Antiochus Theos, conjux 1. Laodicæ repudiatæ & postea receptæ. 2. Berenicæ, filiæ Ptolemæi Philadelphi.

IV. Seleucus Callinicus novercam Berenicen occidit: inde bello à Ptol. Evergete petitus *Antiochus Hierax è bellis cum fratre notus.*

V. Seleucus Ceraunus. *Eurydice conjux Ptol. Philopatoris.* *VI. Antiochus M.*

VII. Seleucus Philopator, cujus dux Heliodorus. *VIII. Antiochus Epiphanes.* *X. Demetrius Soter, cujus dux Nicanor & Bacchis.*

IX. Antiochus Eupator à Demetrio Sotere occisus.

XI. Pseudalexander, nothus Antiochi Epiphanis: conj. Cleopatræ, Pt. Philometoris filiæ, ipsi deinde ademtæ & Demetrio Nicanori datæ.
Antiochus pupillus, à tutore Tryphone rege Syriæ XIII. cæsus.

XII. & XV. Demetrius Nicanor, gener Ptol. Philomet. necatus ab Alex. Zebina rege XVI.

XIV. Antiochus Soter seu Sedetes.

XVII. Antioch. Griphus matricida. *Seleuc9 à matre peremtus.* *XIX. Antioch. Cyzicenus.*

XVIII. Seleucus. *Antiochus. Dionysius.* *Philippus.* *Demetrius.* *XX. Antioch. Eusebe.*

post quos remotos Tigranes Armenus cui Pompejus Syriam ademit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

MACEDONIAE, SYRIAE & ÆGYPTI.

I. Ptolemæus nomine Lagi, re Philippi filius. I. rex AEgypti. Conj. Eurydice Antipatri filia.

Ptol. Ceraunus, rex Maced. X. post quem XI. XII. XIII. Meleager, Antipater & Sosthenes.

Arsinoe, conjux 1 Lysimachi. 2 fratris Pt. Ceraunij { *Agathocles à patre interfectus.* / *Lysim. & Philippus à vitrico Ptol. Ceranno interfecti.*

Antigone, uxor Pyrrhi, regis Epirotarum.

II. Ptolemæus Philadelphus ex Berenice natus.

Berenice, uxor Antiochi Thei.

Magas à fratre occisus.

III. Ptol. Evergetes, hostis Seleuci Callinici.

IV. Ptol. Philopator, hostis Antiochi M. cujus tandem sororem duxit.

V. Ptol. Epiphanes. Conjux Cleopatra Antiochi M. filia

VI. Ptol. Philometor, pater Cleopatræ, conjugis Pseudalexandri.

Cleopatra conjux fratris Ptol. Physconis.

Ptol. Alexander, matricida.

X. Ptol. Dionysius, conjux sororis, percussor Pompei.

VII. Ptol. Physcon seu Evergetes II.

VIII. Ptol. Lathyrus, conjux sororis.

IX. Ptol. Auletes à suis pulsus, à Gabinio reductus.

XI. Cleopatra uxor 1. fratris. 2 pellex Cæsaris, unde genuit Ptol. Cæsarionem. 3 Uxor Antonii, cui peperit Alexandrum, Cleopatram Jubæ uxorem & Ptol. Philadelphum.

† *Cleopatra ex Olympiade, uxor Pyrrhi sponsa Perdiccæ & Ptolemæi Lagi, ab Antigono occisa.*

Antigonus nothus, qui octogenarius occubuit in ingenti ducum prælio.

Demetrius, gener 1. Antipatri 2. Ptol. Lagi, socer Seleuci. VI. rex Macedon. post quem Pyrrhus VII. rex Maced.

* *Demetrius, rex Maced. XV.*

Antigonus Gonatas, XIV rex Maced.

Philippus rex Maced. XVII. cujus tutor & vitricus Antigonus Doso, rex XVI

Perseus rex Macedon. XIIX. ab AEmilio Probo captus A. M. 3582.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ter Romanorum provincias referretur. Hæc Cleopatra est famosissima illa femina, qvæ Cæsaris amoribus defuncta, Antonio nupsit, & ab eo regina reginarum appellata est. Sed fraudulenta & furens mulier, Antonio ab Octávio Augusto debellato, victoris cœpit favere partibus. Cumq; nihilominus in triumphum asservaretur, morsu aspidis interiit. Pepererat ex J. Cæsare Ptolemæum Cæsarionem, qvem triumviri, Octavius, Lepidus & Antonius, regem nominarunt, sed potestate regia haud armatum. Ex Antonio qvoq; conceperat gemellos, Alexandrum & Cleopatram, qvibus omnibus amplissima regna pater destinaverat. Sed post Actiacam cladem Cæsario interfectus; Cleopatra Jubæ elocata & cum Alexandro fratre in triumphum abducta est ab Augusto: qvi levissimos Ægyptiorum mores, & ad studia novarum rerum proclivitatem intuitus, omnibus senatoribus potestatem Ægyptum adeundi, nisi ipse nominatim alicui concessisset, ademit. Prætерfluxerunt autem à morte Auletis ad Cleopatræ obitum anni 52

Duravit igitur regnum Lagidarum post mortem Alexandri M. annos 293

Qvia autem omnia, qvæ de rebus in Ægypto, Syria & Asia post fata Alexandri M. gestis admodum obscura sunt, nisi constent cognationes regum; ideoq; anteposita tabula inspicienda, qvæ lucem aliqvam VII. & VIII. capiti Danielis, ut & libris Maccabæorum afferet.

V. Dixisti, Asiaticum regnum post Alexandri M. mortem in plura abiisse imperia, Pergamenum, Bithynicum, Cappadocum, Ponticum, Armenicum. Hæc qvoq; curriculo mihi explicari velim.

REGNUM PERGAMENUM vocatur etiam Attalicum, Phrygiam & Lydiam primo complexum, deinde latius prolatum, Caria, Lycia, Pamphilia, aliisq; ad Taurum montem adjectis. Condidit illud Philæterus Paphlago secundum Pausaniam; juxta Strabonem Tyanensis spado, qvi thesaurorum Lysimachi in castro Pergameno custos, defecit à domino, & se suaq; Seleuco Nicanori Syriæ regi, Lysimachi hosti, commisit, tandemq; pecunia regia fretus, conductis militibus, contra hostes armis se tutatus, principatum sibi novum constituit. Fratres habuit duos, EUMENEM & ATTALUM: illum natu majorem; hunc minorem. Et successit Philætero Eumenis fratris pridem defuncti filius Eumenes, patri cognominis: qvi Antiochum Soterem, Seleuci Nicanoris heredem, ad Sardes in prælio superavit: regio tamen nomine abstinuit, tandemq; defunctus, post-
qvam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

qvam annos XXII. regnavit, patruelem suum Attalum, Attali filium, heredem regni, proximo anno poſt finitum Romanum bellum Punicum primum, reliqvit. Hic Attalus, Gallis ingenti prælio ſuperatis & in Galatiam Paphlagonum regionem remotis, regium nomen cum diademate ſibi ſumſit, & occaſione belli inteſtini inter Seleucum Callinicum & Antiochum Hieracem, regno ſuo haud parva incrementa adjecit, fidus Romanorum ſocius contra Philippum Macedonum regem. Poſtqvam XLIV. annos præfuerat, ſucceſſit è IV. filiis natu maximus Eumenes, & ipſe Romanorum amicus, belliq; contra Antiochum M. & Perſeum ſocius. Deceſſit, cum regnaſſet annos XXXIX, & reliqvit unicum filium ex Stratonice conjuge, Cappadocum regis Ariarathis filia, Attalum, ſub tutore patruo Attalo Philadelpho. Sed hic ipſe pro rege ſe geſſit, itidem amicus Romanorum: & anno regni XXI. completo, imperium demum moriens Eumenis & Stratonices filio Attalo, qvem III. numerant & Philometoris cognomine appellant, reliqvit. Hic moriturus prorſus degener, & in omnia vitia effuſus, heredem ſcripſit populum Romanum, cum vix qvintum annum regni compleſſet. Etſi autem Ariſtonicus Attali III. frater conſangvineus, ignobili concubina editus, contra Romanos ſibi regnum vendicabat, victus tamen à Perpenna conſule, captus, omniq; poteſtate exutus eſt.

VI. BITHYNIAE etiam regnum perluſtrabimus.

Poſt mortem Alexandri dimicantibus inter ſe ducibus, Zipœtes Thrax regnum in Bithynia ſibi conſtituit. Hujus filius NICOMEDES, cognomine magnus, condidit illuſtrem urbem Nicomediam. Ei filii ſucceſſerunt, Zielas primo, factis obſcurus, deinde Pruſias Cynegus & venator dictus, Philippi Macedonum regis gener, perpetuus hoſtis Attali, qvi populi Romani libertum nimio adulandi ſtudio ſe profeſſus eſt, & ad qvem Hannibal demũ confugit. Ob ſævitiam populo exoſus, à filio Nicomede Epiphane II. regno eſt exutus & interemtus. Epiphani huic filius Nicomedes III. Philopator dictus, ſucceſſit: qvem Mithridates Ponti rex ejecit: ſed Romani reſtitutum multis beneficiis affecerunt. Ex hoc natus Nicomedes IV. amaſius C. Cæſaris: qvi ſine liberis diſcedens, teſtamento populum Romanum heredem conſtituit.

VII. Siccine duorum regnorum inclitorum Romanus populus heres ſcriptus eſt? Sed qvodnam eſt tertium in Aſia regnum, qvod poſt Alexandri M. tempora enatum eſt?

CAPPADOCUM id eſt, ſub poſteris Pharnacis, qvi Cyri Perſarum regis

 ſoro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

fororius fuit, diu ante Alexandri M. tempora. Pervenit tandem ad ARIARATHEN, regem ordine IIX. cui frater Olophernes successit. Qvo defuncto, Ariarathes II. filius, imperium obtinuit, qvem Perdiccas dux Alexandri M. in prælio captum cum agnatis in crucem egit. Evasit tamen hanc familiæ cladem filius ejus Ariarathes III. qvi, postqvam diu apud Armenios exulaverat, dissidio ducum Macedonicorum usus, regnum paternum recuperavit. Huic successit filius Ariamnes & ex Ariamne natus Ariarathes IV. gener Antiochi Thei Syriæ regis: filiusq; ejus Ariarathes V. gener Antiochi M. Fuit hic soceri causa primum hostis, deinde socius Romanorũ, & reliqvit filium Ariarathen VI. cognomine Mithridaten, in bello Asiatico contra Aristonicum, dum pro Romanis pugnabat, cæsum. Ex hoc & femina truculenta Laodice, qvæ regnandi libidine ardens, qvinq; ex sex filiis peremerat, Ariarathes VII. solus sævitiæ maternæ superstes, prodiit: qvem tandẽ uxoris frater Mithridates rex Ponti cũ duobus filiis adhuc adolescentibus, Ariarathe IIX. & IX. vi & fraude, anno mũdi ↄ cIↄIↄcccxLIII. evertit. Mithridate submoto, populus Romanus designavit ex voluntate populi Ariobarzanem regem. Hunc TIGRANES Armenius Mithridatis rogatu expulit; Pompejus restituit. Habuit successorem filium ejusdem nominis, circa tempora belli civilis inter Julium Cæsarem & Pompejum, interemtum tandem à fratre Ariarathe. Ultimum hunc Ariarathen Antonius triumvir necavit, eiq; qvendam ex proceribus nomine Archelaum Cappadociæ surrogavit. Qvi ipse tandem, cum Tiberio invisus esset, qvod eum Rhodi agentem nullo officio coluisset, Romam dolo evocatus, anno regni sui L. finem vitæ sponte an fato implevit, ejusq; regnum Romanis cessit in provinciam: fructibusq; ejus levari posse centesimæ vectigal Tiberius professus, ducentesimam imposterum statuit.

VIII. REGNUM PONTICUM qvodnam est?

Reges Pontici ex regio Persarum sangvine per Artabazem ortum traxerunt, ut plurimum Mithridatis, Pharnacis qvoq; nomine insigniti. Imprimis MITHRIDATES VII. Mithridatis VI. Evergetæ filius, qvem Eupatora & Dionysium vocarunt, eminuit, decimus sextus à primo familiæ conditore Artabaze. Totos enim XLVI annos cum Romanis, tot regum victoribus, gravissimo bello contendit, & Asiam atq; Europam armis suis turbavit. Q. Sertorium in Hispania, & TIGRANEM, Armeniæ regem, generum suum in oriente in belli societatem traxit. Debellatus tandem à Pompejo, & ad Stellam Armeniæ, ubi postea cum Bajazete Turcorum impe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

imperatore Tamerlanes Tartarus dimicavit, superatus, cum frustra novas belli vires tentaret, & ipse ejus filius Pharnazes ab eo diffidere cœpisset, anno ætatis LXIX. morte ultronea obiit. Successit patri in Bosporano regno PHARNACES, & regnavit per xv. annos, sed accisis viribus: qvas cum, civili Romanorum discordia usus, augere vellet, & Pontum jam, Domitio Calvino Cæsaris legato in fugam conjecto, recepisset, tam feliciter & celeriter profligatus est, ut Cæsar victoriam suis significaturus, Romam scriberet: VENI, VIDI, VICI. Filio Pharnazis Dario Antonius triumvir post aliqvot annos regnum restituit, sed tenue, & qvod iis esset prorsus addictum, qvi rerum apud Romanos potiri sunt.

IX. Ad regnum ARMENIÆ, qvod sub ducibus Alexandri M. coaluisse dixisti, nos convertemus.

Regno Armeniæ hactenus præfecti Persarum, & deinde Græcorum præfuerant. Tandem duo Antiochi Magni duces, Zadriades & Artaxias, illecti impunitatis spe, rebellione facta, Armeniam vi & armis sibi vendicarunt, ille minorem; hic majorem. Posteri eorum, ut & ipsi, obscurioris sunt nominis, qvam ut aliqvid de iis in literas referri potuerit. Tandem TIGRANES, Mithridatis Pontici gener, ex Artaxiæ prosapia oriundus, cui rerum gestarum amplitudo Magni cognomentum peperit, magnum genti splendorem addidit. Adolescentulus vixerat obses apud Parthos. A qvibus cum regni se parte redemisset, tanta vi illos oppugnavit, ut terror Parthorum omniumq; vicinorum vocaretur. Hinc Armeniam minorem adortus, ultimum ex posteris Zadriadis Artanem ditione & vita expulit: regnum Syriæ, deturbatis Seleucidis, evocatus occupavit: vicinos reges debellavit: Ariobarzanem regem Cappadociæ ejecit: Mithridatis partes adversus Romanos defendenda suscepit. Duobus igitur præliis maximis á Lucullo fractus, qvanqvam á Pompejo, ad qvem supplex devenerat, in regnum restitutus est, præcipuis tamen provinciis spoliatus, solum regnum paternum retinuit. Crudelis fuit in filios, q[illegible]n unum in prælio, alterum in venatione, qvod se prolapsum negle[illegible]sere, interfecit; tertium Tigranem parricidali apud Pompejum ac[illegible]tione in vincula redactum Romam in triumphum mitti curavit. Artuasdes, qvem solum ex filiis constanter amaverat, defuncto successit. Interim Pompejus Armeniam minorem Dejotaro Galatiæ Tetrarchæ, á qvo in bello adversus Mithridatem adjutu fuerat, concessit, & amicum P. R. illum salutavit. Hic in civili bello á Pompeji partibus in prælio Pharsalico depugna-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

vit. Illo victo in fidem Cæsaris supplex se contulit. Apud hunc ipsum tamen, tanqvam qvi insidias vitæ ejus struxisset, à Castore paulo post accusatus est, sed à Cicerone egregie defensus & à crimine absolutus. Filius ejus, in qvo summam spem, & summam ingenii indolem, summamq; virtutem fuisse Cicero testatur, & qvē Romanus senatus jam regem salutaverat, ante patrem obiit: & Armenia minor post illum varia variorum imperia sustinuit, donec tota cederet Romanis. In majori vero Armenia Artuasdes, Tigranis filius, qvem eruditissimum fuisse, & non modo tragœdias scripsisse, verum etiam orationes atq; historias commentatum esse dicunt, Antonii scelere catenis vinctus, in triumphum Alexandriam ductus, & post annorum aliqvot captivitatem interemtus est. Eam perfidiam bello vindicavit Artaxias II. Artuasdis filius, sed parum feliciter. Per dolum enim propinqvorum est interemtus, ut est in secundo annalium Taciti. Datus est postea à J. Cæsare Armeniis rex TIGRANES, & in regnum à Tiberio Nerone deductus. Sed nec ipsi nec ejus liberis diuturnum fuit imperium. Dein jussu Augusti impositus est ARTUASDES II. Sed & hic non sine clade Romanorum dejectus. Tum C. Cæsar componendæ Armeniæ delectus, ARIOBARZANEM origine Medum, ex regno paterno Atropatiæ in Media ab Antonio expulsum, virum insignem, Armeniis præfecit. Qvo fortuita morte absumto, stirpe ejus neglecta, ERATO regina est designata, sed brevi post à suis deserta. Hinc vacuum regnum à profugo Parthorum rege VENONE est occupatum: sed & hic brevi amotus. Postea præfecerunt sibi ZENONEM Polemonis regis Pontici filium in Armenia educatum, cujus capiti ipse Germanicus, Romam ex oriente contendens, in urbe Artaxata diadema imposuit. Armeni & hunc vocavere Artaxiā. Postea Hiberorum rex PHARASMANES cum fratre MITHRIDATE, hortante Tiberio, Armeniam, qvæ tum ad Parthos accesserat, invasit, & occupatæ Artaxatæ Mithridates est impositus. Post tamen imperante Claudio Rhadamistus Pharasmenis filius Mithridatē, patruum suum, horrendo scelere, ut leger[illegible]t libro XII. histor. Taciti, in potestatem redactum, contra datam fidem interemit. Ipse à Tiridate regis Parthorum fratre brevi post regno dejectus, sua manu Zenobiam uxorem, qvæ fugam tolerare amplius non poterat, vulneratam flumini immersit: qvam tamen pastores servatam ad Parthos deduxere. Illorum rex TIRIDATES hinc Armeniam sibi vendicabat. Sed Claudius per Corbulonem eam Tigrani Archelai Cappadocum regis filio concessit. Cumq; Tiridates à Corbulone ad an-

gustias

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

guſtias redactus, ad effigiem primo Neronis, deinde profectus Romam è manu ejusdem diadema ſumſiſſet, pax de Armenia usq; ad tempora Trajani Parthis & Romanis fuit. A qvo tempore fluctuavit Armenia ſub regibus variis, aut Romanorum & poſtea Saracenorum & Turcorum, aut Parthorum clientibus, ut copioſius in rebus Perſicis libro tertio explicandis dicemus.

X. Si una Aſia poſt Alexandri M. tempora tot reges, in tam diverſis regnis, tam exiguo tempore dedit, qvantas mutationes in reliqvis mundi partibus contigiſſe dicam?

Multæ enim omnino fuerunt. INDIAM, ut de illa incipiamus, Alexander partim ſub prioribus regibus, partim ſub præfectis, Philippo, Nicanore, Pithone reliqvit. Sed defuncto Alexandro, Indi jugo excuſſo præfectos ad unum omnes autore SANDROCOTTO peremere. Hic humili genere natus, prodigio ad ſpem regni impulſus eſt. Nam leo lingva detergere viſus fuerat dormientis ſudorem: & molienti bellum adverſus Alexandri præfectos, elephantus ferus ſe ultro obtulerat, eumq; tergo exceperat. Fortiter hic Sandrocottus omnia expediit, & everſa Macedonum dominatione, univerſam Indiam ſubjugavit. Dicitur Iↄc millia armatorum circumduxiſſe. Seleucus Nicanor in eum, qvod ſupra diximus, movit, & in certas pacis conditiones tandem cum eo deſcendit. Poſt Sandrocottum tempore Antiochi M. in India regnavit Sophaſenus; tempore Augusti Porus & Pandion, qvi legatis miſſis fœdus cum populo Romano pepigerunt. Fuit in illa legatione Zarmarus Gymnoſophiſta, qvi ſe ex inſtituto ſuæ philoſophiæ more Calani vivum Athenis cremavit. Qvi plura de admiranda philoſophia Gymnoſophiſtarum cognoſcere ſatagit, Philoſtratum in vita Apollonii philoſophi perluſtret. Ut autem Sandrocottus Indiam, ita Mediæ partem PARTHI ſibi rapuerunt; partem ATROPATES. Poſteri hujus Atrapatæ, à qvo Atropatia nomen ſortita eſt, ad Antonium usq; regnum tenuere, qvi ultimum Artuaſden cum filio Ariobarzane omni regno ejecit. SYRIA non minoribus rerum mutationibus agitata eſt. In illa enim non ſolum Maccabæi ſeu Aſmonæi peculiare Judææ regnum condiderunt, qvod Herodes tandem Aſcalonita ſibi rapuit, ſed & reges COMMAGENI, EMESENI, EDESSENI, ADIABENICI, CHARACENI regiam ſibi autoritatem conciliarunt. Imprimis celebres fuerunt reges NABATÆORUM in Arabia: inter qvos Hierotimus, ut Juſtinus lib. xxxix. teſtatur, fiducia Iↄc. filiorum, qvos ex pellicibus ſuſceperat, diviſis exercitibus, jam Ægyptum, jam Syriam infeſtabat, magnumq; nomen Arabum, viri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

viribus finitimorum attenuatis, fecerat. Tres etiam in Arabia ARETÆ celebrantur, qvorum primus memoratur II. Maccab. v. alter cum regibus Judæorum & Syrorum gravissima bella gessit, ut Josephus lib. XIII. & XIV. antiqvitatum tradit; tertius, cujus Josephus seqventibus libris subinde meminit, Herodem Antipam armis adortus, omnem ejus exercitum delevit. In AFRICA effloruere regna, CYRENÆUM, LIBYCUM, MAURITANICUM, & imprimis NUMIDICUM, de qvo in historia Romana pluribus agendum est. In EUROPA etiam non pauca extiterunt: ILLYRICUM, in qvo Teuta, Scerdiliadus, Genthius ex Livio noti; ISTERICUM, NORICUM, ALPINUM, & qvæ nostra patria habuit, BASTARNICUM, CIMBRICUM, TEUTONICUM, GERMANICUM. Qvæ omnia prævia Reineri Reinecii Julia historia exactius cognoscere poteris, in qva etiam luculenti discursus de regno SARMATICO & BRITANNICO, ut & de TETRARCHIA GALATICA & aliis rebuspublicis post Alexandri M. tempora aut coalescentibus aut novas vires reparantibus, instituuntur. In Græcia imprimis RESPUBLICA ACHÆORUM, à XII. urbibus confæderatis celeberrima, efflorere cœpit, in qva Græcorum vires jam penitus attritæ redintegrari paulisper visæ sunt, cujusq; imperio nobilis illa Sparta tantis tot annorum victoriis clara tandem accessit.

XI. Age ergo, & qvandonam cœperit, qvamq; diu perstiterit RESPUBL. ACHÆORUM, edissere.

Achæis, qvi olim Ægialenses dicti sunt, post Heraclidarũ in Peloponnesum reditum præfuisse primum regem Tisimenum, Orestis filium, Agamemnonis nepotẽ, testatur Polybius, & nos supra recensuimus. Pausanias reges eorum à Xutho Erechthei Atheniensium regis genero altius deducit, & Xuthi filios facit Achæum atq; Jonem. Illius posteros substitisse dicit in Peloponneso; hujus in Atticam pulsos tandem in Asia Jonicas civitates condidisse. Achæi aliqvandiu regibus usi sunt post Tisamenum: sed cum Sygi, qvi ultimus apud eos rex fuit, filii, non ex legum præscripto, sed violentia tyrannica imperarent, regno abolito, rerum summam penes populum esse voluere: cœperuntq; tanta laude remp. administrare, ut undecunq; ad eos legationes, controversiarum componendarum gratia, confluerent, & multi eorum instituta tanqvam exemplar perfectæ reip. imitanda sibi proponerent. In magnis illis motibus, qvibus jam Persæ; jam Græci inter se civilibus bellis depugnantes; jam Philippus & Alexander M. universam Græciam diuturnis bellis concusserunt, sapienter omnia administra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſtravere, viribusq́ aliarum in Græcia civitatum penitus fractis, Achæi, exiguis qvidem finibus in XII. Achajæ non ita magnis civitatibus circumſcripti, ſed ſtudio æqvabilitatis democraticæ & juſtitiæ omnibus commendati perſtiterunt. Duodecim illæ civitates fuere: Patræ, Dymæ, Pharæ, Tritæa, Leontium, Ægira, Pellene, Bura, Ceraunia, Carinia ſeu Ægium, Olenus & Helice: ex qvibus duæ poſtremæ ante Leuctricam pugnam terræ motu ſunt abſorptæ. Poſt Alexandri M. tempora, cum regna ejus inter varios duces distraherentur, civitates Achæorum etiam in partes ſeceſſerunt. Aliæ enim præſidia recipiebant Demetrii; aliæ Antigoni: nonnullæ à tyrannis occupabantur. Eo autem tempore, qvo Pyrrhus rex Epirotarum in Italiam trajecit, rurſus coire primæ IV. civitates in eandem ſocietatem cœperunt. Paulatim acceſſerunt etiam reliqvæ, excluſis regum præſidiis & ejectis tyrannis. Initio conſtituerunt Qvæſtorem unum & duos duces: poſtea tamen uni duci ſeu ſtratego omnium rerum ſummam commiſerunt. Primus omnium hunc honorem adeptus eſt Marcus Carynenſis. Ei poſt qvadriennium ſucceſſit ARATUS SICYONIUS, cum eſſet annorum XX. qvi ſtatim patriam tyrannide liberavit, & poſtea Corinthum, ex cujus arce, qvam Acrocorinthum vocant, Antigoni Gonatæ Macedonum regis præſidia ejecerat, ut & Megaram reip. Achæorum adjecit, id unice conatus, qvanqvam fruſtra, ut tota Peloponneſus, ipſiq́ Spartani in unum corpus redigerentur, &, Macedonibus è Peloponneſo ejectis, fractisq́ tyrannidibus, communis libertas omnibus pareretur. Et in multis civitatibus tyranni ultro dimittebant poteſtatē, ſeq́ ethnicæ, ceu vocabant, reip. adſcribi voluere: qvod fecere Lyſidas Megalopolitanorum; Ariſtomachus Archivorum; Xenon Hermioniorum, & Cleonymus Phliaſiorum tyranni. Suſpectæ erant jam Achæorum vires finitimis, Laconibus imprimis, Macedonum regibus & ÆTOLIS: qvi & ipſi exemplo Achæorum in unam remp. coaluerant, &, poſtqvam Galatarum adverſus Delphos impetum, de qvo alibi dictum, cohibuiſſent, ingentes ſibi ſpiritus ſumſerant, nec ſibi jam ab injuriis vicinorum temperare poterant, ſed incurſionibus freqventibus jam Illyrios, jam Epirum, jam Macedones, jam ipſam Peloponneſum infeſtam habebant, & variis bellis ſeſe implicabant. Qvin & de Achæis opprimendis ſubinde conſilia agitavere, eumq́ in finem cum Macedonum rege Antigono Doſone, qvem alioqvin hoſtem habuerant, & cum Cleomene rege Lacedæmoniorum, fœdus pepigere, & initium belli adverſus Megalopolitanos Achæis jam ſociatos fecere. Achæi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

cum Cleomenes Spartanus, auxiliis Ptolemæi regis Ægyptiorum fretus, plures jam civitates, ipsamq; Corinthum, in suam potestatem redegisset, ut Antigonum regem Macedonum sibi reconciliarent, arcem Corinthum, qvam suis præsidiis tenebant, fidei gratia tradidere. Propterea magnis cum copiis Antigonus, expeditione adversus Ætolos & Spartanos suscepta, utrosq; ad extrema pene redegit: ipsaq; Sparta potitus est, ut in historia Spartanorum & regum Macedoniæ diximus. Ætoli suis se conatibus everterunt, & pravis Scopæ & Dorimachi consiliis usi, turpi levitate animi qvosvis amicos sibi reddiderunt infestos. Hinc etsi Arato victoriam egregiam initio extorserunt, qvi Messeniorum causam adversus eorū injurias defendendam susceperat, & freqventibus incursionibus Græciam devastarunt, Philippus tamen Demetrii filius, rex Macedonum, in auxilium ab Achæis & sociis vocatus, eos admodum, Arato venenis necato, attritos in ordinem redegit, ut ex libro IV. Polybii constat, murisq; urbis destructæ versiculum illum inscripsit:

Vides numen, cujus jaculum volaverit?

Inde Romanis, qvorum societatem fiducia Antiochi regis eluserant, in prædam cesserunt: & omne eorum nomen, & cum nominē Panætolium, concilium illud commune, in qvod qvotannis ad remp. ordinandam coire consveverant, penitus deletum est. Achæi vero post Aratum, dignum, qvem Plutarchus peculiari encomio exornaret, & in cujus laudibus simul & defectibus describendis Polybius totus esset, PHILOPÆMONE prætore sibi præfecto, ad tantam emersere hujus viri virtute potestatem, ut potentissimo cuiq; pares viderentur viribus. Fuit ille Philopœmen natione Megalopolitanus, ex Arcadia oriundus, qvi in juventute præceptis philosophiæ imbutus, cum militiæ se tandem tradidisset, summa cum laude omnia peregit. Nominant eum nonnulli Græcorum ultimum, qvia Græcia post eum nullum magnum, seq; dignum virum protulit. Primæ illius expeditiones adversus Spartanos fuerunt, à qvibus patria ejus Megalopolis occupata fuerat. Moti ejus virtute Achæi, summæ eum rei admoverunt. Romani etiam in societatem allectum variis beneficiis affecerunt. Sed nec ipse Romanis defuit, cum adversus Philippum, Ætolos, Antiochum bella gererent. Megalopolin reparavit: Spartam tandem, Macharida & Nabide tyrannis eversis, Messenen, Eliden concilio Achæorum inseruit: & cum Spartani novis rebus studerent, ita in ordinē eos redegit, ut muros demolitus, leges Lycurgi prorsus antiqvaret. Idem facturus adversus defi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ciente, Messenios, ex insidiis captus, venenum in carcere bibit septuagenarius, eo qvidem anno, qvi trium imperatorum clarissimorum funere nobilis est, Annibalis, P. Scipionis & Philopœmenis. Tanti cum viri exitio flaccessere cœpit gloria Achaica. Eminuit qvidem post eum POLYBII historiographi nobilissimi pater LYCORTAS: sed turbatis jam rebus omnibus. Spartani enim de Achæorum injuriis apud Romanos conqvesti, in extremam illos traxerunt ruinam. Et plurimi cives gratiæ Romanorum patriam postposuerunt, nihil non in optimi cujusq; perniciem moliti. Ipsi Romani res Achaicas eo fastigii conscendisse sentientes, ut totius Peloponnesi vires in unam remp. collatæ viderentur, Spartam, Argos, Corinthum & alios à corpore illo & societate publica astu separarunt. Id ægre ferre Achæi, Lacedæmonios veluti omnis injuriæ autores male multare, legatorum Romanorum honorem lædere: eam occasionem belli avide arripere Romani. Bellum incepit Metellus; confecit Mummius consul, à qvo Corinthus est excisa; concilium Achaicum abolitum, & universa Græcia, amissa veteri libertate, in provinciam redacta.


XIII *Spartanis circa hæc tempora præfuisse tyrannos, qvod dixisti, admodum miror, cum illud nomen qvidem ferre illos non potuisse sciam. Dic igitur, qvi status SPARTAE, & nisi ægre est, qvi qvoq; ATHENARUM hoc tempore fuerit.*

Primus, qvod diximus libro primo, Lycurgus SPARTÆ tyrannidem corripuit, & vario eventu cum Philippo rege Macedonum & Messeniis bella gessit. Ei defuncto in tyrannide (qvæ potestate regnum superat; potentia inferior est) successit Machanidas: & huic in pugna ad Mantinæam à Philopœmene interfecto Nabis. Hic Spartam muro circumdedit, & continuis bellis Achæos lacessivit. Tandem hostis à Romanis judicatus, qvod societatem cum Philippo rege Macedonum junxerat, à T. Qvintio simul & Philopœmene debellatus, tandemq; interfectus est. Sic cessit Sparta Achæis, omnibus prorsus viribus, ipsis etiam muris nudata. Sed recuperavit suam libertatem, cum Romani Achæos bello perseqverentur, & legibus Lycurgi in usum revocatis, pristinam reip. formam, si reges excipias, instauravit, nihilq; Romanis qvicqvam præter socias operas præstitit: & Spartana nobilitas diu adhuc celebrata fuit. ATHENAS fere similes casus exercuerunt. Post fatalia namq; illa bella, qvibus Græcia in sua viscera desœviit, exigua usæ potestate, tandem sub ducibus defuncti Alexandri M. tyrannum acceperunt DEMETRIUM PHALEREUM. Imposuit il-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

lum Cassander Antipatri filius, rerum in Græcia potitus. Fuit hic Demetrius Phalereus vir eloqventissimus, optimis qvibusq; artibus imbutus, qvi nullum unqvam boni principis officium prætermisit. Verum cum Demetrius, Antigoni filius, exturbato ex Græcia Cassandro, Athenas occuparet, Demetrius Phalereus ultro ex ingrata urbe Thebas, & inde in Thraciam cessit. Tandem Ptolemæo Lagi, regi Ægypti, ita se probavit, ut inter amicos ejus cooptatus, in ferendis legibus primas teneret. Cassander magna Græciæ parte recuperata, Athenis novum exuscitavit tyrannum Lacharem, hominem crudelitate & impietate abominandum. Sed non diu urbi præfuit, turpiq; fuga, veritus arma Demetrii, qvi Athenas gravi obsidione premebat, sese tandem proripuit. Atheniensibus postea nullo unqvam tempore securitas à Macedonum armis fuit. Ultimum tyrannum Atheniensibus dedit bellum Mithridaticum. Fuit is Aristio, alias Athenio dictus, civis Atheniensis, de qvo prolixe agunt Athenæus lib. v. c. x. Strabo lib. IX. & Plutarchus in Sulla. Hic in intimis Mithridatis amicis locum promeritus, Athenienses ad defectionem à Romanis callida oratione abstrahere conatus, cum plebi persvasisset, tyrannum sese profitebatur, & crudeliter omnes habebat. Verum cum Sulla, expeditione in Græciam facta, Athenas obsideret, scurram potius, qvam ducem sese gessit, occupataq; à Romanis urbe, seu ferro seu veneno periit. Sulla, cæde ingente edita, Pyreæo incenso, & muris destructis, cum optimates, qvi in motum hunc non consenserant, pro urbe deprecarentur, cum collaudatione qvadam priscorum, se vivos mortuis condonare dixit, sacrisq; suis & fama eos donavit. Sic Athenæ spacium ad recolligendas qvodammodo vires nactæ sunt. Verum pelago trium priorum Monarchiarum enavigato, vastum Romani imperii Oceanum, divina annuente gratia, ingrediamur.

SOLI DEO GLORIA.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

LIBRI SECUNDI
SECTIO I.
de prima ætate Romanæ monarchiæ ſub regibus.

I. Qvod igitur felix fauſtumq́ ſit, ad nobile orbis compendium, Romam, Romanasq́ hiſtorias animum convertemus.

QVartum in orbe imperium, reliqvis eminentius, in Danielis ſtatua ferreis cruribus & teſtaceis pedibus, ferrario fictiliq́ opere effigiatis & alio ejusdem prophetæ typo beſtiæ timendæ, terribili, decem cornibus ferociſſimæ aſſimilatur, qvæ dentibus ferreis omnia lacerabat, &, qvæ inde reliqva erant, ungvibus chalybæis conculcabat. Nos hanc monarchiam methodice conſideraturi, eam in certas ætates diſtribuemus: in qvarum prima ſub regibus tanqvam in infantia per annos CCXLIV coaluit; in ſecunda ſub conſulari, aliisq́ dictaturæ, cenſuræ, qvæſturæ, præturæ & tribunatus dignitatibus per CCCCXLVI. annos accrevit, & ipſa regum ſolia conſcendit; in tertia ſub imperatoribus usq; ad Conſtantinum M. gentiliſmum adverſus Chriſtianos CCCXLIX. annis defendit, variis alioqvin caſibus jactata: in qvarta biceps facta, omni fere in Orientem translata poteſtate, Occidentem annis CCCCXCIV. miſere diripi paſſa eſt: in qvinta converſo rerum ordine, Oriente Saracenis & Turcis expoſito, Occidentem feliciter refloreſcentem Germanis commiſit. Qvas Romæ ætates omnes anteqvam conſiderabimus, antiqvam Italiam ad rectius intelligendas Romanas hiſtorias, regumq́ in ea priſcorum ſeriem præmittemus.

II. Qvænam ergo fuit antiqva Italia, & qvæ ejus facies?

ITALIA mari ſupero ſeu Adriatico atq; infero ſeu Tuſco, qvod & Tyrrhenum dixere & Hetruſcum, jugisq́ Alpium immanibus clauſa, variisq́ populis ſemper habitata fuit. Plinius lib. III. cap. V. hoc mactat eam encomio, ut omnium terrarum alumnam & parentem numine Deûm electam eſſe dicat, qvæ cœlum ipſum clarius faceret, ſparſa congregaret imperia, ritusq; molliret, & tot populos discordes, ferasq́ lingvas ſermonis com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

mercio contraheret ad colloqvia, & humanitatem homini daret, breviterq; una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. Illinc eam remotissimis seculis per mare delati Græci ingressi sunt; hinc Galli Alpibus superatis irruperunt; aliunde alii. Proximioribus temporibus, postqvam Galli Italiam transpadanam, magnam etiam cispadanæ partem ad Anconam usq; & Apenninum transversum montem invasere, pars illa, qvam occuparunt, dicta est GALLIA ITALICA & TOGATA seu CISALPINA: in qva olim fuere Ligures circa Genuam ad mare inferum; ad mare superum circa Patavium & Vicentiam Veneti; ad Aqvilejam Carni; circa Polam Histri. In Alpibus fuere Taurini, Cottii, Ideonni, Salassi; circa lacum Verbanum Lepontii, Euganei, &, qvi cũ Transalpinis, Vindelicis atq; Noricis unam fecere provinciam, Rhæti. Hos omnes Galli deinde subegerunt, dicti trans Padum Insubres; cis Padum Ananes circa Placentiam; Boii circa Bononiam; circa Anconam Senones. In IPSA vero ITALIA, qvæ proprie sic dicta est, primi sub Apennino monte inveniebantur HETRUSCI seu TUSCI, qvorum præcipua oppida erant Veji, Volsinii, Clusium, Tarqvinii, Pisæ, Senæ, Luca, Florentia. Iis jungebantur ad Tiberium UMBRI, in qvibus Ravenna, Ariminum, Pisaurum, Urbinum. Infra illos ad mare, SABINI. Sub illis LATINI cum sua Roma; ÆQVI item, HERNICI, VOLSCI & AUSONES: qvorum omnium tandem terra ad Latium Latinorumq; regionem accessit, eorumq; nomine vocata est. A Sabinorum autem rege Italo universa regio dicta est Italia, Saturnia deinde & Latium ab Aboriginibus vocata. Hinc mare superum incolebant PICENTES, VESTINI, MARRUCINI, PELIGNI, MARSI, FRENTANI. Infra hos in mediterraneo erant SAMNITES nobilissimi & HIRPINI. Infra eos ad mare inferum CAMPANI, in qvibus Neapolis, & PICENTINI. Inde lævum Italiæ cornu insidebant APULI, CALABRI & LUCANI; dexterum in extima Italiæ ora BRUTII, ex qvibus per Siculum fretum brevissimus est in Siciliam trajectus. Et hæ ultimæ regiones maritimæ, Græcis diversis temporibus in Italiam invectis, cum vicina insula Sicilia, MAGNA GRÆCIA sunt appellatæ. Qvæ vestigia Græci moris hic fuerint, recenset Justinus libro xx. Cui imprimis LOCRENSES celebrati sunt: qvi numero xv. millium, cum auxiliũ à Castore & Polluce petiissent, & pro decimis prædæ, qvas Apollini Delphico hostes vixerant, tacito voto nonas dicassent, centum viginti millia CROTONIENSIUM memorabili prælio fuderunt. Ipsum autem Latium ut propius aspiciamus, Plinius dicit primum incoluisse illud Aborigenes, Pelasgos, Arcadas, Siculos,

los, Auruncos, Rutulos. Dionysius Halicarnasseus, antiqvitatum seu originum Romanorum scriptor luculentus, antiqvissimos ejus incolas facit Siculos; his pulsis Aborigines: qvi primum in montibus passim sine mœnibus vicatim habitaverunt: sed, postqvam Pelasgi & Oenotri, ex Arcadia ipsis admixti, opem in debellandis finitimis tulerant, exacta inde in proximam insulam Trinacriam, Siciliam hodie dictam, Sicula gente, oppida crebra munierunt, subegeruntq; sibi totum id terrarum spacium, qvod amnes duo Liris & Tiberis terminant. Aborigines primum qvasi Indigenæ, aut ab incertis sedibus Aberrigines, post à Latino rege Latini dicti.

III. *Qvinam horum LATINORUM PRIMI REGES fuere?*

JANUS Creusæ & Apollinis filius, nepos Erechthei Atheniensium regis, ut refert Sextus Aurelius Victor de Romanæ gentis origine, magna classe in Italiam venit, & in monte, qvem primum occupavit, urbem Janiculum exstruxit. Ad eum ex Græcia venisse dicitur SATURNUS, regno à filio Jove pulsus, qvi incolas, glandibus vesci, inq; silvis degere solitos, rationem agri colendi & domos fabricandi docuit. Qvia autem nonnulli, qvi temporum mentionem exactiorem ineunt, longeq; ante Italiam habitatam suos reges habuisse credunt, qvam Saturnus ad Janum annis ante U. C. ꟾↄLXXIII pervenit: ideoq; ante Janum illum, qvem Mavortem etiam nominari censent, & ante Saturnum, qvi ab illo exceptus est hospitio, prolixam invenimus apud Berosum & Manethonem regum Italiæ seriem: qvam ne sprevisse videamur, has cujuscunq; demum fidei antiqvitates huc à diluvio usq; adscribemus. Dicunt autem, priscum Janum, id est, NOACHUM, anno post diluviũ CVIII. in Italiam venisse, & posteris Gomeri, qvi postea dicti sint Aborigines, ibi sedes disposuisse: venisse postea anno post diluvium CCXLIX. in Italiam Chamesenum, id est, CHAMUM, & Aborigines suis corrupisse sceleribus. Secundo igitur Janum, qvi hactenus ratibus mare mediterraneum lustraverat, illuc advolasse, & jusso illo, postqvam eum triennio toleraverat, Italia excedere, in ordinem omnia redegisse: colonias alias Aboriginum in montanis trans Janiculum propagasse; alias Janigenarum seu Razenuorum, à sacrorum propagatione sic dictorum, cis Janiculum in planitie Tusciæ disposuisse: illis sacrorum simul & populorum præfectum, tanqvam aliqvem Coritum seu Laertem, id est, pontificem, suum ex Chamo & Cuscho pronepotem, Sabatium Sagam, (qvem Poëtæ & Macrobius vocant Saturnum) à Jove Belo, suo ex fratre Nimrodo nepote, post varia latibula ad se profugum præfecisse; his verò Cranium filium, alias Pistium & Fidium, item Sangium qvasi sanctum dictum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ctum, præposuisse, & illi addidisse XI. Lucumones seu sacerdotes. Qvem qvi insecuti sint, seqvens series monstrabit. Annos autem, qvibus qvisq; regnarint, omittemus, qvia sunt incerti.

SERIES REGUM APUD JANIGENAS in Tuscia.

SOLITUDO ITALIÆ post diluvium CVIII. annis.

I. JANUS primo venit in Italiam, anno post diluvium CVIII.

II. COMERUS, Jani ex Japheto nepos.

III. OCHUS VEJUS F.

IV. CHAMESENUS, Jani filius degener.

V. JANUS secunda vice tempore Nini venit in Italiam: & cum eo simul SATURNUS SABATIUS SAGA, hospitio exceptus, regnavit apud Aborigines tempore Semiramidis. Et hujus Sabatii posteri fuere Sabus, unde dicti sunt Sabini & Samnites: Sabellus seu Curitus: Anitinus: Aruns: Pherentius.

VI. CRANUS, ejusq; soror & uxor Crania: qvos habent pro filiis Nochi post diluvium ipsi natis.

VII. AURUNS F. cujus tempore Ausones & Coriphonii classe in Italiam venere, & orientalem ejus partem occupavere.

VIII. TAGES, alias MALOTTAGES, aruspicinæ autor, qvem Poëtæ etiam norunt. Hinc Lucanus:

- - Nulla fides fibris, sed conditor artis
Finxerat illa Tages.

Sub eo venit Phaeton in Italiam, & juxta Eridanum partem occidentalem occupavit. Arsit hoc tempore Vesuvius & alia loca.

IX. SICANUS F. unde dicta Sicania: oppressus ab Enakiis.

X. ENAKII LUKII, gigantes circa Vesuvium & in Sicilia: contra qvos Itali evocarunt Osirim Ægyptium.

XI. OSIRIS ÆGYPTIUS, Chami & Rheæ filius, alias Apis: unde mons Apenninus: qvi triumphatis gigantibus decedens post decennium ex Italia, reliqvit Italis regem Læstrigonem nepotem suum, filium Neptuni. Hujus Læstrigonis frater Phorcus obtinuit tyrannide Corsicam & Sardiniam.

XII. LÆSTRIGON F. gigas: cujus filii Læstrigones, Porci etiam seu Phorci à patruo dicti, cum graviter premerent incolas, debellati sunt ab Hercule Libyco.

XIII. HER-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XIII. HERCULES LIBYCUS, Osiridis filius, qvem alii Orum vocant, ex Hispaniis progressus in Italiam, Læstrigones tyrannos decem annis oppugnavit, & postea xx. annis pacifice regno præfuit, & loca aqvis impedita habitationi commoda fecit.

XIV. TUSCUS F. cui ex Tanaide evocato pater in Hispaniam rediens, ubi postea occubuit, & templum apud Gades seu columnas Herculis meruit, regnum reliqvit.

XV. ALTEUS F. cujus tempore Hesperus, aliqvis ex sociis Herculis, prius ex Hispania à fratre Italo pulsus, in Italiam venit, & sedes ibi fixit. Subsecutus frater illic qvoq; consedit. Hujus Altei filius Blascon, tres genuit liberos, Harmoniam, alias dictam Hermionen seu Cybelen juniorem; Curin seu Abotynum, & Camboblasconem Jovem, qvi ex Electra genuit Jasium & Dardanium.

XVI. HESPERUS, pater Hesperidum, ex Hispania exul, teneræ ætati Altei præfectus, regnum tandem meruit.

XVII. ITALUS Fr. alio nomine Atlas & Kittim, Hesperum fratrem perseqvens, cum Siculis trajecit in Italiam, & circa Tiberim consedit, atq; Italiæ de se nomen peperit. Duæ ei fuere filiæ, præter Sicorum, regem factum Celtiberorum in Hispania, & Morgetem: ex qvibus Electra elocata est Camboblasconi, poëtis Jovi dicto, filio vel potius nepoti Altei principi Janigenarum, qvi colonias trans Alpes duxit: altera Roma nupsit Tusco Sicano, & facta est regina Aboriginum, mater Romanessi, qvi postea novum regnum in montanis condidit.

XVIII. MORGES F.

XIX. CORITUS CAMBOBLASCO, filius nepos Altei.

XX. JASIUS F. cum, ducta uxore Cybele, ex qva genuit Corybantem, lis ei & Janigenis à fratre Dardano & Aboriginibus esset intentata, per insidias obtruncatus est. Et Dardanus, facinore patrato, fugit in Samothraciam, & deinde receptus in Phrygia seu Mæonia, in partem regni ab Aty consangvineo, Herculis ex Omphale filio, patre Tyrrheni, conditor est factus novi regni Trojani.

XXI. CORYBANTES F. cum Cybele matre in Phrygiam concessit. Regnum interea Janigenarum occupavit Tyrrhenus, Atys filius, cui jus suum in regnum Italiæ jam in xii. dynastias divisæ Dardanus cesserat: & à se mari Tyrrheno nomen dedit.

XXII. TYRRHENUS, filius Atys ex Phrygia: post qvem continua serie

 nomi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

nominantur à Manethone reges Janigenarum in Italia TARQVON PRISCUS: ABAS: OLANUS: VERBENNUS: OSCUS, cujus insigne fuit serpens: TARQVON II: TIBERINUS: MEZENTIUS, qvem Æneas peremit. Post qvem etiam Annius Viterbiensis usq; ad perdomitam à Romanis Hetruriam continuam seriem pertexit.

SERIES REGUM APUD ABORIGINES & postea apud ALBANOS hæc est.

Anni Mundi — *Anni Regni*

I. ITALUS, alias Atlas.
II. ROMA, filia Itali, uxor Tusci Sicani, qvæ Romam condidit, alias Valentiam dictam.
III. ROMANESSUS, filius Romæ, alias Saturnus.
IV. PICUS PRISCUS F.
V. FAUNUS PRISCUS F.
VI. AMNUS FAUNIGENA F.
VII. VULCANUS F. qvem Berosus non novit.

2625. I. JANUS JUNIOR F. alias etiam Mars Italus dictus: qvem primum Italiæ regem Dionysius Halicarnassæus & S. Ant. Victor faciunt. 15

2640. II. SATURNUS, Stercurius cognomine, vel rectius Cæculus, qvi exceptus hospitio à Jano, post eum cœpit regnare. 18

2658. III. PICUS JUNIOR, cujus tempore censent sedes regni Aboriginum Laurentum esse translatas, & Siciliam ab aliqvibus Italiæ populis occupatam, pulsis inde Hispanis. 37

2695. IV. FAUNUS JUNIOR, qvem ipsum Silvanum etiam & Pana vocarunt. Huic duas assignant uxores, Fatuam sororem, qvam ita pudicam describunt, ut præter virum suum ne conspiciendam qvidem alii se mari præbuerit, & Maricam, unde natus sit Daunus rex Rutulorum, Turni pater & Juturnæ: qvanqvam Virgilius libro IX. Turno vendicat avum Pilumnum. Sub hoc Fauno Evander Arcas, Mercurii filius, cum matre Carmenta & novis colonis, ut & Hercules, qvem ex Cassio Sextus Aurelius Recaranum vocat, magnarum virium pastorem, eumq; aram maximam consecrasse, decimam profanasse, & Potitios atq; Pinarios instituisse dicit, in Italiā venerunt. 44

2739. V. LATINUS, socer Æneæ, filius aut Telephi, aut Herculis & Laviniæ, cum tamen haberetur Fauni. 36

2775.

2775. VI. ÆNEAS, Anchiſis & Veneris filius, appulerat Laurentū juxta fluvium Numicium, & commiſſo cum Latino prælio, qvi eum aditu prohibere voluerat, tandem receptus, filiam regiam Laviniam obtinuit: qvi, poſtqvam florentes hactenus Tuſcorum ſeu Heteruſcorū opes fregiſſet, Turnum Rutulum corrivalem peremiſſet, Laviniumq; condidiſſet, Deus Indiges haberi cœpit, hoc imprimis divinitatis ſigno, qvod egreſſi in aciem cadaver reperiri nusqvam poterat. 6

2782. VII. ASCANIUS, filius Æneæ ex Creuſa, Priami filia, Lauſo Mezentii filio obtruncato, regni vires admodum promovit, Silviumq; poſthumum, fratrem ſuum, à ſilva vocatum, in qva eum mater Lavinia, privignum præ metu fugiens, enixa erat, ſumma pietate receptum educavit, derelictoq; novercæ regno Lavinii, Albam longam anno mundi cIɔcIɔIɔccxcix. condidit, & moriturus regnum fratri Silvio; ſacerdotium parvulo filio Julo, qvod gens deinde Julia hereditarium habuit, reliqvit. 38

2820. IIX. SILVIUS POSTHUMUS, Æneæ & Laviniæ filius, à qvo omnes Albanorum reges Silvii vocati ſunt. 29

2849. IX. ÆNEAS SILVIUS, F. 31

2880. X. SILVIUS LATINUS, F. 51

2931. XI. ALBA SILVIUS, Fr. 39

2970. XII. CAPETUS ſeu ÆGYPTUS SILVIUS, F. 16

2986. XIII. CAPYS SILVIUS, F. Atys etiam dictus, fundator Capuæ. 28

3014. XIV. CAPETUS SILVIUS II. F. 13

2027. XV. TIBERINUS SYLVIUS, F. qvi Latinis bello illato in Albula ſubmerſus, fluvio ſuum conceſſit nomen, ut hodienum Tiberis dicatur. 8

3035. XVI. AGRIPPA SILVIUS F. qvem Ovidius vocat Remulum. 33

3068. XVII. ALLADIUS ſeu AREMULUS SILVIUS, qvi, qvod fulmen Jovis ſuperbus imitaretur, hiatu terræ cum tota domo abſorptus eſt, aut, qvod alii dicunt, fulmine periit. 19

3087. XIIX. AVENTINUS SILVIUS, F. colli, ubi ſepultus eſt, nomen dedit. 37

3124. XIX. PROCAS ſeu PALATINUS SILVIUS, F. qvi Numitori regnum teſtamento reliqvit; Amulio pecunias. 23

3147. XX. AMULIUS SILVIUS, F. qvi Numitori legitimo patris ſucceſſori regnum extorqvens, filium ejus Ægeſtum pubeſcentem inſidi-

 ſidi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſidiatorum manu in venatione interemit, & filiam unicam Rheam ſeu Iliam Veſtalem fecit. Illa autem in templo, ſive à genio qvodam, qvem Martem pleriq; venditarunt, ſive ab ipſo Amulio, ſive à procorum qvodam compreſſa, uno partu Romulum & Remum anno mundi mmIↃclxxiii. eſt enixa: qvos, matre ex lege viva defoſſa, in profluentem aqvam fruſtra mitti juſſit AMULIUS. 41

3188. XXI. NUMITOR, filius Procæ, avus maternus Romuli, reſtitutus à nepotibus, morte ſua & familiam & regnum terminavit Albanum: & Roma, anno mundi mmIↃcxciix. anno poſt Trojam everſam ccccxxxii. condita eſt, Romulusq;, ad qvem regnum defuncto Numitore pervenit, rempublicam Albanorum in populi gratiam liberam eſſe juſſit.

IV. Dixiſti ROMULUM & REMUM in fluvium projectos: qvis caſus amabo illos ſervavit?

Illos Amulii juſſu in alveo miniſtri deportantes, cum acceſſiſſent Tiberim, ea parte, qva ab Alba longa cxx. ſtadiis diſtat, invenere reſtagnantem præ continuis imbribus fluvium, inq; alluvie relicto alveo ſe recepere. Ille aliqvantiſper fluitans. tandem impactus ſaxo & ſubverſus juxta ficum ruminalem, qvam tandem tempore Neronis anno IↃcccxl. poſtqvam Romuli infantiam protexerat, aruiſſe refert Tacitus, effudit pueros. Ibi fingunt lupam forte ſupervenientem diſtentis à recenti partu uberibus mammas iis præbuiſſe. Alii uxorem Fauſtuli paſtoris, à qvo nutriti ſunt, Laurentiam, ſive ob alias cauſas, ſive ob meretriciam cum aliis ſtupri conſvetudinem & vulgatum corpus, cognominatam Lupam, nomine ſuo fabulæ dediſſe occaſionem cenſent. Vitam pueri ita ſervati degebant paſtoritiam, victum ſibi parantes manibus. Annum tandem ingreſſis octavum ſuper decimum, controverſia de paſcuis cum Numitoris bubulcis ſuborta, à litigiis ad arma ventum eſt. Rebus admodum exaſperatis, Remus tandem, abſente Romulo, per inſidias captus, & vinctus Albam perductus, longum fratri ſui deſiderium reliqvit. Sed ex hoc ipſo periculo utriusq; ſalus promota. Remus capitis ab Amulio reus factus, cum Numitoris arbitrio jus ſupplicii permitteretur, à qvo perimendus erat, ab eo clam in necem Amulii armabatur, Romulusq; à Fauſtulo, qvo ſangvine oriundus ſit, doctus, ei in ſubſidium veniens, urbem cum cohorte non invalida, occultatis ſub veſte gladiis, ingreſſus, Amulio obtruncato, avum maternum Numitorem regiæ dignitati reſtituit: qvi de paranda nepotibus propria ditione, novaq; colo-

nia

nia illo loco, ubi educati fuerant, condenda follicitus, cum hac ipsa opera suspectam Albanorum multitudinem, ne qvando res novas molirentur, semovere posset, concessit illis, ut educto ex Alba, qvi vellet, populo, urbem ad Tiberim conderent. Sed cum dissidio de loco extruendæ urbis exorto, Romulus montem Palatinum, Remus Remuriam, seu, ut alii volunt, Aventinum munire conaretur, req; ex Numitoris arbitrio deorum judicio permissa, prior hic vultures sex; ille posterior bis sex conspiceret, uterq; augurium sibi melius obtigisse ratus, alter tempore, numero alter contendere cœpit. Accendit fratrum contentionem reliqva multitudo, pugnam exorsa non exspectato ducum imperio: certatumq; est acriter, & multis utrinq; cadentibus, interq; illos non Faustulo solum, qvi litem diremturus accesserat, sed & ipso Remo, victoria qvidem cessit Romulo, sed non fine insigni de sangvinolentis, qvibus nova urbs orbi impositura esset, ausis præsagio. Addunt nonnulli, Remum ob augurium de principatu ultro fratri cessisse: indignatum deinde, qvod dolo circumventus esset, post mœnia condita, cum angustias valli facti & munitionis tenuitatem arguere vellet, fossam factam transiliisse, & aut retro in caput inflicto vulnere à murorum præfecto, aut à fratre ipso interfectum, occubuisse. Cæterũ condita urbs est anno mundi MDCCCCXCIX. ante natũ Christum DCCL. XI. Kal. Maji, qvo die à pastoribus in agris Palilia celebrari consveverũt. Conditam tamen à Romulo multi negant: oppidum tantum, jamdudum Romæ nomine vocatum, in regiam tetrapolin vertisse illũ credunt. Id non Halycarnassæus saltem, sed & Plutarchus in Romulo, & plures alii testantur, qvi dicunt, in literas esse relatum, à qvodam Æneæ, sive etiam Ulyssis filio Romo, aut à Roma femina Trojana, qvæ cum Ænea in Italiam appellens, navigationis & errorum tœdio cæteras Iliacas adhortata effecerit, ut facto secum impetu naves exurerent, Romam primitus esse conditam. Berosus, ut supra retulimus, Romæ Itali filiæ adscribit originem urbis cognominis. Sempronius in libello de divisione & chorographia Italiæ in antiqvis historiis Gothofredi, vel ideo negat Romam à Romulo conditam, qvia Faustulus geminos expositos non nominavit Romulum & Remum, sed Rumulum & Rumum: & dicit dictam esse à Roma, vel Itali vel Ascanii filia, qvæ octingentis ante Romulum annis vixit, coliq; cœptam cum ab ipsa Roma, tum deinde à Saturno: Romulum autem ex sparsa per montes civitate oppidum qvadratum factum sacro aratro cinxisse, eoq; IV. COLLES comprehendisse, nempe PALATINUM & CÆLIUM pro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tribu Ramnensi; CAPITOLINUM seu TARPEJUM & QVIRINALEM pro Tatiensi: Lucerum autem tribum tertiam consedisse in planitie inter Palatinum & Capitolinum. ESQVILINUS & VIMINALIS colles tempore Servii Tullii postea urbi accesserunt. AVENTINUM demum urbi addidere Tiberius & Claudius Impp. JANICULUM & VATICANUS erant extra pomœrium trans Tiberim, sicuti PINCIUS seu mons hortulorum cis Tiberim, tempore Aureliani inclusus pomœrio. Has & alias antiqvitates Romæ qvi dignosse cupit, præter Rosinum & alios adeat qvinq; libros L. Fauni: qvi portas urbis, qvarum xxxvi. fuisse Plinius testatur, mœnia & pomœriū, qvod antiqvis temporibus xiii. millibus passuū circuitu comprehensum fuit, fora, templa, thermas, aqvæductus, pontes, xiv. urbis regiones luculenter describit. Nonnulli, qvum Salustius in historia de conjuratione Catilinaria dicat, Trojanos Romam condidisse atq; habuisse, cumq; his Aborigenes, censent Valentiam eam antea appellatam fuisse, qvam deinde post Evandri & Æneæ adventum Græco nomine Romam nuncuparint. Nam ῥώμη robur significat & vires. Sed qvemlibet suo sensu hic abundare jubeo.

V. *Romam ante Romulum habitatam fuisse, tot autorum testimoniis comprobari miror. Sed qvid ROMULUS memoratu dignum gessit?*

Rex per suffragia & augurium declaratus, tribus peditū millibus, & eqvitibus, qvos Celeres vocabant, trecentis, qvi ex superiori pugna civili superarant, religionem ex mysteriis Hetruscis & jura civibus præscripsit: urbē communiit: asylum fugitivis & exulibus omnibus aperuit: lictores xii. tanqvam satellites assumsit: totum populum in TRES ORDINES divisit: qvorum primus ac supremus fuit SENATORIUS; alter EQVESTRIS; tertius PLEBEJUS: senatum centum patrum singulari prudentia legit: tenues patriciorum tutelæ addixit: &, cum SABINI finitimi civibus Romanis filias in matrimonium verbis contumeliosis additis negarent, aram subterraneam in Neptuni eqvestris honorē ab Evandro qvondam constructam se invenisse sub terra finxit, & finitimis populis indixit, se huic Deo solennes ludos, qvos postea Consualia à consilio, qvod sibi in raptu virginum Consus Deus consilii dedisset, vocavit, exhibiturum, inq; illis jussit finitimorum filias virgines, qvæ spectatum venerant, sexcentas numero & octuaginta tres, rapere & inter se distribuere. Una inter raptas virgines matrona fuit Hersilia, qvæ Hostilio nupsit, avo Tullii Hostilii, postea regis. Alia Thalassio ducebatur. Inde vox Thalassii nuptialis. Cæte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Cæterum ex hoc facinore primum bellum Romanis enatum eſt. Sed Romulus ſemper victoriam reportavit, & triplici prælio tres Sabinorum populos circummuranos, Cæninenſes, Cruſtuminos & Antemnates vicit, ipſosq; eorum ædibus dirutis & agris diviſis, Romam traduxit, ſpoliaq; opima ob cæſum Acronē regem Cæninenſem, Jovi Pheretrio conſecravit, templumq; in arce deſignavit. Bellū autem Sabini ſub duce TATIO perſecuti, per proditionem Tarpejæ virginis, præfecti arcis in Capitolio Tarpeji filiæ, qvæ deinde ſcutis, lævo ornamento, ab ipſis hoſtibus, qvibus arcem tradiderat, aureas armillas in lævis brachiis pacta, contuſa eſt. Arx inde Tarpeja, & poſtea Capitolium eſt dicta. Sed virtute Romanorū, qvos videbantur viciſſe, Romulo forte ſaucio templum Jovi Statori vovente, eo ſunt adacti, ut, niſi feminæ raptæ hinc maritos, illinc patres & agnatos miſeratæ, bellū diremiſſent, victoribus de ſe arbitrium concedere fuiſſent coacti. Pax igitur inter Sabinos & Romanos in comitio coiit, & geminata urbe, centūq; aliis ex Sabinis ſenatoribus ſeu patribus allectis & primis illis additis, tanqvam uni populo, Romulus cum Tatio Sabinorum rege præerat. LEGIONES hoc tempore ex peditibus vↀ. eqvitibus ccc. conſtitutæ ſunt, & in TRES TRIBUS ſub totidem tribunis omnes cives ordinati. RAMNENSES in tribu prima dicebantur à Romulo; à Tatio in altera, TATIENSES; à luco aſyli in tertia, LUCERES. Singulæ hæ tribus conſtabant DENIS CURIIS ſub ſuis Curionibus, & curiæ ſuis decuriis. TRES etiam EQVITUM CENTURIAS inſtituit, denos capiens è ſingulis triginta curiarum. Poſt qvinqvennium Tatius, caſu an fraude Romuli, à Laurentinis, qvorū legatos repulerat, trucidatus eſt. Romulus deinde, regni cura in ſe ſolum ſuſcepta, Fidenates expugnavit, & Camerinos, coloniisq; illuc miſſis Vejentes, præcipuos in Herruria, qvi Fidenates, ut ſuos, repetebant, ad pacem petendam adegit & magna auri portione multavit. Tandem cum ita rem Romanam auxiſſet, ut XLVI. millia peditum, & cIↃ. eqvites commode in hoſtē educi poſſent: cumq; extra pomœrium ad capreæ paludem copias recenſeret, aut turbine inter fulgura cœli obſtrepentia, tanqvam magus aliqvis eſt abreptus, aut à patribus interfectus, qvos aſpernari cœperat. Fingitur auguſtior ſolito apparuiſſe Proculo Julio, & novo nomine Qvirinum ſe; Romanos Qvirites appellaſſe, divinosq; honores poſtulaſſe.

VI. Qvis ſucceſſit Romulo?

Ducenti patres conſcripti, ex qvibus ſenatum à rege Romulo conſtitutum diximus, diſtributi in decurias in interregno, Decemviris ex ſe forte dele-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

delectis per vices urbis committebant imperium: sed anno vix elapso, populo crebris mutationibus potestatum offenso,& plures pro uno esse dominos factos clamante, cum rex posceretur, non inveniebatur magis idoneus, qvam gener Tatii NUMA POMPILIUS, filius Pomponii, eodem die natus, qvo urbs condita, homo justus & pacificus. Hic ex Curibus, gente Sabina, evocatus ab agricultura, jam qvadragenarius, communi suffragio rex inauguratus, jure ac legibus urbem de integro condidit, & armis ferocem, religione mansvefecit: bifore Jani templum, qvod clausum pacis; apertum belli esset signum, construxit: Pontificem maximum, qvi curam gereret sacrorum, Vestales, Feciales, ut & Salios, qvi mense Martio choreas per urbem agerent, instituit: duobus Flaminibus, Diali nempe & Martiali, tertium Qvirinalẽ addidit: asses ex ære & argento rudi primus in hac orbis parte imaginibus & titulo sui nominis notavit, ut nunc demum numi à Numa dicerentur: annum etiam & lunæ cursum in XII. digessit menses: cohortem CCC. Celerum, qvibus stipatus Romulus semper fuerat, exauctoravit, nolens diffidere sibi fidem habentibus: agrum in partes, qvas pagos vocavit, distribuit, singulisq; custodes addidit & arbitros: ipsam etiam urbem per tibicinum, aurificum, fabrorum, tinctorum & artificum reliqvorum artes centuriatim divisit, collegiis & sacris cuiq; sectæ attributis: ptimusq; sustulit hoc prudentissimo facto factiones, ne hi Sabini vocarentur; illi Romani. Omnia autem, qvæ ita adornaverat, ut rata essent & firma, simulavit cum Camœnis, qvarum præcipuam vocavit Tacitam, & cum Egeria Nympha congressus nocturnos, qvasi ab illis edoctus omnes leges sanxisset. Mortuus tandem est, egressus jam annum octuagesimum, cum annos XLIII. laudabiliter præfuisset. Pythagoricus dicitur fuisse, non qvidem, qvod Pythagoram audierat, qvi eo fuit longe posterior, sed qvod disciplina philosophica, qvam Pythagoras etiam est sectatus, animum imbuerat: carne, ut Pythagoras, abstinebat, nec sangvine pecudum, sed libis & frugibus aras deorum inqvinabat, nec ullius animantis carnes degustabat. Halycarnasseus & Plutarchus autores sunt, Numam qvidem templa erexisse, sed nulla in iis simulacra erexisse: nefas enim duxisse, deterioribus meliora assimilare: Tarqviniũ autem de Græcorum vanitate tandem idola mutuatum, templa idolis complevisse. Qvia autem novimus, Numam Fidei & Termino templa dedicasse, constat inde, symbolis illum hieroglyphicis varias in Deo potestates designasse, qvæ deinde in materiam superstitionis & idolomaniæ fraude cacodæmonum rapta sunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſunt. Teſtatur etiam Plutarchus, cum libros ſacrorum de jure pontificio & diſciplina ſapientiæ edidiſſe, ſed moriturum illos juſſiſſe ſecum ſub Janiculo in duabus arcis lapideis ſepeliri: qvæ deinde inventæ, ut prolixe legere eſt apud Livium lib XL. qvum viderentur Petilio alicui religionem, puta idololatricam, ſolvere, Petilius prætor juſſit illos comburi, qvia jurejurando affirmavit, eos legi & ſervari non conducere.

VII. Qvisnam Numa Pompilio defuncto regnum ſuſcepit?

TULLUS HOSTILIUS non pacis, ut Numa, amans, ſed more Romuli ad bella promtus, Hoſti Hoſtilii, qvi in bello Sabino perierat, nepos, ſucceſſit: qvem regem factum ſtatim ALBANUM BELLUM excepit. Nam Cluilius dictator Albæ, eoq; ſubito mortuo METIUS SUFFETIUS (alii nominant Fufetium) ob prædas per Romanos abactas, & ob latrocinia Albanorum Tullus Hoſtilius rex Romanorum ad arma deſcenderunt. Cum autem Vejentes & Fidenates conſilia de utroq; exercitu per occaſionem perdendo agitare viderentur, inter Albanos & Romanos convenit, ut terni ex utraq; acie congreſſi de principatu alterutrius populi decernerent. Ideoq; cum eſſent tergemini fratres, tres CURIATII ex parte Albanorum, & ex Romanorum parte totidem HORATII, qvorum matres dicuntur fuiſſe ſorores, his fortuna omnis imperii commiſſa eſt. Occubuere initio duo ex Horatiis. Sed tertius ſuperſtes Curiatios mira ſolertia & præſenti animo diu circumactos ſolus tandem peremit, reverſusq; in urbem, ſororem, qvam ſibi unus ex Curiatiis deſponſaverat, plorantem transfixit, inq; jus raptus, patre deprecante, poſteaqvam ſororium tigillum ſubierat, eſt ſervatus. Hoc facto, diſceſſum qvidem eſt ab armis: ſed indigne Albani ferebant, res ſuas in deterius eſſe prolapſas. Ideoq; Vejentibus & Fidenatibus clam ad bellum incitatis, ipſi cum Romanis qvidem profecti ſunt, ſed commiſſo jam prælio ad hoſtes tranſiere. Tullus tamen animo neqvicqvam fractus, ſuperior evaſit, Metiumq; defectionis autorem inter duos religatum curru, pernicibus eqvis diſtraxit, Albaq; diruta, cives omnes Romam muris ampliorem jam, Cœlio monte adjecto & curia Hoſtilia exſtructa redditam, traduxit. Ita Albanum regnum non tam deſiit, qvam Romam translatum eſt: & Tullus victoriam perſeqvens, Fidenatium urbem cepit, & Sabinos, qvi qvosdam Romanorum ſpoliarant, qvosdam captivos abduxerant, poſtqvam Saturno ferias voviſſet, (unde Saturnaliorum ſacra exorta ſunt) ter victos in ordinem redegit. Cumq; jam Albanorum ditionem omnem teneret, ipſos etiam eorum vectigales

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſibi tributum pendere juſſit. Sed iis abnuentibus, BELLUM LATINUM ortum eſt, qvinqvennale qvidem, ſed mite tamen & latrocinio ſimilimum: qvod excepit obitus Tulli, qvi, qvod ſacra Jovi Elicio non rite fecerat, cum tota familia incendio vel divinitus vel fraude MARTII ANCI, poſtqvam regnaverat annos XXXII, periit.

VIII. Tullum Hoſtilium virum omni laude dignum deſcripſiſti. Sed qvem ſucceſſorem habuit?

MARCIUS cognomento ANCUS, Numæ Pompilii ex filia Pompilia, Martio pontifici nupta, nepos, communi ſuffragio lectus, initio regni religionem neglectam curavit: Latinis populis, Romanum agrum vaſtantibus, cum res repetitas, fœderis cum Tullo initi conditionibus non ſtantes, non redderent, bellum intulit, eosq; devicit. Devicit etiam aliqvot præliis Vejentes & Volſcos, hoſtibusq; Romam traductis, egregiis urbem ædificiis, interq; ea carcere foro imminente, exornavit: ponte ſublicio Tiberim junxit: Oſtiam coloniam octavam (ſeptem enim jam Romulus deduxerat) maritimis commeatibus oportunam in oſtia Tiberis deduxit. Regnavit Ancus XXIV. annos, cuilibet ſuperiorum regum, uti Livius inqvit, belli paciſq; & artibus & gloria conferendus.

IX. Qvintum Romanorum regem jam cognoſcere allubeſcit.

Ancus Martius duobus filiis relictis L. TARQVINIUM tutorem præfecerat. Sed ille, ablegatis venatum regiis pueris, ſtatim populo perſvaſit, ut ipſe rex eligeretur. Erat Demarati, Corintho à Cypſele tyranno expulſi, ex Bacchidarum amilia filius, nomine ſuo Lucumo dictus: cumq; ad majora, inſtinctu Tanaqvilidis uxoris, adſpiraret, & Græcum ingenium Italicis artibus miſceret, Tarqviniis, ubi hactenus vixerat, & unde nomen accepit Tarqvinii, relictis, Romam contendit, interq; regis familiaritatem receptus, non ſaltem in bello fortem ſe præbuit, ſed & in ſenatum adſcitus, ad eam dignitatem pervenit, ut defuncto rege, qvod regnum ambitioſe petiit, facile obtineret: qvod qvidē ei aqvila portendiſſe dicitur, qvæ pileum ablatum apte capiti ejus repoſuerat. Hic rex ſenatum centum patribus, qvi minorum gentium ſunt appellati, auxit: urbem ſplendidiorem ædificiis & ſalubriorem cloacis fecit: Actium Navium augurem, cotem novacula diſſecantem, ſtatua honoravit: muros ex qvadratis lapidibus ex integro extruxit: cum Latinis, Hetruſcis & Sabinis diuturna bella geſſit, eorumq; pontes naviculis, arida materia & pice plenis, in cineres redegit: filiū XIII. annorum, qvod in prælio hoſtem percuſſiſſet, prætexta & bulla donavit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

vit: unde hæc ingenuorum puerorum insignia esse cœperunt. Omnibus tandem hostilibus domitis, atq; Apiolis vi captis triumpho ingressus urbem (primus enim triumphavit) ex spoliis ludos & spectacula populo opulentius & instructius, qvam priores reges, exhibuit: Circum maximum in valle Murcia inter Aventinum & Pallatium colles ludis annuis Circensibus faciendis, CL. millium spectatorum capacem, designavit. Hetrusci viribus fracti detulerunt illi tandem principatum: & regia eorum insignia, corona, sella eburnea, toga purpurea dicta, & sceptrum in summitate habens aqvilam, qvibus reges Romani deinde sunt usi, Romam asportata sunt. Tandem à duobus pastoribus, ab Anci Marci filiis, qvorum tutelam mala fide administraverat, subornatis, securi ictus occubuit, postqvam annos XXXIIX. regnum cum magno urbis incremento administraverat. Interim Tarqviniorum genealogiam cape.

Demaratus Corinthius.

- *Lucumo, postea Tarqvinius priscus.*
  - *Tarqvinia.*
    - *Brutus, primus consul Romæ.*
  - *L. Tarqvinius Superbus.*
    - *Titus.*
    - *Sextus, qvi stupravit Lucretiam.*
- *Aruns patrem morte prævenit.*
  - *Egerius, Collatiæ præfectus.*
    - *Collatinus Tarqvinius, Lucretiæ maritus.*

X. *Num Anci Marcii filiis, per qvos Tarqvinium trucidatum dixisti, regnum postea cessit?*

In aula Tarqvinii SERVIUS TULLIUS Ocrisiæ Corniculanæ in bello Latino captæ filius, ad summos honorum gradus jam conscenderat. Hujus, cum puer adhuc esset, dormientis capillus in spectante regina Tanaqvilide igne innoxio arserat. Regium igitur in morem consilio reginæ, augurandi scientia præpollentis, educatus, filiam tandem regis in matrimonium accepit: Tarqvinio autem interfecto, astutia socrus, mortem Tarqvinii dissimulantis, ad regiam dignitatem est evectus. Bellum continuum XX. annis cum Hetruscis rebellibus, eorumq; præcipuis populis Vejentibus & Tarqviniis gessit, deq; illis, agri parte multatis, ter triumphum egit. Censum seu ordines civium & gradus dignitatis fortunarumq; instituit, ut primæ classis primiq; census essent, qvi centum millia æris seu ↄ coronatos haberent; sextæ autem classis seu infimi census haberentur, qvi infra CXX. coronatos possiderent: ad qvos referebantur capite censi & proletarii,

qvo-

qvorum opera Romani in bello non utebantur, veriti, ne infimæ ſortis homines, qvi nihil, qvod amittere poſſent, in urbe reliqviſſent, aut ſegniter pugnarent, aut facile ſpe lucri ad hoſtes deficerent. SEX ILLÆ CLASSES civium diſtingvebantur ſingulæ in diverſas centurias, & ſingulæ centuriæ in juniores atq; ſeniores. Nam PRIMA, qvæ erat ditiſſimorum, digeſta erat in LXXX. centurias peditum, nempe XL. juniorum, qvi erant in acie inter legionarios primi, & totidem ſeniorum, qvibus remanendum erat in urbe: illisq; annumerabantur XVIII. centuriæ eqvitum ex nobiliſſimis civibus. ALTERA conſtabat XX. centuriis: totidem TERTIA & QVARTA; QVINTA XXX. SEXTA numero non cedebat qvinq; claſſibus, imo ſuperabat: ſed nulla ejus erat ratio, qvia erat egenorum. Erant igitur in qvinq; claſſibus CLXXXVIII. CENTURIÆ: qvibus accedebant duæ centuriæ opificũ, annumeratæ claſsi primæ à Livio; ſecundæ à Dionyſio: & duæ, vel ſecundum Livium tres, accenſorum & tubicinum atq; cornicinum, relatæ ad qvartam ſecundum Dionyſium, vel qvintam claſſem ſecundum Livium. Cæterum qvi ex qvinta claſſe militabant, fundatores erant: ex qvarta haſtam gerebant & pilum ſeu verutum. Tres priores armis, nempe haſta & gladio, conveniebant, niſi qvod tertiæ non licebat ocreas geſtare, qvod tantum erat primæ & ſecundæ; nec ſecundæ & tertiæ induere loricam, qvæ tantum erat primæ: cui ſoli etiam permittebatur clypeus, cum reliqvi ſcutum gererent. Interim ſi in comitiis centuriatis populus in ſuffragium mittebatur, ſi prima claſſis, qvæ erat centuriarum LXXX. pedeſtrium & XVII. eqveſtrium conſentiebat, definiebatur ſententia: ſin minus, ſecunda claſſis inibat ſuffragia, & ſic conſeqventer. Raro tamen ad qvartam perveniebatur. Succeſſu tamen temporis omnes centuriæ in ſortem conjiciebantur, & qvæ prima educebatur, dicebat ſuffragium, & vocabatur centuria prærogativa: deinde reliqvæ, qvas nominabant jure vocatas. Tandem ultimis temporibus, cum totus populus diviſus eſſet in XXXV. TRIBUS, qvarum partes erant claſſes ſeu centuriæ, duplex fiebat ſortitio una inter tribus, & qvæ primum ſorte exibat, dicebatur tribus prærogativa: altera inter centurias prærogativæ tribus: qvæq; primum exibat, dicebatur centuria prærogativa, ac prima ſuffragium ferebat: ita qvidem, ut diſcederet in ovile ſeu ſeptum qvoddam prope tribunal per pontes anguſtæ viæ, ubi ſtabant DIRIBITORES, qvi tabellas ſingulis miniſtrabant; ROGATORES, qvi ciſtam proponebant, in qvam conjicerent, qvam vellent tabellam; & CUSTODES, qvi collectis tabellis ſuffragia deſcribebant &

renun-

renunciabant. Dein ingrediebatur prima eqvitum centuria, & ordine reliqvæ in prima classe eodem modo: & si consensissent cum prærogativa, non opus erat reliqvarum classium centurias ad suffragium vocare: eratq; formula consentiendi, U. R UTI ROGAS; & abnuendi A. id est, ABNUO. Qvæ omnia qvum lumen historiæ Romanæ addere possint, hæc ex antiqvitatibus Rosini huc breviter referre volui. Tullius præterea pomœrium denuo protulit, duobus ad qvinq; colles additis, Viminali & Esqvilino; & urbe pro IV. tribubus urbanis in qvatuor partes, Suburaniam, Esqvilinam, Collinam, Palatinam divisa: qvarum ultima omne id spacium sola comprehendit, qvod Romulus ad urbem designaverat. Præter IV. illas tribus URBANAS constituit XV. RUSTICAS, qvæ urbanis habebantur præstantiores: qvibusq; successu temporis, cum fundi Romanorum crebris victoriis augerentur, tot sunt additæ, ut A. U. lxii. essent in universum XXXV tribus: ex qvibus qvatuor, ut antea, erant urbanæ; reliqvæ rusticæ. Jus etiam suffragiorum, comitiorum, centuriarum descripsit: lustrum condidit, qvo censa LXXX. millia dicuntur: Latinos qvoq; populos, ut unanimiter templum Dianæ Romæ in Aventino conderent, in qvo dissidia forte oborta componerentur, cohortatus est: & tandem, cum regno annis XLIV. præfuisset, à L. TARQVINIO SUPERBO, Serviæ filiæ instinctu, per gradus curiæ præcipitatus & interfectus exspiravit.

XI. *Proh Deum immortalem! Patrem filiæ instinctu esse peremtum! Tu qvæso, qva id factum ratione fuerit, clarius explica.*

L. Tarqvinius Superbus fuit vel nepos, ut multis rationibus libro IV. evincit Halicarnassæus, vel, qvod Livius mavult, filius Tarqvinii Prisci: eiq; nupserat primo filia Tulli Servii major; minor autem fratri ejus Arunti elocata fuerat. Sed ut hunc veneno scelerata uxor sustulit, ita facinorosus ille optimam uxorem internecioni tradidit, & incestis nuptiis Tarqvinius & Servia minor juncti sunt, pari fervente libidine & tyrannide: qvorum scelere cum Servius Tullius periisset, & ipsa filia per patris interfecti corpus carpentum egisset, nihil non porro ausa est facinorosi regis malitia. Primores patrum, interq; eos Herdonium, n[illegible]ra fraude sustulit: armatis corpus contra qvan. vis vim circumsepsit: Senatusconsulto neglecto, de omnibus rebus statuit censum à Tullio institutum abrogavit. omnes cives æqvo jure vivere jussit, vincula, compedes, fustes, catenas, exilia & metalla excogitavit. Nec tamen sine commodo urbi præfuit. Nam clo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

acas ad Tiberim usq; deduxit: Circum maximum ludis & spectaculis destinatum porticibus circumdedit: ferias Latinas instituit: tres libros Sibyllinos, sex aliis à femina ignota combustis, magno pretio coëmit: Jovis templum Capitolinum, à capite humano cruento subter terra invento sic dictum, in monte Tarpejo exstruxit.: qvod cum inauguraretur, cedentibus cæteris diis, Juventus & Terminus restitere. Placuit, ut inqvit Florus, vatibus contumacia numinum: siqvidem firma omnia & æterna pollicebantur. Sabinos aliqvoties profligavit: cum Gabiis, Volscorum gente, integro septennio bella gessit, eosq; tandem dolo Sexti filii hostem se patris simulantis subegit. Huic aliqvando non voce, non literis, sed papaverum decollatione, esse potentiores ex Gabiis è medio tollendos, respondit. Tandem cum Ardeates, Rutulorum gentem, oppugnaret, &, certamine de uxorum præstantia inter duces Romanos exorto, LUCRETIA Lucii Collatini Tarqvinii uxor, aliis feminis aut desidiæ aut luxuriæ deditis, à Sexto Tarqvinio, filio regio, pietati domesticæ cum ancillis incumbere deprehenderetur: qvam ille ob virtutē venerari debuisset, in illam libidine immoderata exarsit. Sextus igitur Tarqvinius virtutem feminæ absq; virtute amans, noctu eā vi stupravit. Ista morte voluntaria profuit patriæ. Nam cum sua se manu peremisset, JUNIUS BRUTUS & alii tyrannidis pertæsi libertatisq; avidi in regem & universam ejus familiam conjurarunt, & regno dejectum anno U. C. post ducentesimum XLIV. anno vero mundi ultra ter millesimum CCXLII expulerunt. Hæc est prima ætas populi Romani, eleganter inqvit Florus, & qvasi infantia: qvam habuit sub regibus septem, qvadam fatorum industria tam variis ingenio, ut reipublicæ ratio & utilitas postulabat. Nam qvid Romulo ardentius? tali opus fuit, ut invaderet regnum. Qvid Numa religiosius? talem res poposcit, ut ferox populus Deorum metu mitigaretur. Qvid ille militiæ artifex Tullus, bellatoribus viris qvam necessarius? ut acueret ratione virtutem. Qvid ædificator Ancus? ut urbem colonia extenderet, ponte jungeret, muro tueretur. Jam vero Tarqvinii ornamenta & insignia qvantam principi populo addiderunt ex ipso habitu dignitatem? Actus à Servio census qvid effecit, nisi ut ipsa se nosceret respublica? Postremo Superbi illius importuna dominatio nonnihil, immo vel plurimum profuit. Sic enim effectum est, ut agitatus injuriis populus cupiditate libertatis incenderetur. Accipe vero septem horum regum seriem una tabula comprehensam, ut uno intuitu, qvando nam præesse cœperint & qvamdiu regno præfuerint, colligere qveas.

Septem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SEPTEM REGES ROMANI

Anni Mundi		*Anni Regni*
3198.	I. ROMULUS, adjuncto sibi per qvinqvennium T. Tatio Sabino, regnavit annos	37
3235.	INTERREGNUM	1
3236.	II. NUMA POMPILIUS, Sabinus, gener Tatii.	43
3279.	III. TULLUS HOSTILIUS, Romanus.	32
3311.	IV. ANCUS MARCIUS, Numæ ex filia nepos.	24
3335.	V. L. TARQVINIUS PRISCUS, Demarati Corinthii filius.	38
3373.	VI. SERVIUS TULLIUS, Tarqvinii gener.	44
3417.	VII. TARQVINIUS SUPERBUS, nepos Tarqvinii Prisci, expulsus anno post urbem conditam MMCCCCCXLIII.	25
	Summa annorum ab U. C. ad regifugium	244

Sub septem his regibus per annos CCXLIV. non amplius, qvam usq; ad Portum atq; Ostiam, intra octavum decimum miliarium à portis urbis Romæ, utpote adhuc parvæ & à pastoribus conditæ, qvum finitimæ circum civitates premerent, Romanum processisse imperium, dicit Sextus Rufus. Sub Consulibus autem seqventibus annis CCCXLVI. Italia omnis trans Padum, Africa & Hispania sunt subactæ: Gallia & Britannia tributariæ factæ: Illyrici, Histri, Liburni, Dalmatæ domiti: ad Achajam transitum est: Macedones subacti: cum Dardanis, Mysis & Thracibus bellatum: ad Danubium usq; perventum. In Asia etiam, pulso Antiocho, dominari cœperunt: regnum Ponti occuparunt & Armeniam minorem: in Mesopotamiam pervenerunt: Parthos in fœdera egerunt: in Carduenos & Saracenos & Arabes moverunt: Judææ jugum imposuerunt: Ciliciam & Syriam in potestatem redegerunt: Ægypti reges à suo nutu suspenderunt. Postea sub Imperatoribus ab Augusto ad Theodosii, ejusq; filiorum Arcadii & Honorii, tempora per annos CCCCXI. accesserunt Cantabri, Astures, Alpes maritimæ, Cottiæ & Rhætiæ, Noricum, Pannoniæ & Mœsiæ, omnis ora Danubii, Pontus omnis & Armenia major, Mesopotamia, Assyria, Arabia, Ægyptus. Unum è Strabone locum ex libro VI. adscribamus; qvo omnem Romanam historiam mira brevitate complexus est. Romani, inqvit, à condita urbe per aliqvot ætates sub regibus modeste vixerunt. Deinde ultimo regum Tarqvinio malitiose regnum gerente, eo ejecto, formam reip. instituerunt ex optimatium ac regia administratione temperatam, adhibitis in societatem ejus Sabinis ac Latinis. Qvos ipsos aliosq; circum vicinos cum experiren-

tur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tur non satis benevolos, coacti qvodammodo sunt, eos opprimendo suam rempublicam augere. Hoc pacto cum paulatim incrementa fecissent, usu ipsis venit, ut & amitterent repente urbem præter omnium hominum expectationem, & eandem præter opinionem recuperarent. Accidit hoc, ut Polybius tradit, anno post pugnam ad Ægospotamon factam undevigesimo. Sed profligatis Gallis Romani primum Latinos subegerunt: deinde Hetruscos & Gallos circa Padum nimia ista licentia exuerunt: postea Samnites ab iis, ac post Pyrrhus rex sunt debellati. Hinc omnem reliqvam, qvæ isto hodie censetur nomine, Italiam sibi armis subjecerunt, ea demta, qvæ est circa Padum. Cum enim adhuc bello de ea contenderent, in Siciliam trajecerunt, eaq; Carthaginensibus ademta, adversus Padi accolas bellum renovarunt. Qvo nondum confecto, in Italiam venit Annibal: conflatumq; est secundum contra Carthaginenses bellum: neq; multo post tertium, in qvo deleta est Carthago, simulq; Romani & Africa potiti sunt, & ea Hispaniæ parte, qvam Carthaginensibus eripuere. Sed eodem, qvo Carthaginenses, tempore, novas res adversum Romanos moliti sunt & Græci & Macedones, & qvi in Asia inter Halyn & Taurum incolebant: qvos simul etiam Romani suæ ditioni subdere opus habuerunt. Illorum reges fuerunt Antiochus, Philippus, Perseus. Qvin & Illyrii & Thraces, propinqvi cum Græcis & Macedonibus, inde initia belli contra Romanos duxerunt: neq; finis fuit belligerandi ante, qvam omnia intra Istrum & Halyn sita Romani suæ fecerunt ditionis. Eadem acciderunt Hispanis & Gallis & aliis, qvicunq; Romanorum imperio parent. Nam & Hispaniam armis domandi nullum fecerunt finem, donec universam sibi subjecerunt, Numantinis excisis, tum Viriato, inde Sertorio, tandem Cantabris, qvos Augustus Cæsar debellavit. Et Galliam totam, ulteriorem & citeriorem, una cum Liguria initio per partes suam fecerunt, postremo J. Cæsar & eum secutus Augustus, tantam gentem illato bello in Romanorum potestatem redegerunt. Hinc in Germanos bellum moverunt, ab his orsi locis, qvæ maxime ad ipsos censentur pertinere. Qvin & nonnullis Germanicis triumphis patriam exornarunt. At Africæ partes, qvæ non fuerunt juris Carthaginensium, regibus concessæ sunt, Romanorum imperio obedientibus: & si qvi defecere, ii ditione omni sunt exuti. Nunc Mauritaniam, aliasq; multas partes Africæ Juba obtinuit, ob studium in Romanos & amicitiam hoc consecutus. Eadem erat Asiæ qvoq; conditio. Hæc enim initio gubernata fuit à regibus, qvi Roma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Romanos agnoscerent dominos. Cum autem defecissent, ut reges Attalici, Syri, Paphlagones, Cappadoces, Ægyptii, ac deinceps essent devicti, qvod Mithridati contigit, Eupatori & Cleopatræ Ægyptiæ, omnia, qvæ sunt intra Phasin & Euphratem (demtis qvibusdam Arabibus) Romanæ sunt ditionis facta, ut Romanis præfectis obtemperarent. Armenii porro, & qvi supra Colchos sunt siti, Albani & Iberi, præsentiam duntaxat reqvirebant ducum Romanorum, & facile cohibebantur: rebus autem novis studebant, cum Romanos aliis negociis occupari sentirent. Qvod idē fecerunt etiam, qvi trans Istrum circa Euxinum accolunt, exceptis Bosporanis & Numidis: qvorū illi Romanis parebant; cū his plane nulla poterant contrahi commercia (sicut & cum reliqvas Asiæ partes habitantibus, qvorū pleriq; sunt Scenitæ & Nomades) & tantū præsidio adversus eos erat opus. Parthi autē tametsi & ditionem Romanæ habebant conterminā, & maxima pollebant potentia, tamen Romanorum nostræq; ætatis principum majestati ita concesserunt, ut non spolia modo, qvæ de Romanis aliqvando retulerant, Romam miserint, sed & filios Phraates Augusto Cæsari nepotesq; crediderit, amicitiamq; datis obsidibus emereri voluerit. Adscribemus & illa, qvæ in libello de progenie Augusti Messala Corvinus elegantissime disseruit. Sub consulum, dictatorum, & tribunorum militarium ductu, per qvadringentos qvadraginta & septem annos, omnis Italia viribus armorum subacta est: simul & Alpes Cottiæ, Pœninæ & Grajæ atq; Romanæ, cum Alpinis populis, ipsis in rupibus duratis, in ditionem convenere. Africa ter victa, primo & secundo & tertio bello Punico, inæstimabili vulnere utrimq; accepto, Romano imperio tandem parta: Sicilia, Sardinia, Baleares, Creta insulæ obtentæ. Numidia victo Jugurtha in potestatem redacta. Hispaniam, genus armorum ferox, nostrorum, nec sine Romano cruore, subjugavere arma. Celtiberi, Cantabri, Astures, Lusitani, Numantia, omnisq; Gallæcia, flexere cervicem. Gallia atq; Britannia novem annorum Julii Cæsaris labor fuere, tributariæ demum factæ. Post hæc Illyria, Istria, Liburni, & Dalmatæ obsecundavere perdomiti. Proinde in Græciam transitus fuit, qva domita, Epirus, Thessalia & Achaja paruere mandatis. Ter Macedonia cum regibus suis debellata, & in provinciæ formam demum redacta. Thraces, sævissimos omnium; Propontidem & Thraciū Bosporum cum ipso Byzantio, virtus Romana superatos reddidit. Hinc ad Danubium Rhenumq; auspiciis Augusti penetratum, & utriusq; fluminis utramq; ripam ejus industriæ subjugavere vires. Duæ

 Ger-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Germaniæ, inferior ac superior, ei unico cessere. Norici, Pannonii, Svevi, Marcomanni, Daci, Mœsi, cæteræq; nationes ad Arcton superatæ. In Europa in extremis finium suorum undiq; exterrita & armis concussa. In Asiam jam ante perventum fuerat, & victo Antiocho potentissimo Syriæ rege, victo Mithridate, Syria, Phœnix, Ctesiphon, Babylonia, Judæa, Palæstina, Arabia, Cilicia & omne Ponti regnum, cum ipsa minore Asia, in qva Phrygia, Lydia, Bithynia, Paphlagonia, Isauria, & Cappadocia regiones continentur, mandatis obtemperavere. Cessit & utraq; Armenia armis attrita. Mesopotamia inter Tigridem & Euphratem sangvine Parthorum ac Persarum, crebrò cruenta multiplici bello, demum Romano paruit. Diversis temporibus cum Persis & Parthis assidue pugnatum, & utrinq; cladibus acceptis, Romanus superior fuit, & obstantibus imperavit. Ad Arcton Colchi, Hiberi, Albani, Scythæ, Assyrii, Caspii, cum Amazonibus suis, ductu nostrorum ducum subjugati sunt. Ægyptiorum reges ultro in amicitia & fœdere steterunt. Cyrene ac tota Libya & Mauritania, extincto Juba, obseqventes fuere. Indi ex ipso extremo oriente postremo legationem misere, ad obseqvia se paratos profitentes, ut nonnihil haud superesset indomitum.

XII. *Anteqvam ad secundam Romani imperii ætatem & ad consulum historiam progrederis, qvum sciam varias Romæ dignitates, magistratus & potestates eminuisse, eas ordine mihi definias velim.*

Egregiam hac in re navarunt operam Andronicus Dominicus Floccus, cujus opera falso Fenestellæ adscripserunt, Pomponius Lætus, Raphael Volateranus, Lazius, Lipsius, Prevotius, Janus Guilielmus & Rosinus: ex qvibus hæc compendio habe: potestates Romæ vel fuisse sacras, vel civiles. Illas uno nomine sacerdotia; has magistratus vocare licet. Et in sacerdotiis primus erat PONTIFEX MAXIMUS, reliqvis pontificibus seu sacerdotibus præfectus, qvi de ceremoniis & nuptiis judicabat, adoptionibus præsidebat, sacerdotia distribuebat, penesq; qvem libri rituales, fasti, lintei elephantiniq; erat, in qvibus annales scribebantur. Unde nomen Pontificis extiterit, qvem posses nominare cum Græcis Gephyreum, libro IV. Zosimi legatur. Dicit enim, initio effigies & idola deorum, cum nondum sacraria essent, apud Thessalos in Penei fluminis ponte esse collocata, & nomen pontificum seu Gephyreorum inde inditum illis, qvi sacris Deorum præfecti fuere. DUUMVIRI SACRORUM seqvebantur, à qvibus res ad Decemviros; imo tandem ad Qvindecimviros devenit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

nit, qvi facris libris legendis, carminibusq; Sibyllæ, fatisq; populi interpretandis præerant, ut, si qvid in urbe portenti accidisset, lectisterniis ad pulvinaria Deorum factis, eorum minas averruncarent, & præterea templa dedicarent. Præterea Septemviri epulonum, additi pontificibus, epularum, conviviorumq; ceremonias curarunt. REX SACRIFICULUS seu REX SACRORUM, pontifici subjectus, exactis regibus creari cœptus, sacra à solis regibus fieri consveta obiit. FLAMINES à Numa instituti cum suis sodalibus singuli singulis Diis litabant. Qvam ob causam alius Flaminum in collegio sodalium dictus est Dialis, qvi Jovis sacra curabat; alius Martialis, qvi Martis; alius Qvirinalis, qvi Romuli. Tempore etiã Augustorum Flamines erant Augustales, Germanici, Antoninianorum. Horum ministri Flaminii; ministræ Flaminulæ appellabantur. Omnium autem rerum sacrarum administros nominabant Camillos; qvi autem inter sacerdotes immolabant pecudes, Victimarios. SALIOS XII. Marti Gradivo legit Numa, & alios XII. addidit Tullus: qvi versicoloribus tunicis ornati per urbem tripudiarunt, æneis succincti baltheis, dextera lanceam; sinistra ancilia ad formam ancilis seu peltæ cœlo delapsæ à Mamurio facta gestantes. POTITII & PINARII Herculis erant sacerdotes, ab Evandro instituti, de qvibus jam in Herculis historia disseruimus. LUPERCI in Lupercalibus ludis, Pani Lycæo seu Fauno & Silvano sacris, larvis tecti faciem, nudi obvios qvosdam cædere, fœcundas inde steriles matronas arbitrati. FRATRES ARVALES XII à Romulo instituti, ut fruges arva ferrent, sacra certa obierunt. AUGURES divinæ mentis internuncii ex disciplina Hetrusca auspicia peragebant, qvibus tanta accessit autoritas, ut nihil magni fieret in republica inaugurato. VIRGINES VESTALES ignem perpetuum, qvem Æneas cum penatibus è Troja in Latium apportasse creditur, servarunt, qvarum abstinentia à conjugio in XXX. annum terminabatur. Decem enim primis didicere sacra; totidem ministræ fuere; reliqvis docuere: post XXX. annos nubendi potestas facta est. Carpento vehebantur: magistratus illis assurgebat: apud omnes in magno erant honore: si tamen incestæ fuissent, asserente Pomponio Læto, hoc modo pœnam luebant. Vincta virgo efferebatur in sandapila per medium forum usq; ad portam Collinam. Ibi tumulus impudicarum Vestalium inter muros imminuit, in qvo caverna latuit subterranea, ad qvam per foramen scalis descendebatur. In ea stratus ponebatur lectulus, lucerna ardens, panis, lac, oleum. Deposita hic Vestalis, soluta vinculis, ca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

pite velato in supplicium ducebatur. Pontifex arcanis qvibusdam pronunciatis cum sacerdotibus terga vertit. Illa vero in cavernam missa, fossa tellure obruta, cum totius urbis mœstitia interiit. Præter Sacerdotes dictos erant etiam FECIALES, interq; eos PATER PATRATUS, qvi in feriendo cum hoste fœdere & bello indicendo adhibebantur. Erant & GALLI, à flumine Phrygiæ Gallo dicti, Berecynthiæ seu Deorum matri dedicati, semimares seu castrati, qvi Megalesiis ludis, veris initio celebrari solitis, præerant. In his sacris, inqvit Volaterranus, prælata divitiarum magna pompa: permissumq; cuiq; personas induere, qvascunq; libitum, cujusvis magistratus aut honoris imaginem effingere, ante simulacrum ejus Deæ ludere. Id simulacrum dicitur apud Pessinuntem Phrygiæ de cœlo descendisse. Romani, responso accepto, non duraturum imperium sine eo, legatos pro eo ad Attalum regem miserunt: qvod concessum & advectum, in ripa Tiberis cum consedisset navis, sola Claudia Vestalis, qvæ incesti accusata fuerat, eam trahens, se virginem probavit. Et Scipio Nasica solus dignus est habitus, cujus manibus Dea in urbem deducta reciperetur, tangeretur, & templum magnifice exstructum acciperet. Erant & alia Romæ sodalitia sacra: & commemorantur sodales Titii, Augustales, Antoniniani. Sed de his plura dicere supersedeo.

XIII. *Ad magistratus igitur Romanorum civiles, missis sacerdotibus, nos convertemus.*

Illi variè dividuntur, & sunt vel PATRITII, qvi initio solis patribus patebant, postea tribuniciis legibus etiam cum plebe communes sunt facti; vel PLEBEJI, qvos patricii nulli adire poterant, nisi ad plebem adoptione transgressi. Sunt MAJORES, qvi lictorem, viatoremq; habebant; MINORES, qvi non habebant; CURULES, qvibus jus fuit sellæ; ORDINARII, qvi semper in republica erant, ut senatores, consules, interreges; URBANI, qvi in urbe potestatem exercuere; PROVINCIALES, qvi in provinciis; MILITARES, qvi in bello. Totius autem urbis consilium habebatur in SENATU, qvem ipse jam Romulus, ut diximus, instituit, centum creatis, qvos ab ætate senatores; à cura patres nominavit. His Tatius centum minorum gentium, & totidem Tarqvinius Priscus adjecit. Tempore Augusti supra mille senatores erant, & qvidem inter eos indignissimi, qvos abortivos vulgus vocabat. Et sicuti penes populum erat potestas & majestas, ut scisceret & juberet, ita autoritas in senatu erat, ut censeret & autor esset, i. e. consentiret & approbaret ea, qvæ agebantur,

alias

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

alias nullius futura momenti. Senatum ab eqvestri ordine distingvebat latus clavus, & jus spectandi in orchestra atq; epulandi publice, item lunatus calceus. In hunc EQVESTREM ORDINEM, cujus insignefuit anulus aureus, Romulus initio legit ccc. vocatos CELERES: qvorum numerus brevi admodum auctus est. Nemo poterat in illum postea à censoribus legi, qvi non censum eqvestrem, id est, cccc. millia H-S. seu scutatorũ xII. millia possidebat. Nec ex eqvestri ordine, tanqvam seminario senatus, legebatur in senatorium, cui non erant Ↄↄccc. millia. Qvi autem ex eqvestri ordine, regum, consulum, censorumve decreto in Senatum erant lecti, dicebantur CONSCRIPTI. Ex senatoribus, maxime à Romulo lectis, geniti dicebantur PATRITII: qvi, qvia vel non habebant sententiæ ferendæ jus in senatu, sed in aliorum sententiam pedibus ibant, vel sellæ curulis in senatum vehendi jure destituebantur, vocabantur PEDANEI. PRINCEPS tandem SENATUS nuncupatus est, qvi per censores peracto censu in lectione primo loco recitabatur. Qvi honor fere nemini, nisi consulari & censorio viro tribuebatur, eratq; perpetuus, ut Rosinus libro VII. antiq. Rom. cap. V. testatur. Ex senatu, qvoties opus fuit, legebatur dictator, magister eqvitum, interrex, censores. DICTATOR omnium magistratuum summus erat, qvem Varro magistrum populi; Livius modo rectorem reip. modo moderatorem atq; magistratum consulum nominat. Ab eo provocare non licebat ad populum, & insignia omnia, qvæ regum ante fuerant, usurpabat, & cum XXIV. facibus cum securibus processit. Eo lecto (qvod qvidem fiebat intempesta nocte à consule, senatu jubente) reliqvorum magistratuum omnium suspensa; non sublata est potestas, præter tribunos plebis. Poterat de pace belloq; agere, exercitus scribere, educere, dimittere, omnia negotia pro arbitrio gerere. Tantam tamen potestatem semestrem esse saltem voluerunt, ne in tyrannidem iret, & libertas corrumperetur, dum saluti consulebatur. Adjungebatur ei MAGISTER EQVITUM, qvem ipse dictator libere, è consularibus tamen aut prætoriis, elegit, ut absentis locum in exercitu teneret. Qvod autem officium magister eqvitum apud dictatores obibat, id olim tribunis Celerum apud reges, & postea præfectis prætorio apud Cæsares incubuit. Ipsis tamen præfectis prætorio, qvorum Constantinus qvatuor constituit, cum initio tantum unus, & successu temporis duo fuissent, novo honoris titulo eum præposuit, qvi Patritii dignitatem esset à se adeptus. INTERREX, ne civitas sine imperio esset, aut olim rege demortuo, aut postea comitiis
 con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

consularibus, morbo consulum aut bello aut seditione impeditis, prodebatur, ut omnia obiret, qvæ vel regum vel consulum fuissent. CENSORES duo, cum intermissa diu censio esset, qvam olim ipsi reges; post consules instituerant, primum anno urbis CCCXI. & qvidem in annos qvinq;, qvia lustris duntaxat singulis censeri populus debuit, creati sunt. Sed tamen paulo post, cum nimis diuturnum id imperium videretur, lege cautum, ne diutius, qvam annua & semestris censura esset. Et creati qvidem censores sunt singulis qvinqvenniis, sed non in qvinqvennium. Dignitas eorum omninò magna fuit, omniaq; consulum insignia præter lictores habebant. Publicas enim privatasq; omnium opes describebant, vectigalia locabant, opera publica tuebantur & reficiebant, si mores displicerent, senatu ejiciebant, eqvum adimebant, tribu movebant, in ceritum tabulas cives referebant, ut sine lege & suffragio essent, ex albo centuriæ suæ expuncti. Econtra si numerus senatorum deficeret & augendus esset, ab illis, qvi censebantur digni, in senatum legebantur. Ubi notetur, qvod nonnunqvam contigerit, ut, si qvi Ædiles, Curules, Prætores & Qvæstores nondũ in senatum erant cooptati, jure nihilominus magistratus sententiam in senatu per discessionẽ ferre possent. Et hactenus de magistratibus extraordinariis. Ad qvos etiam referri possunt DECEMVIRI, ad qvos imperium à consulib. anno urbis CCCII. propter leges scribendas per trienniũ translatum est: TRIBUNI MILITUM CONSULARES, qvorũ complures rempublicã pro consulibus aliqvamdiu administrarunt, qviq; creati sunt primũ anno urbis CCCX. cum, promulgata lege, ut consulum alter ex plebe fieret, patres concessissent, ut tribuni militum consulari potestate promiscue ex primoribus & plebe crearentur: TRIUMVIRI coloniis deducendis præfecti: QVINQVEVIRI ET DECEMVIRI ad agros publicos dimetiendos & dividendos nonnunqvam creati: PRÆFECTI URBIS, qvoties abessent reges, consules, imperatores, ad præsidium urbis relicti, ut jus redderent, ac subitis mederentur, ceu loqvitur libro VI. annalium Tacitus: PRÆFECTI ANNONÆ, qvi fame cogente, missis ad finitimos legationibus, frumentum coemebant, emtumq; populo venditabant. Inter ordinarios præcipui fuere CONSULES, qvos olim, cum judicia & litium cognitio, anteqvam prætores essent constituti, penes eos fuit, rectores & judices, teste Lipsio, appellarunt. Horum duo exactis regibus annuatim creabantur, ut novam libertatem uni non committerent periculose, & diviso imperio, si alter malus esse voluisset, alter eum, habens potestatem similem, coerceret,

ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ut inqvit Eutropius. Placuit, ut eleganter Florus ait, ex perpetuo imperio annuum, ex singulari duplex: ne potestas solitudine vel morâ corumperetur. Hi consules caput habebantur reipublicæ: jus militiæ summum habebant: civibus & sociis imperabant: tribunos militum, centuriones, præfectos constituebant: populum convocabant: qvæ deliberanda erant, ad senatum referebant: sociis qvicqvid visum fuerat, imperabant: delectum habebant: paludati in bellum exibant: fœdera sanciebant. Si tamen contigit, ut qvis eorum sententiâ stare nollet, ei ad populum velut majorem judicem provocare licuit. Qvin & intercessio tribunorum arbitrium pacis, belli & graviorũ rerum illis eripuit. Post consules eminuerunt PRÆTORES. Cũ enim consules sæpè bellis; sæpè aliis negotiis avocarentur, nec esset, qvi jus diceret, ex usu fuit, magistratum, tanqvam collegam consulis creari, qvi huic muneri vacaret. Creatus initio ex Patribus anno urbis CCCXXCIX. unus; post alter adjectus. Uterq; jus dixit: sed ille inter cives; hic inter cives & peregrinos. Qvam ob causam ille urbanus; hic peregrinus dictus est. Additi tractu temporis adhuc duo alii, consulibus in provinciis regendis opem ferentes: aliis temporibus iterum alii. Anno urbis CCCCLV. jam sex erant; tempore Sullæ octo; sub Cæsare jam duodecim, jam etiam sedecim. Eorum insignia erant prætextæ togæ, sella curulis, lictores cum sex fascibus; munia verò, ludos dare, sacrum bonæ Deæ curare, de controverso jure respondere, & tria illa verba eloqvi: DO, DICO, EDICO. Amplissimo utebantur ministerio & familia, ut est in II. libro com. reip. Rom. Lazii. Prout autem erant causæ vel privatæ & civiles, vel publicæ & criminales, ita non eodem modo judicabantur à Prætoribus. Privatæ dicebantur centumvirales & judicia centumviralia, qvia apud centumviros agebantur, qvi ex XXXV tribubus sic sunt lecti, ut ex singulis terni ad judicandum constituerentur. Et his in qvatuor consilia divisis Prætor præerat, ad causas inter cives cognoscendas & judicandas. Publicorum autem de maleficiis judiciorum diversa diversis temporibus fuit ratio. Habebantur antiqvitus à Patribus, qvi soli consulibus & prætoribus erant in consilio. Sempronius Gracchus deinde legem tulit, ut ICC. eqvites CCC. senatoribus admiscerentur. Post mortem Gracchi Q. Servilius Cepio senatum in jus pristinum restituit, vel certe eum pares vires in judiciis cum eqvitibus habere jussit. Post eundem damnatum, lege Glaucia, eqvitibus judicia sunt restitura. Sed non multo post lex Plotia est lata, ut singulæ tribus qvinos denos suffragio crearent, qvi eo anno judi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

judicarent, lectæ ex senatoribus, eqvitibus, plebe. Hinc Sulla solis senatoribus dedit potestatem judiciorum lege Cornelia. Post decennium lege Aurelia judicia senatoribus, eqvitibus & tribunis ærarii, qvi & ipsi de corpore eqvitum erant, committebantur. Hos confirmabat lex Pompeja, qva exactius forma judiciorum definiebatur. Julius Cæsar, exclusis tribunis ærarii, judices ad duo genera Senatorii & eqvestris ordinis redegit. Si autem qvis maleficium publice vindicandum commisisset, deferebatur id primum ad Triumviros capitales. Illi referebant ad prætorem. Prætor sortiebatur judices numero, si legitimum debebat esse judicium, LXV. recuperatores etiam dictos. Hi in leges jurabant: in foro sub dio considebant in subselliis: ipse prætor in editiore tribunali sententiam judicum, actoris reiq; causa peracta, aut vocalem aut tabellarem collegit, & vel absolvit vel condemnavit reum, prout judices pronunciaverant, vel causam ampliabat seu comperendinabat & diem diffundebat. Post prætores censemus ÆDILES cum tribunis plebis, anno urbis CCLXXI. creatos. Initio duo ex plebe tribunis velut adjutores dati sunt, ob id Ædiles plebis vocati: post anno urbis CCCLXXXIIX. duo è patribus, ludorum præcipue causa, majori tamen autoritate accesserunt, Ædiles Curules à jure sellæ appellati. C. Cæsar etiam duos Ædiles Cereales creavit, frumentariæ curæ præfectos. Omnia curabant ad ornatum & ordinem urbis: ne in ludis, funeribus, matrimoniis, balneis, aqvæductibus, neve in foro venalium delinqveretur, nec qvod ab igne damnum accederet. QVÆSTORES primum honoris gradum occupavere, unde ad majora aspirarent. Horum initio duo tantum fuere, ut rationes pecuniarum tractarent, ærario præessent, signa militaria ex auro & argento facta in ærario custodirent, prædam venderent, legatos exciperent & lautia illis præberent Deinde alii duo sunt creati, qvi consulibus ad ministeria belli præsto essent. Tandem, cum tota Italia facta esset stipendiaria, octo facti sunt ad tractanda etiam provinciarum vectigalia, in qvas cum procosſ. aut prætoribus sorte mittebantur. Nomen illuc etiam tractum est, ut alii dicerentur qvæstores capitales, maleficiorum nempe judices, alii frumentarii, alii parricidii. Qvæstores tamen ærarii erant præcipui, qvi pecuniam curabant. Tempore Cæsaris numerus eorum ad XL. excrevit: ipsiq; imperatores peculiarem habuere qvæstorem, qvem candidatum principis, vel qvæstorem Augusti, sub Constantino qvæstorem palatii vocitarunt: cujus magna omnino, ut nostrorum Cancellariorum, in legibus & decretis condendis, peti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

petitionibus subscribendis & responsis reddendis fuit dignitas. PRO-COSS. & PROPRÆTORES, de qvibus dixi, potestatem qvidem consularem & prætoriam obtinuere, sed in provinciis: in qvas aut finito magistratus anno, aut ex inferioribus magistratibus, aut etiam privati à consulibus mittebantur, & plerumq; inter militares magistratus numerati sunt. Duces enim belli designabantur, & nonnunqvam à legionibus imperatores, qvorum nomen maximum Romæ esse apud Livium Scipio dicit, salutabantur, habebantq; potestatem legatos in provinciis sibi substituendi. Huc pertinent DUUMVIRI NAVALES, classis adornandæ reficiendæq; præfecti: TRIBUNI MILITUM, qvos Græci chiliarchas vocant, & varii in militia præfecti alarum, cohortium, castrorum, fabrorum, & si qvi sunt alii; PRÆFECTI imprimis PRÆTORIO, qvi constituto jam imperio prætoriæ cohorti præfuerunt, & sub principibus tractu temporis secundum à Cæsare locum tenuerunt: ut & PRÆSIDES, DUCES, COMITES, PROCURATORES PROVINCIARUM. Præter hos, qvos dixi, magistratus, erant etiam plebeji, qvi soli plebi patebant, ÆDILES PLEBIS, qvos jam descripsimus; TRIBUNI PLEBIS, custodes illi defensoresq;, ut Cicero ait, juris & libertatis, qvibus secundum Livium auxilii latio fuit contrà consules, ut plebis commoda adversus patritios tuerentur, & injuriam omnem intercessione sua prohiberent, creati anno post reges exactos XVI: item DUUMVIRI vel TRIUMVIRI CAPITALES, rerum capitalium judices; TRIUMVIRI NOCTURNI & PRÆFECTI VIGILUM ad vigilias noctu in urbe circumeundas, & incendia restingvenda; TRIUMVIRI MONETALES & QVINQVEVIRI MENSARII, ad pecuniam in angustiis ærarii à privatis mutuo accipiendam, posteaq; reddendam; & tandem magistri vicorum ad vicos in urbe tuendos, ludosq; compitalitios faciendos. In ipso autem populo cum cives alii essent patritii; alii plebei, plebeis optio erat, patronum è patritiis, qvem vellent, sibi eligere. Patronorum autem erat, de jure respondere, impetum accusatorum sustinere, qvicqvid pro filiis parentes solent, facere, à publicis & privatis negotiis qvietem clientibus parare. Econtra clientes tenebantur juvare patronos in publicis impendiis, liberis elocandis, omnibus ipsorum utilitatibus promovendis. Qvicunq; autem civis Romanus erat, hoc jure fruebatur, ut posset cum cæteris civibus magistratus creare, leges ferre, judicia facere, in censum deferri, Romæ, si libitum esset, habitare, hereditates & legata capere, jure gentilitatis, agnationis, adoptionis, togæ

feren-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ferendæ uti, in legionibus Romanis militare. Idem ex lege Valeria, si provocasset, hoc beneficio fruebatur, ut virgis non cæderetur, aut securi percuteretur. Ex lege etiam Porcia & Julia, libertas ejus lictori eripiebatur; ex Sempronia, de capite ejus injussu populi non judicabatur. Si tamen meruisset, exilium damnato permissum erat, qvod teste Cicerone non est supplicium, sed perfugium & portus supplicii. Hoc jure civium Romanorum erat qvidem JUS LATII inferius, qvia omnes Latinorum res pace belloq; ex nutu atq; arbitrio Romanorum pendebant: iidem tamen suis legibus & suo jure vivebant; milites in bello dabant; hostes cum Romanis communes habebant; tertiam prædæ partem in bellis accipiebant; socii & amici populi Romani dicebantur; qvi stirpem in urbe relinqvebant, cives Romani fiebant. Lege tandem Julia Latinis omnibus civitas est data, ejusq; jure reliqvi Itali in coloniis & municipiis frui cœperunt. Sed his missis, ad ipsam tandem historiam Romanam revertemur. Qvisqvis interim constitutionem & dispositionem reip. Romanæ accuratius vult cognoscere, librum VI. Polybii elegantissimum iterum iterumq; evolvat.

LIBRI SECUNDI
SECTIO II.
de secunda ætate Romanæ monarchiæ sub Consulibus.

Qvæst. I. *Qvum ex superioribus præter VII. reges, à qvibus Romana res primum aucta fuit, magistratus, qvos regibus expulsis, sibi Romani præfecerunt, cognoverim. felicius me in ipsa historia progressurum jam spero: ad qvam continuandam te reverti placet.*

L. JUNIUS, cognomine BRUTUS, ex sorore Tarqvinii superbi natus, jam antea ob fastum odisse cœperat Tarqvinium. Sed stultitiam simulans, Bruti nomen accepit. Cumq; oraculū Delphicum, ad qvod profectus cum duobus regis filiis, deridiculi gratia comes adscitus, baculo sambuceo aurū infusum dono obtulerat, respondisset, cum summum Romæ imperium habiturum, qvi primus matri osculum tulisset, terram lapsu simulato est osculatus. Expulsis igitur Tarqviniis, & omnibus libertate reddita ad Gabios primum, deinde in Hetruriam ejectis, factisq; cum Ardeatibus induciis, cum L. COLLATINO TARQVINIO, Lucretiæ marito, consulatum primum iniit, & jurejurando Romanos obstrinxit, ut posthæc neq; Tarqvi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

qvinios, neq; mortalium qvenqvam Romæ regnare paterentur. CONSULES omnia jura, omnia regum insignia habuere. Id modo cautum est, ut alterum consulum XII. secures præcederent, alterum XII. lictores cum solis fascibus, & collegæ singulis mensibus secures sibi vicissim traderent, ne, si ambo haberent, duplicatus terror, duoq; reges pro uno accepti esse viderentur. Sacrificulum etiam regem ad certa sacra obeunda, qvæ à regibus hactenus consveverant fieri, creavit Brutus, & Collatinum collegam, cum & Tarqviniorum, qvod gerebat, nomen Romanis odiosum esset, & ipse lenitate sua, qva conjuratos de reducendis regibus socios impune ob sangvinis conjunctionem dimittere voluerat, populum offendisset, eo perduxit, ut consulatu deposito ultro in exilium abiret. In ejus locum P. VALERIUM POBLICOLAM, qvi legem de provocatione ad populum adversus consules tulit, collegam elegit: filios duos, Titum & Valerium ob consilia de Tarqviniis reducendis cum eorum legatis agitata, & per servum Vindicium qvi libertorum primus civitate ob id donatus est, detecta, virgis & securi percussit: bona Tarqvinii diripienda populo concessit: domum regiam solo æqvavit: Martiū campum ubi Tarqviniorum agri inter Capitolium & Tiberim fuerant siti, Marti dicavit: in Tiberim fruges ejici curavit, unde insula in fluvio sacra facta est: Patritiis ex eqvestribus CLX adjunxit, ut numerus trecentorum patrum, qvi defecerat, expleretur. Et qvia variis modis saluti patriæ consuluit, hinc factum, ut Junius mensis ab eo nomen acciperet. Tandem in prælio adversus Hetruscos, Tarqvinium reducturos, ipse & Aruns, regis expulsi filius, in cruenta victoria, qva ex parte hostium trecenti supra XI. millia, & ex Romanis totidem uno excepto ceciderunt, occubuit, luctumq; annuum suis facinoribus matronis Romanis reliqvit. Valerius vero ob victoriam partam qvadriga triumphans urbem ingressus, laudes Bruti solemni oratione funebri decantavit, & ne videretur tyrannidem invasurus, domum paulo augustiorem nocte diruit: popularem se in legibus ferendis præbuit: duos populo qvæstores concessit: per eosdē ingentem vim pecuniæ in bellum coegit: legem de provocatione adversus consules & de sacrando ejus capite, qvi magistratum absq; populi suffragio cepisset, promulgavit: collegam sibi adscivit LUCRETIUM, Lucretiæ patrem, eiq; tanqvam seniori priorem locum concessit. Illi, intra paucos dies confecto, M. HORATIUS successit, qvi Capitolium à Tarqvinio pene absolutū dedicavit, utq; firmius populo persvaderet, se publicæ libertatis studiosum esse, ademit secures fascibus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

moremq; post se reliqvit consulibus, ut tantum extra urbem securibus uterentur, intra mœnia contenti solis fascium insigniis. Censu instituto, qvi toto Tarqvinii tempore intermissus fuerat, cxxx. millia civium inventa sunt: & memorabile est, qvod in hoc censu orbis & viduis gratia tributi pendendi facta fuerit. Cum autem LARS PORSENA, rex Clusinorum in Hetruria, Tarqviniorum expulsorum causa Romam infesto agmine peteret, & jam Janiculum occupasset, virtus unius HORATII COCLITIS obstitit, qvo minus urbs caperetur. Nam ponte interrupto solus hostibus restitit, & deinde ad suos salvus tranavit, qvanqvam jaculo in natibus vulneratus. Urgebat nihilominus Porsena Romanos, castris ad urbem positis, & omni commeatu iis intercluso, fame illos gravi afflixit. Ideoq; C. MUTIUS SCÆVOLA, veste indutus Hetrusca, castra hostis ingressus, regem interfecturus, ejus qvæstorem, qvem regem crediderat, percussit, & qvod dextera errasset, eam igni admotam combussit. Qva virtute Porsena motus, cum intelligeret trecentos Romanos juvenes in sui necem conspirasse, & Poblicola eum qvoq; controversiarum cum Tarqvinio constitueret arbitrũ, pace cum Romanis facta, obsidibus xx. & inter eos CLOELIA virgine acceptis, à Tarqvinio, qvod legatos Romanorum violaverat, nec ullius cognitionem subire volebat, jam alienatus erat. Accessit aliud virtutis Romanæ specimen, Porsenæ insperatum. Clœlia enim obses, natatu superato Tiberi, cum agmine virginum Romam se audax receperat. Et qvanqvam reducta est à suis, Porsena tamen eam ob tantam virtutem honoratam patriæ restituit, eqvestriq; statua donavit, & amicitiam cum Romanis coluit constantissimam, Tarqviniumq; à se exulatum dimisit. Abiit ille Cumas: ubi paulo post in summa miseria fato functus est. Postea toto qvadriennio cum SABINIS bellum geritur, & prudentia Poblicolæ, ejusq; fratris Marci, insignis victoria reportatur: Fidenæ denuo capiuntur: duplex triumphus ducitur: Appius Clausus, STIRPS CLAUDIORUM, invidia apud Sabinos pressus, cum qvinq; millibus familiarum, qvæ ab hoc tempore Claudiorum clientes esse cœperunt, Romæ recipitur. Paulo post Poblicola defunctus, publico funere est elatus. Bello hoc vix finito LATINI insurgunt, qvos Sextus Tarqvinius à societate Romanorum abstraxerat, ut communi consilio adversus eos decernerent bellum. In ipsa etiam urbe adversus consules conjuratur. Fidenæ denuo à Romanis deficiunt, & denuo capiuntur. Dum autem ab altero consulum obsidentur, gravissima seditione alter in urbe à conjuratis exagitatur. Qva

vix

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

vix sedata, novæ coeunt turbæ propter egenos & nexos in urbe, qvi debita creditoribus solvere non poterant, imo propter plebem, optimatum potentiæ omnem potestatem cedere nolentem, qvia omnis expers honoris, & indigna etiam connubiorum consortio habita, maxima cum indignatione serviebat. Cum igitur illinc hostes potentissimi, hinc ipsi cives seditiosi pericula varia objicerent, DICTATOR PRIMUS T. Lartius cum summa potestate designatus est, & Sp. Cassius ei magister eqvitum additus. Induciæ tunc per annum factæ sunt: qvibus finitis, bello cum Latinis instaurato, secundus dictator A. Postumius dictus est, qvi secundum Florum novo & insigni commento signum in hostes jaculatus, ut cursu peteretur, magnam cladem hostibus intulit, ut vel xxxclↄ ex suis desiderarent. Societas tamen cum iis tandem & fœdus denuo coaluit. Vix confectum erat hoc bellum, cum novum adversus VOLSCOS conflaretur, qvod Latinis auxilia submisissent. Eo vero decreto, maximæ plebis adversus opulentos turbæ denuo excrudescunt, qvæ diuturno tempore inter multa bella continuatæ sunt, donec plebs furibunda, cum fœneratores de suo jure nexis nihil remitterent, in montem sacrum secederet. Tumultuantes tandem AGRIPPA MENENIUS, qvi & ipse, cum decessit, ob penuriam publico impendio elatus est, recitato de dissidio ventris & membrorum apologo patribus reconciliavit. Et dictatore tertio M. Valerio dicto, constitutum est, ut plebi sui essent TRIBUNI, qvibus esset adversus consules auxiliatio. Et sic summa potestas potius penes populum cœpit esse democratica, qvam penes patritios oligarchica, & patritii plebiscitis cœperunt adstringi.

II. *Siccine igitur ab hoc tempore ut consules ex patribus, ita tribuni ex plebe sunt designati?*

Sunt: nec melior seditionibus medicina parari potuisset. Sub patritiorum qvidem imperio resp. hactenus fuerat, plebsq; omni exclusa munere, optimatibus parebat, diremtis etiam connubiis, vitæq; ipsius prope communione privata, vix civium nomen retinebat. Sed nunc cœpit caput tandem extollere. Summam enim potestatem, sacrosanctum tribunatum, patritiorum manibus primo extorserunt, qvo contra optimatum potentiam & libidinem se tuerentur. Cujus deinde ope omnia in civitate consecuti sunt, & ipsis patritiis fere æqvati, vindicato etiam sibi consulatu, dictatura & aliis imperiis. Postqvam autem & turbæ domesticæ sedatæ, & præter Volscos Æqvi & Sabini rebelles devicti & domiti sunt, fames

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Romæ maxima oborta est: frumentoq; à Gelone Syracusanorum rege allato, Cn. Martius, cognomine CORIOLANUS (nam Volscos vicerat, & Coriolos urbem eorum expugnaverat) svasit, plebem fame premendam, donec patribus jus pristinum redderetur, & plebeji magistratus tribuni abdicarentur. Sed plebs, redintegrato tumultu, eum in exilium ejecit. Ille ad Volscos hostes abiit, & receptus, atq; contra patriam dux constitutus, multis urbibus expugnatis, ipsam deniq; Romam exercitu infesto petiit: & nisi, prolixis matris Veturiæ & uxoris Volumniæ precibus persvasus, (legationes enim reliqvas ex omnium ordinum hominibus spreverat) annuas inducias fecisset, victusq; pietate, non armis recessisset, omnem Romanam gloriam Romanus ad hostes transtulisset. Coriolanum autem ferunt à Volscis, cum Antium rediret, ob inducias cum Romanis factas, in concilio per conjuratos trucidatum. Romæ contra templum muliebri Fortunæ ob salutem urbi à feminis partam exstructum est. Sed Volsci, Æqvis, Hernicis & Vejentibus sibi adjunctis, bello acrius incubuere. Et multis annis vim Romanorum sustinuere. C. Aqvilius qvidem & T. Sicinius consules splendidissimum de illis triumphum meruerunt: hujus tamen conditionibus non diutius stetere, qvam viribus reparatis se amissa recuperaturos confiderent. Post aliqvot pugnas tandem adversus eos SEX & TRECENTI FABIORUM, per portam sceleratam cum qvatuor mille clientibus & sociis profecti, bellum in se receperunt, sed omnes in insidias illecti, excepto uno Fabio prope pubere, domi relicto, perierunt. Halicarnassæus qvidem, qvod de uno Fabio superstite retulimus, fabulosum esse censet: nobis tamen, qvod ex communi fama historici testatum liqverunt, apponere placuit. Eodem vero tempore, qvo Fabii cæsi sunt, Menenius etiam consul imperite bellum gerens, castris amissis est superatus, ipseq; Janiculus mons occupatus. Sed tandem multis præliis fracti Vejentes & triumphati; Æqvi cum Volscis repressi sunt. Toto interim hoc belli cum Volscis tempore LEX AGRARIA turbas Romæ dedit innumeras, tantum non cum extremo urbis excidio.

III. *Qvæ qvæso & qvalis est lex illa Agraria, & qvasnam dedit turbas?*

Lex agraria primum anno mundi MMMCCCCLXV. à Spurio Cassio Viscellino Cos. promulgata est, qva jubebantur agri publici populo viritim dividi. Et qvanqvam paulo post Spurius Cassius, qvod sub specie legis agrariæ tyrannidem invasurus videbatur, à plebe interfectus, & de rupe præcipitatus est, lex tamen agraria perpetuo cum à tribunis plebis, tum im-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

imprimis anno mundi MMCIƆIƆCCCXII. à Gracchis fratribus urgebatur, & qvidem nunqvam ſine maximis motibus, ut inqvit Livius: qvem & Halicarnaſſæum, copioſè de illa multis libris differentes, qvi velit, conſulat. Dum autem domi ob ſublevandos inopes crebri excitabantur tumultus, foris nõ ceſſarunt hoſtes, imprimis Volſci, Æqvi & Sabini, agros vaſtare, ſocios Romanorum laceſſere, varioq́ pugnare Marte. Et Sabini qvidem, ſervis ad pileum vocatis & ergaſtulis armatis, dum ſeditiones ob dictam legem agrariam Romanos vexarent, & peſtis etiam vehementer in eosdem graſſaretur, anno MMCIƆCCCCXCI. Capitolium duce Herdonio occuparunt, ipſumq́ Valerium Cos. trucidarunt. Sed C. FABIUS, qviq́ ab opere agreſti ad qvartam dictaturam accerſitus eſt, L. CINCINNATUS, hoſtibus tandem ſuperiores facti, urbem preſſam liberarunt. Interim magno vulgi conamine tribuni plebis, qvorum tandem decem ut crearentur, à ſenatu impetratum eſt, cum multa alia, tum jus ſenatum convocandi ſibi arrogarunt, Aventinum montem plebi habitandum conceſſerunt, & qvicqvid de regiis legibus nimiæ conſulum poteſtati cenſebant adhuc favere, antiqvare conati ſunt. REGIÆ ILLÆ LEGES, à Romulo, Numa & Servio latæ, ad Tarqvinii usq́ tempora valuerant: qvæ etſi à regibus ſancitæ, dictæ tamen etiam ſunt curiatæ & centuriatæ leges, qvia populus in curias & centurias diviſus eas probaverat. Has qvia Sextus Papirius in unum corpus compegerat, collectio illa JUS CIVILE PAPIRIANUM vulgo dictum eſt. Primus Tarqvinius Superbus illas leges poſthabuit; aliqvas etiam abrogavit. Conſules poſtea multis regiis legibus abolitis, eas, qvæ libertatem concernebant, comprobarunt, nonnullas addiderunt: ceu ſunt Valeriæ, Sacratæ, Iciliæ. Sed hæ jus potiſſimum ſpectabant publicum. Privato juri nulla fuit acceſſio per LX annos ante leges decemvirales. In controverſiis civium conſvetudine potius, qvam certo jure agebatur. Et qvia potentiores atq́ patritii ad arbitrium potius cauſas curabant decidi, qvam ad legum præſcriptum, inopesq́ variis modis affligebantur, varia inde ſeditionum materia enata eſt. Anno U. C. poſt ducenteſimum XCII. promulgare conabantur tribuni legem Terentiam de Qvinqveviris, qvorum numerus tamen crevit in decemviratum, legum ſcribendarum creandis: eaq́ lex plebi admodum arriſit, ne poteſtas jus ex ſua ſententia dicendi ulterius penes Coss. eſſet. Reſtiterunt aliqvamdiu patres: ſed fracti tandem conceſſere, ut legati in Græciam mitterentur, ad Solonis aliarumq́ civitatum inclitas leges noſcendas: qvi poſtqvam biennium

nium

nium plus minus abfuerunt, anno ab urbe condita CCCI reversi, cum plebe pervicerunt, ut decemviri annui è patritiis potestate consulari, ut essent sine provocatione, crearentur. Hi x. tabulis omnes leges comprehenderunt, qvæ uspiam in Græcia erant egregiæ, assumtis nonnullis veluti surculis ex regiis legibus & consvetudinibus antiqvis. Hisce x. tabulis anno seqventi duas alias, de sacris potissimum, addiderunt, & omnes XII. ad judicium senatus & centuriatorum comitiorum antea revocatas & promulgatas, inqꝫ æs incisas, publice proposuerunt. LIBELLUM HUNC XII. tabularum Cicero non veritus est omnium philosophorum bibliothecis autoritatis pondere & utilitatis ubertate præferre: puerіqꝫ eas in carmen solemne compositas edidicerunt. Decemvirorum autem potestas vix duravit triennium. Nam cum viderentur tyrannidem affectare, & APPIUS CLAUDIUS, præcipuus inter eos, L. Virginii filiam, in qvam insano amore exarserat, tanqvam mancipium accusatam, & sibi corrupto judicio addicatam abduceret, ipseqꝫ pater filiam hoc modo ad stuprum raptam sua manu interficeret; Sabini etiam Romanum agrum deprædarentur: res rediit ad consules & tribunos plebis, postqvam plebs jam secundo in sacrum montem secessisset. Appius autem mortem in carcere sibi conscivit; cæteri decemviri in exilium abierunt.

IV. *Num post magistratum decemviris abrogatum, & leges duodecim tabularum promulgatas, qvietior fuit respublica?*

Æqvi, Volsci & Sabini perpetuam bellorum materiam objiciebant. Et Romanus populus inter Ardeates & Aricinos arbiter lectus, parum honeste agrum, de qvo ambigebatur, sibi vindicavit. Finium enim dilationes qvoqvo modo qværebantur. Interea ex duodecim tabulis lex aliqva, à tribunis plebis acriter exagitata, est abolita, qva CONNUBIUM INTER PATRITIOS & PLEBEJOS prohibebatur. Cœpit etiam diu postea vexata controversia agitari, utrum alteruter consulum ex plebe creandus esset: qvæ qvidem disceptatio per annos LXXIIX. continuo turbas dedit. Et reipubl. statu iterum mutato, loco consulum electi sunt, cum ex patritiis, tum ex plebe TRIBUNI MILITUM ANNUI, vel qvatuor vel plures, consulari potestate, ut & plebi aliqvid tribueretur, nec consularis dignitas temeraretur: sic tamen, ut qvibusdam annis tribuni una cum consulibus; qvibusdam soli consules sine tribunis imperarent. Non enim ita legibus & consvetudini insistebant, ut non, necessitate ita exigente, de illis, qvæ usu receperant, remittere possent. Eam ob causam consules pri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

primum remp. administrarunt: illos post L. annos exceperunt decemviri; hos finito nondum triennio consules denuo exceperunt. Inde tribuni militum consulari potestate aliqvamdiu creati sunt. Tribunis etiam plebis nonnunqvam potestas consularis indulgenda fuit. Res tamen ad consules rediit. CENSORES etiam anno mundi ɪɔɪɔcclxix. creati sunt, qvi, ut supra diximus, honesta & utilia reip. procurarunt. Postea Sp. Melius, qvum famem Romæ obortam sublevasset, regnum in urbe affectavit. Sed in ipsis consiliis, jussu Cincinnati dictatoris, obtruncatus periit. Bella interea cum Vejis & Volscis plus solito incruduerunt: in qvibus Romani multoties dictatores elegere. Et licet induciæ multorum annorum intercederent, illæ tamen bello fuere similiores. Tandem VEJI, qvorum urbs erat caput Hetruriæ, per integrum decennium gravi obsidione pressi, &, cum Romani Deos lectisternio primo placassent, à M. FURIO CAMILLO dictatore & CORN. SCIPIONE, eqvitum magistro, lacu Vejentino seu Albano à mari, in qvod effluxerat æstuans, juxta oraculum retro derivato, & cuniculis atq; subterraneis dolis aditu facto, capti sunt, incolæq; in servitutem abrepti, exitio suo obsidioni finem fecere, & Camillus primus curru qvatuor juncto eqvis albis triumphum duxit. Cornelius Cossus tribunus militum, Tolumnio Vejentium rege necato, spolia opima Jovi Feretrio alter ab Romulo tulit. Instit ere Romani tantæ victoriæ, & castra ad Faliscorum urbem, qvi Vejentibus opem tulerant, locavere. Hic, cum Camillus ludimagistrum, principum liberos proditurum, vinctum & virgis à discipulis cæsum ad patres remitteret, spontanea deditione urbem occupavit. In Æqvos etiam novos hostes & Volsinienses factus est impetus. Camillus autem in exilium abiit, qvod iis, qvi ex Romana plebe Vejos domicilium volebant transferre, restitisset, qvodq; decimas ex præda Vejentina Diis vovisset, & oblitus voto non satisfecisset, Diiq; jam irati viderentur. Sed anno seqventi novum urbis infortunium materiam virtutis, vel in ingratam exerendæ, Camillo præbuit. GALLI enim, oriundi ex Celtis, Senones dicti, qvi sub Tarqvinio Prisco Italiæ partem, qvam Galliam cisalpinam postea dixerunt, Tuscis expulsis, occuparant, & jam Clusium Hetruriæ urbem admotis copiis sub rege Brenno obsidebant, à tribus Fabiis, Romanorum legatis, qvi cum Clusinis, posthabito legatorum officio, jure gentium violato, prælio interfuerant & fortiter egerant, læsos se arbitrati, versus ipsam Romam hostilem movere exercitum, Romanos in Alliensi pugna non procul ab urbe, ubi Allia se immiscet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Tiberi, in fugam conjecere, urbem invasere, diripuere, cremavere; prætextatos & in curilibus sellis veluti Deos geniosq; sedentes senes, qvi devovente pontifice Diis se manibus consecraverant, ut habet Florus & Plutarchus in Camillo, sibi obvios, irritati M. Papirii eburneo scipione, peremere; & Capitolium, qvod M. MANLIUS & juvenes nonnulli, numero plus minus mille, occupaverant, & vix anserum clangore consecratum defendebant, obsedere. Postqvam autem VII. jam menses urbem vastatam tenuere, obsidio sua jam ipsos fatigavit: ideoq; mille pondo auri, ut Florus habet, recessum suum venditarunt: idq; ipsum per insolentiam. Ad iniqva enim pondera addito adhuc gladio, superbè VÆ VICTIS increpabant. Sed subito aggressus à tergo Camillus, adeo Gallos cæcidit, ut omnia incendiorum vestigia Gallici sangvinis inundatione deleret. Ille enim apud Ardeates exul dictator creatus, gratia cum ingrata patria certare voluit. Ob hoc beneficium Camillus alter Romulus est nuncupatus. Ut enim Romanos in splendidam urbem Vejos migraturos prudenti consilio detinuit, ita ædificiis pulcrius & ornatius extructis de novo Romam condidit, & præterea Volscos, Æqvos & Hetruscos, qvi cum reliqvis Latinis adversus Romanos novo fædere coierant, tertio dictator creatus, penitus subjugavit, & bellum illud adversus Volscos diuturnum, qvod inter varias inducias annis plus qvam centum duraverat, confecit, Sutrio eodem die recepto, qvo ab hostibus captum erat. Illi qvidem libertatem iterum iterumq; recuperare annisi sunt: sed frustra. Armis enim Romanis omnia cedebant: omnesq; tandem Latini imperium Romæ agnovere. Hoc bello Plutarchus in Romulo & Camillo dicit, Latinos à Romanis magnum numerum puellarum ad instaurandam exolescentem jam veterem necessitudinem petiisse: illos misisse ancillas pro ingenuis, & ad signum facis noctu ab ancillis datum sopitos Latinos peremisse. Interim M. Manlius, qvi Capitolium à Gallis liberaverat, de saxo Tarpejo præcipitatus est, qvod ad plebem deficiens, senatu variis calumniis proscisso, tyrannidem qvæsiisset: adjectaq; hæc nota est, ne qvis M. Manlius porro vocaretur.

V. Volscis & Vejentibus, illis Romanorum perpetuis hostibus, domitis, qvæ alia bellorum materia Romæ suppeditata est?

Non unus in Italia hostis supererat domandus. Illinc Samnites, hinc Galli, & in ipso Latio, populi libertati assveti, potentiæ Romanorum minus æqvi, crescenti reipubl. obstaculo erant. Qvæ & ipsa variis domi exagitabatur turbis. Jam enim tribuni militares tam ex plebe, qvam patri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

patribus consulari potestate creati sunt: jam consules ad avitum jus respicientes summam urbis curam in se receperunt. Et tandem anno mundi MMCIↃↃLXXVI. C. Licinius & L. Sextius tribuni plebis per qvinqvennium impedierunt, ne vel consules vel tribuni militares eligerentur; legesq; consentiente plebe, ære pressa, de fœnore in sortem non computando, de agris sic dividendis, ut nemô civiũ ultra ꟾↄ. jugera agri haberet, deq; consulũ alterutro ex plebe eligendo tulerunt. Elapso autem illo qvinqvennio res denuo rediit ad tribunos militum. His litigiis intestinis cum distractæ urbi certus magistratus non esset, Veliterni inter Volscos præcipui Tusculanos, Romanorum socios, infestis armis petierunt. Tribuni igitur plebis, postqvam satis desœvitum esse ipsi crederent, de rigore suo remittendum esse judicarunt, & tribunos militares consulari potestate iterum creaverunt, qvi, Tusculo obsidione liberato, mox graviore bello implicati sunt. Galli enim in Albanum agrum iterum irrumpentes, non exiguum illis metum incusserunt. Nec tamen Licinio & Sextio, qvi jam integro decennio pro tribunis plebis se gesserant, ad concordiam animum appellare placuit. Consulem enim ex plebe postulantes, effecere, ut tribunis militaribus abrogatis, consules eligerentur annui, alter ex PATRITIIS; ex PLEBE alter. Patritii contra pro concesso plebi altero consulatu, duos magistratus insignes sibi qvæsiverunt, PRÆTURAM & CURULEM ÆDILITATEM. Excepit hos motus ingens pestilentia, qvæ per triennium sœviit, & magnum illum Camillum, secundum Romæ conditorem, qvi paulo ante secundum bellum Gallicum, expulsis Gallis ex agris Romanis, confecerat, cum plurimis aliis abripuit. Cujus remedium & finis, qvum per novas religiones qværeretur, non lectisternium saltem, sed & ludi scenici, accersitis ex Tuscia histrionibus, facti sunt. Dictator etiam, ut vel sic pestis desineret, clavi figendi causa creatur L. MANLIUS: qvem filius, ob cujus educationem minus liberalem à tribuno dies illi dictus erat, stricto accusatorem deterrens gladio, olim liberaverat. Vix pestis desævierat, cum ingenti voragine medium forum collaberetur. Nec poterat specus prius expleri, qvam M. CURTIUS eqvo insidens se in eam immissum Diis manibus devoveret. Id enim Deûm monitu audierat illi loco dicandum, qvo plurimum populus Romanus posset. Reliqvis igitur pretiosa qvæq; ingerentibus, ipse nullum majus Romanis bonum, qvam arma virtutemq; esse credens, se specui ipsum immittere voluit. Deinde cruento prælio Hernicis victis, Gallis etiam vel ter fusis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

res passim prospere gestæ sunt. Imprimis TITI MANLII virtus, qvi patrem à vexatione tribuni liberarat, eminuit. Singulari enim certamine Gallum provocantem prostravit, jugulavit, torqve spoliavit, & ex eo TORQVATUS nuncupatus est. Tiburtibus etiam, qvod cùm Gallis societatem junxerant, bellum indicitur, ut & Tarqviniensibus, qvod agrum Romanum populati fuerant. Hi vero facibus & serpentibus armati, milite Romano exterrito, bis victoriam reportarunt, atq; trecentos & septem ex captivis, Diis suis immolarunt. Facinore illo irritati Romani, majori Tarqvinienses numero, qvos in prælio secundiore ceperant, virgis cæsos securi percusserunt. Et L. FURIUS CAMILLUS dictator in Gallos feliciter movit, eosq;, cum M. VALERIUS POBLICOLA auxilio corvi, (unde etiam nomen CORVINI illi factum est) in duello Gallum robore & armis insignem trucidasset, stravit & devicit. Tandem post aliqvot leviora bella, bellum Samniticum ob Campanos à Samnitibus lacessitos enatum est: qvod secundum Livium annos LXXI. inter inducias, victorias, clades duravit. Recruduit etiam Latinum bellum, in qvo alter consul T. MANLIUS filium, licet feliciter, tamen extra ordinem, non consultis consulibus, in pugnam progressum, securi percussit, & Manlianis imperiis proverbium fecit. Alter P. DECIUS se pro exercitu, cum laboraret miles, resq; ad triarios esset redacta, devovit, & concitato eqvo in medios hostes se ingerens, morte sua Romanis victoriam restituit. Sic tandem omne Latium in deditionem venit, & Antiatium naves partim sunt in navalia Romæ subductæ, partim incensæ: rostrisq; earum suggestum in foro extructum adornari placuit, rostraq; id templum, ut Livius habet libro VIII. appellatum. Deinde cum finitimis Sidicinis, Ausonibus, Privernatibus, Palæopolitanis, Vestinis bella leviora gesta sunt. In veneficia etiam inqvisitum, & ducentæ plus minus matronæ, qvæ venena coxerant, ad supplicium raptæ sunt.

VI. *Qvid autem in diuturno illo bello Samnitico, qvod vel LXXI annos inter inducias, clades & victorias durasse dixisti, actum est?*

Difficillimum illud bellum cum Samnitibus de novo qvasi enatum est; in qvo imprimis memorabilis est clades illa ad CAUDINAS FURCAS; qva totus exercitus Romanus, consulesq; ipsi T. Veturius & Sp. Posthumius in locum iniqvum deducti, intercepti, nudi sub jugum missi, & domum fœdere turpi inito reversi sunt, sexcentis eqvitibus obsidum loco ad ignominiosæ pacis confirmationē relictis. Sed pax infecta facta est. Romani

ni etenim ipsos consules & reliqvos sponsores fœdæ Caudinæ pacis vinctos tradidere Samnitibus, ut bellum honeste geri posset. Sed non recepti, in urbem redierunt: & utrinq; viribus instauratis, fusisq; à PAPIRIO CURSORE Samnitibus, & sub idem jugum missis, receptisq; de eqvitibus Romanis, qvi obsides dati erant, pudor prioris flagitii abolitus est. Hic est ille Papirius, qvem Livius lib. IX. demonstrat, inter alios potuisse resistere Alexandro M. si forte devicta Asia Romano populo bellum fecisset. Et qvamvis plerunq; inferiores essent Samnites, præstantissimis tamen qvibusq; ducibus, consulibus, & dictatoribus Romanis objicere se non dubitaverunt. Sed tandem in eas angustias sunt redacti, ut pacem peterent & obtinerent. Qvæ tamen cum paulo post irrita fieret, Q. FABIUS MAXIMUS, ATTILIUS REGULUS & alii eos admodum attriverunt. MANLIUS CURIUS DENTATUS tandem, qvi rapas coqvens, oblato à Samnitibus auro, se malle aurum habentibus imperare, qvam aurum habere dixit, eos penitus subegit, ipsasq; urbium eorum ruinas ita diruit, ut Samnium in ipso Samnio qværatur. Viginti qvatuor triumphos toto hoc tempore à Samnitibus esse reportatos, testantur historici. Et copiæ ipsorum, adversus Romanos jurejurando in perpetuum obstrictæ, cum devictæ tandem universæ sint, religione absolutæ dici possunt. Samnites Florus vocat gentem, si opulentiam qværas, aureis & argenteis armis, discoloriq; veste usq; ad ambitum armatam: si insidiarum fallaciam, saltibus ferè & montium fraude grassantem: si pertinaciam, sexies rupto fædere cladibusq; ipsis animosiorem.

VII. *Num interea temporis Romani alios hostes non habuere?*

Habuere utiq;, & imprimis vicinos Hetruscos, subinde ad arma se recipientes: qvi, ut ægrius Romanis facerent, cum Samnitibus sæpe conjunxerant arma. Q. FABIUS autem aliqvoties eos castigavit, & uno in prælio vel sexaginta millia trucidavit, alteroq; consulum C. Marcio Rutilo in periculo versante, inimicum suum L. Papirium, dictatorem dixit, & patriæ causa simultatis memoriam remisit. Cumq; Hetrusci Gallos, Umbros, Samnites & plerosq; Italicos populos bello secum implicarent, imperterritum se ad omnia gessit, & insigni victoria metum suis ademit. Interim P. DECIUS MUS adversus Gallos profectus, cum victoria ad hostes inclinaret, exemplo patris invitatus, pro exercitu se devovit. Ita Hetrusci penitus subacti sunt, & qvidem qvinto ante Samnitium excidium anno.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

VIII. *Hetruscis igitur debellatis, videntur jam Romani gentem Italicam sub suam redegisse potestatem?*

Nondum illis parebant Tarentini, nondum Picentes, nondum Campani, nondum alii. Et Galli adhuc qvædam Italiæ loca insidebant. Fuitq; Romanis annos prope lb. in Italia subigenda laborandum, cum annorum cc. spacio totum pene terrarum orbem in suam ditionem redegerint. Excelluit autem per hæc tempora APPIUS CLAUDIUS, qvi viam Appiam ad Capuam usq; per viginti qvatuor milliaria stravit, fontanam etiam aqvam, Appiam deinde dictam, urbi induxit, cœcus qvidem, sed vir perspicacissimus, semper sui similis. Ob pestis etiam sævitiam decem legati ex Epidauro Æsculapium vivi serpentis specie navi Romam deportarunt: eoq; in Insulam Tiberis egresso, eodem loco sedes Æsculapio consecrata est. Censu mox acto & lustro condito, censa sunt civium capita CCLXXIII. millia. Hac potentia jam omnibus terrori erant. Britomaris tamen, regii generis inter Senones Gallos juvenis, eorum legatos, cum fœderatis Aretinis à Gallis afflictis qvietem volebant impetrare, jure gentium neglecto, perimere ausus est. Qvo facto in tantã indignationẽ Romanos conjecit, ut omne Senonum nomen funditus perderent, & totam gentem exscinderent per Dolabellam. Circa idem tempus cum decem naves Romanæ sub duumviro L. Valerio portum Tarentinorum, tanqvam amicorum, subirent, illi classem hostilem adesse arbitrati, qvinq; naves depressere, inq; illis ipsum duumvirum: & Thurios, urbem Romanorum amicam, diripuere: cumq; adesset L. POSTHUMIUS ad autores sceleris dedendos, illum, qvod veste minus cultus erat, & lingva minus Græca utebatur, in theatro publice ludibrio habuere, inq; materiam risus trahebant, qvod eum scurra Philonides, canis instar, lotio conspergeret. Qvam ob causam BELLUM TARENTINUM anno ab urbe condita CCCCLXXII. exortum est, unum qvidem titulo & nomine, sed victoria multiplex, ut Florus loqvitur. Campanos enim, Apulos atq; Lucanos, & caput belli Tarentinos, totam item Italiam, & cum istis omnibus PYRRHUM, clarissimum Græciæ in Epiro regem, una veluti ruina pariter involvit, ut eodem tempore & Italiam consummaret, & transmarinos triumphos auspicaretur. Hic Pyrrhus Epirotarum rex materno genere ab Achille, paterno ab Hercule descendens, cujus genus & majores accuratius descripsit Plutarchus, superiore gingiva os continuum habuisse dicitur. Dubio responso oraculum eum, cum bellum adversus Romanos meditaretur, elusit, cum ad interrogata diceret:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Ajo te Æacida Romanos vincere posse.

Plutarchus eum lienosis dextero pede leniter pressis curationem attulisse dicit. Bis regno pulsus, primum per Glauciam regem Illyrici, deinde per Ptolemeum regem Ægypti, ad qvem infans adhuc, cum vitæ ejus conjurati insidiarentur, delatus fuerat, & Antigonam in matrimonium obtinuerat, regno restitutus est, variisq; in locis tam strenue res gessit, ut Annibal eum cunctorum imperatorum peritia & arte primum, Scipionem secundum, se tertium diceret. Livius id refert paulo aliter, & dicit, Annibalem primas partes adscripsisse Alexandro Macedonum regi, secundas Pyrrho, sibi tertias.

IX. *Qvia hujus Pyrrhi non semel jam antea facta est mentio, scire allubescit, qvidnam in bello hoc Tarentino egerit?*

Cum Neoptolemo cognato regnum primo diviserat: sed qvod sibi insidias ab ipso veneno structas esse intelligebat, in convivio eum sustulit, & solus posthac regno Epirotico præfuit. Primum virtutis robur exeruit in Macedonia. Illud enim regnum sibi asseruit, ut diximus in historia regum Macedoniæ, post tempora Alexandri M. Cum jam bellum Tarentinis à Romano populo denunciatum esset, illi Pyrrhum, tanqvam belli gerendi peritissimum, suo & Italorum nomine evocarunt, eiq; tanqvam supremo duci summam belli commiserunt. In Italiam igitur expeditione facta, primus in eam elephantos induxit: qvos, qvod in Lucania primum conspecti essent, Itali BOVES LUCAS appellarunt. Tarentinorum autem rebus ad bellum fortius sustinendum prudenter dispositis, LÆVINUM consulem literis ad causam amice disceptandam evocavit. Sed ille neq; controversiarum se sumere arbitrum, neq; hostem pertimescere respondit: & exploratorem, mira sui fiducia per media castra duxit: idq; unice egit, ut cunctantem hostem & auxilia à Lucanis Samnitibusq; expectantem, interim à commeatu magis instructum, à levioribus certaminibus, qvibus jam qvinqvagesimum diem contriverant, protraheret in aciem. Ad qvam cum prope Heracleam in Campania deventum esset, Græci septem vicibus alternante prælii fortuna & terga vertisse & cedentibus hostibus institisse dicuntur. Ipse Pyrrhus in periculum venit, cum Oplacus, præfectus turmæ, in unum regem, ex paludamento notum, intentus, eqvum ejus percussisset. Hinc vestem & arma cum Megacle mutavit: qvi pro rege interfectus, pene exitium Græcis intulisset, nisi Pyrrhus nudo capite obeqvitans, se suis ostentasset. Tandem Lævinus ultima remedia experturus, eqvites

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

in insidiis hactenus positos terga hostium sublato signo jussit incurrere. Pyrrhus autem elephantos in ultimum terrorem reservatos, Romanis nunqvam visos, in agmen adversum egit, & insignem victoriam reportavit. Septem millia Romanorũ, aut ut alii dicunt, paulo minus xv. millia, prostrata sunt; mille octingenti capti. Ipse qvatuor, vel, ut alii volunt, tredecim millia ex suis desideravit. Cruenta hac victoria parta, propius urbem castra movit, & CYNEAM oratorem, Demosthenis discipulum, cujus oratione plures se urbes, qvam armis subegisse solitus est dicere, cum muneribus Romam, illam regum patriam; ad senatum, illud multorum regum concilium (sic enim Cyneæ visus est) ablegavit, ut de pace ageret. Sed APPIO CLAUDIO cæco autore, qvi se lectica in curiam deportari curaverat, pax vel æqvissima, nisi prius Italia excederet Pyrrhus, est denegata. Legati tamen de redimendis captivis ad Pyrrhum missi sunt: qvorum uni FABRICIO, qvem ob virtutem, qvod omnia dona respueret, & elephanti inusitata specie non consternatus esset, qvodq; dixisset, non Romanos ab Epirotis, sed Lævinum à Pyrrho victum fuisse, difficilius à virtute, qvam solem à cursu dimoveri posse dixit, omnes captivos donavit: sed hac conditione, ut, si pax non posset confirmari, omnes in captivitatem redirent. Et redierunt qvoq;. Eos tamen Pyrrhus tandem gratis remisit, qvod Fabricius infidi medici ope uti noluisset, qvi se Pyrrhum veneno sublaturum promiserat. Totidem tamen Tarentinos & Samnites senatus Pyrrho liberos remisit. Hinc novis delectibus impigre habitis, cum frustra Pyrrhus Capuam, Neapolin, ipsamq; Romam, intra vigesimum ab urbe lapidem cum exercitu consistens, tentasset, & cum hydra Lernæa sibi negotium esse intelligeret, cujus præcisa capita numero aucto renascerentur, in Apulia, Fabricio & Æmilio Coss. alterum prælium ad Asculum commissum est: in qvo didicerunt Romani, proboscide elephanti à C. Minutio abscissa, belluas mori posse. Inclinavit qvidem victoria ad Pyrrhum: qvi, cum sex millia Romanorum cecidissent, tria saltem millia & qvingentos ex suis desideravit. Fassus tamen est, sibi funditus esse pereundum, si uno adhuc prælio Romani essent vincendi. Et alio tempore: se orbis imperio potuisse facile potiri, si Romanos haberet milites. Paulo post in Siciliam adversus Carthaginenses, ut Syracusanam solveret obsidionem, evocatus, relicto Tarenti sub Milone filio præsidio, abiit, & totam fere sibi insulam profligatis Pœnis subjecit. Sed tertio anno revocatus à Lucanis & Samnitibus, ad extrema pene interim redactis, denuo rediit in Italiam,
fugien-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

fugienti persimilis. Nam cum, comitate morum missa, omnia pro imperio & iracunde agere cœpisset, defectiones undiq; & varias adversus se expertus est conjurationes: inq; trajectu ex Sicilia confligens cum Pœnis, magna ex parte naves amisit tempestate afflictas. Illæ imprimis perierunt, qvibus thesaurus Proserpinæ ex templo Locrensium vi ablatus imposuerat. Et ferunt, sacram pecuniam, reliqvis ex naufragio tabulis hærentem, à fluctibus in vicina templi spoliati littora relatam & Proserpinæ redditam; Pyrrhum autem posthac semper adversis fatis usum esse. In Lucaniam perveniens, supremam pugnam cum Romanis sub Aurusinis campis iniit: in qvo MANLIUS CURIUS DENTATUS, elephantis fortiter repulsis & in aciem hostium conversis, victor evasit, & viginti amplius milia hostium cecidit. Hanc suam victoriam, inqvit Florus, Roma non cepit. Nec enim temere ullus pulcrior in urbem aut speciosior triumphus intravit, cum ante hunc diem nihil nisi pecora Volscorum, greges Sabinorum, carpenta Gallorum, fracta Samnitium arma vidisset. Tum si captivos aspiceres, Molossi, Thessali, Macedones, Bruttius, Apulus atq; Lucanus: si pompas; aurum, purpura, signa, tabulæ, Tarentinæq; delitiæ. Sed nihil libentius populus Romanus aspexit, qvam illas, qvas timuerat, cum turribus suis belluas: qvæ non sine sensu captivitatis, summissis cervicibus, victores eqvos seqvebantur. Hæc res, inqvit Plutarchus, pariter victoriam Romanis & imperium dedit. Nam ex rebus istis gestis atq; illis ex conflictibus qvum animos sumsissent, opesq; & nomen qvasi insuperabile cepissent, Italia statim; Sicilia sunt paulo post potiti. Pyrrhus vero, postqvam his in bellis VI. annos contriverat, spe omni excidit, & cum superstite exercitu, spe reditus facta, reversus in Macedoniam, Antigono regi, ut libro superiori diximus, magnam regni partem extorsit. Tandem à Cleonymo Spartanorum rege adversus cives seditiosos evocatus, præter viros, ipsas Lacænas tam deprehendit strenuas in defendenda adversus oppugnationem urbe, ut pedem, filio Ptolemæo amisso, referre cogeretur. Interim Argos illum nonnulli cives tumultuantes evocarunt. Sed qvia Spartani & Antigonus rex Macedoniæ auxilia urbi interea adduxerant, cum noctu irrupisset, à femina ictu saxi percussus, in tumultu & omnium rerum confusione interiit. Compararunt illum aleatori, qvi multa qvidem & secunda jacit, sed jactu uti nescit. Qvæ enim factis comparaverat, nova spe semper secundum Plutarchum corrupit. Egregius namq; erat acqvirendo; in conservando ineptus: vir alioqvin ad omnia imperterritus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

& si qvis alius, manu strenuus. Tarentini autem, ob qvos bellum hoc fuerat susceptum, ut MILONEM Pyrrhi filium, qvi iis à patre præsidio erat relictus, ex urbe deturbarent, CARTHAGINENSES in auxilium evocarunt. Et hi qvidem arcem à mari oppugnarunt, sicuti Romani urbem à terra obsedere. Fœdus tamen nondum inter Pœnos & Romanos hoc tempore ruptum est, qvod utrinq; hactenus religiose colere consveverant. Tarentum tandem præsidia recepit Romana, cum Milo liberum inde abitum cum consule L. Papirio pactus esset. Hæc incrementa populi Romani cum rex Ægypti Ptolemæus Philadelphus inaudiisset, ut Dion libro VIII. habet, missis donis fœdus cum Romanis pepigit. Qva re illi delectati, qvod à rege autoritatis magnæ magni habiti fuissent, vicissim ad eum legatos expedierunt.

X. *Num post expulsum ex Italia Pyrrhum Punica statim bella exorta sunt?*

Anteqvam illis Italia concuti cœpit, integra legio Romana, ex Campaniæ coloniis scripta, qvæ Rhegium ad angustias freti Siculi situm, occisis civibus, eorumq; uxoribus ductis, duce DECIO JUBELLIO, occuparat, & integro decennio scelus armis defendebat, bello aperto petitur, & qvi ex clade supererant, securi percutiuntur. Ducem Jubellium medicus, qvi ad curandam oculorum ægritudinem accersitus fuerat, sustulit, cum medicamentũ, qvod oculis imponendum erat, cantharidum succo temperavisset. Picentes etiam, Salentini, & in Hetruria Volsinii, qvos servi affligebant, in deditionem Romanorum venerunt: & nunc primum, ut Epitomator Livii XV. capite habet, populus Romanus SIGNATO ARGENTO uti cœpit, cum antea non nisi æs in communi usu fuisset. Tandem cum tota pene Italia subacta esset, anno ab urbe condita CCCCLXXXIII, qvi fuit mundi ultra ter millesimum IↃCLXXXV. hac occasione PRIMUM BELLUM PUNICUM geri cœpit. Carthaginenses & Syracusani societatem contra Mamertinos Siciliæ populos, ex Campania illuc delatos, qvod scelere qvodam Messeniam occuparant, & alias præterea civitates infestabant, inierant. Qvare cum Mamertini, ab HIERONE, duce & ab hoc tempore rege Syracusanorum, victi, postqvam urbis arcem Hieroni HANNO, Carthaginensium prætor, præripuerat, auxilia populi Romani evocarent, ne Pœni qvasi pontem qvendam in Sicilia sibi constituerent, per qvem in Italiam pro libidine transirent. Mamertinorum, qvanqvam iniqvam causam defendentium, patrocinium Romani susceperunt, & in Siciliam, qvam inter Romam & Carthaginem interjectam hinc ipsi; illinc Pœni affectabant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

bant, trajicientes, initium primi belli Punici fecerunt: qvod eleganter apud Polybium descriptum legi potest, cum hic deficiat Livius: qvem tamen edito supplemento Liviano Freinshemius nuper nobis non infeliciter reddidit.

XI. *Dic ergo, qvid in primo bello Punico gestum sit?*

APPIUS CLAUDIUS consul, trajecto navibus rudibus Siculo freto, coacta in pontu Mamertinorum concione, persvasit, ut Hannonem, tanqvam de re præsenti deliberaturi, advocarent. Cumq; ille incautus ex arce, qvam suis præsidiis tenebat, prodiret, injectæ ei sunt manus, nec prius est ex carcere dimissus, qvam, arce Mamertinis reddita, præsidium deduceret. Domum redux, à Pœnis in crucem actus, eiq; alius HANNO, filius Annibalis, substitutus est, qvi renovato cum Hierone fœdere, gravi Messanam pressit obsidione. Sed Claudius consul, subito novis copiis in Siciliam ductis, castra Hieronis adortus, tanta usus est celeritate, ut, se prius victum, qvam hostem vidisset, fateretur Hiero. Tertio etiam die post, Carthaginensibus ad castra superatis, ipsas Syracusas premere seditione cœpit: & sexaginta amplius civitates in Sicilia se Romanorum fidei permisere. Illis successibus moti Syracusani & Hiero, pacem cum illis sanxere, seq; fidos illorum amicos perpetuo præstitere. Carthaginenses contra, conscriptis novis ex Liguria & Hispania copiis, urbe Agrigentinorũ, qvasi arce qvadam belli, adversus Romanos uti cœpere, eamq; variis firmabant munitionibus. ANNIBALEM tamen in ea confestim Romani diuturna obsidione fatigarunt, & urbem post varia septem mensium prælia, præsidiis inde Carthaginensium noctu digressis, expugnarunt. Hanno igitur senior, Carthagine validissimis copiis submissis, urbem servare voluit. Sed irritus omnis conatus. Qvin & mercenarii Galli ob stipendia non soluta tumultuari adversus eum cœperunt. Hos vero divite spe erectos callido consilio hosti objecit, ut ad unum cæderentur omnes. Paulo post domum revocatus ob res minus feliciter gestas, sex millibus aureis mulctatus, eiq; successor datus est AMILCAR. Cum autem urbes in Sicilia maritimæ præstantiores Carthaginensium; mediterraneæ Romanorum essent: Romani, qvi hactenus Tarentinorum, Locrensium, & Neapolitarum navibus & triremibus cum exercitu in Siciliam transfretare consveverant, cxx. aut, ut Florus habet, cx. naves intra sexagesimam diem extructas, prima cum hoste prælia navalia inierunt. Altero tunc consule CN. CORNELIO SCIPIONE ASINA ex insidiis Annibalis senioris capto &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

interemto, alter DUILIUS, qvinqvaginta navibus claſſem Punicam lon-
ge majorem egregio invento, qvo corvos ſeu ferreas manus hoſtium navi-
giis, ne celeritate ſua vincerent, injecit, pulcro tyrocinio ſuperavit, hoſti-
busq́ in fugam cum duce Annibale conjectis, L. illi naves ademit, & ob id
poſtea non niſi præcinente tibicine & prælucente funali à cœna, qvaſi qvo-
tidie triumpharet, rediit. Imitatus virtute n Duillii L. CORNELIUS
SCIPIO, denuo victoriis in Sardiniam & Cyriam propagatis, Annibalis
claſſem navali pugna circumdatam fere totam perdidit. Ob has clades
Annibal à civibus cruci affixus eſt, & Hanno imperium omne, qvod ei an-
tea ob res infeliciter geſtas ademtum fuerat, recepit. Qvî tamen ipſe
paulo poſt à Scipione ingenti clade proſtratus occubuit. Sic tandē AMIL-
CAR, pater Annibalis illius magni, qvi tantum non rem Romanam peni-
tus attrivit, filius ſenioris Annibalis, à civibus ob res male geſtas cruci
affixi, ſummæ rei præficitur. Hunc qvidem initio AULUS ATTILIUS
CALATINUS, munitioribus Siciliæ civitatis occupatis, paucis navibus
ſuperavit: ſed ipſe tandem ad Camarinam urbem in anguſtiis incluſus, in
ſummo periculo verſari cœpit. M. CALPURNIUS FLAMMA igitur,
aſſumtis trecentis ſociis, in ſe, ut conſul cum exercitu ſervaretur, hoſtes
convertit: & deinde cæſis omnibus, qvi una ierant, ſemianimis repertus,
inq́ caſtra relatus, pulcerrimo exercitu Thermopylarum & Leonidæ fa-
mam, ut Florus cenſet, adæqvavit, hoc illuſtrior, qvod expeditioni tan-
tæ ſuperfuit & ſupervixit. Romani præter Siciliam jam Sardiniam &
annexam ei Corſicam tenebant. Ideoq́ in Africam trajiciendum eſſe
cenſuere, ad æmulam urbem penitus exſcindendam: arduoq́ in mari præ-
lio, interq́ pauca memorando, LXIII. Pœnorū naves cepere; XX. amplius de-
preſſere. Hinc illis via in Africam patuit. Clupea ibi ſedes belli con-
ſtituta eſt: ibiq́ altero conſule M. ATTILIO REGULO, juſſu ſenatus cum
XV. peditum millibus, eqvitibus IↃ. & navibus XL. relicto, alter L. MAN-
LIUS prædam & captivos, qvorum XXVII. millia fuiſſe memorant, Romam
in triumphum duxit. Interim novis conſulibus lectis, Regulus procon-
ſule juſſus eſt bellū in Africa adminiſtrare. Hic LXXIV. urbes Africanas, (du-
centas inqvit Appianus) atq́ inter illas Tunetum expugnavit, ipſisq́ Car-
thaginis portis inhæſit, poſtqvam ſerpentem portentoſæ magnitudinis,
unde militibus aqvatum egreſſis non parum damni allatum erat, contrivis-
ſet balliſtis & catapultis. Inde ad Adin expugnandam ſe convertit: qvod
cum impediturus adeſſet Pœnus, XVIII. millia hoſtium proſtravit. Hoc
ipſo

ipso tempore Numidæ, injuriarum à Pœnis sibi hactenus illatarum memores, arma contra hostes, à Romanis & fame undiq; pressos, expedierunt. Ideoq; cum Regulus per legatos ad pacem hortaretur Pœnos, portasq; Carthaginis metu obseratas teneret, miserunt illi qvosdam ex primoribus, qvi de conditionibus transigerent. Sed cum darentur intolerabiles, ut Sicilia & Sardinia tota cederent, Romanis captivos gratis redderent, suos pecunia redimerent, belli sumtus restituerent, annuum vectigal penderent, navibus longis præterqvam una non uterentur, Romanos, qvoties opus esset, triremibus instructis L. juvarent: bello potius insistendum rati, qvam ita in servitutem redigi, militem ex Græcia conductum Romanis opposuerunt. Cum Græcis aderat XANTHIPPUS Lacedæmonius, cujus imperio, cum Carthaginenses, non à Romanis, sed à semetipsis, per imperitiam ducum viribus suis uti nescientium, victos esse jactavissent, omnis res militaris commissa est. Cessit consilium feliciter. Nam Xanthippus multo pauciori manu adversus Regulum progressus, cum à Regulo continuis victoriis jam elatiore contemneretur, loci commoditate usus, ingenti prælio Romanos fudit: ipsum consulem cum qvingentis militibus vivum cepit: triginta circiter millia in acie cæcidit. Vix bis mille Clupeam incolumes evaserunt. Pro mercede Xanthippus, qvia peregrinus, Punicam hanc retulit gratiam, ut dimissus sive in navi rimarum plena, sive per immissos sicarios necaretur. Tanta clade Romani excepti, neqvicqvam animum despondeerunt: sed eodem anno novis conscriptis copiis in Africam trajicientes, re initio prospere gesta, tandem fœda tempestate prædam omnem, qvam acqvisierant, amiserunt. Ex CCCLXIV. navibus tantum LXXX. sunt servatæ. Pergebant nihilominus, & terra mariq; bello redintegrato, inq; Sicilia Panormo occupato, atq; victoria per L. CÆCILIUM METELLUM ab Asdrubale reportata, ad Panormum tamdiu hostes affligebant, donec Regulum quinto, postqvā captus esset, anno, ob pacem impetrandam, vel saltem ob captivorum permutationem, Romam versus mitterent, juramento obstrictum, ut rediret, nisi, ob qvæ esset missus, effecisset. Sed ille utrumq; negandi autor Romano senatui fuit, & Carthaginem ex pacto reversus, palpebris diductis & oculis soli oppositis, arcæ tandem vel caveæ muricibus ferreis armatæ inclusus, periit. Qvo supplicii genere deinde etiam non nulli ex Carthaginensibus capti Romæ affecti sunt. Interea, dum in Sicilia à Romanis Lilybeum per integrum decennium obsidebatur, Carthaginenses ad Drepanum consule CLAUDIO

ab Adherbale victo, qvi auſpicia Deorum contemnens, pullos, à qvibus pugnare vetitus fuerat, in mare præcipitaverat, multa millia Romanorum proſtravere; multas triremes illis ademere. Claſſem reliqvam Romanorum cum inſigni triumpho ſic perdidit tempeſtas, ut ne tabula qvidem ſuperſtes eſſet. Qvin & Amilcar ipſam Italiam claſſe populatus, in Sicilia multa loca recepit & munitiora reddidit. Hac neceſſitate adacti Romani, claſſem cc. navium L. Lutatio Cos. eduxere, & nobili ad Ægates inſulas victoria potiti, ad pacis conditiones hoſtem adegere, qvibus Carthaginenſes Sicilia, omnibusq́; inſulis inter Siciliam & Italiam cedere, certumq́; tributũ cIↃcIↃ talentorum in annos decem victoribus pendere juſſi ſunt. Et ſic poſt vigeſimum qvartum annum primum bellum Punicum finitum eſt: in qvo, ut annotat Polybius, ſemel qvinqveremibus ex utraq; parte amplius IↃ. iterum non multo minus, qvam IↃcc. invicem pugnatum fuit. Romani in eo bello amiſere qvinqveremes IↃcc. cum illis, qvæ diverſis naufragiis perierunt; Carthaginenſes circiter IↃ.

XII. *Sic igitur fortuna circumacta, frenum ſuperbæ Carthagini injectum eſt. Qvos vero hoſtes finito bello Punico habuere Romani?*

Secuta eſt, inqvit Florus, brevis ſane & qvaſi ad recipiendum ſpiritum reqvies, argumentumq́; pacis & bona fide ceſſantium armorum, tunc primum poſt Numam clauſa fuit Jani porta: ſed ſtatim ac ſine mora patuit. Triplex enim bellũ, Liguſticum, Gallicum & Illyricum, qvaſi cote qvadam ferrum Romanæ virtutis acuebat. Prius tamen, qvam adverſus alios hoſtes militem Roma emitteret, Carthago à MERCENARIIS & ſtipendiariis ſuis militibus, ut plurimum Gallis, qvibus ſe Libycæ gentes ſociarant, in qvartum usq; annum graviter afflicta, & ad deſperationem fere adacta eſt. Ob ſtipendia enim non ſoluta, autoribus Mathone Afro & Spendio Campano, conditione ſervo, omnia turbavere, ipſam Carthaginem obſidione gravi preſſere, Hannonem ducem ad motus ſedandos miſſum in crucem egere. Amilcar tandem tractos in vallem ſeditioſos ad tantam famem adegit, ut humana carne paſci cœperint, Spendiumq́; ducem ad pacificationem cum aliis miſſum in crucem egit, & xLcIↃ. uno prælio confecit. Alterum autem ducem Annibalem, imprudentius re geſta captum, eodem ſupplicio affecere ſeditioſi. Tandem Matho cum ſociis dignas ſceleribus pœnas exolvit. Aliqvi ex his in Sardiniam profugi, Romanis ad præripiendam Pœnis inſulã occaſionem dederunt. Sed turbido rerũ ſtatu Carthaginenſibus qvieſcendũ erat, novumq́; fœdus initum eſt, ut Sardinia excede-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

cederent, & tributo prius indicto clɔcc. talenta adderent. Cedebant igitur, sed impulsis LIGURIBUS, ut Romanis bellum indicerent. Verum facile illi victi sunt, & vix ferrum, qvo terram colerent, retinuerunt. Vicini illis erant GALLI INSUBRES & Gæsatæ, ex Alpibus & Transalpina Gallia conducti, qvi cum regibus suis Congolitano & Aneroesti non prius soluturos se baltheo, qvam Capitolium ascendissent, juraverant. Factum est. Victos enim ÆMILIUS in Capitolio discinxit, & postea M. MARTELLUS, Viridomaro seu Britomaro eorum rege sua manu interfecto, tertius à Romulo spolia Jovi Feretrio opima, meritus triumphum suspendit, & Galli Mediolano amisso sese resq; suas tandem omnes in populi Romani potestate posuerunt, qvod luculentissime Polybius & Plutarchus in Marcello recensent. Et notandum est, qvod à Romanorum parte in hoc adversus Gallos bello fuerint Iɔcc. millia eqvitum, ut Polybius notat, qvi omnium acuratissime de hoc bello commentatus est. Sub extremis Alpium radicibus ILLYRII seu Liburni agunt. Horum rex Agron Pleurati F. Ætolos magnopere suis viribus fretos fregerat, viresq; regni immensum auxerat. Eo extincto, Teuta, regia ejus uxor relicta, qvam Polybius Teucam vocat, pro privigno Pinneo impubere regnum administravit, & muliebri usa ingenio, nihil exterarum rerum cogitans, primum omnibus suis concessit, ut, qvoscunq; vellent, impune deprædarentur: posthæc parata ingenti classe oppositam omnem provinciam depopulabatur, Messenios, Elienses, Epirotas. De hac injuria Illyriorum cum plures simul qverentum ad senatum Romam venissent, legati in Illyricum CAJUS & LUCIUS CORUNCANI missi sunt: qvorum juniorem liberius locutum Teuta, jure gentium neglecto, obtruncari jussit. Varium & mutabile hujus reginæ ingenium Dion in fragmentis libri XII. eleganter describit. Corcyram initio obsedit & cepit, & Achæorum atq; Ætolorum classem Corcyrænsibus suppetias ferentem dispersit. Dyrrhachium etiam obsidione pressit. Sed consules C. FULVIUS & A. POSTHUMIUS, cum ducentarum navium classe profecti, Corcyram receperunt, Illyrios Dyrrhachium vexantes in fugam verterunt, & pleraq; in Illyrico oppida per vim expugnaverunt, eoq; reginam adegerunt, ut administratione regni se abdicaret, idq; cederet privigno Pinneo sub tutela Demetrii Phalerei. Hic, Pinnei matre Friteuta in uxorem ducta, paulo post regium nomen adsumsit, & socios atq; amicos Romanorum variis modis afflixit: ipsosq; Romanos aliis bellis distractos parum curare visus est. Propterea ÆMILIUS

con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

consul Dimalam oppidum, cui maxime rex fidebat, intra VII. dies vi cepit, & rege in prælio fugato, regnum Pinneo certis conditionibus restituit. Qvid Genthius tempore Persei molitus sit, postea dicetur.

XIII. *Domitis igitur Liguribus, Gallis & Illyricis, tuto jam virtutem in remotiores populos convertere potuerunt Romani.*

Ita est. In tuto enim jam collocarant penates, & plurimis populis qvamvis bellicosis sua virtute metum incusserant. Soli Carthaginenses, qvin plura conarentur, obstiterunt. Illos pudebat, ablato mari, raptis insulis, dare tributa, qvæ jubere consveverant. Inprimis AMILCAR BARCHA Romanorum successibus invidebat. Hic enim, inqvit Polybius, in bello Siculo haudqvaqvam victus erat. Nam exercitum omnem, cui præerat, juxta Erycen singulari virtute servavit incolumem. Sed cum Carthaginenses navali prælio profligatos cerneret, tempori consulendum ratus, pacem cum Romanis iniit, neqvaqvam tamen indignatione deposita. Qvin continue oportunitatem præstolabatur, qva Romanos ulcisci posset. Et nisi turbulento mercenariorum militum motu res Carthaginensium vexari cœpissent, evestigio, qvantum in ipso erat, bellum renovasset. Sed intestino malo impeditus, rem in aliud tempus distulit. Interim Sardinia Romanis cesserunt Carthaginenses, & sedatis patriæ rebus, extinctoqꝫ mercenariorum tumultu, non qvidem adversus ipsos Romanos arma corripuerunt, callida tamen præparatione ad bellum gerendum usi sunt. Hispanias enim, ducibus Amilcare, Asdrubale, & Amilcaris filio ANNIBALE, qvi IX. annos natus patri Amilcari se hostem fore Romanis perpetuum jurato promiserat, magnis cum copiis ingressi, nova reipublicæ suæ invenerunt incrementa: & trans Iberum, qvem ne armis trajicerent, per Asdrubalem Romanis novo fœdere cautum erat, populis plerisqꝫ superatis, nemo fere fuit, qvi resistere auderet, præter SAGUNTINOS. Hi societate Romanis juncti, qvamprimum bello infestabantur, nunciis Romam missis auxilia implorarunt. Et illi qvidem missis oratoribus Annibalem conatibus desistere jusserunt: sed elusi, prius Saguntum excisum audierunt, qvam sociæ urbi opem ferre potuere. Ideoqꝫ legatis Carthaginem missis, postulabant, ut Annibalem in pœnam rupti fœderis senatui Romano traderent, aut bellum sibi à populo Romano indictum scirent. Tunc FABIUS in suo se sinu bellum & pacem afferre dixit, excussoqꝫ in media curia togæ gremio, totum bellum effudit.

XIV. Qvia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XIV. Qvia igitur hac ratione bellum secundum Punicum conflatum est, enarra qvæso, qvid in illo gestum sit?

Annibal viginti annos natus, exciso & suis ignibus consumto Sagunto Hispaniæ urbe, Ibero trajecto, relictis cum valido præsidio in Italia fratribus, ultra Iberum Asdrubale; cis Iberum Hannone: dein Pyrenæis montibus superatis, Rhodanum invitis Gallis; deinde etiam Alpes, invitis Allobrogibus, spatio xv. dierum transiit, & anteqvam ad campos Italiæ à nova Carthagine perveniret, ix. milla stadiorum qvinqꝫ mensibus confecit. Supererant ipsi ex omni exercitu, ut Polybius testatur, in magnis difficultatibus, qvibus montes & flumina adversis hostibus transeunda fuerant, præter elephantos vix viginti peditum millia, & sex millia eqvitum. Interea patres de conatibus Annibalis certiores facti, alterum consulem P. CORN. SCIPIONEM jusserunt cum LX. longis navibus in Hispaniam exercitum ducere; alterum T. SEMPRONIUM in Africam & Siciliam cum CLX. qvinqveremibus trajicere. Et Scipio, cum Hispania jam cessisse & in Galliam movisse Annibalem intelligeret, classem qvidem ad ostia Rhodani duxit, sed qvia hostis Rhodanum jam transierat, & Italiæ ipsi imminebat, fratre CN. SCIPIONE in Hispaniam cum exercitu ad resistendum illic locorum hostibus misso, ipse rediit in Italiam, ut mature occurreret Annibali, nondum ex tanto itinere refecto. Illuc etiam redierat alter consul, revocatus à senatu. Scipio autem, anteqvam copias junxisset alter consulum, ad Ticinum post aliqvot velitationes, aperto Marte cum hoste congressus, succubuit, & gravi vulnere accepto, vivus in Annibalis potestatem venisset, nisi id impediisset prætextatus & pubescens filius, AFRICANUS postea dictus. Interea alter consul Sempronius ad Trebiam cum collega conjungebatur, & illo pugnam dissvadente, donec novus miles Romanus fieret exercitatior, & Galli à partibus Annibalis, protractis longius rebus, abstrahi possent, tempore brumæ militem frigore & fame præpeditum in aciem produxit. Sed facile victus & fugatus, Placentiæ cum superstite agmine mœnibus se continuit & ægre sustinuit. Sic tamen Afros frigus afflixit, ut omnes elephanti, uno excepto, & ingens numerus hominum & jumentorum periret. Interea Cn. Scipio Hispaniam cis Iberum populo Romano denuo sociavit, & Hannone atqꝫ Asdrubale, illo Carthaginensium, hoc Hispanorum duce, vivis in prælio captis, Asdrubalem sibi trans Iberum obvium euntem retro egit, & postea navali adversus eundem victoria ad Iberi ostia potitus, imperio maris eum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

exuit: victisq; gravius incumbens, præsertim cum frater ejus P. Scipio, prorogato sibi post consulatum imperio, cum novis copiis se ei jungeret, Iberum transgressus, obsides ex singulis Hispaniæ civitatibus nobiliorum filios, Sagunti detentos, astutis Acceducis Hispani consiliis liberavit, iisq; parentibus suis redditis, plures populos ad societatem Romanam invitavit. Ineunte vere, cum jam secundus belli annus ageretur, & CN. SERVILIUS atq; C. FLAMINIUS novo delectu habito Annibali imminerent, Gallis, qvod in agris suis sedes belli locaretur, ægre ferentibus, ille in Tusciam cum omnibus copiis per viam paludosam contendit, & propter triduanas vigilias alterius oculi usu privatus est. Cum omnes itineris difficultates superasset, AD THRASIMENUM lacum alterum consulem Flaminium, signis militaribus, qvæ tolli non poterant, contra auspicia & alia tristia portenta effossis, profectum, & disſvadente prælium Q. FABIO MAXIMO, extrema periclitatum, egregia parta victoria, qva XI. millia sunt cæsa, totidem capta, peremit: auxiliares etiam copias Flaminio à Cn. Servilio submissas, in Umbria circumventas, pessumdedit. Ad hujus cladis nuncium cum ingens luctus Romæ esset, duæ matres, insperato receptis filiis, præ gaudio conciderunt: & tot belli procellis desævientibus Romani territi, cum Annibal totam fere Italiam in prædam ageret, ver sacrum & ludos magnos vovebant: cumq; æris pecunia laborarent, assium valorem, qvi ante librales fuerant, sex partibus augebant, ut sextantarii postea dicerentur. Q. Fabius Maximus interea, illud imperii scutum, dictator est creatus, qvem Annibal in Campaniæ angustias inclusus per ignes & faces, cornibus bis mille taurorum præligatas, callido consilio elusit. Hic Fabius cum cunctanter omnia, sed sapienter administraret, passim male audiit: & qvia MINUTIUS, qvem magistrum eqvitum dixerat, homo ferox, Fabio causa sacrorum revocato, contra dictatoris edictum manus cum hoste feliciter conseruerat, æqvato magistri eqvitum & dictatoris jure, populus scivit, ut paribus auspiciis bellum gererent. Hinc inflatus Minutius nihil jam modice præ se tulit, & copiis cum Fabio divisis castra separatim habuit. Eo Annibal cognito statim eum pro tumulo in medio castrorum posito ad pugnam provocavit. Et penitus eum cum exercitu universo delevisset, nisi virtute Fabii ex angustiis fuisset explicatus. Ille enim unus homo, ut poeta canit, cunctando restituit rem, &, ut Annibal solitus fuit jocari, tanqvam nubes in jugis montium hærens, cum turbine & procella imbrem tandem effudit. Anno belli tertio temeritate juvenili

TE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

TERENTII VARRONIS, plebeji consulis, refragante altero consule L. PAULO ÆMILIO, pugna urbi fere exitialis ad CANNAS vicum Apuliæ initur, atq; præter Æmilium & prioris anni consules, referente Plutarcho, qvinqvaginta millia; Polybio LXX. millia cæduntur: reliqvi capiuntur: pauci fuga dilabuntur. Ex eqvitibus cIɔcIɔIɔcc. ex viris consularibus & senatoribus LXXX. desiderati: anuliq; occisorum aurei, qvibus vel duo modii secundum Florum compleri poterant, Carthaginem missi sunt, ut dignitas eqvestris mensura taxaretur. Clades intolerabilior erat, qvia, eodem tempore in Gallia L. POSTHUMIUS prætor, in insidias ab hostibus tractus, una cum exercitu interierat. Vincere qvidem Annibal potuit, sed non uti victoria. Cum enim fugientibus hostibus in urbem irrumpere potuisset, cunctationem sibi à numine qvodam injici passus est. In tanto discrimine Romani jusserunt suos, ut vel vincerent pugnando, vel morerentur: & à constantia & magnanimitate nihil remittentes, dictatorem M. JUNIUM dixerunt, & omnes pacis conditiones, svasu inprimis SCIPIONIS JUVENIS, respuere cœperunt. Annibal autem, tota magna Græcia, ceu vocant, inq; ea Tarentinis, Campanis & Neapolitanis in potestatem redactis, Capuam, suas juxta dictum priscum Cannas, ingressus, ardore exercitus elangvente, à MARCELLO, illo imperii ense, ad Nolam in diversas factiones distractam, superatus est, ut nunc primum cognoscerent Romani, posse vinci Annibalem: qvi confessus est ingenue, timere se, ut pædagogum Fabium; Marcellum, ut adversarium: ab illo, ne qvid mali inferret, prohiberi se; ab hoc etiam accipere. Interea Publius & Cnejus Scipiones fratres Hispaniam pene totam Pœnis eripuerunt, & multis præliis insignioribus Asdrubalem & Hannonem, fratres Annibalis, fregerunt, Saguntum recuperarunt, Syphacem Numidarum regem sibi adjunxerunt, eoq; iterum abalienato, Masinissam in altera Numidiæ parte fœdere sibi conjunxerunt. Numidia enim alia fuit orientalis in vicinia Carthaginensium, qvam Massyli coluerunt; alia occidentalis Massæsylorum, Mauris finitima. Illam MASINISSA Galæ filius; hanc SYPHAX tenuit. Masinissa adolescens adhuc Carthaginensibus in Hispania militaverat. Syphax vero, cum res Carthaginensium in Hispania inclinarent, Asdrubalis filiam ambiens, ob repulsam, qvam passus erat, Carthaginensibus infestus, in Galam & ejus filium Masinissam, illorum amicos, arma verterat. Qvanqvam autem, societate Romanorum nisus, res suas se firmasse credebat, duobus tamen ingentibus præliis, cum acie congrederetur, fusus &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

fugatus est. Sophonisbam igitur hac felicitate uxorem obtinuit Masinissa, & exercitu in Hispaniam trajecto, pugnæ interfuit, qva duo Romanorum fulcra, ut jam dicetur, Cn. & P. Scipiones cecidere. Et tamdiu adhæsit Pœnis, donec tota Hispania ejicerentur. Tunc enim demum cum Scipione Africano fœdus iniit, & non saltem patrium regnum, qvo exutus fuerat, recuperavit, sed & præter auream coronam & alia dona regia parte regni Syphacis, qvi vivus in manus Scipionis pervenit, & brevi post mœrore animi contabuit, donatus est. Reddita est ei Sophonisba, qvam ipsi ademtam Syphaci Carthaginensi, elocaverant. Sed Punicum conjugium Scipioni haud placere sentiens, feminam illam, etsi sibi percaram, veneno sustulit, & constantissimum Romanis amicum, qvoad vixit, sese præstitit, omnibusq; Africanis tandem formidabilis factus, regnum filio Micipsæ, patri Adherbalis & Hiempsalis reliqvit: qvi qva ratione à Jugurtha eversi sint, postea enarrabimus. Hic Masinissæ & Syphacis historiam sermone non interrupto recensere voluimus, ne qvam moram nobis deinde injiceret. Et eandem ob causam, anteqvam ad id, unde digressi sumus, revertamur, genealogiam Scipionum, qvi in secundo bello Punico & post illud inclaruere, subnectemus, ut cum in eadem Cornelia gente, cui Scipiones ortum debent, plures ejusdem fuerint nominis, confusio omnis in historia de nobilissimis viris tollatur.

FRATRES DE CORNELIA GENTE.

P. Cornelius Scipio, anno I. belli II. Punici Cos. occisus in Hispania.

P. Corn. Scip. Africanus major, qvi Carthaginem fecit tributariam, bis Cos.

P. Corn. Scip. valetudinarius, ἄπαις, qvi adoptavit

P. Scipionem Æmilianum, Africanum minorem, L. Æmilii Pauli Macedonici filium; L. Æmilii Pauli, qvi ad Cannas in II. bello Punico periit, nepotem, bis Cos. qvi Carthaginem delevit & Numantiam.

N.

N.

L. Scipio Asiaticus.

Cornelia.

T. Sempronius Gracch9. — *C. Sempronius Gracch9.*

Tribuni pl. seditiosi.

Cn. Corn. Scipio, calvus, qvarto anno ante bellum II. Punicum Cos. occisus cum fratre in Hisp.

P. Corn. Scipio Nasica, vir optimus judicatus à senatu, cum mater Idæa esset suscipienda: prætor postea in Hispaniis & Galliis.

P. Corn. Scip. Nasica, Corculum, bis Cos.

P. Corn. Scip. Nasica, Serapion, qvi privatus T. Gracchum tribunum pl. seditiosum occidit.

P. Corn. Scip. Nasica, Cos. A. U. 643.

N. - - -

P. Metellus Scip. Cn. Pompeji socer, qvocum in bello civili periit. A. U. 702.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XV. *Alios interim populos & reges bellum Punicum implicuisse, ejusq; impetum non Hispaniam saltem, sed & Numidiam sensisse, intelligo. Qvid vero miles Punicus in Italia?*

Hic initio id considerari velim, qvod ex Polybio Zosimus asserit, sexcentis annis Romanos post urbem conditam bella cum finitimis gerendo, imperium sibi magnum non comparasse: verum ubi parte qvadam Italiæ post cladem Cannensem excidissent, ad tantam subito fortunæ magnitudinem evectos esse, ut vix totis LIII annis non Italiam modo, sed & universam Africam & Hispaniam acqvisiverint: qvumq; majus aliqvid affectarent, sinum Jonium transjecisse, Græcos superasse, imperio Macedones abdicasse. Hæc omnia qvomodo gesta sint, brevibus proseqvemur. Annibalis exercitus jam rigorem militarem inter Capuæ delicias luxuriose remiserat. Marcellus igitur, Titus Manlius, Gracchus & alii, aliqvot victoriis partis, Sardiniam, qvæ Romanos deseruerat, & nonnulla oppida ab hoste capta, & inter illa Tarentum receperunt. Syracusas etiam, partibus Carthaginensium sub Hippocrate faventes, qvas miris artibus ARCHIMEDES, ille geometricus Briareus, ut vocavit Marcellus, defenderat, longa obsidione fatigatam, tandemq; cum in festo Dianæ in vinum & lusum effusa esset, expugnatam diripuerunt, civium libertate integra. Neq; minus hic prædæ captum, qvam Carthagine postea: ipseq; Archimedes, non sine insigni Marcelli dolore, à milite peremtus occubuit, & Marcellus in illam Martis orchestram & belli officinam tunc primum delicias Græcas importavit. Annibal autem nihil fractus Tarentum, excepta arce, proditione occupavit, & aliqvot victoriis virtutem sibi nondum deperiisse demonstravit. Gracchus etiam proconsul ex insidiis à Magone interfectus est. Qvin & duo illa Romanorum lumina, Cnejus & Publius Scipiones, in Hispania à Celtiberis, mercenariis suis, deserti, ab Asdrubale & Magone ex insidiis peremti sunt. Sed L. MARTIUS Asdrubalem victoriam exultantem egregie repressit, & aperto cum illis Marte congressus, triginta septem millia hostium occidit, duo millia cepit. De CAPUA inprimis, domo & altera illa Annibalis patria, ut Florus loqvitur, acriter certatum est. Obsidebant illam Romani; defendebant Pœni. Utq; abstraheretur ab obsidione Appius, castra ad ipsam Romam Annibal à tertio lapide metatus est. Sed cum & ibi exercitum opponi cerneret, fugienti similis in ultimum se Italiæ recepit sinum: tantamq; in Romanis magnanimitatem videre licuit, ut illis ipsis, qvibus obsidebantur, diebus ager, qvem Annibal castris inse-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

federat, venalis Romæ fieret, hastæq; subjectus inveniret emtorem. Rediit igitur ad Romanos Capua; &,ne unqvam meditaretur rebellionem, ademtus est ei ager,senatus,publicum consiliũ,ut nulla relinqveretur reip. imago: sed esset locus comparandis & condendis fructibus. Rediit etiã per Fabium,dolo mulieris,Tarentum: ubi cæso Annibalis duce Carthalone xxv. millia hominũ capta sunt & vendita. Et Annibal à Marcello variis præliis lacessitus,& subinde victus, vix semel se ejus victorẽ jactare potuit. Metellus enim,ipso Hannibale dicente,nec victor sivit hostẽ respirare,nec respiravit ipse victus. Interim P. SCIPIO,qvi admodum adolescens in pugna ad Ticinum servator patris Cornelii dici meruit, cum vix esset xxiv. annorum, proconsul dictus, in ultionem patruorum, qvi in Hispania occubuerant, cum exercitu missus, eodem, qvo obsidere cœpit, die novam Carthaginem, caput Hispaniæ, ubi obsides asservabantur, expugnavit: & Hispani, qvibus obsides reddiderat, uno animo ad eum transierunt. Asdrubalem etiam egregio prælio vicit, & ex tota Hispania post aliqvot victorias Pœnos ejecit, Hispanis mire sibi sua continentia devinctis, qva puellam adductam sponso cum dote intactam reddidit. Sic Hispania primum facta est in continenti Romanorum provincia,uti Sicilia paulo ante facta fuerat prima ex insulis. Omnes se urbes facile dedidere Romanis. Unius Astapæ cives, venia desperata, qvod incursionibus sæpe Romanorum socios fatigarant, obsidionem diu tolerarunt, & tandem suo se igne, suisq; gladiis more Saguntinorum peremerunt. In Italia interim & cladem acceperunt Romani & intulerunt. Annibal enim consulem Marcellum, præcipuum illum suum terrorem, speculatum egressum cum paucis, cum collega ejus Crispino ex insidiis peremit, & Asdrubalem fratrem, qvem cum omnibus copiis evocaverat ex Hispania, qvam diutius posse retineri desperabat, cum exercitu novo novisq; copiis expectans,novam belli molem meditabatur. Sed CL. NERO & LIVIUS SALINATOR, Annibale in angustias redacto, inopinato castris egressi, & longinqvum iter magnis itineribus emensi, in confinio Galliæ, collatis cum Asdrubale signis, qvi eodem, qvo Annibal, itinere in Italiam venerat, omnem ejus exercitum deleverunt, magnoq; auri & argenti pondere potiti,regressi celeriter, ipsius capite ante stationes Annibalis projecto, in tantam animi consternationem virum conjecerunt, ut lacrimabundus fateretur, agnoscere se infelicitatem Carthaginis.Et jam P.Scipio,redux ex Hispania in provinciãredacta,factus consul, dari sibi petiit Africam,ut ibi bellum gereret,inq; Siciliam,atq; inde in Afri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Africam, licet reluctante Fabio Maximo, trajecit, & Carthaginensibus aliqvot præliis fatigatis, captoq; Numidarum rege Syphace, ut supra exposuimus, ipsisq; Carthaginis portis obsidione concussis, anno belli XVIII. Annibalem (cujus alter frater Mago, itidem per Gallias in Italiam irrupturus, à Qvintilio Varo & M. Cornelio fusus & vulneratus, cum nave conscensa fugeret, ex vulnere obierat) ex Italia retraxit, & cum illo post memorabile colloqvium de optimo militum duce habitum, cominus collatis ad Zamam signis congressus, præmium victoriæ Africam obtinuit. Sic bello secundo Punico finis est impositus, & pax Carthaginensibus qvidem concessa, sed tributo simul imperato, & longis navibus omnibus præter decem triremes ademtis. Scipio autem, primus nomine gentis ab se devictæ nobilitatus, Africanus dici cœpit, & insigni triumpho Romam ingressus, Syphace rege inter reliqvos captivos ducto, novum crescenti imperio addidit decus. Siculis qvoq; arma & ornamenta & qvæcunq; illis Carthaginenses ademerant; Agrigentinis etiam taurum illum reddidit æneum, in qvem Phalaris tyrannus damnatos consveverat includere, & flammis subjectis ustos ad boatum, qvem formabat in eo humanus ejulatus, edere.

XVI. Qvum Carthago in tanta discrimina Romam egerit, & tam difficulter debellari potuerit, ejus primordia, & à qvo primum condita fuerit, edisfere.

Ortum debet Tyro; Tyrus Sidoni; Sidon Phœnicibus. Hi enim terræ motu vexati ad littus maris Sidonem, à piscium ubertate sic dictam, condiderunt. Deinde à rege Ascalonis admodum afflicti & expugnati, mari se committentes, Tyrum circa tempora Trojani belli extruxerunt: & qvanqvam subinde à Persis vexabantur, substitere tamen: qvumq; opibus atq; multitudine abundarent, missa in Africam juventute, Uticam coloniam duxere. Cladem imprimis magnam à servis aliqvando perpessi sunt. Illi enim omnem liberum populum cum dominis interfecere, & conjugibus eorum ductis, qvod ipsi non erant, liberos procrearunt. Unus ex tot millibus servorum, insciis reliqvis, STRATONI hero ejusq; filiolo pepercit: cujus consilio cum solis orientis fulgorem, ad occidentem conversus, vidisset primus, rex, ut pactum erat, debebat creari. Sed postqvam constitit, non è servili ingenio prodiisse consilium, protractus è latebris Straton rex est constitutus: cujus unius familiam postea Alexander M. servavit, servili germine extirpato. Circa illa autem tempora, qvibus Lycurgus Spartæ leges promulgavit, BELUS præfuit Tyro, Phœnicis filius, nepos Agenoris: cui cum esset trina soboles, PYGMALION, Elissa, alias DIDO, & AN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

& ANNA: populus Pygmalioni, etsi puero, regnum tradidit. Elissa autem Acerbæ, alias Sichæo, avunculo suo, Herculis sacerdoti nupsit. Hunc Acerbam, qvia opibus pollebat, Pygmalion impio ausu sustulit. Uxor ejus fratrem aversata, dissimulato odio fugam molita, navigiis qvidem, qvibus ad fratrem erat deportanda, thesauros mariti imposuit; onera autem arenæ pro pecunia involucris involuta in mare dejecit, & ministris regiis, aliisq; sævitiam Pygmalionis detestantibus, ad fugam secum capessendam persvasis, & secum sacra Herculis deportans, raptis è Cypro LXXX. virginibus (qvæ ante nuptias pro more patriæ dotalem pecuniam corpore in qvæstum ad littus exposito qværebant) in Africæ sinum annis ante Romam conditam CXXX. delata, ab incolis tantum agri coemit, qvantum corio bubulo circumdari posset: & illo in tenuissima fila conscisso, id spacium comprehendit, qvod primis Carthaginis pomœriis vel potius spatio arcis, qvæ à bovino corio postea dicta est Byrsa, concludebatur. In fundamentis primis bubulum caput inventum, auspicium fuit laboriosæ & servæ urbis. Illa igitur translata in alium locum, cum eqvi caput, tanqvam signū bellicosi & potentis populi, in fundamentis repertum esset, brevi incrementa à vicinis sensit, & longius progressa, orbis imperium tandem affectavit. Successu Carthaginis, id est vi vocis, novæ urbis, & forma reginæ permotus Jarbas, rex Getulorum, nuptias Elissæ sub denuntiatione belli petiit. Illa vero, ne se secundo viro supponeret, in pyra, qvam qvasi placatura primi mariti manes conscenderat, se gladio transfixit, & civibus reliqvit urbem posthac non regio nomine, sed ad leges liberæ reip. gubernandam, licet appellatio regia maneret apud illos, qvos sibi non ex una familia, sed ut qvisq; virtute præcellebat, legebant. Ab hoc tempore Carthago inter varios bellorum & domesticarum discordiarum casus præ vicinis urbibus caput extulit: & tandem omnem Africæ oram ab ARIS PHILENORUM FRATRUM, qvi se qvondam ibi vivos defodi permiserant, ut limites patriæ ampliores redderent, usq; ad columnas Herculis per XVI. millia stadiorum, ut & omnem Hispaniam usq; ad Iberum, Sardiniam etiam & Corsicam & aliqva in Sicilia loca tenebant, passimq; deductis coloniis imperium condiderunt, qvod Græcorum viribus & Persarum opibus conferri potuit: idq; eo felicius præstiterunt, qvia expeditionibus variis bellicis navigationes in dissita loca addidere, & id conati sunt, qvod nostris seculis fieri miramur, ut per Gaditanum fretum enavigantes, in orientem usq; penetraverint. Meminimus enim à Plinio libro II. cap. LXX. annotatum,

in sinu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

in sinu Arabico, C. Cæsare Augusti filio res gerente, signa navium fuisse agnita, qvas qvondam Hanno, florente Carthaginis potentia, naufragiis perdiderat. In Sardinia aliqvando, cum MALEUS dux Carthaginensium gravi prælio victus, & ob id cum parte exercitus exulare jussus esset, ille cives prohibitis commeatibus in summam adegit desperationem, ipsoq; suo filio Cartalone, qvia cum purpura in publico luctu incesserat, in crucem acto, Carthaginem cepit, & punitis rigidi decreti autoribus, urbem legibus suis dedit. Paulo tamen post affectati regni damnatus periit. Maleo successit MAGO: qvo imperatore res civitatis admodum creverunt. Nam militarem disciplinam rectius constituit, & urbis vires non minus bellicis artibus, qvam virtute firmavit. Filii ejus ASDRUBAL & AMILCAR paternis vestigiis insistentes, in Sardinia, Sicilia & Africa bella gesserunt difficillima. Amilcar tempore Xerxis, à cujus partibus stabat, ingentem cladem in Sicilia sustinuerat, in qvam cum validis CCC. millium copiis, navibus bis mille trajecerat. Nam Gelon, Græcorum fœdere illigatus, ex insidiis classem ejus incendi curavit, & Amilcarem ad Himeram sacris operatum improviso impetu ad aras obtruncavit, Pœnorumq; CLO. in acie peremit, reliqvos vivos cepit & sub hasta vendidit. Naves, qvæ effugerant, tempestatibus submersæ, vix nuncios cladis reliqvere. Nepos autem ejus ANNIBAL, Selinunte & Himera postea captis, in ultionem avi ter mille Siculorum in eum abductas locum, ubi avus interierat, mactari jussit. Hujus Annibalis pater IMILCO, prætor Carthaginensis, Agrigento expugnato totam Siciliam dura servitute premebat, &, cum Dionysius se fortiter ei opponeret, initio qvidem res satis prospere egit, sed ob præcipuum robur exercitus peste, qva ob expilata antea templa divinitus immissa CL. millium dicuntur periisse, misere absumtum, classem etiam silente nocte ab hostibus crematam, rebus desperatis abitum sibi auro redemit, & pertæsus infamiæ, inedia sibi vitam detraxit. Frater ejus HANNO, qvia dominationem affectavit, in conspectu populi virgis cæsus & artubus fractis necatus est. Postea Dionysius junior denuo ad suam tyrannidem stabiliendam Carthaginenses attraxit in Siciliam. Finibus tamen angustis eorum ibi imperium circumscriptum est: & Timoleon illos tandem egregiis victoriis tota insula ejecit. Invaluere tamen denuo in illa tempore Agathoclis: & tandem obsidione ipsis Syracusis pressis, Pyrrhus, gener Agathoclis, ex Italia adversus illos evocandus fuit. Sed plura hic appetens, qvam tenere potuit, omnia tandem amisit. Dataq; est Romanis

 occa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

occasio arma in Siciliam transferendi, adeoq; primo bello Punico. Illi jam tertia vice, ut est apud Polybium, fœdus cum Carthaginensibus pepigerant; primum statim post reges urbe ejectos, cum jam præter Africam parebat Sardinia; alterum, cum illis accesserant Tyrii & Uticenses: tertium, cum Pyrrhus in Italiam trajiceret: in qvibus omnibus cautum erat, ut utriq; populo & sociis esset amicitia. Qva causa autem hæc fœdera rupta sint, dictum est. Sane in primo bello AMILCAR, filius Annibalis, pater Annibalis Magni, qvod supra diximus, præcipuas sustinuit partes. Classe enim Italiam adortus, prædas locupletes egit: deinde sex millia Romanorum signis collatis peremit, bis mille captos abduxit, copiisq; in Hispaniam ductis, annos circiter IX. res Carthaginensium inclinatas non parum erexit. Filii ejus fuere ANNIBAL, ASDRUBAL, MAGO & HANNO: ex qvibus Hannonem à Qvintilio Varo & M. Cornelio; Asdrubalem à Nerone & Livio, cum in Italiam subsidia fratri periclitanti ex Hispaniis ducerent, cæsos diximus. Annibal, postqvam diu rempublicam Romanam concusserat, victus tandem & fractus à Scipione, Antiochum regem Syriæ, ad qvem confugerat, adversus Romanos accendit: eoq; victo, ad Prusiam Bithyniæ regem concessit: unde Romana legatione per Titum Flaminium repetitus, ne Romanis traderetur, hausto, qvod sub annuli gemma habebat, veneno absumtus est. Cæterum ex Politicis Aristotelis constat, qvod Carthaginensibus præter senatum XXX. virorum & duos reges seu duces seu prætores in magistratu constituti fuerint CIV viri: qvi non sorte, ut Spartæ ephori, sed suffragiis ex viris præstantissimis legebantur: qvodq; reges, qvos tandem annuos fecerunt, & SUFFETES, qvasi judices vocarunt, non ex duabus tantum familiis, ut apud Spartanos, sed ex qvacunq; sumebantur, qvæ excellebat: item, qvod resp. ipsorum ex oligarchia & democratia temperata fuerit: ex hac qvidē, qvia reges & senatus, si non consenserunt, ad populū referebant: ex illa vero, qvia pentarchas seu qvinq; provinciarū suarum rectores constituebant.

XVII. Sæpissime jam in Persicis, Romanis & Punicis historiis Siciliæ meministi, eamq; primam dixisti provinciam. Ut igitur Carthaginis rempublicam breviter mecum perlustrasti, ita jam in Siciliam deduci velim.

Diodorus Siculus, ut hanc insulam plenius habeamus cognitam, plurimis libris, imprimis qvinto & qvi seqvuntur, egregiam navavit operam. Omnium autem industriam in Sicilia describenda superavit qva historiam Thomas Fazellus in XX. libris duarum decadum; qva geographiam Clu-
ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

verius. Trinacria olim dicta fuit & Sicania, crediturq; Italiæ, si Diodoro, Justino, Melæ, Plinio, Straboni, poetisq; fides habenda est, qvanqvam negat Valgvarnera, primo continuis agri terminis adhæsisse, sed perpetua maris violentia ab ea postea discissam in medio mari subsedisse. Argumento est, freti inter extrema Siciliæ & Italiæ promontoria profunditatem nusqvam LXXX. passus excedere, scopulosq; in eo non paucos sub aqvis latere. Incoluerunt eam initio CYCLOPES & LÆSTRIGONES, humana carne vescentes: qvi procul dubio originem traxere à Chamo, gentibus Saturno dicto, qvem libro primo ex Beroso diximus aliqvando Italia pulsum, in Sicilia sedes collocasse, & urbem ibi Chamasenam condidisse. Illuc etiam venit Ammonis uxor Rhea, postqvam à marito Ammone (qvi ex Amalthea sustulerat Dionysium) digressa fuerat, & fratri Saturno nupta, ex eo genuit CEREREM filiam, alias ISIDEN dictam. Ceres ex Osiride fratre, mater fuit filiæ PROSERPINÆ, qvam ORCUS seu Aidoneus, rex Epiri & Molossorum rapuit, & pro uxore habuit. Paucis post annis ARISTEUS Atheniensis Siculis usum mellis & oleæ, sicuti ante Ceres usum frumenti monstravit, & divinos nactus est honores. Inde BUTES, Amyci regis Phrygiæ filius, pulsus patria, Drepanum appulit, & conjugii fœdus cum Lycasta, vulgo ob pulcritudinem VENERE dicta, iniit, & ex ea suscepit ERYCEN, qvem HERCULES LIBYCUS, Osiridis & Cereris filius, ex Locrensium agris trajecto freto in Siciliam devectus, in pugna interemit, eoq; regio ritu funerato sanxit, ne posthac Erycini regem admitterent, nisi Heracliden. Consederunt deinde in Sicilia Jolaus Herculis socius; GALATEUS ejusdem ex filio nepos; ÆOLUS itidem Heraclides, filius Hippotæ, XII. liberorum pater, qvi variis in Sicilia locis, ipsisq; Æolis insulis nomen dederunt. Hinc Sicani ex Hispania orti, & hactenus in Latio commorati, pulsi à Liguribus, circa Ætnam consedere: crebrisq; flammarum ex Ætna eructationibus infestati, omissis illis insulæ partibus, ad occidentē magis & meridiem penetrabant. Brevi post Siculi sub rege SICULO, Itali filio, è Latio à Pelasgis & Aboriginibus pulsi, anno ante Trojæ excidium LXXX. in Sicilia sedes collocarunt, & fœdere cum Sicanis inito, Æoliq; sobole extincta, urbibusq; passim conditis, insulæ nomen de se dederunt. Memorabile imprimis, qvod Th. Fazellus lib. VIII. dec. I. cap. I. de rebus Siculis memorat, Panormi lapides vetustos plurimos, Chaldaicis inscriptos literis, esse inventos, & adhuc inveniri, in qvibus memoratur, qvod tempore Isaaci & Esavi ingens HEBRÆ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ORUM manus cum multis Damascenis & Phœnicibus in hanc triangularem insulam profecta, sedes ibi perpetuas locaverit. Typus antiqvissimarum literarum videri potest apud ipsum, diligentissimum rerum Siculum scriptorem. Anno XL. ante Trojana tempora, cum inter Siculos COCALUS regnum teneret, DÆDALUS Atheniensis, Athenis ob cædem Cali ex sorore nepotis, architectura præstantis, profugus, primum in Cretam ad Minoa, & inde, cum Thesei causa regem offendisset, in Siciliam ad Cocalum venit. Cum Minos hostem benigne exceptum intelligeret, classe hostili advectus in Siciliam, invitatus ad fœdus à Cocalo, in insidias incidit, & ab ejus filiabus in balneis suffocatus periit. Cretenses, qvi cum ipso advenerant, coaluerunt in eandem cum Siculis gentem, ab eo tempore dicti JAPYGES & MESSAPII. Eodem pene tempore ÆGESTUS cœpit in Sicilia eminere, sangvine qvidem Tojano natus, sed cujus avus, ob nescio qvas injurias, à rege Laomedonte capitis damnatus fuerat; mater autem in exilium missa in insulam hanc appulerat. Ipse adultus, reditum in Trojam à Priamo impetravit, & re fortiter gesta, cum urbs patria in extremis esset, una cum ELYMO Phryge in Siciliam rediit, & sedes ibi Trojanis instauravit, Ænea interea in Latium sibi novum regnum condente. Venerunt etiam in diversa insulæ loca PHOCENSES, PHOENICES & LIBYES, & oram Siciliæ ad Aqvilonem occuparunt. Hinc factum, ut nemo solus in ea imperium teneret, sed singulis pene urbibus singuli præessent tyranni: qvæ tamen multoties in libertatem se conabantur vendicare. Post Trojam captam diversis temporibus in insulam transfretarunt CRETENSES sub Merione; CHALCIDENSES ex Eubœa insula sub Theocle Atheniensi, qvi Naxum coluerunt; MEGARENSES sub Lampide, qvi Megaram extruxerunt; CORINTHII sub Archia, qvi Syracusas expugnarunt. Ab hoc tempore SYRACUSÆ, in qvatuor partes seu urbes minores, ut insulam, ubi erat fons Arethusa; Acratinam, ubi forum & curia; Tychen, ubi fanum Fortunæ, & omnium amplissimam Neapolin divisæ, cœperunt dignitate & potentia cæteras urbes antecellere, & ex maritimis insulæ locis imperium in aliqvot Italiæ & Græciæ loca propagare, tanta portus oportunitate usæ, ut Cicerone teste soli Athenienses in bello Peloponnesiaco in illum CCC. navibus invehi potuerint. In mediterraneis autem locis hærebant Siculi antiqvi, qvorum urbs regia Trinactia. Illis pedetentim Chalcidenses vi & bello Leontinum & Naxum extorserunt. Hinc Rhodii, duce Antiphemo, Gelam & Agrigentum; Syracusani Camerinam

nam & Ennam; Cumani Zanclam; Lacedæmonii, duce Dorieo, regis Anaxandridæ filio, Heracleam condiderunt. HERACLEA brevi adeo emersit, ut Carthaginenses exciti magnis cum copiis advolarent, eamq; penitus cæso cum aliis ducibus Spartiatis Dorieo everterent. Restituerunt tamen eam non multo post Selinuntii. Ex tyrannorum numero ANAXILUS apud Rheginenses & Messanenses justitia cum cæterorum crudelitate certabat. Cumq; parvulos filios sub tutore servo Mycalo reliqvisset, maluit civitas parere servo, qvam regis deserere filium. Tyrannidem Agrigenti, tempore Cyri Persarum regis, PHALARIS natione Cretensis, è patria exulans invasit, multa civium cæde, literis tamen simul egregie nobilitatus: cujus crudelitatem edoctus PERILLUS Atheniensis, cum taurum ex ære conflatum ei dono offerret, ut suppliciis hominum serviret, & clamores inclusorum tanqvam tauri boatum exhiberet, primus novum supplicii genus subire jussus est. Lapidibus tandem à civibus Phalaris est obrutus, cū Zenonem in foro ad prodendos conjurationis socios tormentis cruciaret. Post eum THERO, Gelonis socer, Agrigenti dominatum suscepit. Leontinorum urbem tyrannide PANÆTIUS, aura populari nisus, ad se rapuit: sicuti CLEANDER, ejusq; filius Hippocrates, imperium Gelæ susceperunt. Hippocratis filios suæ tutelæ commendatos exclusit ab imperio GELON, ex Rhodiis sangvinem ducens. Hic Gelon, Diomedis filius, postqvam aliqvandiu tyrannidem obtinuerat, evocatus à Syracusanis patritiis, à plebe vexatis, primus imperium Syracusarum omnium consensu est adeptus, & rex declaratus, ingentem Carthaginensibus, duce Amilcare irrumpentibus, adjutus à Therone socero, cladem intulit, latisq; legibus optimis, erga omnes tam comiter & benigne se gessit, ut apud Diodorum laudes reportaverit amplissimas. Hic est ille Gelon, qvi Græcis à Xerxe afflictis xxx. millia armatorum promisit, si ipse exercitui vel terrestri vel maritimo præesset. Qvam conditionem cum recusarent legati, non duce, sed milite opus esse dicentes, ille ver Græcis ex anno exaruisse respondit. Lucianus in Hermotino & Stobæus sermone v. os ei fœtidum dicunt fuisse, & uxorem increpatam, qvod non ipsa, sed alii id regi indicassent, his se excusasse, qvod putaret, virorum omnium os similiter olere. Plutarchus in Apophthegmatibus id HIERONI tribuit: qvi fratri Geloni, intercute morbo extincto, in tyrannide successit; in fratrem qvidem Polyzelum [& in Himeram urbem, qvam, qvia defecerat, cultoribus pene omnibus exhausit, immanior; ex victoria tamen, qvam pro Cumanis adversus Tyrrhenos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

& pro Atheniensibus in bello Xerxiano adversus Carthaginenses in prælio navali; pro Syracusanis deniq; suis adversus Thrasidæum, Theronis filium, Argenti tyrannum, obtinuit, satis felix. Diodorus illum multorum vitiorum, vinolentiæ, avaritiæ & tyrannicæ libidinis insimulat: sed egregie eum defendit Ælianus libro IX. variarum historiarum capite I. & libro IV. cap. XV. Hic eum initio à Musis fuisse alienissimum testatur: post, cum in morbum incidisset, & otium, qvod ei corporis imbecillitas imposuerat, doctorum hominum sermonibus tribuisset, factum esse literatissimum, & freqventer Pindarum, Thebanum, & Bacchylidem audiisse. Notus est etiam Hiero ex familiaritate cum SIMONIDE, qvi ab eo rogatus, qvid Deus esset, deliberandi causa unum primo diem; postea biduum petiit: & cum sæpius duplicaret numerum dierum, Qvanto, dixit, diutius considero, tanto mihi res videtur obscurior. Hieroni, postqvam XII. fere annos imperarat, frater THRASYBULUS surrogatus, immane qvantum grassabatur, optimatibus partim sublatis, partim expulsis, bonisq; eorum sibi vendicatis. Cives igitur adversus eum variis auxiliis contractis, terra mariq; victum expulerunt, & per LX. annos usq; ad Dionysium à tyrannide liberati sunt. Qvod autem universæ insulæ imperium Syracusani affectabant, Siculorumq; mediterraneorum rege Ducetio gravi bello ad extrema adacto, ipsaq; primaria Siciliæ urbe Trinacria funditus deleta, multis jam vectigalibus urbes subjectas onerabant, multis tumultibus data est occasio. A nonnullis igitur Carthaginenses; ab aliis Græci in auxilium sunt vocati: ipsumq; tandem bellum Peloponnesiacum in Siciliam transferebatur, ut supra demonstratum est. Carthaginensium imprimis opes in insula creverunt, cum multas urbes exscinderent; multas sibi subjicerent. HERMOCRATES nihilominus, non ille Dionysii pater, sed qvi Athenienses, in bello Peloponnesiaco insulæ imperio inhiantes, exclusit, qvod nimia sese potentia videbatur efferre, autore Diocle, cive primario, in exilium actus, cum vi urbem occupare conaretur, in ipsis urbis portis oppressus periit. Fuit in partibus ejus DIONYSIUS, Hermocratis ex plebejo & humili genere filius, qvi periculo capitis, qvod reliqvis conjuratis subeundum erat, caute declinato, in bello Carthaginensi multis fortitudinis documentis datis, tandem Agrigento capto, cum vulgo trepidaretur, dictaturam primo; dominium deinde absolutum, omnibus magistratu deturbatis, sibi usurpavit, novoq; stipatus satellitio, omnia ad suum imperium restrinxit, multisq; qvidem difficultatibus primum impeditus, & tumul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

multus suorum sensit & infeliciter cum hoste dimicavit: sed superatis omnibus fortunæ insultibus, jugum tandem universæ fere Italiæ Græci nominis imposuit; in Illyrios etiam & in Hetruriam expeditionem suscepit. Imprimis vario Marte cum Carthaginensibus depugnavit, illisq; sæpe in conflictu cessit: ab oraculo sibi metuens, qvod tum instare mortem prædixerat, cum præstantiores vicisset. Qvod ille de bellis interpretatus, non effugit oraculi responsum. Qvia enim Tragœdiis pangendis, insignis poeseos amator, delectabatur, ficto obseqvio Athenis victor, cum fabulam edidisset, declaratus est: & exinde gaudio exultans, cum se daret compotationibus, nimia vini ingurgitatione morbum & mortem sibi contraxit, annoq; tyrannidis XXXIIX; vitæ LIII. decessit. Extremum ejus pavorem, adamantina vincula, qvibus tyrannidem filio Dionysio se relinqvere vinctam gloriabatur, puta Ib longas naves, peditum C. millia, eqvitum X. millia, pecuniarum, armorum & commeatus tantum, qvantum copiis tantis sufficeret; convivium item regium Damocli parasito apparatum, initam deniq; cum DAMONE & PYTHIA Pythagoricis, ad mortem damnatis, amicitiam historici passim decantant: qvos qvi vult adeat. Sacrilegia ejus recenset Ælianus lib. I. var. hist. c. XX.

XVIII. Num filius ejus Dionysius tyrannidem illis adamantinis vinculis constrictam pari felicitate administravit?

Imo effeminata inertia perdidit. A patre negligentius educatus fuerat, ne prudentum usus consvetudine, sapere incipiens, per insidias sibi regnum raperet. Defuncto tamen succedens, neglectum in adolescentia disciplinarum studium à DIONE, viro magnæ autoritatis & prudentiæ, magno PLATONIS amico & fautore, cujus sororem Dionysius I. duxerat, qvemq; generum deinde adsciverat, persvasus, sarcire, & Platonem aliqvandiu attente audire cœpit. Sed mox ad ingenium rediens, Platone relicto, & Dione Corinthum per speciem amicitiæ dimisso, totus in luxum conversus, omnem disciplinam militarem posthabuit. Dion interea cum audiret, uxorem suam alii nuptam esse datam, bellum comparare cœpit, & fretus non tam suis copiis, qvam odio tyranni, duabus navibus onerariis imperium L. annorum, Ib. longis navibus, X. millibus eqvitum & C. peditum millibus munitum, profectus oppugnatum, absente in Italia tyranno, cum classe Syracusas introiit, eoq; benevolentia civium rem perduxit, ut, imperio diviso, Italiam Dionysius; ipse Siciliam obtineret. Brevi tamen post, cum vix qvartum annum Siciliam tenuisset post reditum, qvod truculen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

truculentius agere cœpiſſet, inſidiis civium ſublatus eſt. Inſidiis etiam petitus Dionyſius, Syracuſarum iterum potitus, anno imperii XII. arce valido præſidio firmata, Locros profugit. Apud qvos cum arce occupata, mira crudelitate, velut jure regnaret, deſœvire conaretur, in uxore & liberis libidinem ſuam caſtigari vidit. Qvamprimum enim Syracuſas reverſus tyrannidem rurſus in ſe transtulit, Locrenſes, præſidio arcis ſuæ oppreſſo, uxorem & filias regias prius ſtupratas crudeli mactarunt ſupplicio: & ipſe denuo ob ſævitiam novis exceptus tumultibus, ſolum vertit. Syracuſani enim ICETEN primo, apud ſe natum, dynaſten Leontinorum, adverſus Dionyſium belli ducem elegerunt, & deinde, cum Carthaginenſes magna claſſe inſulæ imminerent, opem à Corinthiis per legatos petivere: qvi ipſis ſubmiſere TIMOCLEONTEM, virum acerrimum & egregium: qvem, cum Icetes, Carthaginenſium amicitiæ ſuffultus, & ipſe tyrannidem videretur invaſurus, Dionyſio oppoſuere, & ad deditionem coactum, Corinthum miſere: ubi cum humillima qvæq; tutiſſima putaret, in ſordidum vitæ genus deſcendit, nec contentus in publico vagari, potare, conſpici in popinis & lupanaribus, pannoſus qvoq; & ſqvalidus inceſſit, omniaq; ita egit, ut contemnendus magis, qvam metuendus videretur. Tandem ludimagiſtrum profeſſus, ſi non viris, tamen pueris imperavit. Qvod tamen vitæ genus cum non ſatis arrideret, Cybeles ſacris ſe initiandum tradidit, ſtipemq; ab hominibus cogendo in morem Metragyrtarum ſacris Phrygiæ Deæ initiatorum, tympana pulſando & modulando ad multam ſenectam produxit. Timoleon interim, Corintho evocatus imperator, qvem Plutarchus non veretur cum L. Paulo Æmilio conferre, omnibus oppidis Siciliæ in ſuam poteſtatem redactis, & Magone Carthaginenſium duce illuc adacto, ut Sicilia excederet, arcem Syracuſanam tyrannorum diruit: novos colonos ex Græcia & Italia in urbem magnis attraxit promiſſis, ut, qvæ eſſet paulo ante deſerta, jam LXCIↃ civibus habitaretur: Iceten ad vitam privatam compulit: libertatem oppidis reſtituit: ſtatum popularem Syracuſis reddidit. Et cum Carthaginenſes numeroſum exercitum LXX militum ducentis triremibus & mille navibus denuo ſub Annibale & Amilcare in inſulam miſiſſent, ut tota illa Græcos ſummoverent, ſubito illos qvinq; millibus ſtipatus invaſit, & tempeſtate in hoſtium frontes deſœviente, ſic eos attrivit, ut XCIↃ caderent, V. millia captivorum numerarentur. Paulo poſt ipſum Iceten, qvi denuo cum Carthaginenſibus ſocietatem junxerat, in acie captum, ut proditorem necavit:

Mamer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Mamercum, qvi Catanæ tyrannidem invaserat, in potestatem suam redactam ultimo supplicio affecit, Carthaginem ad pacem petendam adegit, & tandem octavo administrationis suæ anno, summo cum Siculorum, qvos libertati restituerat, dolore cœcus exspiravit. Carthaginensibus devictis, omnes, qvi vellent, civitate Syracusana donaverat. Inter alios nomen professus figulus Carcinus, exul Rheginus, Syracusis receptus est. Ille somnio & oraculo antea monitus, fore, ut qvi sibi natus esset filius, Carthagini & universæ Siciliæ autor maximarum calamitatum existeret, AGATHOCLEM filium recens natum publice exposuit: sed à matre servatum adultumq; agnitum, artem figulinam, qva vitam sustentaret, docuit, eoq; assumto, qvod jam diximus, Syracusas migravit, & paulo post vita cessit. Agathocles virtute, facundia & aliis animi dotibus mox civitati innotuit, Damantisq; viri illustris & opulenti ope, tribuni dignitate ornatus est. Hujus uxorem, cum decessisset, cum omnibus bonis in matrimonium accepit, & inter ditissimos jam numerabatur. Multis postea laboribus adversus æmulos exantlatis, occisisq; inter optimates præcipuis, laniena etiam multitudinis crudeliter curata, qva qvatuor amplius mille trucidati, sex mille pulsi sunt, tyrannidem invasit. Sed à Carthagine ingens eum procella afflavit. Amilcar enim Gisconis filius, collatis cum eo signis, eum in fugam conversum ad ea consilia adegit, ut non nisi bello in Africam translato ignominiam acceptam posset eluere. Hostes acie non semel profligavit, duces alios cæcidit, alios fugavit, & vel cc. urbes, interq; illas Tunetum, expugnavit. Ophellum etiam Cyrænarum regem ex insidiis necavit, &, qvod à Dionysio primo didicerat, ut pueros taxillis, ita viros juramentis decipiendos statuit. Regresso autem eo in Siciliam, copiæ, cum filiis relictæ in Africa, diversis in locis concisæ sunt: qvibus cum suppetias ferre constituisset, ipse qvoq; in fugam conjectus, exercitum denuo deseruit, qvi se & filium Agathoclis Archagatum Carthaginensibus dedidit. Postea in Italiam trajecit ad Brutios compescendos, qvi feritate sua vicinos admodum vexabant. Sed vis morbi & tumultus domestici inter filium nepotemq; ejus in Siciliam eum retraxerunt: ubi, missa à se uxore in Ægyptum cum duobus parvulis, paulo post ex doloribus exqvisitis, qvos scalprum à Mœnone venenis infectum ejus dentibus intulerat, confectus, Thermis in loco natali incendio periit, denatus miserior, qvam natus. Ausonius pulcre:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Fama est, fictilibus cœnasse Agathoclea regem,
Atq; abacum Samio sæpe onerasse luto.
Fercula gemmatis cum poneret horrida vasis,
Et misceret opes pauperiemq; simul,
Quærenti causam respondit: Rex ego qui sum
Sicaniæ, figulo sum genitore satus.
Fortunam reverenter habe, quicunq; repente
Dives ab exili progrediere loco.

Post Agathoclem varii tyranni, interq; eos apud Syracusanos alius ICETES, dominatum arripuere. Hoc expulso, successores ejus THYNION & SOSTRATUS à Pœnis obsessi, Pyrrhum regem Epirotarum ex Italia accersiere, qvem supra demonstravimus, Carthaginenses qvidem vicisse, & Siciliam sibi subjecisse, sed nova austeritate morum animos à se abalienasse, & fugienti similem insula excessisse. Post illum Syracusani HIERONEM JUNIOREM ex Gelone genus ducentem, filium Hieroclis, qvem puerum à patre expositum, qvia serva matre natus esset, apes dicuntur congesto melle aluisse, ducem primo; mox ob victoriam à Mamertinis reportatam, regem constituerunt. Hic initio, militari disciplina rectius ordinata, fœdus cum Hannone Pœno pepigit. Sed Romanis postea in primo bello Punico victoribus constantissime adhæsit. Suidas eum ait annos LIV. regnasse, patriæ pacem retinuisse, sibi principatum insidiarum expertem custodiisse, & cujusvis excellentiæ comitem invidiam effugisse, cum sæpius constituisset principatum deponere, publice à civibus prohibitum fuisse, annos amplius XC. omnibus & sensibus integris, & partibus corporis salvis vixisse. Mortuo illo, nepos HIERONYMUS, regni, non virtutis, non fidei heres, ad Annibalem defecit. M. Marcellus igitur consul, Syracusanis bello illato urbem illorum Archimedis machinis & civium armis diu defensatam, noctu tandem de improviso cepit, & Archimedi, in prima militum irruptione trucidato, honores, qvos vivo non potuit, habuit. Tandem Lævinus, Siculis pacatis, insulam populi Romani primam fecit provinciam, ut jam supra innuimus. Post qvæ tempora qvæ fata Siciliæ fuerint, qvod servile bellum Eunus Syrus in ea conflaverit, qvomodo postea Gothi eam inter alias provincias occuparint, Justinianus denuo asseruerit, Saraceni sibi rapuerint, Normanni eos expulerint, hinc regnum ad Suevos, Gallos, Hispanos pervenerit, suo qvæq; loco, & imprimis libro tertio, ubi regna & provincias Italiæ descripturi sumus, dicemus.

XIX. Qvia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XIX. Quia in bellis Punicis Romani non Sicilia saltem, sed & Africa & Hispania potiti sunt, jam terrarum orbis eorum victoriis facilius patuisse videtur.

Post Carthaginem, inqvit Florus, vinci neminem puduit. Secutæ sunt statim Africam gentes, Macedonia, Græcia, Syria, cæteraq; omnia, qvodam qvasi æstu & torrente fortunæ. Nos ordine progressuri, singula bella, qvibus Roma exercita est, peculiariter lustrabimus. Enatum est post Punica omnium primum MACEDONICUM: deinde Syriacum: eodem tempore Ætolicum, Istricum, Gallogræcum: inde alia. Cum Macedonibus hac occasione depugnatum est. Eorum rex PHILIPPUS jampridem dominantem in Italia Annibalem sibi sociaverat, & Græciæ infestus, non alias saltem urbes injuriis vexabat, sed & Athenienses, sociam Romanis civitatem, gravi premebat obsidione. Abydeni, ne in ejus potestatem venirent, conjugibus & liberis ad exemplũ Saguntinorum interfectis, mutuis vulneribus ceciderunt. Legatis igitur missis, à senatu auxilia Athenæ petierunt, &, qvanqvam renitente plebe, continuo tot bellorum labore fatigata, obtinuerunt. Aderat sponte in auxilium ATTALUS rex Pergamenorum: aderant Rhodii, & nata in puppe prætoria laurus manifestam victoriam pollicebatur. Bis victus à T. QV. FLAMINIO rex; bis fugatus; bis exutus castris. In ipsa Macedoniæ claustra penetratum: Eubœa & maritima ora capta: variæ urbes expugnatæ: pax tandem petenti Philippo data est. Et regnum qvidem relictum, sed ut Græcia abstineret, mille talentũm solveret, naves omnes, præter x. traderet, Græcia libera esset. In Isthmiis enim ludis præco publice pronunciavit: S. P. Q. R. & T. Qvintius imperator, proconsul, Philippo Macedonibusq; devictis, sine præsidiis liberos, immunes, suis legibus esse jubent Corinthios, Locros, Phocenses, Eubœam, Achæos, Phthiotas, Magnetas, Thessalos, Perrhæbos. Qva voce præconis audita, ut inqvit Livius libro xxxiii. majus gaudium fuit, qvam qvod universum homines caperent: & per multos dies gratis & cogitationibus & sermonibus effusa est lætitia, esse aliqvam in terris gentem, qvæ sua impensa, suo labore & periculo bella gerat pro libertate aliorum: nec hoc finitimis & propinqvæ vicinitatis hominibus, aut terris continenti junctis præstet: maria trajiciat, ne qvod toto orbe terrarum injustum imperium sit, & ubiq; jus, fas, lex potentissima sint. Qvia autem Argi à tyranno Lacedæmoniorum Nabide premebantur: ideoq; Q. Flaminius, liberatis illis, ipsam tandem Lacedæmonem, scalis & machinis admotis, ut omnia arbitrio suo permitteret, adegit, &, ob tot res feliciter gestas, triduo triumphavit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XX. *Sic igitur Philippo victo in pristinæ libertatis decorem restituta est Græcia. Numqvid autem confestim bellum Syriacum, Macedonico finito, exarsit?*

Durante adhuc cum Macedonibus bello, INSUBRES in Gallia cisalpina, qvibus se Boji trajecto Pado conjunxerant, autore Amilcare, Pœnorum duce, defecerant. Sed C. CORNELIUS CETHEGUS & Q. MINUTIUS RUFUS Cos. ad pacis conditiones & ad deditionem negotio illos facili adegere. Tractum tamen cum populis vicinis bellum: & qvanqvam Corolamus rex Bojorum paulo post in tumultuario prælio ad tria millia Romanorum occidit, C. MARCELLUS tamen cum collega FURIO eum cum Gallis & Liguribus magna clade affectum repulit, Comum oppidum cepit, & insigni triumpho urbem ingressus est. Antea etiam L. PAULUS ÆMILIUS, non multo plus VIII millibus secum eductis, cum qvintuplo pluribus hostibus in Liguria subalpina signa contulerat, & fusos fugatosq; in fidem receperat, piraticis navibus ademtis, qvibus hactenus ad columnas usq; Herculis provecti, mercatores spoliare consveverant. Dum hæc in ipsis Italiæ finibus gerebantur, ubi & hoc ipso tempore non una servorum conjuratio detecta est & oppressa, imperium Romanorum, ut paulo anteab Africa in Europam, ita ab Europa in Asiam, ultro se suggerentibus causis, processit. Annibal, qvem autoritas legatorum Romanorum Carthagine, tanqvam res novas molientem, submoverat, ad ANTIOCHUM M. profugus, jamdudum consilia de Romano bello volutantem, ad arma in Italia ipsa vibranda compulit. Sed facilius erat, cum tot populorum victoribus congredi, qvam ab iis victorem recedere. Jam Cœlesyriam & Ioniam in potestatem redegerat, & in Europam trajiciens Thracas impetebat: cumq; toti Græciæ immineret, Romani, missis ad eum legatis, conati sunt regem persvadere, ut Ptolemæo redderet, qvæ ei ademerat, & civitates Asiæ libertati suæ relinqveret, atq; ab Europa se contineret. Ille superbo cum responso dimissis legatis, propinqvos reges adjungebat sibi connubiis, & altera filia Antiochide elocata Ariarathi regi Cappadocum, alteram Cleopatram Syram pactus est Ptolemæo, ut qviesceret in bello Romano, cum dote Cœlesyriæ ante ei ademtæ. Ætolos imprimis habuit sibi obseqventes, qvi regem nondum satis instructum à milite adversus Romanos evocarunt. Et ille qvidem in Eubœam cum solis, qvi tum ad manus erant, decem millibus appulit, & neglecto Annibalis consilio, qvi satius duxerat, bellum in ipsam Italiam transferre, movit in Thessaliam, sumto titulo belli speciosò asserendæ à Romanis in libertatem Græciæ. Sed adventus subitus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

bitus M. ACILII GLABRIONIS cum hinc ad Thermopylas, nota Leonidis adversus Persas virtute nobilitatas, removit. Ibi victæ sunt ingentes regis copiæ: & qvidem virtute imprimis CATONIS, qvi per avia hostes aggressus, occasionem reliqvis dedit victoriæ. Ipse Philippus rex Macedonum non exiguum addidit victoriæ pondus, qvi à Romanis jam stans partibus, multis oppidis, qvæ ante Antiochus occupaverat, hoc bello receptis, sibi vicini regis damno prodesse voluit. Perfugit Antiochus Ephesum, & toto cessit mari: classem enim ejus Annibali & Polyxenidi commissam, Rhodiis adjuvantibus, penitus ÆMILIUS REGILLUS confecit. Tandem cum provincia belli L. CORNELIO SCIPIONI, cui AFRICANUS frater voluntaria legatione aderat, commendaretur, rex ad Mæandrum amnem, cum ccc millibus peditum, curruumq; falcatorum non minore numero, multisq; elephantis ei occurrit. Sed adjuvante Scipionem EUMENE, Attali filio, qvi propter Romanos affinitatem Antiochi respuerat, ad qvinqvaginta millia peditum uno die cæsa sunt, eqvitum qvatuor millia. Hinc Asiæ civitates deditione occupatæ sunt: ipsumq; ingens olim Ilium jam tenebatur à Romanis. Regi victo & supplici pax & pars regni data est. Rhodiis pro opera in bello præstita à senatu donata est Lycia & Caria: qvæ non multo post eis denuo ablatæ sunt, qvasi propensis in partes Persei. Eumeni vero datum est, qvicqvid Antiocho ademerant, exceptis Græcis in Asia civitatibus, qvibus libertas permissa. Scipio, Regillus, Acilius cum variis triumphis Asiaticam luxuriem, qva brevi bellicosa hactenus urbe effeminata est, Romam deportarunt, ingratam tamen. Nam par illud nobile fratrum, AFRICANUM & ASIATICUM, Scipiones, peculatus crimine accusatos, tanqvam ex regis præda ærarium defraudassent, in jus traxerunt insontes: & ille vocatus in rostra, Hac die, inqvit, Qvirites, Carthaginem vici, & proseqvente populo Capitolium ascendit: inde, ne tribunitiis amplius injuriis vexaretur, in voluntarium exilium Liternum concessit: hunc vero Tib. Sempronius Gracchus sua intercessione vix tandem liberavit.

XXI. *Dixisti, hoc ipso tempore, qvo Syriacum bellum adversus Antiochum gestum est, exarsisse qvoq; Ætolicum, Istricum, Gallogræcum: Qvo qvæso eventu illa gesta sunt?*

ÆTOLOS plurium urbium viribus counitis in unam rempublicam exemplo Achæorum coaluisse, supra memoravimus. Adversus illos tandem una voce omnes fere Græcos bellum Corinthi ob innumera facinora de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

crevisse libro IV. testatur Polybius. Illi tamen neqvicqvam fracti animo, pacta cum Lacedæmoniis societate, eos ad inferendum bellum Achæis, qvorum respublica cœpit præcipuam sibi inter Græcos vendicare dignitatem, protraxere. Sed Philippus Macedonum rex tot illos cladibus fregit, ut victi manus porrigere cogerentur. Qvem tamen cum Romani expeditione suscepta oppugnarent, horum se associarunt partibus, nec illi exiguum damnum intulere. Ab his rursus ad Antiochum subita consiliorum mutatione defecere: qvem tamen qvi vicere, illis resistere difficile fuit. M. Acilius Glabrio debellavit eos & triumphavit, eorumq; principes numero XLIII. in latomias, teste Livio lib. XXXVII. conjecit. Ex hac servitute emergere qvidem conati sunt, sed frustra. M. Fulvio enim ultio mandata est, qvi, protinus Ambracia capta, vix precibus Rhodiorum & Atheniensium, ut ignosceret, adduci potuit: inq; belli Ætolici accessionem Cephalenam, Zazynthum, & qvicqvid insularum in eo mari est, subegit. Eadem non æstate solum, sed etiam iisdem prope diebus, qvibus hæc à Fulvio in Ætolia gesta sunt, Cos. alter Cn. Manlius GALLOGRÆCOS, qvi Antiocho subsidia miserant, duobus ingentibus præliis fudit, castris exuit, domuit. Livius libro XXXVIII. animosum recenset mulieris captivæ, Orgiagonti inter Gallogræcos regulo nuptæ, facinus, qvæ à centurione stuprum passa, memorabili exemplo custodiam evasit, revulsumq; militis caput ad maritum retulit. Idem, qvi Gallogræcos, mansit exitus ISTROS. His etsi pugnæ initia prospera fuerunt, castrisq; A. Manilii occupatis, plerìq; opimæ prædæ ludibundi incubarent, ubi essent, præ poculis nescientes, Romani tamen ad castra rediere, somno vinoq; oppressos passim cæcidere, regem fugientem cepere.

XX. *Siste paulisper gradum, & qvum toties Gallorum memineris, eosq; in Asia ipsa tandem consedisse, & Gallogræcos nuncupatos dicas qvinam illi origine fuerint, & unde venerint, explica.*

Gallorum seu Celtarum reges Berosus ducit à SAMOTE, Dite alias & sapientissimo cognominato, octavo Japheti filio, qvem ignorat Moses. Reges post Samotem continua serie ab eodem hi recensentur, a sapientia Samotei, tanqvam philosophi dicti, MAGUS: SARRON, qvi publica literarum studia instituit, unde Sarronidæ theologi apud Diodorum: DRUIDES seu Dryus: BARDUS, inventione carminum & musicæ clarus: LONGO seu Lomnigo, unde Lingones: LUCUS, unde Lucenses Ptolemæo prope Parisios: CELTA, ex lingva Phœnicia à conflagratione dictus, qvia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ejus tempore montes Pyrenæi arsere, qvi dividunt Celtas & Celtiberos: GALATHEA, qvæ Herculi Libyco seu Ægyptio à parentibus permissa, genuit Galaten regem, qvi colonias Gallorum duxit in Siciliam auspiciis Tusci, alterius filii Herculis: NARBON, unde Narbonensis Gallia: LUGDUS: BELIGIUS, unde Belgium: ALLOBROX: & qvi apud Manathonem seqvuntur: ROMUS, unde Romandues Ptolemæo in Gallia Belgica: DARIS: LEMANNUS: OLBIUS: GALATES junior, qvi induxit Galatas in Asiam, victis Sarmatis: NAMNES: RHEMUS: FRANCUS ex Hectoris filiis. Qvia autem alii Galli ex Celtia progressi novas in Italia sedes qvæsierunt; alii in Asiam sese infuderunt: qvorum illos describit Livius libro XXXVIII; hos Polybius libro IV. nos de utrisqꝫ distincte dicemus, & primo qvidem de Gallis, qvi magnam Italiæ partem ultra Alpes sibi subjecere. Celtas illos fuisse & populum Germanicæ lingvæ, aliunde constat, & imprimis ex Atticis Pausaniæ. Eorum regem AMBIGATUM ferunt anno ante natum Christum DLXIV. multitudine hominum nimium excrescente, BELLOVESO & SIGOVESO, ex sorore nepotibus, ingentes adjunxisse exercitus: & hunc amandasse à se in Hercinios saltus; illum, associatis sibi plerisqꝫ ex Gallia populis, per Alpes in Italiam transiisse, fusisqꝫ incolis agrum, in qvo consederunt, Insubrium vocasse, & Mediolanum, Senas, Comum, Veronam aut condidisse, aut instaurasse, Padoqꝫ tandem trajecto ad Apenninum usqꝫ processisse: tandem, qvod ex superioribus constat, Clusium Etruriæ oppidum valida obsidione cinxisse: cumqꝫ tres à Romanis legati, de pace missi, cum Clusinis in acie pugnassent, qvestum injurias Romam suos misisse, & nihil impetrantes, agmine citato, duce BRENNO (sic enim vocant Romam venisse, occupasse, incendisse: à Capitolio anserum clangore, & Fabii ab exilio revocati virtute, ægre retractos tandem secessisse: alia deinde bella ex bellis seruisse, qvorum uno Titus Manlius Torqvati; altero M. Valerius Corvini cognomen meruit; alio L. Scipionis legio primo cecidit, deinde Decius junior se diis manibus devovens, victoriam suis morte sua peperit. A Cornelio Dolabella tandem reliqvias eorum in Italia deletas, ait Florus & Eutropius. Anteqvam autem in Italia suis facinoribus hi Galli inclaruerunt, Gothos seu Getas Rugis mixtos, regibus BERICO & PHILOMARO, ad Danubium & Tibiscum egressos, Pannonias dicunt diutissime tenuisse, illosqꝫ esse, qvi Alexandro M. responderunt, nihil se timere, nisi cœlum ruiturum: divisis tandem agminibus, alios Macedoniam, duce BELGIO; alios Græciam, ducibus BRENNONE, EURE-

EURIDANO & THESSALONO, alios Thraciam LEMNORIO & LOTHARIO ducibus periisse. BELGIUM esse, qvi regem Macedonum Ptolemæum Ceraunum prælio facto cepit, caputq; ejus in terrorem hostium circumtulit: ei contra Sosthenem Ptolemæi successorem BRENNUM CLXV. millibus militum adductis, suppetias cum ingenti Sosthenis clade tulisse: eversurum autem Delphos, nullisq; egere Deos opibus jocatum, ut qvi eas hominibus largiri soleant, exigua manu Delphorum & Phocensium tempestate & fulminibus, binisq; ex cœlitibus virginibus, aut, ut Pausanias refert, tribus viris terribili specie armatis adjutorum, peremtum cecidisse: & Antigonum regem Macedoniæ omnes, qvi ex exercitu supererant, amice qvidem initio habuisse, deinde astu delevisse, cum Macedoniæ inhiarent. EURIDANUM cum suis in Bosnia consedisse, & Scordiscis nomen dedisse: Thessalonum in confinio Pannoniæ & Norici sedes occupasse. LOMNORIUM deniq; & Lotharium, Thraciæ tributo imperato, captoq; Byzantio, per Hellespontum in Asiam trajecisse, Ilium occupasse, regi Nicomedi auxilium ad Bithyniam occupandam tulisse, communemq; Asiam fœcunda juventute implevisse, & imprimis Gallogræciæ seu Galatiæ nomen à se dedisse. Horum GALATARUM, ad qvos B. Paulus Epistolam luculentam scripsit, Livius dicit tres fuisse populos, TOLISTOBOJOS, qvi Ætoliden & Ioniam; TROCMOS, qvi Hellesponti oram; TECTOSAGOS, qvi mediterranea Asiæ usq; ad Taurum sortiti sunt. Tantus, inqvit, terror eorum nominis erat, multitudine etiam magna sobole aucta, ut Syriæ qvoq; ad postremum reges stipendium dare non abnuerent. Diodorus libro V. refert, in Celtica regis cujusdam filiam omnibus proceris spretis HERCULEM tandem in bello adversus Geryonem in Celticam deflectentem in amplexus admisisse: unde natum GALATEN Galuciæ seu Galliæ nomen dedisse: illos vero Gallos, qvi Scythis finitimi fuere, ferocissimos omnium, dictos CIMBROS seu Cimmerios, totam Asiam incursationibus infestam reddidisse, Gallogræcorum tandem nomine sumto ob sui cum Græcis permixtionem. Polybius libro IV. eos Gallos, qvi post cladem Delphicam à tempestate Brennoni illatam superfuere, cum in Hellespontum devenissent, dicit circa Byzantium constitisse, & devictis Thracibus, Tyleq; regia constituta, Byzantinis bellum intulisse sub rege COMONTORIO, & illuc adegisse, ut tandem LXXX. talenta singulis annis in tributum penderent: tandem hos Gallos vicissim à Thracibus superatos, & totum imperium illorum illis locorum funditus eversum esse. Marcellinus testis est

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

eſt libro xv, ſtudia laudabilium doctrinarum apud Gallos per Bardos, Eubages & Druidas viguiſſe, & BARDOS fortia virorum illuſtrium facta heroicis compoſita verſibus cum dulcibus lyræ modulis cantitaſſe; EUBAGES ſublimia naturæ inqviſiviſſe; DRUIDAS, ſodalitiis adſtrictos conſortiis, philoſophiæ operam dediſſe, humanis deſpectatis. Habes, qvod de Gallis qvæſiiſti: qvi tamen ipſi cum in Hiſpaniam ſeſe qvoq; infuderint, non abs re erit, ſi, miſſis adhuc pauliſper reliqvis Romanorum bellis, qvi primum in Hiſpania rerum potiti fuerint, ediſſeramus, & pedetentim ad res in ea à Romanis, non ſine varia multorum triumphorum materia geſtas, deſcendamus.

XXIII. *Jamdudum geſtivit animus de Hiſpania qværere, qvam ſuperiori jam libro Ægyptium Oſirin, ejusq; filium Orum ſeu Herculem ſuis factis implevisſe dixiſti, qvamq; Punico bello ſecundo Carthaginenſibus à Scipionibus ademtam memini.*

Non pigebit & hic antiqvitates Beroſi & aliorum ſectari, qvas æſtimet qvivis, ut libet. Seriem autem hanc nectemus, nulla ſupputatione temporis addita, qvia omnis hic incerta eſt.

REGES HISPANIAE VETUSTISSIMI.

SOLITUDO HISPANIÆ poſt diluvium per CXLI annos.

I. THUBAL, Beroſo JUBAL & TARACON, filius Japheti, nepos Noachi, in diviſione orbis occupavit Hiſpaniam.

II. IBERUS F. unde nomen Ibero, tempore Nini.

III. JUBALDA F.

IV. BRYGUS tempore Arii, ſexti regis Aſſyriorum, qvem habent pro filio Arami, nepote Semi.

V. TAGUS, cognomine ORMA, qvem habent pro filio Gomeri Togorma.

VI. BÆTUS, tempore Armathritis IX. regis Aſſyriorum, unde provincia Bætica.

VII. DEABUS, alias CHRYSEUS & GERA, Hiarbæ Libyci filius, repertor fodinarum, pater Geryonum, tyrannidem tempore IX. regis Aſſyriorum Armathritis aſſumſit.

VIII. LOMNIMII ſeu GERYONES, tres Deabi filii, à filio Oſiridis Hercule Libyco interfecti.

IX. HISPALUS à patre Hercule Libyco Iberis rex datus.

X. HISPANUS, Herculis Libyci nepos: qvem, qvia ex Beroſi libris vitio ſcriptorum excidit, Annius Viterbienſis ex autoribus Hiſpanicis addit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XI. HERCULES LIBYCUS, ex Italia in Hispaniam reversus, senex regnavit ibi aliqvamdiu, cum Hispanus naturæ concessisset, & ibidem defunctus divinos meruit honores, sepultus in Gadibus.

XII. HESPERUS, Herculis socius: unde Hispaniam Græci vocant Speridas; Hebræi Spharad. Insidias fratris Atlantis vel Itali fugiens, se in Italiam recepit.

XIII. ATLAS, alias KITTIM & ITALUS, fratrem Hesperum in Italiam usq; perseqvens, regi Janigenarum apud Hetruscos Camboblasconi, in potestatem redacto, filiam Electram uxorem dedit, eiq; regnum reddidit.

XIV. SYCORUS F. tempore Mancalei XIV. regis Assyriorum.

XV. SYCANUS F.

XVI. SYCELEUS vel SICULUS, qvi Jasio cum Dardano fratre in Italia diffidenti opem tulit.

XVII. LUSUS F. unde Lusitania tempore Ascadatis XVIII. regis Assyriorum. Post hos reges enarratos, à Manethone & Annio ex probatis autoribus recensentur in Hispania reges seqventes:

XVIII. SICULUS JUNIOR.

XIX. TESTA LIBYUS TRITON.

XX. ROMUS.

XXI. PALATUUS, qvem Cacus Celtiber, Vulcani filius, expulit. Sed denuo, eo profligato, regnum recuperavit.

XXII. CACUS à Palatuo; non ab Hercule pulsus.

XXIII. ERITHRUS.

XXIV. GORGORIS, qvi circa excidium Trojæ regnum suscepit, & alias MELLICOLA dicitur, qvia mellis inventor apud Hispanos fuit. Huic, ut est apud Justinum, cum HABYS, nepos è filia stuprata, esset natus, & ab avo ab depellendam generis ignominiam necari jussus, nullo pacto, nec lanienæ ferarum, nec maris fluctibus expositus potuisset perimi, inter greges ferarum & cervorum, haud illis velocitate inferior, relictus est. Tandem instar feræ laqveo forte in venatione captus & cognitus, regno paterno restitutus est.

Ducentis amplius annis ante bellum Trojanum Græci nonnulli, ex Zacyntho insula solventes, in Hispania Zacynthum seu Saguntum, arcem munitissimam, & præterea templum Dianæ celeberrimum condiderunt. Græci post hæc tempora Herculem etiam Thebanum & Argonautas ferunt in Hispa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Hispaniam venisse, & eas res patrasse, qvæ ab Ægyptiis Herculi Libyco adscribuntur. Dicuntur etiam Teucer, Diomedes & Ulysses diverso illuc tempore venisse, & diversas urbes condidisse. Balbutimus in vetustis rebus enarrandis, & hinc illic conqvisita qvoqvo modo efferimus, ne nihil dicamus. POSTERI HABYS, cum anno ante Christum nato clɔix decessisset, regnum tenuisse dicuntur, donec ingens siccitas existeret, qvæ XXVI. annos duravit, tanto cum incolarũ incommodo, ut catervatim ex Hispania digressi, sine rege discederent. Cessante illa, CELTÆ ex Gallia ad Iberi ripam consedere. RHODII maris imperium tunc tenentes, ad Pyrenæorum montium radices Rhodopen constituerunt, numos ex ære primi invexerunt, usum molarum trusatilium ostenderunt. Paulo post Pyrenæi montes conflagrarunt, viq; incendii (ceu ferunt) venæ auri & argenti conflatæ rivos liqvati metalli emiserunt: cujus rei fama plurimi moti, certatim lucri cupiditate advolarunt. Et PHOENICES qvidem, maris imperio Rhodiis erepto, in Hispaniam delati, tantam argenti vim, testimonio Aristotelis, oleo advectitio mutarunt, ut ipsas ex argento anchoras conflarent. His ipsis etiam divitiis auctus Sichæus, Didonis maritus, insidiatorem invenit, Pygmalionem levirum: qvi, cum Dido ad Carthaginem condendam profugeret, sceptrum Phœnicum corripiens, illud etiam in Hispania usurpavit. Eadem tempestate TARACHON rex Æthiopiæ, cum Sannacheribum ab Ægyptiis repulisset, victricia qvoq; arma in Hispaniam protulisse, & Tarachonem, à Scipionibus deniq; reparatum, condidisse creditur. NABUCHODONOSOREM etiam, Tyro post IV. annorum obsidionem cum adjacente Ægypto & Africa occupata, qvia Tyriis miserant subsidia, in Hispanos victricia arma convertisse eo tempore dicunt, qvo ARGANTONIUS Tartechiorum in Hispania rex præerat, qvem Silius totos CCC. annos; Plinius dimidiatam eorum summam, vixisse testantur. Hoc defuncto, PHOENICES, Gadibus recuperatis, imperium in Hispanos adfectarunt. Sed illi, duce belli Baucio, omnes eorum arces, urbes, templa everterunt, ipsosq; CARTHAGINENSES, qvi auxilia Phœnicibus & classem submiserant, ad pacem petendam adegerunt. Paulo post ipsi Phœnices & Pœni adversus se corripuere arma. Et qvanqvam Pœni bellis aliis impliciti, primo impetu Hispaniam suam non fecerunt, pedetentim tamen sub amicitiæ specie ejus imperium sibi vindicarunt, præsertim cum novis navigationibus res suas in immensum auxissent. Imilco enim & Hanno terras novas, per fretum Herculeum duabus classibus egressi, aperuere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Et ille versus septentrionem iter suscepit; hic in austrum provectus, Bonæ spei promontorio, ut nunc vocatur, superato in Arabiam usq; porrexit, & post qvinqvennium reversus, dubio procul in utramq; Indiam navigari posse docuit. Primo autem bello Punico confecto, cum Carthaginenses in Sicilia & Sardinia vires suas diminutas & accisas intelligerent, eas in Hispania adaugere, & qvacunq; ratione sub imperium universam mittere constituerunt. Sed nonnullæ civitates fœdere cum Romanis contracto restitere: interq; eas Saguntum post octimestrem obsidionem suis ipsius ignibus periit. Hinc exardescente bello Punico secundo id gestum est, qvod prolixius jam enarravimus. Cn. & Publ. Scipiones præcipuas in illa urbes Romano nomini addixerunt, ipsisq; in ipso victoriarum cursu Punica fraude cæsis, Publ. Scipio juvenis totam Hispaniam in provinciæ formam redegit, Pœnis prorsus inde exclusis, INDIBILI Hispaniarum rege victo & in amicitiam recepto. De qvibus omnibus videatur Appianus in bellis Hispanicis.

XXIV. Numqvid Romani, exclusis Pœnis, pacatam tenuere Hispaniam?

Sæpius libertatis recuperandæ studio, rebellione facta, negotia Romanis fecerunt. Itaq; subinde missi, qvi ferocissimas gentes, jugi impatientes, servire docerent. L. PAULUS ÆMILIUS imprimis, cum eo tempore, qvo Antiochus M. cum Romanis bella gerebat, Hispania tumultuaretur, prætor illuc cum XII. fascibus missus, bis Hispanos fudit, triginta millibus cæsis & CCL. oppidis, ultro venientibus in fidem incolis, in potestatem redactis. M. PORCIUS CATO, Censorius vulgo dictus, Celtiberos ingenti prælio fractos eo adegit, ut leges Romanas susciperent & edicta audirent Prætorum, & plures in Hispania urbes cepit, ut ipse dicere consvevit, qvam egisset in ea dies. CCCC. enim illarum numerabantur. METELLUS MACEDONICUS Contrebiam memorabili cepit exemplo. LUCULLUS Turdullos & Vaccæos Cantabros illo bello fregit, qvo Scipio posterior, singulari certamine cum rege provocante congressus, opima retulit, & primus muros hostilis civitatis Intercaliæ transcendit. DECIUS BRUTUS Gallæcia domita, ad extremum Hispaniæ Oceanum pervenit. Sed tota certaminum moles post Punicum bellum tertium, de qvo jam dicemus, Lusitanis incubuit & Numantinis. Fuissent & petiti Celtiberi, inqvit Florus, nisi dux illius motus initio belli oppressus esset, summus vir astutia & audacia, si res cessisset, SOLONDICUS, qvi hastam argenteam qvatiens, velut cœlo missam, vaticinanti similis, omnium mentes in se conver-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

verterat. Sed cum pari temeritate sub nocte castra consulis adiisset, juxta tentorium ipsum pilo vigilis exceptus est. Lusitanos verò VIRIATUS erexit, vir consilio & robore pollens. Ex venatore latro; ex latrone dux atq; imperator, &, ut vocarunt, assertor Hispaniæ contra Romanos factus, per XIV. annos omnia populatus, ipsum prætorem M. Vitilium, fuso ejus exercitu, cepit, aliumq; prætorem, C. Plautium tantum afflixit, ut consulari porro opus esset & duce & exercitu: qvi etsi initio rebus prosperè gestis, vicisse Viriatum videbatur, hanc tamen labem sibi imponi est passus, ut æqvis conditionibus pax cum homine, qvem nihil antea fecerant, iniretur. Servilius Cæpio eum tandem per domesticos percussores aggressus, hanc hosti gloriam dedit, ut videretur aliter vinci non potuisse. Nec Viriatus saltem tot annis terrorem Romanis intulit, sed & NUMANTIA sine muro, sine turribus, modice edito in tumulo apud flumen Durium sita, qvatuor millibus Celtiberorum, XL. millium exercitum per annos XIV. sola sustinuit: nec sustinuit modo, sed sævius aliqvando perculit, pudendisq; fœderibus affecit. Sæpius æqvas fœderis conditiones sibi postulabat: sed Romanis decretum erat, ut perderetur. Inclementiam hanc juste luit hostibus MANCINUS, qvem navem conscensurum cum alia prodigia terruere, tum vox incerta permanere jussit. Numantini certe assiduis cædibus ita eum affixerunt, ut castris exutus, qvum spes nulla servandi exercitus esset, fœdum fœdus pangeret: qvod ratum esse Senatus vetuit, & vinctum consulem tradidit, qvanqvam non receptum. Sic igitur opus fuit eo, qvi Carthaginem everterat, SCIPIONE. Hic exercitu ad severissimam disciplinam revocato, ejectis è castris multis millibus scortorum, Numantinos justa acie victos fugavit. Morituris deinde & destinata morte in prælium ruentibus pugnam non permisit, sed fossa atq; lorica circumdatos fame pressit, ut duces suos, seq; patriamq;, fame & veneno, subjectoq; undiq; igne perimerent.

XXV. Sic Numantia omnem ex se prædam invidit Romanis. Qvæ verò fata, dum hæc in occidente gesta sunt, orientem & meridiem, Asiam & Carthaginem manserc? Hanc enim eversam dixisti: nec illam qvietam egisse credo.

Anteqvam qvicqvam rerum post Syriacum bellum, ejusq; reliqvias, in aliis orbis partibus susceptum est, Macedonia primum recordatione suæ nobilitatis se in perniciem egit. PERSEUS enim, Macedonum rex, Philippi filius, patre longe inferior, multis nobilitatus vitiis, nullo prudentiæ subsidio fultus, conciliatis sibi per Græciam civitatibus, & Thracibus atq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Illyriis in vires suas tractis, EUMENEM regem Pergami, Romanorum socium, variis maleficiis affecerat. Cumq; in ipsos Romanos bellum movere videretur, hostis judicatus, in Thessalia primo, deinde in ipsa Macedonia, qvam, etsi castris, armis, ferroq; passim vallatam, Q. MARTIUS PHILIPPUS per paludem & acerbos dubiosq; tumultus accessit, securus & nihil fere metuens, subita belli irruptione territus est. Illyriorum rex GENTHIUS & xxclɔ. Bastarnarum ad Danubium auxilio ei fuere. Sed Genthius ab ANICIO prætore victus, cum uxore, liberis & propinqvis in deditionem venit, & Romam missus est: Bastarnæ, cum promissa stipendia à sordido Perseo non solverentur, ultro recessere. Rhodii qvoq; à partibus ejus stare videbantur, & ob id postea vix longa deprecatione Romanis conciliari poterant. Perseus vero, postqvam diu bellum sustinuisset, cladem etiam nonnullam hostibus intulisset, qvamprimum PAULUS ÆMILIUS cum duobus filiis SCIPIONE & FABIO MAXIMO, in alias familias per adoptionem datis, in Macedoniam jam sexagenarius aderat, animos remisit. Et qvanqvam claustris montis Olympi tutum se putabat, penetravit tamen omnes recessus longis circuitionibus Æmilius, &, qvi ei associatus erat, Scipio Nasica: victusq; rex ad Pydnam cruenta pugna, in qva xxv. millia Græcorum cecidere, in Samothraciam ignavus fugit. Secutus CN. OCTAVIUS, qvi una cum Æmilio bellum administrabat, fugientem cepit: inq; triumphum, qvem tamen duorum filiorum funera fœdabant, Æmilius eum duxit, & tantum pecuniæ, ipse semper pauperrimus, in ærarium intulit, ut deinceps usq; ad Antonii & Cæsaris civilia bella censum pendere Romani desierint. Rex vero in carcere detentus per biennium, tandem miseram mortem obiit, somno frui prohibitus. Macedonibus posthac data est libertas, sed ut centum talenta tributi nomine Romanis penderent, cum plus altero tanto antea regibus pependissent. Tota autem Epirus cessit in prædam victoribus. Qvarto die, postqvam Perseus superatus est ad Pydnam juxta Olympum, fama victoriam in tam remotis locis partam Romæ, populo ludos Circenses spectante, denunciavit. Macedoniam paulo post vir ultimæ sortis ANDRISCUS, qvi se Persei filium, clam omnibus educatum, mentiebatur, ex similitudine oris Philippus, vulgo PSEUDOPHILIPPUS dictus, miris subito artibus, Thraciæ auxiliis suffultus, turbavit, regio etiam adscito nomine. Demetrius, Syriæ rex, imaginarium hunc & scenicum regem initio Romam misit. Sed fuga elapsus, multis ad falsam ejus fabulam, velut ad veram euntibus, contracto exer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

exercitu, Juventium prætorem cum exercitu fudit: mox à Q. Cæcilio victus captusq; est, & recepta Macedonia. THRACES interim, & inter eos sævissimi SCORDISCI, etsi præter vicinas provincias Thessaliam qvoq; & Dalmatiam infestis agminibus petierunt, & in Adriaticum usq; mare pervenere, nihilq; crudelitatis in captivos intermisere, qvorum sangvine diis libabant, è craniis bibebant, fœtibus ex gravidarum utero extractis illudebant: etsi qvoq; Catonis exercitum totum intercepere; Didius tamen intra suam eos repulit Thraciam. Drusus, Minutius, Piso, Curio, Appius, Lucullus, diversis exercitibus ulterius illos egerunt: & non nemo ad ipsum Tanaim & paludem Mœotida perrexit, locuplete victoriarum materia passim, nec uno tempore suppeditata. Nihil barbaris atrocius visum est, qvam qvod abscissis manibus ad bella nonnunqvam inutiles fiebant.

XXVI. Secundo igitur Macedonico bello confecto, Illyricum, Thracia & remotissimi illinc populi ad fasces Romanorum adorandos adsvefacti sunt. Sed excidium Carthaginis tandem audire libet.

Causa tertii cum Pœnis belli fuit, qvod contra fædus naves haberent, qvod extra fines exercitum duxissent, qvod populi Romani amico Masinissæ arma intulissent. PORCIUS CATO & SCIPIO NASICA diversis in senatu certarunt sententiis. Delendam ille, hic servandam Carthaginem judicavit. Pervicit sententia durior, qvam ficubus recentibus intra triduum è Carthagine Romam perlatis Cato persvaserat. Et jussi sunt Carthaginenses, urbe exusta, procul à mari, decem millia passuum nec minus remotum oppidum, qvod incolerent, condere. Id ita movit animos patriæ amore accensos, ut, qvanqvam jam ccc. obsides & arma tradidissent, extrema mallent. Oppugnari igitur cæpta est Carthago, L. MARCIO & L. MANILIO Coss. Sic autem illi in qvartum usq; annum res gesserunt, ut, nisi industria SCIPIONIS JUNIORIS periclitantibus succurrisset, in cineribus se suis Carthago haud qværeret. Qvapropter illud poetæ Cato de hoc juvene recte usurpavit:

Iste sapit solus. Volitant reliqvi, velut umbra.

Fuit ille Pauli Æmilii Macedonici filius, ab Africani filio valetudinario adoptatus, fautor Polybii & Terentii eximius: qvi consul ante annos factus, urbem, qvam concusserat avus, fossa in circuitu facta prorsus evertit. Qvi rebellantium fuerit furor, vel hinc intelligi potest, qvod in usum novæ classis tecta domusq; resciderunt; portum novum, qvia vetus à Sci-

pione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

pione obſtructus erat, fecerunt; ex argento & auro arma, deficiente ferro, fabricarunt; in funes matronæ crines contulerunt. Per partes capta eſt urbs. Mancinus primum & ſeqventem jam murum occuparat. Byrſa autẽ arx, qvaſi altera civitas, reſiſtebat. Cũ Aſdrubal dux ſe, deploratis rebus & caſtris captis, cum XL. millibus virorum dedidiſſet, uxor ejus, comprehenſis duobus liberis, à culmine domus ſe ex arce præcipitavit. Urbs tandem, cujus magnificentiam præter Polybium & Strabonem graphice depingit Appianus in libro de bellis Punicis, continuos XVII. dies ignibus pabulum præbuit, exciſa, cum poſt Didonem annis DCCXXXVII. floruiſſet. Ab hoc excidio deſolata jacuit XXII. annos. Poſt colonia illuc deducta, autore C. GRACCHO tribuno plebis, inſtaurari cœpit, ſed forma humili & perexigua, ſub Junoniæ nomine. Hic cum fundamenta deſignarentur in ſolo dirutæ Carthaginis, lupi ſigna confuderunt. Qvo factum eſt, ut ſenatus rem inhibuerit, ut eſt apud Appianum. JULIUS CÆSAR (nam fata tantæ urbis omnia explicare brevibus allubeſcit) cũ in Africa perſeqveretur Pompejanos, conſiliũ cepit de condenda denuo Carthagine: Id tandem AUGUSTUS executus eſt. Sed qvia meminerat, diras eſſe qvondam & imprecationes in illum factas, qvi eſſet Carthaginem reſtauraturus, in vicinia veteris Carthaginis novam condidit: & illuc tria Romanorum millia miſit præter illos, qvi ex vicinis oppidis addebantur. Ex qvo tempore denuo ſupra reliqvas Africæ civitates caput extulit: nec ipſi Alexandriæ cedere viſa eſt. Occupata deinde à VANDALIS; recepta à BELISARIO; anno tandem Chriſti DCLXXXV. à SARACENIS ſuperata, totaq; pene diruta. Poſt qvam cladem ex ruderibus nunqvam ſurrexit. Ex ejus tamen ruina TUNETUM crevit: oppidum vicinum, primo tempore tenue, poſt tantis auctum incrementis, ut tota regio circumjacens Tunetani regni nomen meruerit.

XXXVII. *Inter alias tertii belli Punici cauſas MASINISSAM à Pœnis oppugnatum fuiſſe dixiſti. Age ergo, & qvæ regni ejus facies hoc tempore fuerit, enarra. Bella enim ſuperiori tempore cum Syphace geſta jam teneo.*

Syphace everſo, omnibus jam vicinis ipſisq; Carthaginenſibus metuendus erat. Cum illis de agri finibus lis primum; deinde bellum exortum eſt: in qvo tamen ſuperior fuit MASINISSA, duos jam ſupra XC. annos agens, & ſine pulpamine mandens, & guſtare panem ſolitus tantummodo: qvi adeo verſus jam in ſenectam viguit, ut poſt LXXXVI. annum filium genuerit. Inter tres ejus liberos MICIPSAM, GULUSSAM & MANASTA-

BALEM

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

BALEM Scipio Numidiæ administrationem divisit. Micipsa duos reliqvit filios, ADHERBALEM & HIEMPSALEM, regni heredes: qvibus tamen adoptatum JUGURTHAM ex fratre Manastabale adscripsit, licet toro illegitimo natum. Hic, peremto per scelus altero coherede Hiempsale, cum in alterum etiam Adherbalem, omni regno occupato, insidias verteret, Romam is perfugit.. Sed Jugurtha, qvi sæpius Romam venalem dixerat, si habuisset emtorem, Massiva Gulussæ filio per sicarium immissum obtruncato, pecunia missa senatum primo; SCAURUM legatum deinde, regnum inter ipsum & Adherbalem divisurum; CALPURNIUM BESTIAM tandem, cum exercitu missum, in suam traxit sententiam. ALBINUM etiam artibus suis castris exuit. Sed Metellus, ope Gaudæ fratris Jugurthæ, callidum hominem callidius victum, per Mauros atq; Getuliam fugitivum, insecutus est. Et belli reliqvias C. MARIUS, Metelli, cui hactenus militarat, æmulus, renunciatus à populo consul, confecit, jamq; fusum & saucium regem adortus, non facilius vicit, qvam si integrum & recentem. Hujus belli gloria METELLUM orbavit MARIUS; Marium SULLA. BOCCHUS, rex Maurorum, causam soceri Jugurthæ defendendam suscipiens, etsi vir acris, virtuti tamen Romanæ cessit, & pace impetrata, Sullæ, Marii duci, ex antiqva Corneliorum (qvibus cognomen erat Ruffinorum aut Sullarum seu Syllarum) familia oriundo, Jugurtham, à qvo sibi cœpit metuere, per insidias captum in triumphum tradidit. Hinc prima extitit atrocissimi illius belli civilis sementis. Complures confectum bellum Sullæ adscribebant. Bocchus etiam aurea traditi ab se Jugurthæ signa non Mario, sed Sullæ dedicabat. Marius autem gloriam Sullæ invidebat. Sed periculum ex Germania à CIMBRIS cum immenso exercitu irrumpentibus impendens, diffidentium primum impetum qvodammodo sistebat. Hoc bellum Cimbricum anteqvam describimus, Numidiæ historias breviter perseqvemur, & postea, qvanti successus in Asia & oriente rempubl. Romanam auxerint, edisseremus. Numidiam, debellato & in carcere, postqvã in triumphum fuerat ductus, necato Jugurtha, Romani non redegerunt in provinciam, sed Boccho partem ejus occidentalem, Masæsylorum regnum, in præmium dedere: qvæ ab hoc tempore Mauritania nova, postea ab urbe Cæsarea CÆSARIENSIS dicta est. Orientalis Numidia dici cœpit vetus & TINGITANA: eamq; avo & patre defunctis, nepos Masinissæ JAMPSA rexit, & post eum HIARBAS: qvo, qvod Marianis partibus addictus fuisset, à Pompejo pro Sulla bellum gerente capto, HIEMPSAL

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

regnum beneficio Pompeji obtinuit. Hujus filius JUBA, qvod à Pompeji partibus steterat, non regno solum, sed & vita à Cæsare expulsus, & Numidia in formam provinciæ redacta est. JUBÆ filius cognominis, Romam perductus, virtute & literis enisus, beneficio Augusti, cui Romanas antiqvitates & historias Libycas à se scriptas dicaverat, Cleopatra Antonii & Cleopatræ filia ducta, in paternum regnum restitutus est: cumq; Augustus, alias consilii rationes iniens, Numidiam denuo provinciam populi Romani facere decrevisset, utramq; Mauritaniam (divisa enim fuit à Cæsare inter Bocchum & Bogudem fratres) cum parte Getuliæ pro patrio regno accepit regendam. Ejus filius PTOLEMÆUS, à Caligula evocatus, insidiis est peremtus, & Mauritania Romanis accessit nova provincia. Genealogia res clarior erit, ad historias Livii & Sallustii rectius intelligendas.

GENEALOGIA MASINISSAE.

NN. rex Mauritaniæ.

Gala rex Massæsylorum in Maurit. I. — *Desalces II.*

MASINISSA V. post victum à se Mezetulum, XLIV. filiorum pater. — *Capusa III.* — *Lacumaces IV. sub tutore Mezetulo.*

Micipsa VI. — *N.N.* — *N.N.* — *Gulussa.* — *Manastabalis.*

Adherbal VII. — *Hiempsal.* — *Jampsa IX.* — *Hiempsal XI.* — *Massiva.* — *Gauda.* — *JUGURTHA VIII. à Micipsa adoptatus, & in triumphum cum duobus filiis ductus.*

Hiarbas X. à Pompejo dejectus. — *à Pompejo constitutus.* — *N. uxor Bocchi, regis Maurit.*

Juba I. XII. à Cæsare dejectus.

Juba II. XIII. ab Augusto restitutus, Antonii & Cleopatræ gener.

Ptolemæus, cujus uxor Cleopatra, à Caligula necatus.

XXVIII. *Dum in Hispania & Africa imperii Romani limites extenduntur, ecqvid Græcia & Asia pacatior extitit?*

In Græcia CORINTHUS; in Asia MITHRIDATES arma sensere Romana.

mana. Illa in bello, qvod vocant, Achaico; hic in Mithridatico. Reliqvi Asiæ reges pacem agebant: eorumq; nonnulli ultro non saltem regiarum opum, sed & integrorum regnorum heredem ultima voluntate populum Romanum scribebant. ATTALUS enim rex Pergamenus, ejus nominis tertius, moribus qvidem improbus, favore tamen Romanorum conspicuus, EUMENIS filius, regnum testamento Romanis reliqvit. ARISTONICUM regium juvenem id ægre habuit, sangvine Attalo proxime junctum, licet ignobiliore matre editum: qvi urbibus partim sollicitationibus, partim vi in suas partes tractis, grave bellum Romanis legionibus machinatus, CRASSUM proconsulem, exercitu ejus cæso, vivum cepit. Sed fortuna subito circumacta, ipse à PERPENNA domitus, & per deditionem captus, inq; vinculis habitus, omni potestate excidit: & Crassus necis suæ, qvam ultro sibi, custode suo barbaro virgula excæcato & irritato, contraxerat, ultorem invenit. Restitere nihilominus urbes qvædam. Sed M. AQVILIUS, mixtis veneno fontibus maturam, infamem tamen, victoriam reportavit. Exemplum Attali postea secutus est NICOMEDES Bithyniæ rex, à qvo itidem Romanus populus heres factus est. Imperium enim, cujus legibus universus orbis colligandus erat, vel hac ratione incrementa capere oportuit, ut, qvod alii bellis diuturnis non possunt, inusitata & incognita hactenus felicitate acqvireret.

XXIX. Vere inusitata felicitas est, urbem à duobus regibus scribi heredem. Sed enarra qvæso, qvo eventu Corinthus & Mithridates oppugnati sint?

Facilius oppidum, qvam regnum everti poterat. Et qvanqvam Corinthii Bæotiis & Chalcidensibus, & imprimis confæderata Achæorum republica, qvam priori libro descripsimus, suffulti, confidentius & superbius egere, legatosq; Romanorum, qvi de injuriis Spartæ illatis qvestum venerant, violare non veriti sunt, & Critolao duce qvamvis vim facile se repulsuros crediderunt: qvamprimum tamen METELLUS Macedoniæ prætor aderat, victi, duceq; amisso, in urbem compulsi sunt. Substituerunt Achæi Critolao Diæum, sed non minus infelicem. Nam L. MUMMIUS consul, illo ad Isthmum victo, omniq; Achaia in deditionem accepta, Corinthum obsidione cinxit, cepit, diripuit, & ex Senatusconsulto incendio delevit, qvo massa æris varii confluens, vasis Corinthiis passim celebratis materiam dedit. Hujus belli contagione THESSALIA omnis & EPIRUS imperio Romano adjecta, THEBÆ qvoq; & CHALCIS, qvæ auxilio fuerant, dirutæ sunt. MITHRIDATES diutius & majori pertinacia restitit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Fuit ille rex Ponti ex regio Perſarum ſangvine originem ducens, tanta animi & corporis vi, ut ſex juges eqvos regeret, & duarum atq; viginti gentium ore loqveretur, vir adverſus venena, qvæ corpore multis medicaminibus confirmato impune ſumebat, munitus. Hic Aſiæ totius & Europæ imperium affectans, cum bellis civilibus inter ſe Romani diſſiderent, Bithyniam primo, pulſo Nicomede, deinde ejecto Ariobarzane Cappadociam, imo totam Aſiam rapuit. Oppium proconſulem & Aqvilium legatum in vincula conjecit: edictoq; juſſit omnes, qvicunq; cives Romani in Aſia erant, uno die ab hoſpite qvemq; ſuo interfici. Octuaginta millia cæſa credunt. Plutarchus in Sulla & Dion CL. millia cæſorum numerant. Ex Aſia Mithridates in Europam prorupit, & Archelao atq; Neoptolemo ducibus, excepta Rhodo, pleraſq; inſulas expugnavit, ipſiſq; Athenis belli ſede conſtituta, omnes fere Græciæ gentes ab Romanis ad ſe pertraxit. Dum hæc procella tot gentes involvebat, Romæ de imperatore, cui bellum adverſus Mithridatem mandaretur, ingenti cum animorum contentione diſceptabatur. MARIUS belli provinciam ſibi poſtulavit. SULLA ſenium ejus & ex ſenio langvorem cauſatus, cum conſul eſſet, eam obtinuit, & Apollinis theſauris Delphicis in uſum belli & luxus verſis, Athenis, qvas ſedem belli rex habebat, obſidione ac fame ad humanos cibos compulſis, tandemq; recuperatis, & in prædam militi conceſſis, ſubrutoq; Pyreæo & muris, ingentes regis copias multo minoribus, duobus præliis, uno ad Chæroneam, ad Orchomenon altero diſſipavit, receptiſq; inſulis & LXX. navibus, redditaq; Nicomedi Bithynia, & Ariobarzani Cappadocia, & fœdere cum hoſte icto, atq; colloqvio cum ipſo rege habito, exercitum in Italiam reduxit, debellaturus, qvos in ipſa urbe hoſtes habebat. Incendium hoc parum fideliter exſtinctum, majore flamma paulo poſt revixit. Populo enim Romano, qvod diximus, herede à Nicomede ſcripto, belli jure Bithyniam repetiit Mithridates, & inteſtinis Romanorum bellis fretus, majori conatu provincias infeſtavit, exercituq; CXXXVI. millium educto, Cyzicum nobilem civitatem toto invaſit bello. LUCULLUS contra, tanto hoſti neqvicqvam cedendum ratus, non ad ſpeciem ſeu pompam bellum hoc, qvod ſecundum Mithridaticum vocant, geſſit, ſed, ut eſt in proverbio, in ventrem Mithridati inſiliit, omnia molitus, qvo præcideret ei cibaria. Plutarchus ex univerſa tam lixarum, qvam militum colluvie non minus trecenta millia primo prælio cecidiſſe perhibet, & altero Mithridatem dicit omnibus rebus deſperatis, cum duas ſorores & totidem uxores per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

per Bacchidem è fuga remiſſum necare juſſiſſet, in Pontum primo, deinde in Armeniam ad generum TIGRANEM, qvi regum regem ſe appellare, & qvatuor reges ſatellitum loco in comitatu habere conſveverat, confugiſſe. Florus teſtatur, regem avaritiæ Romanæ peritum ſpargi à fugientibus ſarcinas & pecuniam juſſiſſe, qva ſeqventes moraretur, & centum amplius navium claſſem, apparatumq́ belli gravem in Pontico mari fœda tempeſtate amiſiſſe, attritisq́ jam viribus, converſum ad proximas gentes totum pene orientem ac ſeptentrionem ruina ſua involviſſe. L. Lucullus enim fugientem perſecutus, Macharem qvidem filium ejus, Boſpori regem, in amicitiam recepit: ipſum vero Tigrani jam junctum variis præliis fregit, ipſis Tigronocertis & Niſibi captis & direptis. Sed ne victoriæ ſummam vir rei militaris peritiſſimus, qvi primus è ducibus Romanis Taurum montem tranſiit, perſeqveretur, ſui ipſum milites impediere, qvi ob prædam divitem elangveſcentes, emeritis jam ſtipendiis, ducem ulterius ſeqvi noluerunt. POMPEJO enim debellati regis gloriam fata reſervarant. Ille Strabonis, hominis avariſſimi, fuit filius, ingenii admodum liberalis, qvi nemine minus importune rogabat, vel hilarius largiebatur roganti, ob vitæ temperantiam, rei militaris ſcientiam, facundiam in dicendo, morum comitatem Romano populo gratiſſimus, SULLÆ partes ſeqvebatur, ob res jam tum feliciter geſtas nemini poſtponendus. Imperium enim adverſus SERTORIUM ei fuerat commiſſum, qvo tempore nemo id neq́ volebat ſuſcipere, neq́ poterat obire. Tum duplex ex Africa & Hiſpania triumphus præter inſtituta civitatis nondum ſenatori conceſſus, ſummum ei ſplendorem attulerat. Hinc PIRATAS Ib. navibus adortus, qvi ex Cilicia egreſſi, maria ſublatis mercimoniis præcludebant, & undiq́ prædis actis, populo Romano in variis hoſtibus debellandis occupato, jam claſſe millium navium mare inſidebant, & urbes amplius cccc. ſui juris fecerant, nec à P. Servilio Iſaurico, qvanqvam validiſſimas eorum urbes, ipſamq́ piratarum arcem Iſauron everterat, compeſci poterant, contra voluntatem ſenatus à populo claſſi præfectus, partim ipſe præſens, partim per legatos univerſum mare circumnavigaverat, & uſum maris intra XL. dies, ne una qvidem navi amiſſa, piratis autem in novam urbem Pompejopolin in Cilicia, ſedesq́ alias & agros deportatis, recuperaverat. His igitur facinoribus coruſcus Pompejus adverſus Mithridatem ex lege Manilia, pro qva Ciceronis luculenta extat oratio, miſſus, callidum regem nocturno prælio victum, in Colchidem usq́ fugavit, rebellesq́ Aſiæ reliqvias ſeqvens,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

qvens, Afranii ubiq; fide & opera usus, variis gentibus Romanum jugum aptavit, & in loco victoriæ pro sauciis & veteranis militibus Nicopolin condidit. Captis ipso capite Armeniorum Artaxatis, supplicem jussit regnare Tigranem, à suo ipsius filio, sed non impune, oppugnatum. Regnum enim avitum Tigrani, accisum tamen, restituit; filium vero ejus Romam in custodiam perduxit. Inde ORÆSEM Albanorum regem, hyberna Romana tribus exercitibus vexantem, terq; feliciter profligatum, in fidem recepit. ARTOCEN Iberorum regem circa Caucasum fudit, fugavit, nec prius misit, qvam liberos daret obsides. Colchis & Argonautarum in his locis peregrinationibus lustratis, Pontum Bithyniæ adjecit. PHARNACI, qvi patrem Mithridatem, postqvam filium Macharem Romanis faventem per insidias interfecerat, in ipsam Italiam arma illaturum, bello petierat, & animam veneno frustra tentantem, Gallo immisso occidi curaverat, mercedem parricidii, Bospori regnum tradidit, suisq; eum amicis & sociis adscripsit. Postea in meridiem verso agmine, regnisq; & rebuspublicis Asiæ ad certas leges compositis, ARETAM Arabum regem in potestatem redegit. Inde SYRIAM & PHOENICIAM atq; JUDÆAM subjugavit. Hierosolymis die Sabbati captis, adyta templi sanctissima infelici ausu lustravit, deq; regno diffidentibus fratribus arbiter factus, sacerdotium absq; regno commisit Hyrcano; Aristobulum in vincula compegit, & tertium triumphum ex Asia meruit: milite autem Brundusii dimisso privatus diu vixit. Accessit ad has victorias CRETA, à M. Antonio frustra tentata, à Metello tandem, Cretico ob id dicto, Macedonici filio, Balearici fratre (pater enim Macedoniam: frater Baleares insulas domuerat) occupata. CYPRUS item, sed jure minus æqvo accessit, veteribus divitiis abundans, qvas Porcius Cato maximo cum ærarii incremento Romam invexit, censor ille & luxus Romani suo tempore egregius repressor. Accesserunt alia loca: sed qvæ Pompeji victoriæ aliis diripienda reliqverunt.

XXX. *Pompejus igitur totum pene orientem victoriis implevit. Sed qvantum intelligo, magnæ interea turbæ in Italia passim, inq; ipsa Roma concitatæ sunt. Qvid si ex oriente paulisper illuc flectamus oculos?*

Si unqvam Roma exitialibus commissa est motibus, hoc tempore nimia sua felicitate, opibusq; Asiaticis in luxum, avaritiam, ambitum, dominandiq; libidinem prolapsa, suis ipsius viribus tantum non corruit, regumq; & gentium arbiter populus, ipsum se regere ulterius neqviit. Seditiones Gracchorum, Saturnini, Livii, Drusi primum intonuerunt. Deinde so-

cialia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

cialia, mox ſervilia, paulo poſt gladiatoria, tandem civilia bella triſtiſſimis cladibus urbem, ſe ipſa jam majorem, tantum non everterunt. Nec qvicqvam ſceleris deerat, niſi ut Catilinæ ignibus peteretur. Qvæ tamen omnia anteqvam enarramus, ingens illud periculum, qvod è noſtra Germania circa hæc tempora Romam involvebat, ægre tandem declinatum, ediſſeremus. BELLUM puta CIMBRICUM, TEUTONICUM & TIGURINUM. Novas enim ſedes, terris ſuis vel oceano inundatis, qvod Florus habet, vel alia de cauſa relictis, Cimbri, Teutones, & Tigurini Galli toto orbe qværebant, regibus uſi CELIO, TEUTOBOCCHO, BOLO. Nemo Teutones Romæ noverat, qvi eſſent mortalium, qvia cum aliis non habebant commercium, & ex tractibus advenere longinqvis. Ex cæſiis tamen oculis & corporum proceritate nationes conjectabantur Germanicæ ab oceano ſeptentrionali. PAPIRIUS CARBO Cos. his copiis, qvas dicunt III. CCIↃↃ conſtitiſſe, in Illyrio primum ſe oppoſuit: ſed cum exercitu fuſus & profligatus eſt. Nec qvicqvam obſtitit, qvin tantus hoſtis in ipſam Italiam irrumperet. Qvi tamen ne videretur armis petere, qvod ultro obtinere poſſet, legatis miſſis, ſibi à Romanis aliqvid terræ in ſtipendium dari petiit, ſuiq; ſuorumq; armorum uſum viciſſim obtulit. Repulſam paſſus, JUNIUM SILANUM Cos magna clade affecit & fugavit. Qvo ipſo tempore à Tigurinis, in finibus Allobrogum, L. CASSIUS Cos. cum exercitu & L. PISONE legato cæſus eſt. Et milites, qvi ex clade ſuperaverant, obſidibus datis & dimidiā omnium rerum partem, ut incolumes dimitterentur, pacti, ſub jugum, teſte Cæſare, miſſi ſunt. Seqventi anno M. AURELIUS SCAURUS, legatus conſulis, fuſo exercitu captus, cum diceret, Romanos vinci non poſſe, à Bolo rege interfectus eſt. C. MANLIUS Cos. & Proconſul Q. SERVILIUS CÆPIO victi prælio, caſtris qvoq; binis exuti ſunt, LXXX. millibus militum, [illegible]. millibus calonum occiſis. Cæpio, qvia ejus culpa acceptam cladem credebant Romani, bonis publicatis, in carcere vitam finiit, & ſacrilegii pœnas luit debitas. Nam ingentem theſaurum ex templo Apollinis abſtulerat, illoq; Toloſam deportato, proverbium AURO TOLOSANO fecerat. Interim timor, qvantus vix Annibalis tempore, Romam perculit: pleriſq;, ne denuo Galli Capitolium urbe incenſa obſiderent, metuentibus. Illi vaſtatis omnibus, qvæ inter Rhodanum & Pyrenæum ſunt, per ſaltum in Hiſpaniam transgreſſi, prædas undiq; egerant, & Celtiberis obſtantibus, qvo minus pergerent in Galliā, reverſi, novis jam Teutonum copiis ſe conjunxerant.

Immi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Imminebat enim C. MARIUS, cujus virtus jam in bello Jugurthino ita eluxerat, ut per hunc unum Germanos posse reprimi crederent. Strenuis ille & obseqviosis militibus semper usus fuerat, ut illos Jugurtha in triumphum ductus, salse mulos Marianos vocaret. Hunc igitur opposuit tandem Roma Teutonis. Illi animo neqvicqvam fracti, confestim castra consulis summa vi oppugnarunt: & cum capere ea non possent, tripartito agmine per Alpes in Italiam irruperunt, convitia etiam ingerentes, & si qvid ad uxores suas mandarent, consulentes. Marius mira statim velocitate occupatis compendiis, ad aqvas Sextias in ipsis Alpium radicibus hostes assecutus, flagitante aqvam exercitu (aqvarum enim nulla erat militibus copia) Viri, inqvit, estis: en illic habetis: factoq; statim impetu binis præliis hostes delevit, in qvibus cæsa traduntur ducenta millia, capta nonaginta. Hos inter Teutobocchus rex comprehensus, in triumphum est reservatus. His præliis non interfuere Cimbri. Illi enim, cum Q. CATULUS proconsul fauces hostium obsideret, hunc sibi sumserant oppugnandum. Et fugaverant jam illum, inq; Italiam transierant. Sed Marius, junctis suis & Catuli exercitibus, in campo Claudio ad Vercellas cum iis acriter concurrit. Si libro XLVIII. epitomes Livii credimus, CXL. millia Bolusq; rex cecidere, LXCIↃ. capta. Nec uxores inultæ occubuere. Objectis enim undiq; plaustris atq; carpentis, lanceis contisq; pugnarunt, & libertate desperata, suffocatis tandem elisisq; passim infantibus, aut mutuis conciderunt vulneribus, aut suis crinibus jugulum fregerunt. Et sic tandem majestas populi Romani, qvi qvinq; exercitus consulares amiserat, à Mario, tertio illo Romæ conditore (id enim nomen, ut Camillus ante eum, meruit) restituta est. Ferunt duos juvenes, qvos crediderunt Castorem & Pollucem, ut olim victoriam de Perseo Macedonum rege, ita nunc Cimbricam victoriam eodem die, qvo parta est, Romæ cum omnium gaudio nunciasse.

XXXI. *Qvænam fuere illæ Gracchorum, Saturnini & Livii Drusi seditiones, qvibus Romam admodum concussam dixisti?*

Plebs Romana, qvod supra dixi, & ære alieno pressa, & agro tam suburbano, qvam coloniarum in Italia, qvem optimates & opulentiores per servitia colebant, exclusa, tribunitia potestate, legibusq; agrariis & frumentariis se subinde tutari conabatur. Appianus libro I. de bellis civilibus, tam plebis, qvam opulentorum causam exponit. Legem antiqvam urgebat plebs, qva ex agris hostium deletorum publicis nemini civium licebat plus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

plus qvam Iↄ. jugera possidere, sed nec tenuiorum agros suos addere. Tandem nacta plebs patronum TIB. GRACCHUM, tribunum plebis, genere & eloqventia illustrem, à CORNELIA matre (cujus toro viduatæ nuptias Ptolemæus rex Ægypti frustra ambierat) ad virtutem cum fratre strenue educatum, repetita vetere tribunorum plebis lege agraria, sanxit, ne qvis plus, qvam Iↄ. agri jugera haberet: ut Attali hereditas in subsidia agri colendi populo distribueretur: ut divites pro agro, qvem redderent civibus sublevandis, acciperent pretium. Causa legis erat, qvia, qvi orbis domini nominarentur, ne glebam qvidem, ubi pedem ponerent, in suo habebant. Cui legi cum M. Octavius tribunus intercederet, Gracchus ei novo exemplo magistratum abrogavit, & omnia per vim egit, misso in suffragia populo. Tandem creatus cum APP. CLAUDIO, & fratre C. GRACCHO triumvir, cum dividundis agris in comitiis prorogari sibi vellet imperium, & potestatem senatus omnibus modis coarctaret, legemq; ferret, ut frumentum populo, qvod antea senis æris ac trientibus in singulos modios dabatur, gratis daretur, à SCIPIONE NASICA, qvi latum agrum possidebat, nobilitatis manu adjuto in Capitolio, congestis & impactis ccc. fustibus & subselliorum fulcris oppressus, ejusq; cadaver à LUCRETIO ædile, VESPILLONE propterea deinde cognominato, in Tiberim protractum est. Hæc seditio prima est sangvine & cæde civili diremta. Causam fratris peremti suscepit post decennium C. Gracchus, qvi tribunatum dividundis agris, frustra reluctante MINUTIO tribuno, demandari sibi à plebe curavit, & judiciariam potestatem senatus sic limitavit, ut cc. eqvites totidem senatoribus miscerentur. Sanxit etiam pro commodo plebis, ut ager publicus inopibus divideretur: vestes publicæ militibus præberentur: nihil earum nomine stipendiis militum detraheretur: ne qvis minor xvii. annis ad nomen cogeretur respondere: ut jus suffragii cum civibus ferendi daretur Italis: ut pretium annonæ sublevaretur. Tumultu ob id denuo in Capitolio concitato, in Aventinum montem armata manu se recepit Gracchus, obviaq; senatus manu sub auspiciis OPIMI Cos. cum tribus civium millibus percussus est. PRIMUM illud CIVILE BELLUM vere dicere possis. SCIPIO ÆMILIANUS, uti probavit tum absens necem Tiberii Gracchi, ita acerrime obstitit conatibus C. Gracchi, qvamdiu vixit: cumq; aliqvando ob id populus videretur impetum facturus, Me, inqviebat, nunqvam fremitus hostium perterruit: neq; ille populi concursus me terrefacit, etsi non ignoro, Italiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

novercam. Mane autem inventus est postridie in lecto mortuus, procul dubio opera C. Gracchi & Carbonis: qvorum ille paulo post, ut diximus, interfectus est; hic seipsum percussit. Gracchanas turbas statim tumultus per APPULEIUM SATURNINUM datus excepit. Hic in gratiam Marianorum militum, ut veteranis agri in Gallia, unde Cimbri submoti erant, dividerentur, & senatus comprobaret omnia, qvæ jussisset populus, legem tulit, collegam Bæbium intercedentem lapidum jaculatione submovit, multisqꝫ aliis sceleribus patratis, tandem aqva & igni ei interdixit, qvi in leges suas non jurasset. Marius, cujus autoritate hactenus abusus fuerat, & ipsum Metellum, virũ constantem, legi agrariæ reclamantem, urbe ejecerat, Senatusconsulto armatus, adversus furores Saturnini acies in ipso foro direxit, repulsumqꝫ deinde in Capitolium deditione cepit, senatuiqꝫ tradidit, à qvo fustibus & saxis interemtus est. Illius exemplo haud deterritus alius tribunus, M. LIVIUS DRUSUS, tam profusæ liberalitatis, ut ipse præter cœlum & cœnum se ad largiendum nemini reliqvisse professus sit, conatibus suis denuo fecit, ut una in urbe qvasi in binis castris diffideretur. Præterqvam enim qvod Gracchanis legibus ferendis novo studio incubuit, & ut æqva parte penes senatum & eqvestrem ordinem judicia essent, lege judiciaria constituit, civitatem etiam Latinis seu Italicis populis promisit. Qvorum postulata dum anxius differret, & se jam imparem ausis esse cerneret, repente sive in publico morbo comitiali concidit, sive domo, incertum à qvo, occisus est, difficili bello cum sociis Romanos implicatos relinqvens.

XXXII. Ergone hæc est SOCIALIS BELLI causa, qvod Latini jus civitatis peterent, nec obtinerent?

Ipsissima est. Picentes, Vestini, Marsi, Peligni, Marrucini, Samnites, Lucani, omne Latium atqꝫ Picenum, Hetruria omnis atqꝫ Campania, & sic universa Italia, contra urbem consurgentes, qvum suis viribus aucta illa esset, immerito se ab honoribus participandis excludi dixerunt, imperioqꝫ novo constituto, & Corfiniii curia constituta, senatum duosqꝫ consules legerunt, totamqꝫ Italiam in duas partes divisam binis illis consulibus assignarunt. In oppido Asculo furor omnis primo erupit. Ibi enim L. Servilius proconsul cum omnibus civibus Romanis, qvi tunc aderant, trucidatus est. Popedius, Afranius, Telesinus, duces Italorum, omnia cædibus, igne & ferro miscuerunt, plurimas urbes expugnarunt, diripuerunt, everterunt. Fusæ L. JULII CÆSARIS copiæ: fusæ RUTILII, paulo

post

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

post etiam CÆPIONIS. Nec Annibal ita, nec ante eum Pyrrhus, nec Galli Italiam vastaverant. Tandem virtute MARII, CATONIS, GABINII, CARBONIS, SULLÆ imprimis & POMPEJI, hoste innumeris cladibus fracto, eversoque Asculo, qvum vel trecenta millia juventutis Italicæ hoc bello, qvod etiam MARSICUM vocant, absumta essent, civitas à senatu Italicis populis data est. Qvia enim ex Asia Mithridates metuebatur, inque ipsa urbe civilibus armis correptis Marius & Sulla se oppugnabant, maluit senatus, qvod jus civitatis socii justissime petierant, tandem concedere, qvam urbem extremo excidio objicere. Nos, anteqvam civilia illa Marii & Sullæ bella lustramus, qvid servi, qvidque gladiatores qvo furore conati sint, præmittemus.

XXXIII. Qvæ igitur sunt illa SERVILIA BELLA?

Servi, nimis crudeliter à dominis habiti, jam sæpius consilia cruenta inierant, & teste Livio, eo tempore, qvo tribuni militum consulari potestate præerant, ut urbem distantibus locis incenderent, populoque ad opem passim ferendam tectis intento, arcem Capitoliumque armati occuparent, conjurarant. Indicio autem duorum comprehensi sontes, pœnas dederunt. Indicibus dena millia gravis æris, qvæ tunc divitiæ habebantur, ex ærario numerata, & libertas præmium fuit. Ante id tempus, ut Livius libro III. refert, exules & servi qvatuor amplius mille & qvingenti, duce HERDONIO SABINO, nocte Capitolium atque arcem occupavere, factaque eorum cæde, qvi conjurare & simul capere arma noluerunt, jugum servitutis grave excutere conati fuerant. Sed consules illatis signis facile tum recuperato Capitolio de servis supplicium sumsere. Idem Livius libro XXXII. testatur, servos Punicos ad obsides Carthaginensium liberandos ludis, qvi Setiæ propediem erant instituendi, intentum populum facta conjuratione aggredi voluisse, sed Cornelii Lentuli solertia ad supplicia in ipsis conatibus raptos destitisse. Idem libro XXXIII. testatur, confecto bello Macedonico primo, servos in Hetruria coiisse, & non nisi M. Acilii prætoris armis coerceri potuisse. Magnum etiam motum servilem à pastoribus concitatum in Apulia fuisse dicit libro XXXIX. qvem confestim L. Postumius prætor compescuit, VII. millibus condemnatis & supplicio de multis sumto. In Sicilia tandem tantus à servis motus extitit, ut illa Romæ suburbana provincia multo cruentius servili, qvam Punico bello vastaretur. Nam EUNUS Syrus, fanatico furore simulato, flammam artificio nucis, sulfure ignito stipatæ, inter verba fundens, qvasi numinum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

imperio servos concitavit, seq; rege nominato, regiis decoratus insignibus, crudeliter in dominos desævijt, ipsosq; Romanorum exercitus non semel profligavit. Conjunxit se illi Cleon Cilix: eaq; incrementa sumsit servilis manus, ut ad ccclↃↃↃ numerum excresceret, sæpeq; victrix, raro clade accepta rediret, ipsaq; castra prætorũ Manilii, Pisonis, Hypsæi caperet. Malo late serpente, Romæ, in Attica, apud Delum, & aliis in locis itidem serviles fiebant conspirationes, sed repressæ magistratuum solertia. P. Rutilius tandem servos victos & ad Ennam novissime obsessos fame coërcuit. Mira hic pertinaciæ exempla in spontaneis occumbentium mortibus edita: mira patientiæ in illis, qvi ad supremum ducebantur supplicium. Paulo post ad Nuceriam qvoq;, ut & ad Capuam alii servi conjuratione facta novos motus accenderunt. Sed deprehensi sine mora deleti sunt. In Sicilia deinde iterum qvasi præludium instantis mali fecit Titus Minutius, eqves Romanus, qvi servæ alienæ amore captus, qvum eam precio redimere non posset, ut vi redimeret, copiis collectis se regem professus est. Oppresso illo à L. Lucullo, alii in libertatem se vindicaturi, dominis suis interfectis, Salvium qvendam, Triphonem deinde dictum, regem dixere, & tripartitis copiis prædas undiq; egere. Eodẽ tempore in alio Siciliæ loco Athenio Cilix rex creatus, interfectis dominis, magnum conflat exercitum, duos prætorios exercitus cædit, castra Servilii & Luculli occupat: deorũ qvoq; inspirationes mentitus. Hunc tamen Athenionem Trypho tandem in carcerem nescio ob qvam culpã conjecit. Sed iterum extractum copiis servilibus præfecit, & post se suis imperatorem reliqvit. His turbis Aqvilius tandẽ finem imposuit, commeatu intercluso & hoste ad extrema compulso.

XXXIV. *Vere diceres Münzeri & Cnipperdöllingi, majorum nostrorum seculo in Germania tumultuantium, genio Eunum hunc & Athenionem fuisse instigatos. Jam qvod bellum GLADIATORES moliti sint, explica.*

SPARTACUS ex pastorali Thracum genere ortus, Crixus & Oenomaus, Capuæ effracto Lentuli ludo, cum LXX. aut amplius ejusdem fortunæ viris eruperunt, & Vesuvium montem insidentes, servis, bubulcis atq; latronibus, Thracico etiam milite ad auxilium vocatis, justum exercitum collegerunt, obsessiq; à Clodio Glabro, subito impetu castra ejus diripuerunt, & Campaniam pervagati, non villas solum & vicos vastarunt, sed & urbes populosissimas, Nolam, Nuceriam, Thurios & Metapontum crudeliter populati sunt. Cæciderunt in Apænino Lentuli exercitum: ad Mutinã C. Cassii castra deleverunt: de ipsa urbe invadenda audebant delibe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

rare. Tandem dignitatem imperii LICINIUS CRASSUS asseruit, qvi victos & pulsos in extremum Italiæ angulum juxta Bruttium fugavit. Unde cum frustra in Siciliam transitum tentarent, desperatione tandem in virtutem versa, factaq; eruptione dignam viris obiere mortem.

XXXV. Ad ipsa tandem CIVILIA BELLA accingere.

MARIUM & SULLAM supra demonstravi ingenti animorum contentione disceptasse, uter adversus Mithridatem imperator mitteretur. Sors obtigit Sullæ. Id Marius ægre ferens, etsi viribus defectus, tamen ambitione turgidus, decretam Sullæ provinciam lege Sulpitia abrogare annitebatur. SULPITIUS tribunus plebis Ioc. eqvitibus Romanis, qvos Contrasenatum seu ἀντισύγκλητον vocavit, stipatus, homo audacissimus, tumultu facto, Sullam urbe ejecit, & Mario belli provinciam detulit. Sed Sulla iræ impatiens, exercitum robustum ad urbem movit, viaq; sibi incendio facta arcem Capitolii insedit, & adversariis hostibus judicatis, Sulpitium & Marium jam sexto consulatu defunctum proscripsit. Ille qvidem proditus à servo (qvi ob id primo manumissus, deinde de saxo præcipitatus est) ultima subiit; hic vero fuga dilapsus ægre evasit. Minturnis in palude frondibus coopertus aliqvandiu delituit. Protractus inde à civibus & in custodiam datus, vultus autoritate Gallum percussorem (Cimbrum alii fuisse dicunt) deterruit, civiumq; deinde Minturnensium misericordia usus, accepta navicula in Africa ad regem Numidiæ Hiempsalem, & inde Carthaginem contendit. Interim novis Coss. lectis, cum Sulla esset contra Mithridatem profectus, deq; revocandis, qvos senatus hostes judicaverat, ad populum referretur, denuo turbo civilis insaniæ detonuit, & Cos. alter CORNELIUS CINNA, homo flagitiosissimus, qvi pro Sulla se facturum jurejurando promiserat, occulte dominatum machinatus, ab altero CN. OCTAVIO, qvod exulibus faveret, urbe pulsus profugit. Nihil tamen cunctatus, servis ad pileum vocatis & ergastulis armatis, qvadruplici agmine, divisis cum CARBONE, SERTORIO & MARIO ex Africa jam reduce copiis, Romam rediit, & instructa acie perrupit, adversarios profligavit, Octavii consulis caput pro rostris exposuit. M. ANTONIUS, consularis, orator eximius, & plures alii ex patribus, partim in penatibus domorum suarum, partim in foro, in Capitolio, in conspectu Marii septimum jam consulis trucidabantur. Servi, qvos ad pileum vocaverant, Bardiæi dicti, dominos mactabant, liberos eorum comprimebant, & vi constuprabant dominas, donec communi consilio Cinna & Ser-

 torius

torius, qvorum auxilio hactenus non sine horrenda multorum strage abusi fuerant, ipsos in castris sopitos adorti, ad unum omnes confoderunt. Crudelitati non diu superstes fuit Marius. Cinna vero iterum & tertium, imo qvartũ se consulem ipse fecit, nec prius sævire destitit, qvam ab ipso exercitu Anconæ, cum crederetur Pompejum juvenẽ, impressione in illum facta, interfecisse, lapidibus obrueretur: idq; cum Sulla ex Asia, pacto cum Mithridate fœdere, redire nunciabatur. Hic enim, ab exulibus conatus Cinnæ edoctus, nihil cunctandum ratus advolavit, & pace frustra qvæsita consulis Norbani exercitum dissipavit: ipsius etiam Marii copias tanta felicitate prostravit, ut ex suis tantum xxiii. desideraret, cum ex hostibus cecidissent xxclↄ.captis viii.millibus. Adjumento ei admodũ fuit præter CRASSUM, METELLUM & SERVILIUM CN. POMPEJUS, magnus postea dictus. Hic annos natus xxiii. Picentes, apud qvos tunc temporis in prædiis suis degebat, solicitavit in auxilia Sullæ submittenda, & se ducem eorum professus, oppida Italiæ plurima Sullæ adjunxit, Scipionis consulis milites sibi oppositos ad se transeuntes recepit, aliqvot duces Cinnæ cum exercitibus evertit, ipsum Cinnam in Siciliam profligavit, Carbonem, qvi sublato Cinna imperium vel potius tyrannidem susceperat, in Italia; & in Africa DOMITIUM & regem Mauritaniæ Hiarbam Marianis partibus addictos oppressit. Tantis potitus victoriis Sulla, Pompejum imperator imperatorem salutavit, & non urbem saltem, sed & universam Italiam cædibus & rapinis implevit, dictatorq; dictus, cujus honoris usurpatio integro amplius seculo intermissa fuerat, cum xxiv. fascibus in publicum processit, & immani crudelitate proscriptionis tabula proposita, ex senatoribus xc. eqvestris ordinis cIↄcIↄIↄↄ. centum amplius millia ex civibus, cum tamen bellum jam subsideret, sustulit, nec bona saltem privatorum, sed & municipia Italiæ splendidissima sub hasta vendidit, atq; ita rempubl. egregius trium vitiorum, luxuriæ, crudelitatis atq; avaritiæ magister oppressit, ut teste Cicerone nemo illo invito nec bona, nec patriam, nec vitam retinere posset, & Furfidius tandem exclamare cogeretur, vivere aliqvos debere, ut essent, qvibus imperarent. Vocari se his patratis felicem & epaphroditum, qvasi Veneri gratum, curavit, & animum ad rempublicam ordinandam modestior tandem applicuit. Potestatem plebis per tribunitiam autoritatem & tributa comitia, qvibus patritiis & optimatibus interdictum erat, nimis jam crevisse; optimatum autem potentiam legibus agrariis & judiciariis admodum fractam intelligens, impotenti plebis domi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

dominatu sublato, qvo seipsum per Marium lege tribunitia petitum meminerat, extorta armis ex inimicorum manibus rep. tribunorum potestate imminuta, plebe agris, qvos optimatibus demtos jam divisos tenebant, pulsa ac trucidata, judiciis deniq; senatui redditis rursum optimatum autoritatem stabilivit, statumq; popularem convulsit. Sed ne hic qvidem status diuturnus fuit. Nam paucis post annis Pompejus in primo consulatu tribunis plebis potestate restituta, plebeq; ad judicia cũ eqvitibus & senatu admissa, reipublicæ temperamentum laudabile qvæsiit. Cæterum Sulla occasione belli Mithridatici & civilis, athletas & reliqva Græciæ ludicra Romam transtulit, causam prætexens, populum post tot labores esse recreandum: in senatum ad paucitatem propter tot bella redactum multos ex eqvitibus elegit: plebi inseruit plusqvam xcIↃ. ex proscriptorum servis libertate donatis, qvos deinde Cornelios servos vocavere. Uno verbo: Regia in omnibus autoritate usus est, qvanqvam nolebat rex appellari: & propterea fuere, qvi dominatum ejus vocabant ἀρνουμένην βασιλείαν seu negativum regnum, qvia solo nomine regis abstineret.

XXXVI. *Plus ædepol damni, qvam hostes unqvam potuerunt, ipsi sibi Romani bis civilibus bellis intulere, & Sulpitianæ, Cinnanæ atq; Sullanæ dominationes non sine innumerorum cæde constitere. Dic vero, qvis tandem Sullam eventus manserit.*

Etsi fuit literis Græcis & Latinis bene eruditus, joco tamen postea Jul. Cæsar eum literas nescivisse dixit, qvia dictaturam, qvam acqvisiverat sibi, & orbis imperium deposuisset. Id enim vir sangvine jam exsatiatus & imperii satur egit, qvod nemo sperare fuisset ausus, & potestate sponte abdicata, Puteolos concedens, paulo post phthiriasi consumtus est. Nec tamen tumultus & intestina bella conqvievere. Sertorius ex Sabinis ortus, Marianæ parti antea addictus, tabulas proscriptionis Sullanæ effugiens, in Africam primum, deinde in Hispaniam delatus, animis libertatem recuperaturis abusus, diu & feliciter cum Hispanis restitit, senatum & curiam more Romanorum constituit, cum Mithridate societatem iniit, vario Marte cum Metello & Pompejo conflixit. Hinc eum non insulse Romanum Annibalem appellarunt Hispani. Plutarchus eum in belli scientia adæqvavit Metello, in audacia Pompejo, in fortuna Sullæ. Tandem à Perpenna, qvem heredem scripserat, & à conjuratis in convivio trucidatus, Hispaniam & triumphum concessit Pompejo, non tamen nisi magno labore partum. Copiæ enim Sertorianæ variis in locis opprimendæ, & libertas Hispa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Hispanis denuo violenter eripienda erat. Et in ipsa Roma, nisi mature Pompejus subvenisset, novum exarsisset incendium. M. LEPIDUS enim Cos. revocaturus proscriptos, damnatorumque civium bona suis redditurus, acta Sullæ rescindere volens, turbidis concionibus, velut classico, populo concitato, arma & exercitum ex Hetruria evocatum urbi admovit. Sed Sullanæ dominationis duces, interque eos præcipuus Pompejus, qvi vivo adhuc Sulla, cujus privignam Æmiliam dimissa uxore priore duxerat, propter victorias in Africa nondum senator triumphaverat, ut jam supra diximus, jam Milvium pontem, collemque Janiculum alio exercitu insederant, pulsoque & fugato Lepido, Brutoque Marci filio qvietem urbi reddidere: qvam tamẽ deinde sangvinarii Catilinæ conatus tantum non evertere.

XXXVII. *Qvinam qvæso sunt illi CATILINAE conatus? Illos scire jamdudum gestio.*

L. Sergius Catilina, cum de provincia Africa decessisset, interque candidatos anno U. C. IↃCLXXVII. nomen profiteretur, repulsam passus est, qvia reum repetundarum aliqvi agebant. Crimine est absolutus, Clodio actore pecunia corrupto turpiter prævaricante. Designati eodem tempore consules Corn. Sulla & Autronius Pæta, de ambitu accusati & damnati, locum cedere jubebantur suffectis sibi Aur. Cottæ & Manlio Torqvato. Repulsam igitur consulatus Catilina, Sulla & Pætus indigne ferentes consilium cum Cn. Pisone, juvene nobili, sed egente & ob id audace inierunt de Cotta & Torqvato designatis Cos ipsis calendis Januariis, cum fasces essent accepturi, in capitolio tollendis, ut consulatum pro illis adirent Sulla & Pætus; Piso autem cum exercitu ad Hispanias obtinendas mitteretur. Conjuratio est detecta & declinata. Illi tamen Non. Febr. denuo id conari, & consulibus plerosque senatores addere decreverant. Sed nimia Catilinæ festinatione, qvi signum cædis patrandæ prius dederat, qvam conjurati convenerant, & id frustra fuit. Senatus Pisonem, ut à turbulento homine esset tutior, in Hispanias misit: sed in itinere ab eqvitibus Hispanis, qvos in exercitu ducebat, est necatus. Catilina interea, ut absolutus est in actione repetundarum, ita de cæde inter sicarios accusatus est à L. Lucullo, qvod tempore dominationis Sullæ complures interfecisset. Et tamen, cum agebatur annus U. C. IↃCLXXXIX. in comitiis consularibus una cum Cicerone & aliis consulatum petiit, &, si eum non obtineret, denuo conjuravit in remp. cum XI. senatoribus & eqvitibus, inter qvos erat Q. Curius, homo audax, à senatu probri causa motus, Manlius & præterea Lentu-

Lentulus, Cethegus, Portius, Manlius. Ipse Catilina luxuria in egestatem prolapsus, rem familiarem summo scelere sublevaturus, conjurationi implicuit homines, cum Syllani temporis calamitate percussos, tum ob sua scelera egenos, turbamque ex genere dissimillimo distinctam contraxit, & fidem, ut ferunt, cum conscits gustata hominis mactati carne firmavit. Ex Curio autem Fulvia, cui cum eo vetus consvetudo erat, scelus cognovit. Ab illa promanavit consilium in vulgus, & ad aures Ciceronis pervenit, qvi cum C. Antonio tandem studiis bonorum consulatum obtinuit & anno seqventi iniit. Catilina nihilo remissior interea arma per Italiam clam parabat, & instantibus comitiis Ciceronem cum aliis perimere, & sibi sic consulatum parare constituebat. Rescivit omnia Cicero ex Fulvia, & contra insidias se munivit, cumque senatu in omnes, qvi pœnæ ambitus convicti fuerint, exiliū x. annorum decrevit, & comitia consularia, ut Catilinæ conatus elideret, in alium diem prorogavit: inque senatu factum est decretum, viderent Cos. ne qvid detrimenti caperet Resp. Cumque dies comitiorum adesset, Cicero lorica munitus aderat, præsidio robusto illuc deductus: suntque in annum seqventem designati Dec. Jun. Sillanus & L. Lic. Muræna, tertium repulso Catilina: qvi jam aperte rem bello perseqvi cœpit, præsertim qvia jam per Manlium & C. Julium in Hetruria exercitum compararat, & præterea Apuliam & agrum Picenum aliaque loca in partes suas sollicitaverat. Constituerat autem certum diem, qvo duo ex conjuratis, Varguntejus senator & C. Corn. eqves, per speciem salutationis mane Ciceronem in lecto conficerent: & jam in domum Cethegi enses, stuppam & sulphur comportari curaverat, &, urbe in c. partes descripta, singulis locis singulos in momento ignem subjicere; alios aqvæductus obstruere & obtruncare aqvantes; alios agere alia jusserat. Senatus interim per Q. Martium & Q. Metellum & alios exercitum comparavit in agro Piceno, & Cicero in præsentem Catilinam animose peroravit, cumque urbe excedere jussit, ut in ejus orationibus in Catilinam habitis legi potest. Catilina igitur incendium se ruina restincturum minatus, assumtis fascibus & habitu nomineque consulis, in Manliana castra Fœsulas cum ccc. armatis se recepit. Socii ejus, qvi in urbe manserant, interque eos P. Lentulus constituto die eam diversis locis erant ignibus commissuri, legatosque Allobrogum in urbe ad societatem conjurationis invitarant. Sed per illos tota sceleris facies denudata est Q. Fabio, & per eum Ciceroni. Lentulus, Cethegus, Gabinius & Ceparius primum dati sunt in custodiam liberam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Deinde ex SCto in carcerem ducti, qvanqvam reluctante Tib Nerone & C. Cæſare, ſuffragante tamen Catone & aliis, laqveo ibi periere. Catilina interim infeſtis ab Hetruria ſignis patriam petiit: & collegerat jam exercitum xx. millium. Antonius autoritate ſenatus militem adverſus eum eduxit. Sed cum & ille, qvanqvam conſul, conjurationis conſcius eſſet, exercitum Petrejo commiſit, qvi ita hoſtem contrivit, ut nemo bello ſupereſſet. Paulo poſt, qvem ante patrem patriæ vocarant, Cicero, qvod cives absqꝫ judicio populi condemnaſſet, accuſatus eſt. Sed ſenatus, qvi per latus Ciceronis petebatur, hac eum vice defendit, & SCto facto hoſtem declaravit, qvi hujus rei cauſa eſſet Ciceronem vexaturus. Nihilominus ille, ut ſeqventi ſectione dicemus, hoſtes cum potentiores ſe, tum audaciores invenit, Cæſarem, qvem acerbiſſime perſtrinxerat, & Clodium hominem impuriſſimum, qvem ſacra Veſtalia polluiſſe, cum ſororibus rem habuiſſe, Pompejam Cæſaris uxorem vitiaſſe fama eſt, qviqꝫ, ut tribunatum obtineret, nobilitate abjurata ad plebejos tranſierat. His dolo & vi rem agentibus, Cicero procul ab urbe per millia paſſuū circiter CCCCLXX. uno ſtudiorum qvondam Athenis comite Philiſco ſeqvente, in exilium ejicitur, bona ejus publicantur, villa inflammatur, domus diruitur. Sed tandem poſt XXI. menſem Pompejus cum è Macedonia, qvo ſe receperat, patriæ & dignitati bonisqꝫ ſuis reſtituit. Hujus Pompeji & Cæſaris imperia, bellumqꝫ illud fatale, qvo, adempta ſenatui autoritate, omnis poteſtas ad imperatores pervenit, tertia hujus libri ſectione deſcripturi, hic finem facimus, præmiſſa tamen ſeqventi temporum indice, unde qvid qvovis hujus ſecundæ imperii Romani ætatis tempore contigerit, intelligi qveat.

Tempus ſecundæ ætatis Romani imperii.

Anni Mundi		U. C.
3442.	Ab U. C. ad regifugium & expulſum Tarqvinium, anni	245
3450.	Dictator primus T. Lartius dictus anno U. C.	255
3357.	Seceſſio plebis in montem ſacrum	260
3465.	Lex agraria prima à Caſſio lata	268
3474.	Trecenti Fabii cæſi	277
3500.	Xviri conſulares, & XII. tabularum leges	303
3502.	Seceſſio ſecunda plebis in Aventinum ob Appii ſcelus	305
3507.	Tribuni militum Cos. poteſtate	310
3513.	Sp. Melii regnum affectantis trucidatio	316
3556.	Expugnatio Vejorum	359

3563.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

LIBRI SECUNDI
SECTIO III.
de tertia ætate monarchiæ Romanæ sub Imperatoribus gentilibus.

QVæstio I. *Qva age ratione, consulari potestate imminuta, summa imperii ad imperatores devenit?*

Id anteqvam explico, res J. CÆSARIS gestæ, qvibus ad summum culmen emersit, delineandæ sunt. Ille nihil parvum animo agitavit: spesq; ejus auctæ sunt, qvod in somniis sibi cum matre sua coire visus, à vatibus magnam sibi potentiam portendi didicerat. Sulla illi multos Marios inesse non falso suspicatus, qvod Cinnæ filiam Corneliam, qvam repudiata Cossutia ex eqvestri, sed divite familia uxorem duxerat, nollet repudiare, sacerdotio eum multavit (flamen Dialis nondum XX. ætatis annum agens creatus erat) & uxoris dotē atq; gentilitias hereditates ei ademit. Veniam tamen impetravit, per amicos & Vestales ei reconciliatus. Inde stipendia prima in Asia fecit, & apud Nicomedem in Bithynia, non sine rumore prostratæ regi pudicitiæ, aliqvamdiu vixit. Hinc illa convitia, qvibus eum Dolabella pellicem reginæ, spondamq; interiorem regiæ lecticæ, & Curio Bithynicum fornicem, & Bibulus Bithynicam reginam dixere. Regressus Romam, consularem virum Cornelium Dolabellam irrito conatu repetundarum postulavit: post Rhodum secessurus, à prædonibus captus, non nisi L. talentis numeratis redimi potuit. Sed è vestigio classe deducta abeuntes persecutus, in potestatem redactos supplicio, qvod illis sæpe per jocum interminatus fuerat, affecit, & in Asiam trajiciens, in bello Mithridatico virtutem suam non sine insigni laude probavit. Tribunus igitur militum per suffragia populi declaratus, in tribunitia potestate plebi restituenda totus fuit occupatus, non sine causa ob id à Dione δημοκόλαξ seu plebis assentator dictus, defunctaq; priore uxore, Q. Pompeji filiam Pompejam Sullæ neptem duxit: qvam ipsam tamen postea divortio facto dimisit, eam cum P. Clodio in nocturnis pervigilibus feminarum lusibus, qvo viris accessus non patebat, deprehenso, rem habuisse opinatus. Qvæstor deinde factus & postea ædilis, ut & pontifex maximus & ulterioris Hispaniæ prætor, populis in ea ad oceanum subactis, conciliatoq; plebis favore, satis sibi jam aditus ad consulatum structum existimans, deposito triumpho, qvi impediisset, qvo minus urbem ante ingrederetur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

retur, qvam triumphasset, ad comitia consularia profectus est: in qvibus etsi CATO ei restitit, Pompejus tamen & Crassus, hactenus mutuis odiis dissidentes, perq; eum callido & ad oppressionem reip. directo consilio, reconciliati, fecerunt, ut consul cum M. Calphurnio Bibulo designaretur. Societate cum utroq; inita, in hoc TRIUMVIRATU nihil porro in rep. pure aut sine avaritia gerebatur. In solo adhuc Catone, qvi etiam affinitatem Pompeji, filiam ejus ambientis, respuerat, qviq; Metello remp. Pompejo & imperiū daturo cum vitæ discrimine resistebat, inq; iis, qvi sententiam Catonis approbarunt, reliqva erat integritas. Triumviri, Pompejus, Cæsar, Crassus, initio conjurationem maxime occultam habebant. Satis tamen mature erupit. Cæsar enim consul non solum contra autoritatem totius senatus legem de agris populo dividundis & coloniis deducendis, militibus in urbem eductis & adversariis foro ejectis, vi pertulit, sed & omnia Pompeji acta contra Lucullum confirmavit, ipsumq; Catonem contradicere ausum in carcerem compingi jussit: qvi tamen ab uno ex tribunis submisso à Cæsare, jam in pudorem dato, cum nulla voce illuc iret, ereptus est. Postea Cæsar, nulla re cum senatu communicata, recta ad populum de iis, qvæ voluit, retulit, & Pompeji & Crassi nisus autoritate, solus in urbe decrevit in universum omnia. Ob eam causam, cum Bibulus qvidem esset etiam consul, nec tamen unqvam in publicum prodire auderet, faceti qvidam Cæsarem pro duobus Cos. scribebant, C. Cæsarem & J. Cæsarem. Ex consulatu in præturam Galliæ Cisalpinæ & Transalpinæ, qvæ illi cum Illyrico & IX legionibus in qvinqvennium decreta erat, ad Gallicum bellum abiturus, nova affinitate Pompejum & novum consulem L. Pisonem sibi devinxit, illi filiam ex Cornelia Juliam nuptum elocans; hujus Calpurniam ducens. Hoc erat, qvod Cato vociferabatur, imperia parari nuptiarum lenociniis, aut, ut Appianus Græce eloqvitur, διαμαστροπεύεσθαι γάμοις τὴν ἡγεμονίαν. Dion Cæsari & Pompejo ob hosce conatus refert per Ciceronem & Lucullum, opera cujusdam L. Vettii, necem intentatam: qvæ tamen res ipsi Ciceroni fere perniciem attulisset, præsertim cum Antonium ob res in Macedonia & Mysia adversus hostes infeliciter, adversus socios crudeliter gestas, incusatum & damnatum defenderet. Nam etsi Cæsar, iræ suæ dominus, nihil contra Ciceronem ipse moliebatur, P. Clodium tamen, cui colluvies hominum projectæ petulantiæ & dissolutionis adhærebat, ex patritiis in familiam plebejam transgressum armavit & tribunatu ei confecto, Catonem sub specie obeundæ provinciæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Cypri & Ptolemæi regis reducendi per Clodium ab urbe removit. Sic Cicero, qvi multorum jam odia lingvæ libertate & elatione qvadam incurrerat, vi & dolo ejectus est, Cæsare & Pompejo eum aut promissorum fallacia circumvenientibus, aut destituentibus & ex confusione publica dominatum qværentibus. Contulit se in Siciliam: hinc jussus ire longius in Macedoniam. Facultates ejus publicatæ, ædes solo æqvatæ, area earum templo Libertatis consecrata. Paulo post Clodii facinora Pompejo, qvo non volente, tacente tamen, Cicero pulsus erat, displicere cœperunt. Tigranem enim juniorem, corruptus pecunia, dimiserat, & indignatos ejus causa Pompejum & Gabinium contumeliis insectatus fuerat, qvædam etiam Pompeji acta rescindere ausus. Ideoq; reditus Ciceronis urgetur, lege decernitur, maturatur, utut fremente Clodio, & gladiatoribus etiam ad impediendam legislationem abutente. Cicero, gratiis senatui populoq; actis, Pompeji statim beneficium compensavit, fecitq; persvasionibus, ut ei annonæ & rei frumentariæ procuratio mandaretur, & imperium proconsulare ad qvinqvennium in Italia, vicinisq; locis concederetur. Cæsari autem & Crasso, qvi itidem reduci aliqvam benevolentiam testabantur, nullam retulit gratiam. Et ipse Pompejus, in qvibus adipiscendis Cæsarem adjuverat, hæc ipsa ei, cum eum augeri, & populo res ejus gestas admirationi esse cerneret, invidit, & eversum voluit, populumq; incusavit, qvod se neglecto magis studerent Cæsari. Crassum etiam sibi adversus eum conjunctiorem reddidit, cumq; eo, invito omni senatu, consul factus, omnia ex arbitrio suo suspendit, Ptolemæum regem Ægypti contra autoritatem senatus restituit, curavitq; sibi Hispaniam, Africam & IV. legiones Crasso Syriam assignari. Cæsari autem, cum videretur hac de re indignari, ne qvid contra se, rebus nondum satis constitutis, conaretur, in triennium prorogavit in Galliis imperium. Hic ipse Pompejus cum antea ex Asia, victoriis plurimis onustus, rediret, facile sibi universam Italiam subjicere potuisset, tot regum amicitia, tanta vi pecuniæ fultus. Sed summa tunc animi moderatione usus, Brundusium advectus, ipse sua sponte, nemine jubente, copias dimisit, odium intuitus, qvod Marius incurrisset & Sulla. Hinc gloriari adversus Cæsarem solebat, omnia imperia prius se, qvam exspectasset, accepisse: deposuisset citius, qvam esset expectatum. Nullum etiam sibi nomen adsumsit, nomine Magni contentus, qvo ante hæc facinora jam per Sullam nactus fuerat. Triumphum saltem de tot rebus gestis, unumq; de omnibus bellis

duxit,

duxit. Sed cum vir de republ. prolixe meritus, acta sua omnia confirmari, & agros suis militibus dividi peteret, senatus ei obstitit, adeo ut etiam Metellus à tribuno plebis L. Flavio, qvi Pompejo adhærebat, in carcerem duceretur. Non igitur ulterius animo moderari potuit, sed ad imperium, qvod jam deposuerat, triumviratum primo, qvem jam descripsimus, cum Crasso & Cæsare iniit, & crescenti Cæsaris potentiæ invidens, se tandem ipsum suis evertit consiliis.

II. *Qvid vero rerum Cæsar tam feliciter in Galliis gessit, ad qvas eum abiisse prætorem dixisti, ut invidiam magni illius Pompeji, tanti hactenus amici, incurreret?*

Id ipse septem commentariorum libris singulari artificio & eloqventia persecutus est. In Galliam autem jamdudum C. Sextius, Cn. Domitius, Ænobarbus & Fabius Maximus copias deduxerant, ut Epitomator Livii libro LXI. testatur. Salvii primi, qvos Florus Salyos vocat, qvod amicam populi Romani urbem Massiliam incursionibus infestarant, à Sextio victi, in potestatem Romanorum concesserunt: & coloniam illuc deductam victor à calidis & frigidis fontibus, qvi illic inveniuntur, & à suo nomine aqvas Sextias vocavit. Inde Cn. Domitius proconsul Allobroges, qvod Salviorum regem Teutomalium fugientem recepissent, & præterea Heduorum agros, qvos socios Romani habebant, vastassent, domuit: eorumq; reliqvias Arvernis junctas Q. Fabius Maximus consul, Pauli nepos, sic fregit, ut uno prælio millia hominum cxx. cæderet, ipsumq; Allobrogum regem Bituitum in triumphum abduceret. Sic florentissimam Galliæ partem in provinciam redegere, in qvam missus Cæsar, amplissimam invenit gloriæ materiam. HELVETII hoc tempore qvum fines inter Rhodanum & Rhenum, pro gloria belli atq; fortitudinis, proq; multitudine hominum se angustos habere arbitrarentur, totius Galliæ imperio inhiantes, sedibus patriis egredi, sacramento incensorum oppidorum & vicorum se redire nolle devoverant, & jam in Heduorum fines pervenerant, jamq; Ararim transire cœperant. Numero erant CCCLXVIII millia: ex qvibus arma ferebant [illegible] millia. Sed Cæsar duobus præliis bellicosissimam gentem, ceu Florus ait, sic in sedes suas, qvasi greges in stabula pastor, deduxit. Et ex tanto numero cx. millia Helvetiorum censu habito in sua redierunt. Hoc bello confecto Galli conqveruntur coram Cæsare, ARIOVISTUM, regem Germanorum, à Seqvanis non ita pridem adversus Heduos evocatum, duas agri Seqvanorum partes jam occupasse, & imperio totius Galliæ inhiare.

Sed

Cæsar per legatos eum qviescere jubet. Sed superbo ille responso tantum terrorem in castris Romanis concitavit, ut testamenta passim obsignarentur. Cæsar exercitum consternatum ad virtutem pristinam revocans, hostem prælio aggressus, omnes, qvi Rhenum non tranavere aut lintribus inventis sibi salutem petiere, perdidit, interq; eos duas Ariovisti uxores, Svevam alteram, alteram Noricam, Vocionis regis sororem. Ipse Ariovistus naviculam deligatam ad ripam nactus, ea profugit. Altera ejus filia occisa; altera capta est. Duæ hæ maximæ victoriæ una æstate partæ sunt. Cum autem in hiberna exercitus esset deductus, & Cæsar in Gallia Cisalpina animos Romanorum civium ad se qvotidie commeantium captaret, BELGÆ, qvæ tertia est Galliæ pars, à Germanis orti, fœdere adversus populum Romanum inito prohibere volebant, ne, omni pacata Gallia, in se arma converterentur. Sed Cæsar statim advolans, Rhemos in deditionem accepit: Divitiacum Heduum socium in fines Bellovacorum, qvi plurimum inter Belgas & virtute & autoritate & hominum numero valebant, cum copiis misit: ipse, Axona flumine trajecto, magna edita strage hostes repulit: oppido Novioduno ad deditionem adacto, Suessiones, Bellovacos, Ambianos in fidem recepit. Sed cum in Nerviorum agrum contenderet, homines feri & magnæ virtutis, qvibus sepes instar muri munimenta præbebant, in ipsa Cæsaris castra duce Boduognato irruperunt, impeditosq; milites aggressi, in id discrimen Cæsarem conjecerunt, ut, nisi ipse, nutante jam in fugam exercitu, scuto ab novissimis uni militi detracto, in primam aciem procedens, animum laborantibus addidisset, hosti nobilis parta fuisset victoria. Cæsar igitur, cum sua manu prælium restituisset, prope ad internecionem Nerviorum nomen ac gentem adegit. Ex LX. millibus qvingenti tantum evaserunt, & tres tantum senatores ex CCCC. Oppidum etiam Aduaticorum munitissimum, qvi se ex Cimbris Teutonisq; prognatos gloriabantur, admirandis machinis ad pacem petendam compulit. Cumq; incolæ nihilominus eruptione facta castra Cæsaris, qvem præsidia deduxisse credebant, oppugnarent, cæsis millibus qvatuor, portis refractis, sectionem oppidi universam vendidit. Ab his, qvi emerant, capitum numerus ad eum relatus est millium qvinqvaginta trium. Seqventi anno, cum jam ad qvinqvennium prorogata ei esset provincia, victis per Servium Galbam Alpibus Sedunis, Venetos ad maritimam Galliæ oram, cum finitimis populis, navalibus præliis fregit, omniq; senatu ob legatos violatos necato, reliqvos sub corona vendidit.

per

per Titurium Sabinum Viridovicem Unellorum ducem profligavit: per P. Crassum ducem Aqvitanorum Adcantuannum suis fretum solduriis, qvi se ejus amicitiæ dediderant, & eundem cum eo casum una ferre jurarant, ad deditionem traxit. Præterea Usipetes & Tenchteros Germaniæ populos, qvorum numerus capitum ccccxxx milliū fuisse dicitur, qviq; à Svevis pulsi, trajecto Rheno in Gallia sedes sibi armis qværebant, cum de injuriis eorum Menapii qvererentur, insigni prælio superavit & repulit: factoq; in Rheno ponte in ipsam Germaniā, ut Ubios, qvi uni ex transrhenanis ad Cæsarem legatis missis amicitiam sanxerant, & à Svevis & Sicambris vexabantur, obsidione liberaret, penetravit, & diebus omnino octodecim trans Rhenum consumtis, non expectato Svevorum adventu, se in Galliam recepit, pontemq; rescidit, & navibus ex finitimis regionibus contractis, in BRITANNIAM, Romanis hactenus incognitam, trajecit. Sed classe naufragio castigata, nihil neq; sibi, neq; Romæ, præter gloriam expeditionis in insulam novam susceptæ, & victoriæ adversus Britannos ex essedis præliari solitos partæ adeptus, inq; Galliam reversus, ad plures naves construendas & veteres reficiendas se convertit. Et singulari militum studio, in summa rerum omnium inopia, circiter DC. naves, & aliæ longæ duodetriginta exiguo tempore confectæ sunt. Illis denuo Cæsar Britanniam petiit, eamq;, duce Britannorum Cassivellauno victo, ad tributum dandum adegit: reversusq;, distributis in hiberna legionibus, ingenti Gallorum conjuratione in extremum pervenit periculum. Ambiorix enim dux Eburonum integram legionem & v. cohortes cum duobus legatis Titurio Sabino & Cotta perdiderat, & præterea castra Q. Ciceronis acriter oppugnabat: & qvanqvam clade accepta in fugam se daret, Nervios tamen omnes, Aduaticos & Menapios, adjunctis etiam cisrhenanis Germanis omnibus, ad arma concitavit. Induciomarus qvoq; Trevirorum dux T. Labienum in castris opprimere constituit. Sed virtute Romanorum irriti hostium conatus fuere. Labienus Induciomarum è castris prorumpens peremit, Trevirosq; compescuit. Cæsar vero, Menapiis, Nerviis, Senonibus domitis, altera vice in Germaniam Rheno ponte juncto irrupit, iisq; in silvas & paludes cedentibus, non invenit, qvi vincerentur. In Eburones igitur conversus, eos prædam omnium direptioni exposuit, omnibusq; ædificiis & vicis incensis universam regionem miseræ ruinæ involvit. Tandem cum Vercingetorix Arvenorum dux, ille corpore, armis, spiritu & nomine terribilis, Gallos fere omnes in partes traheret,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Cæsari materia laudis in Gallia compescenda denuo data est: qvam tamen crudelitate nimia maculavit. Nam Avarico oppido expugnato, confectisq; simul ætate & infantibus nullo sexus discrimine sublatis, ex omni numero qvadraginta circiter millium, vix octingenti, qvi fuga se servaverant, superfuere, qvi non percussi sunt. Alexia etiam, etsi ducentorum qvinqvaginta millium juventute subnixa, flammis solo æqvata est: & ex captivis exercitui capita singula prædæ nomine distributa. Uxelloduno deniq; oppido in finibus Cadurcorum vi ad deditionem coacto, omnibus, qvi arma tulerant, manus præcisæ sunt. Qvo supplicii exemplo etsi deterrere reliqvos voluit Cæsar, fecit tamen, ut Gallis, decessurus prætura, videretur immanior, qvam lenior existimatus est, cum primo accederet. Plutarchus testatur, annis non totis decem, etsi morbo contactũ comitiali, Cæsarem gesto in Gallia bello oppida plus octingenta vi cepisse, (Julianus in Cæsaribus trecenta ait) gentes subegisse ccc. signa diversis temporibus tricies centenis millibus contulisse: ex qvibus decies centena millia in acie interfecerit; alterum tantum ceperit.

III. *Hæc adeo tui Cæsaris facta tanta sunt, ut Pompeji magni rebus gestis non inferiora videantur. Sed qvid tandem triumviri illi, qvorum antea meministi?*

CRASSUS, qvum & ipse aliqvid ad exemplum virtutis Pompeji & Cæsaris, qvod gloriæ sibi juxta & lucro esset, agere cuperet, in Parthos movit, nullo justi belli prætextu, nullo senatus decreto, sola avaritiæ & ambitionis libidine inductus, execrationibus etiam flaminis Dialis & tribuni plebis devotus: jamq; templo Hierosolymitano exspoliato, & contra auspicia, cum aqvila aurea transire nollet, sed è terra vi evellenda esset, Euphrate transmisso in Mesopotamiam venerat. Parthi per legatos qvidem bellum deprecati sunt: sed cum se illis Seleuciæ responsurum dixisset, illi indignabundi, in media manu, inqviebant, citius succrescent seta. Crassus cunctatione stolida, cum regrederetur sub instante hyeme in Syriam, spacio hostibus se ad bellum parandi concesso, cum nihil eorum, qvæ opus erant, prævideret, insigni clade affectus periit & ipse & ejus filius, præstans juvenis, & in mortui os liqvefactum aurum, verborum insolentia addita, infusum est, ut, cujus animus arserat cupiditate auri, ejus etiam mortuum & exsangve corpus auro ureretur. Capta sunt Romanorum in hoc bello X. millia: duplo plus peremta sunt: inter occisos præter Crassum & ejus filium præcipui fuere Censorinus & Plancus: ex decem myriadibus vix una rediit in Syriam. Parthi hac tanta victoria insolescentes, in Syriam usq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

usq; egressi, Antiochiæ jam imminebant. Sed Cassius fortiter eorum vim sistebat, ut retrogredi cogerentur. Interim tempus erat, ut Cæsar post plurimas in Gallia, Germania & Britannia victorias exercitu dimisso privatus viveret. Sed qvum potentiam Pompeji urbanis imperiis muniti metueret, cujus animus ab eo jam erat alienior, mortua jam ex partu filia Cæsaris Julia, qvæ sola eorum amicitiam continuerat, vel invitis omnibus exercitum retinere constituit. Nam in pace decus jam sublatum erat Pompeji ornamentis, & tumultus, passim Romæ per tribunos tanto excitati nisu, ut & aliqvandiu sine magistratu viveretur, omnino videbantur reqvirere, ut summa rerum ad unum deferretur, & cuncta discordiis civilibus fessa sub imperium unius reciperentur. MILO consulatus candidatus interfecit CLODIUM. Cadaver plebs, rogo ex subselliis curiæ constructo, cum ipsa curia combussit. Cædis damnatus est Milo, frustra Cicerone defendente. Alii aliis de causis incusabantur, & passim tumultus concitabantur. Pompejus, cum in turbarum medelam dictaturam nollet accipere, licet non obscure ei offerretur, facto alioqvin inusitato cum tres simul consulatum vi præsenti sibi rapere conarentur, consul sine collega svasore Catone est constitutus. Malebant enim dominatum invehere, qvam permittere, ut seditio terminaret in dominatum. Ille igitur nihil jam amplius in plebis, sed omnia in senatus gratiam agebat. Hispaniæ & provinciarum aliarum imperium in aliud qvadriennium ipsi prorogabatur: autoritas & potentia illi undiq; stabilita, & annuum ducenties qvadragies in stipendium attributum. Finito illo consulatus solitarii anno, qvanqvam consulum novorum alter Sulpitius cum Curione & Antonio tribunis Cæsari favit, alter tamen Marcellus, Lentulo suffragante & senatu, Pompejo custodia urbis mandata, duas ei legiones urbanas, qvas antea commodato dederat Pompejus Cæsari & jam prætextu belli Parthici receperat, decrevit. Sic Cæsari prætextus suarum qvoq; legionum retinendarum est oblatus. Misit igitur literas ad senatum, qvibus se exercitus dimissurum pollicebatur, si Pompejus idem fecisset, & sui ratio proximis consularibus comitiis haberetur, ut, ceu tribuni plebis, favente adhuc Pompejo, decreverant, consulatum absens acciperet. Sed SCto facto, cui tamen tribuni plebis intercesserunt, Pompejus arma retinere; Cæsar ante tertium diem dimittere, & successori L. Domitio imperium tradere, venire, & more majorum consulatum petere jubebatur: ni faceret, eum adversus rempublicam facturum videri. Sed Cæsar invito senatu ex-

ercitum & provinciam tenuit, & tribuni plebis ad eum ex urbe se Ravennam receperunt. Sic bellum non tam civile, ac ne sociale qvidem, sed nec externum, qvam commune qvoddam ex omnibus, &, ex censura Flori, plusqvam bellum enatum est in Italia, qvod in Galliam Hispaniamq; se deflexit: hinc in Thessalia consedit: post in Ægyptum transiit: inde respexit Asiam: inde Africæ incubuit: postmodum in Hispaniam migravit, & ibi aliqvando defecit.

IV. Ingens incendium conflatum est, & tanti imperatores jam commissi sunt: qvo eventu, dic amabo.

Cæsar frustra ad disceptationem causæ & conditiones pacis provocans, cum v. millibus peditum & ccc. eqvitibus, cum visus esset nocturno somnio matrem stuprare, jacta jam alea, Rubicone flumine, qvod provinciæ ejus finis erat, transmisso, in Italiam penetravit, & Arimino, Piceno, Umbria, Hetruria occupatis, & L. Domitio, qvi Corfinium præsidio tenebat, in deditionem redacto atq; dimisso, Brundusium contendit, qvo ex urbe consules, Pompejusq; nimis hactenus incautus & animi jam insolentioris, confugerant, qvam primum transfretaturi. Hic etsi exitu prohibere hostes Cæsar conabatur, Pompejus tamen nocturna fuga per obsessi portus claustra navi elapsus, in Macedoniam transmisit. Cæsar impositis Brundusio insidiis tota Italia sine sangvine intra ix. dies potitus, Curione in Africam cum parte copiarum misso, Romam progressus, populi favorem variis artibus aucupatus, magistratus constituit, & ærario effracto, in qvo pecunia Gallici belli causa servabatur, causatus, de Gallis, qvos domuisset, nihil amplius esse, qvod metueretur, laterum inde aureorum xxvIclↄ. & in numerato pondo ccc. in usus suos vertit: Sardiniam & Siciliam absq; pugna occupavit: ne hostem à tergo relinqveret, M. Lepido prætore urbi præfecto, ipse adversus validissimas Pompeji copias, qvæ sub tribus legatis, Petrejo, Afranio & Varrone in Hispania erant, contendens, Massilienses in Gallia, qvi sibi in itinere portas clauserant, relicto ad urbis obsidionem Decio Bruto & Cajo Trebonio, absens perdomuit: Petrejum & Afranium, eorumq; binos exercitus siti ad deditionem compulit: Varrone ultro cedente, ad fretum usq; Gaditanum penetravit: Cassio Longino Hispaniæ præfecto, per Galliam in urbem rediit, postqvam absens esset dictator dictus. In Africa autem & Illyride legati ejus infeliciter pugnavere. In illa Curio, pulso & fugato Actio Varo Pompeji legato, jam securus, à Juba Numidiæ rege cum exercitu cæsus est: in hac Antonius in hostium de-

venit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

venit potestatem, & P. Dolabella classem perdidit. Ipse Cæsar cum parte exercitus, cum se consulem cum P. Sertorio creasset, & post xi. diem dictatura se abdicasset, circa ipsum solstitium brumale, postqvam ex Hispania redux Alpes denuo trajecerat, in Thessaliam contendit, ubi altera pars civium & cc. senatores, duoq; consules habuere magistratus, ut altera pars Romæ suos. Et Pompejus jam validissimas copias contraxerat, erantq; cum eo Labienus, qvi Cæsaris relictis partibus ad eum accesserat, Brutus magni vir animi, Cicero, Cato. Maxime autem Cæsar impeditus est à Bibulo, cui à Pompejo maris custodia mandata erat, ne reliqvas regiones, qvibus Antonius præerat, transveheret. Sed Bibulo fatis functo, facile omnes copias conjunxit, & Pompeji castris ad Dyrrhachium in Macedonia irrito conatu oppugnatis, non parvam exercitus cladem non semel accepit. Interim magis rerum necessariarum penuria obsessus ipse est, qvam obsedit armis. Vires subito in apertioribus Macedoniæ & Thessaliæ campis reparantem, & nonnulla oppida partim vi, partim deditione occupantem; Pompejus insecutus, castra castris opposuit. Hic prius de amicitia componenda tractatum est: sed cum uterq; summum imperium solus ambiret, fata alteri imperium præcipitarunt. Pompejus multitudinē qvidem erat superior; Cæsar par ei robore. Ille Africam, Sertorium, Mithridatem, Tigranem, mareq; pacatum; hic Gallias, Hispanias, Rhenumq; & Britanniam victam memoria repetebat: uterq; universum orbis imperium una victoria satagebat. Nec summa necessitudo, qva hactenus sibi devincti fuerant, nec affinitas contracta, qva eundem infantem alter ut parens, alter ut avus dilexerat, à pugna eos sevocabant. Cum Thessaliæ in Philippicis campis ad Pharsalum urbem directæ essent acies, altum utrinq; silentium & ingens mœstitia extitit, qvia contra suam gentem & genus cuiq; pugnandum erat: qvanqvam Pompeji aciem ex imperitia minus qvietam fuisse testatur Plutarchus. Tandem ab auxiliaribus copiis initio pugnæ facto, tota acie congressi sunt. Victus est Pompejus, opera imprimis Germanorum, qvos Cæsar semper secum habuit. Censent in hac pugna, qvam Pharsalicam vocant, trecenta amplius millia, præter auxilia regum & senatus concurrisse, & ex Pompejano exercitu circiter xv. millia periisse; amplius xxiv millia in deditionem venisse. Cæsar, parta victoria, qvi ex delectu Pompejo militaverant, inter suos milites adscripsit: qvos vero ante misericordia prosecutus fuerat, senatores æqve ac eqvites, morte multavit: reliqvos dimisit: Dejotaro Gallogræco, & Sadalo Thraci,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

qvi prælio interfuerant, Tarcondimoto etiam Cilici, Pharnaci & multis aliis, ut & Ciceroni & Cassio pepercit, collaudatis iis, qvi in benefactorem Pompejum impii non fuissent. Partem tamen Armeniæ, qvæ Dejotaro parebat, Ariobarzani Cappadociæ regi attribuit: Thessalis victoriæ causa dedit immunitatem: Asianis remisit tertiam tributi partem.

V. Numqvid PHARSALICA PUGNA sup ratus Pompejus exercitum reparavit?

Vir ille, annos XXXIV. vincere omnes assvetus, cladem & fugam tum primum in senectute, annos natus undesexaginta, sensit, & agitans secum, ex qvam multis collectam certaminibus & bellis abjecisset una hora gloriam & opes, Catoni ansam dedit, ut non sine causa providentiæ divinæ perplexitatem miraretur, qvod Pompejum, ubi nihil sani vel recti egisset, invictum, nunc, qvum primum cuperet patriam servare & libertatem tueri, deseruisset felicitas. Et magna δυσβουλίᾳ usus, non ad copias suas, qvæ passim ei supererant, sed errore consilii, oneraria navi ad mare forte oblata, qvi ante Iɔ. navibus eodem mari provectus fuerat, accepta in navem ex Mitylene uxore Cornelia paulo ante ducta, & salutato ibidem Cratippo philosopho, in Ægyptum abiit, ad fidem Ptolemæi regis, pene pueri, cujus patrem in regnum reduxerat, implorandam. Hic tamen consiliis suorum tantum virum, jam denuo LX. senatoribus stipatum, è navi in terra egressurum, autore Theodoto Rhetore, per Septimium & Achillam trucidari curavit. Cujus caput cum ad Cæsarem perlatum esset, qvi fugientem in Ægyptum usqꝫ perseqvebatur, tantum aberat, ut in lætitiam effusus ei videretur insultare, ut potius amici fata miseraretur, & cædis autores detestaretur, non nescius, se etiam fortunæ inconstantiæ subjacere. Qvamprimum autem in Ægyptum pervenit, dissidia tollere conatus est, qvæ inter Ptolemæum, ejusqꝫ sororem Cleopatram suborta, magnis motibus ferebantur. Et Cleopatræ qvidem, tanqvam feminæ pulcerrimæ, in cujus qvoqꝫ amplexus venerat, patrocinio suscepto, eam ex patris testamento fratri nubere, & cum eo simul regnum usurpare jussit: Ptolemæo autem juniori Arsinoæ Cyprum de suo concessit. Sed Achillas, præfectus in Ægypto militum, causatus, majestatem sui regis minui, qvod ad causam dicendam esset evocatus, cum Pothino, Arsinoe & nonnullis Pompejanis, Cæsari, cum milites in diversas Syriæ partes dimisisset, se opposuit, inqꝫ arce Alexandrina eum obsessum in summum adduxit discrimen. Qvo cum se exigua manu expediisset, & igne in proximas ædes immisso, qvo inter alia insignis bibliotheca Alexandrina conflagravit, ad Parum pugna commissa est: in

qvo

qva, cum exiguam naviculam, ut suis opitularetur, conscendisset, oppressus ab hostibus, in mare se conjecit, & vix cc. passus natando ad suos evasit incolumis. Sed qvamprimum copias ex Syria à Tib. Cl. Nerone recepisset, Ægyptios magna clade affecit, regnumqꝫ Cleopatræ & Ptolemæo juniori (major enim natu fugiens, cujus jussu Pompejus occisus fuerat, in Nilo suffocatus perierat) concessit; Arsinoen autem captivam in triumphum abduxit. Hæc fuere Cæsaris in Ægypto discrimina; hæ victoriæ. Eo ipso tempore Pharnaces Mithridatis filius, rex Bospori, discordiæ Romanæ fiducia, infesto in Colchidem, Armeniam & Cappadociam agmine irruit, & Cn. Domitium Calvinum, Cæsaris legatum, castris & milite exuit. Gabinius qvoqꝫ in Illyriis adversum prælium subiit. Sed ut Illyriden Vatinius legatus recepit, ita ipse Cæsar summa usus pernicitate, ut recte dicere posset: VENI, VIDI, VICI: ingenti prælio Pharnacem fugavit. Crebro hic commemoravit Pompeji felicitatem, cui præcipua militiæ laus de tam imbelli genere hostium contigisset. Inde in Italiam trajiciens, cum denuo esset dictator dictus absens, rebusqꝫ Romæ compositis, milites seditiosos uno nomine, qvo eos Qvirites, non milites vocavit, & militare illis sacramentum ultro remisit, prudenter compescuit: & confestim in Siciliam, & inde in Africam trajecit. Ibi Scipio, Metellus, Labienus, Considius, Varus, Piso; Afranius, Petrejus, Octavius, auxiliis Jubæ regis Numidiæ, copias jam auxerant, & ad Hispanias subjugandas jam Pompeji M. alterum filium Cnejum præmiserant. Disceptatio tamen Vari cum Scipione de imperio non parvam eorum consiliis moram injecerat, & Cæsari victoria minori compendio promittebatur. Justa acie contra Catonis monita commissis legionibus, Petrejus & Juba cum magna exercitus parte succubuere, & ne in manus victoris pervenirent, mutuis se vulneribus confecere. Ferunt cæsa esse L. millia, ne qvinqvaginta qvidem ex altera parte desiderata. Cato aliqvamdiu Uticæ substitit, collecturus exercitum. Sed qvum jam superveniret Cæsar, ipse fuga sibi non consului: alios dimisit: alios petere à Cæsare veniam jussit: ipse gladio incubuit & salutem Cæsari invidit. Scipio etiam sibi manus intulit. Afranius & Faustus capti, & indicta causa interfecti. Reliqvi clementer habiti. Numidia in provinciam redacta. Sextus, alter Pompeji filius, Varus & Labienus, cum classe & reliqviis exercitus servatis in Hispaniam ad Cnejum Pompejum, tanta jam militum multitudine stipatum, ut jam plus ipso Cæsare posse videretur, trajecerunt. His tantis victoriis par-
tis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tis Cæsar Romam rediit: Africa in provinciam redacta qvatuor diebus qvatuor triumphos, ex Gallia, Ægypto, Ponto, Africa egit: militem ingentibus præmiis; populum epulis & spectaculis delinivit, cumq; xxii clo, tricliniis excepit. Sed cum census ageretur, pro cccxx. millibus civium, qvot superiore censu fuerant, censi sunt in totum cl. millia. Tantam inflixit bellum civile cladem! Cum perpetuus dictator crearetur Cæsar, magistrum eqvitum Antonium elegit, & patrem patriæ se & principem sine regio titulo vocari permisit, consulemq; se posito triumviri nomine ferens, & ad tuendam plebem tribunitio jure contentus, nomine tamen tribuni abstinuit. Inde in Hispanias adversus Pompeji filios profectus, pugna difficillima ad Cordubam inita, in qva fugientibus suis pene victus seipsum voluit percutere, ne post tantam rei militaris gloriam in potestatem adolescentulorum, annos plus qvam l. natus perveniret, plerosq; hostes, ipsum etiam Cnejum, peremit. Cujus tamen frater Sextus fuga sibi consuluit, & paulo post Asinio Pollione devicto magnam Hispaniæ partem, præsertim in Bœtica recuperavit, nec prius cessavit, qvam, ut postea diceretur, armis Augusti occumberet. Rediens ex Hispania Cæsar, & qvinto triumpho non de alienigenis, sed viri Romani calamitate habito, & ob id civibus admodum acerbo, urbem ingressus, non liberator saltem & imperator & perpetuus dictator, sed & semideus & sacrosanctus & Jupiter & rex audiit: & nunc porro ubiq; aurea corona usus & veste triumphali, fastos emendavit, senatum supplevit, comitia cum populo partiebatur. Carthaginem & Corinthum, qvondam deletas, instauravit, in easq; duxit colonias. Sed qvod senatui non assurgebat, & tribunis plebis, qvi invidiam ei tanqvam regnum affectanti moverant, potestatem abrogabat, omnibusq; ad arbitrium suum vocatis, senatus & legum autoritatem in se unum trahebat, & statuam juxta vii. reges sibi poni curaverat, vir ut in libidines pronus & sumtuosus, ita vini parcissimus, eloqventia & prudentia nemini postponendus, à duobus prætoribus urbanis designatis, M. BRUTO Catonis genero, animosæ Porciæ marito, qvem Appianus dixit Cæsaris filium ex adulterio cum ejus matre esse habitum, & C. CASSIO Bruti sororio, & lx. aliis conjuratis, in ipsa curia, qvinto post mense, qvam Romam venerat, tribus & viginti vulneribus confectus, inopinam mortem qvam commodissimam sæpe dixerat, obiit, tum qvidem, cum ad ulciscendum exercitum per cladem Crassi amissum parabat Parthos bello petere; his subjugatis Scythiam invadere; per Germaniam in Italiam regredi, &
unde-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

undeqvaq; novam gloriæ adoream conqvirere. Usus fuerat eqvo insigni, pedibus prope humanis, ut Dion & Svetonius referunt, & in modum digitorum ungulis fissis, qvem natum in Hispania apud se, cum aruspices imperium orbis terræ significare domino pronunciassent, magna cura aluit, nec præ ferocia patientem sessoris alterius primus adscendit. Qvanta animi constantia & præsentia semper fuerit, ex multis patet indiciis. Provinciam sortitus Hispaniam, cum retineretur à creditoribus, exhaustis ambitiosis sumtibus, opus sibi esse dixit bis millies & qvingenties centenis millibus, ut nihil haberet: & tamen brevi eluctatus est. Post aciem Pharsalicam cum præmissis in Asiam copiis per angustias Hellesponti vectoria navicula trajiceret, L. Cassium partis adversæ, cum X. rostratis navibus obvium sibi neq; refugit, & cominus tendens, ultro ad deditionem hortatus, supplicem ad se recepit. Ante id, cum conscenso lembo in Italiam ignota forma tenderet, qvanqvam ventus incumberet, ut proveheretur, gubernatori imperavit, seq; tandem cognoscendum præbens, Bono, ait ad gubernatorem, es animo: Cæsarem vehis. Tanti spiritus illi, inqvit Dion, tantaq; spes erat, sive ea aliunde, sive ex oraculo concepta, ut certissimam sibi salutis fiduciam, etiam cum contraria omnia apparerent, propositam teneret. A clementia imprimis in hostes est celebratus, adeo ut etiam statuas Pompeji dejectas reponeret. Unde Cicero ajebat, Cæsarem, dum Pompeji statuas erigeret, suas stabilire.

VI. Sic igitur Cæsar, qvi terrarum orbem civili sangvine impleverat, tandem ipse sangvine suo curiam implevit. Sed numqvid percussores impune tulerunt?

Interfecto Cæsare LEPIDUS magister eqvitum noctu contra eos forum militibus opplet. ANTONIUS consul senatum convocat, in qvo Cicero more Atheniensium, ut memoriam omnium malorum, qvæ passi erant plurima, à se invicem aboleant, & sacrosanctam ἀμνηστίαν seu oblivionem præteritorum & reconciliationem sanciant, persvadet. Nihilominus Antonius, qvem, & ipsum Dec. Brutum, unum ex percussoribus, inter secundos heredes Cæsar scripserat, & legatum præterea populo R. viritim luculentum testamento reliqverat, funere indicto, rogum in Martio campo extruxit, & cruento cadavere producto, prolixa oratione de meritis Cæsaris in Romanum populum habita, sic urbem concitavit, ut nonnulli tumultu facto trucidarentur, & ægre Brutus evaderet. C. OCTAVIUS, qvamprimum de morte Cæsaris inaudiit, Romam advolavit ex Apollonia, qvo missus erat, ut literas & rem militarem disceret. Natus fuit M. Tul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

lio Cicerone & Antonio Coss. Pater ei fuit Octavius, eqvestri ordine natus, qvi primus in familiam intulit senatoriam dignitatem, & ex prætura Macedoniam sortitus, residuam Catilinæ manum fugitivam in itinere delevit. Mater ejus Accia fuit, Julii Cæsaris ex sorore Julia, Accio nupta, neptis. Qvot prodigia imperium ei addixerint, præter Svetonium Dion recenset libro XLV. Duodecimum agens annum, maturam puer ostentans indolem, aviam Juliam defunctam pro concione laudavit, & qvadriennio post virili toga sumpta, avunculum magnum Cæsarem in Hispanias est secutus, & postea ab eodem, in Parthos moturo, Apolloniam ad mare Jonium præmissus, ubi studiis aliqvamdiu vacavit. Illic cum Cæsarem Romæ interfectum & ab eo se filiū adoptatum audiisset, anno ætatis XIIX. subito aderat, & sic rem aggressus est difficillimam, ut viros omnes audacia; senes prudentia superasse videretur. Urbem primo ingressus, privato habitu usus est: paulatim plebem & milites donis sibi conciliavit, Antoniumq; consulem, à qvo ob ætatem despiciebatur, qviq; tabulis Cæsaris, qvas ad se deferri curaverat, corruptis, ita omnia egerat, qvasi heres non facultatum modo Cæsaris, sed & potentiæ relictus esset, hostem curavit declarari: atq; hac in re Ciceronis potissimum usus est opera. Bella civilia qvinq; gessit, Mutinense, Philippense, Perusinum, Siculum, Actiacum: primum & extremum adversus Brutum & Cassium, tertium adversus L. Antonium Marci fratrem, qvartum adversus Sextum Pompejum Cneji filium. Præterea in gentibus exteris cum præsens tum per legatos tanta edidit facinora, ut dignus Julio heres videretur. Nos omnia ordine considerabimus.

VII. Ecqvod igitur est primum bellum civile adversus M. Antonium, qvod vocasti MUTINENSE?

M. Antonius consul, secundus heres à Cæsare scriptus, doluit, sibi C. Octavium esse prælatum, utq; adoptionem Juliæ gentis inhiberet, acta Cæsaris, qvod diximus, & qvidem fraude Tiberii, qvi Cæsari à manibus fuerat, corrupta, & septies millies ad Opis ædem depositum occupavit. Eum thesaurum cum Octavius repeteret, & insuper sibi adversus avunculi percussores opem rogaret, irrisus & variis probris exceptus est: ut tamen Cæsaris legatum solveret, & trecentos populo viritim sestertios distribueret, hortosq; circa Tiberim ei publicaret, patrimonium, & qvicqvid à testamento sibi à Cæsare obvenerat, venale proscripsit, eoq; beneficio admodum obnoxium sibi reddidit populū, & veteranos, duasq; legiones ad se attraxit. Antonius, eo audito nuncio, in Galliam cisalpinam ad cogendum

dum exercitum defendit, & D. Brutum prætorem, qvi ad partes Octavii transierat, Mutinæ valida pressit obsidione. Octavius igitur cum jam Antonius opera Ciceronis esset hostis judicatus, cum Hirtio & Pansa Coss. D. Bruto aliisq; Pompejanis opem laturus, bellum tertio mense duobus confecit præliis: qvorum primo fugisse scribitur; altero non modo ducis, sed etiam militis functus munere, aqvilifero legionis suæ graviter saucio, aqvilam humeris subiit, inq; castra retulit. Illa pugna Antonius fugatus qvidem & castris exutus est: sed per hoc bellum uterq; consulum cum flore omnis populi Romani, qvi ad ea tempora superstes manserat, iis, qvi eas peregerunt cædes, exceptis, absumtus est. Senatus posthæc & optimates, interq; eos Cicero, temporum injuriam intuiti, ne Octavius porro vel ad Sullæ vel ad Cæsaris aspiraret potentiam, eo neglecto & puero contumeliose vocato, M. Bruti, Cassii, & Sexti Pompeji partes adversus ipsum tutati, ipsis eorumq; asseclis præcipuas provincias commisere. Octavius igitur, Antonius & Lepidus alterum TRIUMVIRATUM ad exemplum superioris temporis invasere, certisq; conditionibus inter se provincias partiti, societatem junxere circa Bononiam. Galliam Antonius; Lepidus Asiam; Africam cum Sicilia Octavius sibi sumsit: qvi & ipse consulatum, cum petenti negaretur, vi obtinuit, & lege Pedica lata, Cæsaris interfectores perseqvi cœpit. His initiis Sullana proscriptio denuo invaluit, & in proscriptorum tabulis nomina CXL. aut, ut Appianus habet, CCC. senatorum & clɔclɔ eqvitum legebantur. Tota urbs cadaveribus complebatur, & triumviri, dicente Dione, regnum Cæsaris fuisse aureum ostendebant: civiumq; nemo qvicqvam alicujus pretii ex suis bonis retinere poterat. Soli ii, qvi arma gerebant, divitiis abundabant. Antonius inter alios avunculum, & Lepidus Paulum fratrem proscripsit. Imprimis tragica Ciceronis mors hanc tyrannidem fecit abominabilem. Illum enim hostilitas Antonii per Popilium Ciceroniano olim patrocinio servatum perdidit, & caput ejus atq; manus abscissæ pro rostro positæ; lingva à Fulvia, uxore Antonii, cujus filiam, qvam in primo conjugio è Clodio susceperat, sibi desponsarat Octavius, acubus compuncta est. Ciceronis fratrem Qvinctum filius in occulto habuit: nec, qvanqvam verberibus & tormentis afficiebatur, indicavit. Qvam filii constantiam admiratus, prodiit ultro, ejus misericordia motus, & se inimicorum potestati permisit. De qvibus omnibus videatur III. & IV. liber Appiani de bellis civilibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

VIII. *Miseranda Ciceronis, tanti oratoris, & qvem Roma patrem patriæ antehac salutavit, fata enarras. Sed qvid rerum post hunc Lepidi, Antonii & Octavii triumviratum contigit?*

Alterum bellum civile, PHILIPPENSE dictum, Octavio conficiendum erat. Nam Brutus & Cassius, præcipui ex Cæsaris percussoribus, urbe profugientes, Macedoniam & Syriam provincias à Cæsare antea sibi datas occupaverant, & jam plurimum pollebant: victisq; & direptis Rhodiis, omnem Asiam in suam redegerant potestatem, & Athenienses ipsis ex ære statuas juxta statuam Harmodii & Aristogitonis, tyrannicidarum publico decreto, posuerant: C. Antonio etiam necato, non parvum triumviris novis metum injiciebant. Relicto igitur ad urbis præsidium Lepido, Octavius & Antonius in eos moventes, prælio omnium, qvæ inter civiles depugnata sunt, maximo decertant. Non enim ullo magis, ut censet Dion, atq; isto de libertate & statu reip. populari actum est. Et ab illo nunqvam ad libertatem populus Romanus oculos sustulit. Bis congressæ sunt acies. Primo qvidem in iisdem campis Philippicis, qvi Pompejo fatales fuere, victus, castrisq; exutus est Octavius à Bruto; Cassius ab Antonio, pari utrinq; discrimine, qvo utraq; pars vicit & victa est, cum alterius tamen exitio. Cassius enim de suis partibus actum esse ratus, Pandaro liberto jugulum præbuit. Idem altero mox prælio commisso fecit Brutus, malo antea genio, qvi se ei per noctem ferali signo videndum exhibuerat, exterritus. Hujus etiam conjunx Porcia, Catonis filia, doloris impatiens, carbone devorato periit. Ultimum Bruti sese percussuri verbum ex poeta fuit: *O misera virtus, nomen inane! Te qvidem*
Ceu rem colebam: At serva tu fortunæ eras.

Hac felicitate elati Octavius & Antonius, partitis inter se officiis, non multum ulterius dabant tertio in triumviratu socio Lepido. Et Antonius qvidem in orientis provincias regendas abiit: Octavius vero, milites veteranos municipalibus in Italia agris, qvos eis in pretium militiæ promiserat, donaturus, bello tertio civili confligari coactus est, qvod vocant PERUSINUM.

IX. *Sic igitur seqventis belli materia primum extitit. Sed numqvid & in hoc bello Perusino superior extitit Octavius?*

Facillimum fuit illud conficere, cum L. Antonius, Marci frater, qvi fiducia consulatus, qvem gerebat, ac fraterna potentia fretus, res novas moliri ausus fuerat, statim Perusiam, Hetruriæ oppidum, confugeret, & fame com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

compulsus se potestati Octavii committeret. Excitaverat illum imprimis Fulvia, ipsa Octavii socrus, M. Antonii uxor, qvæ nihil muliebre præter corpus gerens, omnia Romæ administrare, & gladio etiam accincta tesseram militibus dare ausa fuit. Octavius igitur, ejus & Clodii filia, intacta adhuc, ut jurejurando confirmavit, repudiata, redactoq; in potestatem L. Antonio, in plurimos animadvertit. Svetonius testis est, trecentos ex dedititiis electos ad aram D. Julio exstructam hostiarum more esse mactatos. Illa omnia M. Antonius in Asia edoctus, svasu Fulviæ adversus Octavium copias contraxit, & Sexto Pompejo sibi reconciliato, jamjam adfuturus videbatur. Sed cum uxorem audacem, facem belli, defunctam audiret, in gratiam cum Octavio rediit, ejusq; sorore Octavia matrimonio sibi juncta in oriente sese continuit.

X. Qvodnam est Octavii qvartum civile bellum, qvod Siculum nominasti, & adversus Sextum Pompejum, Cneji filium, gestum dixisti?

Hujus Sexti fratrem Cnejum jam Cæsar in Hispania oppresserat. Ipse vero Sextus, Menæ liberti salutaribus consiliis usus, Sicilia & Sardinia occupatis, ad intercludendos Romanis commeatus mare pluribus navibus insedit. Et qvanqvam Octavius classem adversus eum non semel eduxit, duplici tamen naufragio plurimas naves amisit, jactantiæq; pœnas luit, qva fertur dixisse, etiam invito Neptuno se victoriam adepturum. Pacem igitur Sexto concedere maluit, qvam hostem habere ulterius. Sed qvæ pax insigni cum militum utriusq; partis gaudio coaluit, subito irrita fuit: & Octavius, classe nova comparata, duce Agrippa, omnem vim in eum convertit. Sed duplex capitis periculum ipse subiit, pene exceptus & oppressus ab hostis præfectis. Victus est etiam initio præliis navalibus. Sed tandem, opera Agrippæ victoria insigni parta, Sextum Pompejum, etsi trecentis qvinqvaginta navibus confisum, fugavit. Eundem ex fuga retractum in Phrygia Titius Antonii legatus occidit. M. Lepidus autem, ex Africa in auxilium vocatus, superbiens xx. legionum fiducia, cum summas sibi partes vindicaret, exercitu ab Octavio est spoliatus, & supplex vita impetrata, Circejos in perpetuum relegatus. Et hic finiunt egregii illi libri Appiani de bellis civilibus.

XI. Ipse Antonius qvid interea?

Adversus Parthos illi difficillima bella subeunda erant. Hi enim, excitati à Labieno, Pompeji olim duce, post cladem Cassii & Bruti profugo, cum regis sui Orodis filio Pacoro irrumpentes, omnem fere Syriam, mul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tasq; Asiæ urbes occuparant, victoq; & cæso Saxa Antonii legato, finitimis qvibusvis imminebant. Sed Ventidius, alter Antonii legatus, tam strenue se illis opposuit, ut & Pacorum interimeret, & Labienum vivum caperet. Qvæ res ei cum laudem parere debuisset, summam conflavit invidiam. Antonius enim, homo omnium ignavissimus, amoribus Cleopatræ jam & temulentia effeminatus, victorias ei invidit, viroq; optime de republica merito loco moto, ipse temere cum valido XVI. legionum exercitu in hostem profectus, res stolide simul & infeliciter administravit, & vix tertia parte exercitus reliqva rediit in Syriam, turpius nescio an impudentius. Qvasi enim vicisset, qvi redierat, elato prorsus animo, Armeniorum regem Artavasden contra datam fidem in vincula conjecit, & Octavii sorore Octavia repudiata, Cleopatram adamatam reginarum reginam dixit, eiq; & liberis sibi ex ea natis, Alexandro & Ptolemæo, non regna saltem, qvæ in oriente obtinebat, sed & imperium Romanum condonavit, non aliter, ac si facilius esset Romanum vincere, qvam Parthum. Illos conatus procul ex Italia Octavius adspiciens, ut antea Lepidum ex Africa in auxilium evocatum, insolentem XX. legionum robore, qvum de Sicilia Sexto Pompejo adempta certamen ipsi movisset, & summas sibi partes vindicasset, triumviratu abdicatum omni potestate exuerat, ejusq; copias, Pontificatu illi relicto, sollicitatas ad se transduxerat, Romæq; custodia addita aliqvamdiu detentum tandem Circejos in perpetuum relegaverat, ita Antonium hostem aperto bello perseqvendum jam decrevit. Consensit senatus, & lecto Antonii testamento, qvi ebrius mulieri Ægyptiæ pretium libidinum Rom. imperium petenti concesserat, iniqvitate rei motus, copias & auxilia omnia Octavio subministravit. Ille CCCC. amplius navibus Brundusio solvens, omnes occidentis vires in oriente, qvi Antonium adjuvabat, explicuit, & ad Actium Apollinis templum, ubi deinde in memoriam victoriæ Nicopolin urbem condi curavit, hostem belli aleam coegit subire. Prælio commisso, Cleopatra subductis navibus fugit, inq; eandem fugam Antonium traxit, ut pugna decedens naves suas ab igne depascendas hosti relinqveret. Octavius perseqvens fugientes, ipsam cepit Alexandriam, & amorem simulans, promissa Cleopatræ impunitate in suas partes eã traduxit. Fraudulenta & libidinosa mulier, inscio Antonio, cum hoste amicitia inita, qvasi mortis consciscendæ causa in Mausoleum se recepit: qvam perfidiam ignorans Antonius, Cleopatram periisse arbitratus, suo incubuit gladio: sed & ipsa mox interiit. Postqvam enim in Cæsaris pote-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

potestatem pervenerat, & se triumpho servari intelligebat, aspidis morsu, vel, ut alii ferunt, acu veneno inuncta vitam sibi ademit. Octavius qvidem moriturae Psyllos, qvorum corpori dicunt ingenitum fuisse virus serpentibus exitiale, admovit, qvi venenum ac virus exsugerent, sed frustra. Occubuit enim illa, & si non viva, defunctae tamen caelata imago cum duobus ejus liberis in triumphum ducta est. Jugulati sunt Antonii & Fulviae filius Antyllus, & Caesario Cleopatrae & Julii Caesaris, ceu putabatur, filius: Cleopatra junior Jubae in matrimonium elocata; Ægyptus in provinciam redacta, & Corn. Gallo permissa, lege constituta, ne qvisqvam senatorum in Ægypto commoraretur, nisi cui hoc ipse nominatim permisisset. Sed ab hoc tempore nec in alias provincias, praeterqvam in Siciliam & Narbonem ex Italia senatores, nisi jussu aut permissu Caesaris, proficisci audebant. Octavius, posito triumviri nomine, consulem se ferens, & ad tuendam plebem tribunitio jure contentus, militem donis; populum annona; cunctos dulcedine otii pellexit, & pace omnibus terris reddita, omnibusqꝫ seditiosis coercitis, & legibus judiciisqꝫ restitutis, Jani templum, qvod sub Numa & victa primum Carthagine in signum pacis bis occlusum steterat, tertio & qvarto clausit, atqꝫ svadente Mecœnate, qvi erat pacis artium callidior; dissvadente M. Agrippa, qvi militiae dux habebatur melior, victoriarum hactenus socio, cum uterqꝫ esset amplissima oratione usus, ut apud Dionem libro LII. videre est, repudiato, qvod offerebatur, perpetui Dictatoris nomine, nomen AUGUSTI, tunc qvidem, cum se omnem potestatem depositurum simulabat, adsumsit: munia senatus, magistratuum, legum in se traxit: jussu & rogatu populi legibus solutus factus, milites praetorianos semper circum se habuit: prorogato sibi imperio, prius per decennium, deinde per qvinqvennium, tandem per omnem aetatem, omne imperii axioma, nomine principis & dictatoris, potestate plusqvam regia, ad se transtulit: ut à vi tutior esset, pacatiores provincias populo reliqvit, sibiqꝫ servavit reliqvas, ut milites senatu qvasi exarmato ad se traduceret.

XII. *Adversus EXTERAS GENTES qvae bella Augustus gessit?*

Illas Florus secundum qvatuor orbis plagas dispescit, & dicit, Augustum ad SEPTENTRIONEM Noricos cum Brennis, Senonibus atqꝫ Vindeliciis per privignum suum Claudium Drusum pacavisse, Illyrios ipsum coram scuto de manu militis rapto domuisse, Pannonios & Dalmatas per Vibium coercuisse, Mysos & Bastarnas feros & truces ad Danubium per M. Crassum debellasse, Thraces potentissimos per Pisonem subjugasse, Dacos eorumqꝫ regem

regem Cotisonem misso Lentulo ultra ulteriorem ripam repulisse, Sarmatas per eandem Lentulum Danubio prohibuisse, gravissima bella adversus Germanos per Drusum & Varum Qvintilium vario Marte gessisse. Sub MERIDIE porro Gætulos per Cossum, Gætulium deinde dictum, compescuisse; Marmaridas atq; Garamantas Furnio subigendos dedisse. Ad ORIENTEM plus negotii cum Armeniis, qvi se ad Parthos subtraxerant, per Cajum Cæsarem nepotem habuisse. Sub OCCASU Cantabros, expeditione non mandata sed sumta, ipsum domuisse, & in Asturesimperium promovisse, tanta cum nominis & æqvitatis fama, ut & Scythæ miserint legatos & Sarmatæ; Seres etiam & Indi amicitiam petierint, Parthi tandem ultro signa Crasso ablata retulerint. Dion testis est, etiam Candacen, Æthiopum illorum reginam, qvi ultra Ægyptum incolunt, per C. Petronium præfectum Ægypti esse victam & in fugam conjectam, regiamq; urbem Tanapen ei ereptam. Svetonius scribit, Octavium super xxx. ducibus justos triumphos, & aliqvanto pluribus, triumphalia ornamenta decernenda curavisse. Qvia autem Augustus imprimis ex expeditione, qvam per Drusum privignum & alios legatos adversus nostros Germanos instituit, notus est, totum illud GERMANICUM BELLUM, qvod cum ejus tum Tiberii tempore gestum est, huc adscribemus. Sicambrorum rex Antharius à Gallis, jam Romanorum partes defendentibus, cæsus erat. Ejus igitur filius Francus, cum & sibi à Romanis imminere periculum cerneret, junctis sibi fœdere Saxonibus & Thuringis, Galliam ingressus, omnia populationibus infesta habuit. Ea de causa Augustus Rheni & Danubii ripas propugnaculis, qvæ deinde aut à Germanis destructa sunt, aut in oppida & urbes conversa, muniri curavit, missoq; legato M. Lollio, ne ulterius hostes copias ducerent, impedire voluit. Sed ille victus & fugatus, legionis qvintæ aqvilã amisit. Cura igitur Germanici belli privigno Augusti CL DRUSO, Tiberii fratri, delegata est. Hic felicissime Usipetes domuit, Tenctheros & Cattos vastavit, & Cheruscos, Svevos atq; Sicambros pariter aggressus, insigniq; victoria potitus, per Mosam & Visurgim præsidia disposuit, per Rheni ripam L. amplius castella erexit, Hercynium saltum hactenus Romanis inaccessum aperuit, apud Tridentinas Alpes Rhætos & Vindelicios, opera fratris Tiberii adjutus, fudit & penitus domuit: inde in Cattos denuo profectus, non sine sangvine eos vicit. Post Visurgim transgressus, ad Albim perrexit. Cumq; ei mulier humana angustior obviam facta dixisset: Qvin tu modum cupiditati tuæ statuis? non
est

est datum tibi hæc omnia videre: jam & operum, & vitæ tuæ terminus adest: crure paulo post fracto occubuit, anteqvam ad Rhenum rediisset. Hujus qvidem frater TIBERIUS, imperator post Augustum factus, magnam etiam Germaniæ partem peragravit: sed illa mox turpius est amissa, qvam gloriosius acqvisita. Nam & MAROBODUUS, Svevorum & Marcomannorum rex fortis & circumspectus, imperium parvum subactis finitimis ad fastigium ipsis Romanis timendum jam produxerat, & ARMINIUS, Cheruscorum princeps, Segimeri filius, annos tantum natus XXVI. Vari Qvintilii, qvi post administrationem Syriæ præses Germaniæ constitutus erat, inertiam in hybernis, qvæ in Germania cum legionibus habebat, animadvertens, tempus libertatis recuperandæ est aucupatus. Assiduus militiæ Romanæ comes, jam eqvestris dignitatis apud Romanos jus assecutus fuerat. Ideoq; belli artibus satis instructus, prope Padebornam inter Amasum & Lippam Varum cum III. legionibus & auxiliis omnibus, qvinqvaginta amplius millium, cum advolasset, ut Germanos cohiberet, perdidit. Sic factum est, ut imperium, qvod in littore Oceani non steterat, in ripa Rheni nunc staret. Hac clade Variana pene exitiali nunciata adeo consternatum ferunt Augustum, ut excubias per urbem indixerit, ne qvis tumultus existeret, & per continuos menses barba capilloq; submisso, caput interdum foribus illideret, vociferans: Qvintili Vare legiones redde. Diem cladis qvotannis mœstum habuit ac lugubrem. Subinde tamen Germani repetiti sunt: & Germanicus Drusi filius, parentis vestigia premens, multa negotia iis facessebat, discordia imprimis Germanorum civili usus. Nam cum Arminius socerum suum Segesten sibi adversum, cujus filiam Thosneldam rapuerat, gravi premeret obsidione, eam captans occasionem Germanicus Segesten periculo eripuit, & Thosneldam Arminii uxorem in potestatem redegit. Id ægre ferens Arminius, auxiliis Cheruscorum & patrui Ingviomeri, aliqvoties prospere adversus Romanos pugnavit, eosq; ad ripam Rheni removit. Hinc Germanico Cæsari & Druso acriter restitit, pulsoq; è finibus Maroboduo Marcomanno, cum regnum affectaret, armis peritus, post aliqvot prælia variæ fortunæ, dolo propinqvorum peremtus est, & hoc à Tacito encomium vel potius monumentum meruit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ARMINIUS CHERUSCUS,
PETITUS ARMIS,
DOLO PROPINQVORUM CECIDIT,
CUM VARIA FORTUNA CERTARET:
LIBERATOR HAUD DUBIE GERMANIÆ,
ET QVI NON PRIMORDIA POPULI ROMANI,
SICUT ALII REGES DUCESq;
SED FLORENTISSIMUM IMPERIUM LACESSIERIT,
PRÆLIIS AMBIGUUS,
BELLO NON VICTUS,
SEPTEM ET TRIGINTA ANNOS VITÆ;
DUODECIM POTENTIÆ EXPLEVIT.

Post fata Arminii Germanicus triumphum de Cheruſcis, Cattis & Angrivariis meruit. Digna eſt familia Arminii, qvæ hic ex Strabone, Vellejo, Tacito & aliis ponatur.

FRATRES CHERUSCI

- *SEGIMERUS, amicus Romanorum, etiam cum deficeret filius Arminius.*
  - *FLAVIUS cum Romanis contra fratrem, gener Cathumeri Catti.*
    - *ITALUS, Romæ educatꝰ ſub Claudio ad regnum poſt Arminium vocatus, inteſtinis bellis adflictus.*
  - *ARMINIUS, primum comes militiæ Rom. poſtea hoſtis, qvi Qvintil. Varum cum exercitu delevit, poſtea dolo ſuorum cæſus. Uxorem patrui Segeſtis filiam Thoſneldam rapuit: qvam Germanicus in triumphum duxit.*
    - *SESITHACUS, U.romiri Catti gener, initio reconciliatus Germanico, poſt in triumphū ductus.*
    - *TUMELICUS natus in caſtris Romanis, ductꝰ cum matre in triumphum.*
- *INGUIOMERUS à partibus Arminii, deinde Marobodui Marcomanni.*
- *SEGESTES, civitate Romana donatus, pro Romanis contra populares.*
  - *THOSNELDA, uxor Arminii gravida, à Germanico capta & in triumphum ducta.*
  - *SEGIMUNDꝰ, primum amicus; deinde hoſtis Romanorum, à Germanico in triumphum ductus.*

Armi-

Arminius certe, cum Germanicum Pisonis & Plancinæ dolo sublatum audiit, nihil moratus Drusum, Tiberii filium, cui post Germanicum Germania permissa erat, in Maroboduum Marcomannorum regem copias suas, qvas denuo collegerat, eduxit, atq; ita eum afflixit, ut ad Romanos confugiens, Ravennæ privatus consenesceret. Ipse vero, cum regnum videretur apud liberam nationem affectare, dolis propinqvorum cecidit, ceu diximus.

XIII. *Magnam virtutem Arminii, Germanicæ libertatis fortissimi vindicis, deprædicas. Sed regrediamur, si libet, ad Octavium.*

Stirpem virilem, cui tantum imperium legaret, non habuit. M. Marcellum, ex Octavia sorore nepotem, eundemq; generum, qvem admodum adolescentem ad pontificatum & curulem ædilitatem promoverat; duos item ex Julia, lasciva illa femina, nepotes, principes juventutis appellatos, nempe Cajum ad Hispanienses exercitus euntem, & Lucium ex Armenia remeantem, continuatis funeribus extulerat, vel morte fato properata, vel novercæ Liviæ dolo extinctos. Ægrotans aliqvando Agrippam, Marcellæ ex sorore Octavia neptis maritum, genero Marcello maxime adamato, cum in vivis adhuc esset, in capessenda republica prætulerat, salutem reipublicæ sangvinis præferens propinqvitati. Agrippam enim solum virum longe prudentissimum, & omnium suæ ætatis hominum optimum, imperatoriis artibus ornatissimum, habenis imperii regendis parem existimavit: ideoq; illum, etsi natalibus ignobilem, omnis fecit potestatis participem, & generum adscivit, jussum, ut Marcella repudiata filiam suam Juliam duceret. Sed & hunc, cũ morbo decessisset, luxit, suoq; in sepulcro condidit. Ejus in locum ut haberet, à qvo in rerum administratione juvaretur, defunctis jam Cajo & Lucio nepotibus, & remoto in insulam Planasiam unico ex Julia superstite nepote, Agrippa postumo, bonarum artium rudi & feroce, subrogavit Tiberium privignum & generum: qvem una cum fratre Cl. Druso, integra etiamnum domo sua, multis nominibus auxerat. Sed Drusus brevi post, ut diximus, defunctus est: cujus filiũ GERMANICUM CÆSAREM, VIII. legionibus ad Rhenum impositum, jussit vicissim à Tiberio per adoptionem adsciri. Nemo alius Romæ plus ornamenti & firmamenti attulit. Ipsam urbem jam in IV. regiones distributam ita excoluit, ut jure gloriaretur, marmoream se relinqvere, qvam accepisset lateritiam. Pleraq; pessimi exempli correxit: alias leges retractavit; alias ex integro sanxit; senatorum ordinem, qvi ad millenarium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

numerum excreverat, ad sexcentos revocavit: Italiam duodetriginta coloniarum numero ab se deductarum freqventavit: provinciarum alias fecit proconsulares, qvas senatui demandandas tradidit; alias prætorias, qvas populo; alias præsidiales, in qvas ipse legatum suum seu præsidem misit: vigesimam partem hereditatum, legatorum & dominationum, qvæ mortis causa fiunt, sibi addixit, &, si rem ipsam æstimamus, regnum cum republica permiscuit, atq; ita regiæ legis observationem in usum revocavit, ut sua nihilominus populo; sua senatui munia permitteret. Sic Romanos à temeritate simul populi & ab injuriis tyrannorum eadem opera liberavit, ut in moderatione libertatis & regni vitam agerent securius. Silenus in satyra Juliani eum chamæleonti comparavit, sed qvi præceptis Zenonis sit vir bonus & frugi factus. Svidas eum dicit de vita sua & rebus gestis XIII. libros, ut & Ajacem atq; Achillem tragœdias scripsisse, & numeratis omnibus imperii incolis, reperisse præter CIↃXVII. viros myriadas CCCCX. Nolæ tandem in Campania anno ætatis LXXVII. mortalitate expleta, sibi PLAUDERE jussit, meritus, ut Sextilis mensis ab ipso vocaretur, sicuti Qvintilis à Julio.

XIV. *Qvum absq; genealogia Cæsarum à Julio Cæsare procreatorum nec ea, qvæ dicta sunt, nec qvæ dicturus videris, exacte intelligam, illam qvæso hic mihi ne invide.*

C. Ju-

JULIUS CAESAR, cujus tres uxores
- Cornelia, Cinnæ F. -- Julia Cn. Pompeji uxor.
- Pompeja, Pompeji F. Sullæ N. quam repudiavit.
- Calpurnia, L. Pisonis filia.

C. Jul. Cæsar, prætor, morte repentina, cum calceabatur, mortuus: cujus conjux Aurelia

Julia, nupta M. Accio Balbæ.
Accia C. Octavio nupta.

OCTAVIUS AUGUSTUS ex

Scribonia genuit Juliam nuptam
- M. Marcello paulo post defuncto α
- M. Vipsanio Agrippæ β
  - C. Cæsar γ, L. Cæsar. } juvenes mortui.
  - Agrippa posthumus à Tiberio cæsus.
  - Julia, nupta L. Paulo Censoris filio.
  - Agrippina Vipsania nupta Germanico Cæsari δ.
- Tiberio Imp. ε

Livia Drusilla, alias Julia, quam Tib. Neroni prægnantem abstulerat, non habuit liberos. Illa autem ex Tib. Nerone pepererat

TIBERIum Neronē Imper. ε, qui ex
- Agrippina genuit Drusum η. Unde & ex Livia - - Tiberius à Caligula cæsus. Julia, nupta Neroni θ. Rubellio Blando.
- Julia non habuit liberos.

Cl. Drusum Germanicum, unde & ex Antonia minore ι.

Germanicus Cæsar, unde & ex Agrip. Vipsania δ.
- Nero maritus Juliæ Drusianæ θ.
- Drusus inedia à Tiberio necatus.
- C. CALIGULA Imp.
- Livilla, nupta M. Vinicio.
- Drusilla, nupta M. Lepido & L. Cassio.
- Jul. Agrippina κ unde ex
  - Cn. Dom. AEnob. - NERO Imp.
  - Claudio Imp. nulli liberi.

Livia, nota ex amoribus Sejani, nupta
- Cajo Cæsari γ.
- Druso η.

CLAUDIUS Imp. maritus
- Juliæ Agrippinæ κ.
- Messalinæ
  - Octavia, nupta Neroni
  - Britannicus.

Octavia minor.

Octavia major, nupta
- C. Marcello
  - M. Marcellus, Juliæ maritus α.
  - Marcella, prima uxor Agrippæ β. Unde Agrippina nupta - -
    - Tiberio Imp.
    - Asinio Gallo.
- M. Antonio
  - Antonia major. Unde Cn. Domit. AEnob. ex Julia Agrippina κ pater Neronis.
  - Antonia minor, nupta Druso Germanico ι.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XV. *Num TIBERIUS, qvem & generum & privignum Augusti, & ab eodem adoptatum dixisti, pari virtute imperium administravit?*

Natus est ex patricia gente Claudia, cui cognomen Neronis placuit, qvod Sabina lingva fortē & strenuum significat, notante Svetonio. Egregius erat vita, inqvit Tacitus, famaq; qvoad privatus vel in imperiis sub Augusto fuit: occultus ac subdolus fingendis virtutibus, donec Germanicus ac Drusus superfuere: inter bona malaq; mixtus, incolumi matre: intestabilis sævitia, sed obtectis libidinibus, dum Sejanum dilexit, timuitve. Postremo in scelera ac dedecora prorupit, postqvam remoto pudore & metu, suo tantum ingenio utebatur. Infantiam & pueritiam habuit luxuriosam, ut Svetonius ait, & exercitatam. Virili toga sumta, expeditioni Cantabricæ & Armeniacæ interfuit. Post hæc comatam Galliam anno fere rexit. Exhinc Rhætico Vindelicoq; bello, inde Pannonico, & tandem Germanico interfuit, imo præfuit. Initio ei Agrippina Agrippæ filia elocata erat. Sed illam repudiare; Juliam Augusti filiam ducere jussus est: Qvod non sine insigni animi mœrore fecit, cum & Agrippinæ consvetudine teneretur, & Juliæ mores improbaret. Cujus ipsius tædio, aut qvod Augusti nepotes, Cajum & Lucium Cæsares, metueret, octo continuis annis secessit, eq; medio se longissime removens, in insula Rhodo privatam vitam egit. Sed inde reversus, cum ipsam suam filiam Juliam Augustus ob impudicitiam relegasset, Cajo & Lucio Cæsaribus intra triennium defunctis, ab Augusto cum Agrippa postumo est adoptatus hac lege, ut prius ipse, ceu diximus, Germanicum fratris sui Drusi filium adoptaret. Atq; sic honoribus variis iterum, & inprimis tribunitia potestate, insignitus, in Germania ultra triennium bella gessit, totoq; Illyrico perdomito insignem gloriam reportavit. E Germania in urbem regressus, cum paulo post defungeretur Augustus, imperii fasces, tanqvam profundus simulator, renuere initio videbatur. Neq; enim, teste Dione libro LVII. præ se ferebat, qvæ cuperet, & sermone ab animi sui sententia diverso utebatur, negando, qvæcunq; desideraret, annuendo iis, qvæ odio haberet. Primum facinus novi principatus fuit AGRIPPÆ POSTUMI cædes, qvem jam antea ab Augusto abdicatum noverat. Hanc tamen juste decrevisse videri voluit, qvo materiam tumultus subduceret. Postea servus, nomine Clemens, Agrippam se mentitus, res Romanas graviter turbasset, nisi dolo Sallustii captus & interfectus fuisset. Dum frugi fuit, noluit se dominum dici, illudq; in ore sæpe habuit, tondendas esse oves; non deglubendas.

Comi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Comitiis è campo ad patres translatis, cum imperium suscepisset, milites in Pannonia, sub præside Junio Blæso, incitante Percennio, tumultuari, missionem à sedecim annis poscere, denarium in diurnum stipendium postulare, nonnullos ex centurionibus trucidare cœperunt. Sed DRUSUS, Tiberii filius, à cujus crudeli ingenio Drusiani gladii nomen acceperunt, illuc cum duabus prætoriis cohortibus missus, tumultum compescuit. Vehementius iisdem de causis Germanicæ legiones sub GERMANICO turbatæ sunt: & milites centurionibus nonnullis peremtis, ipso etiam S.P.Q.R. legato fere occiso, pretia vacationum, angustias stipendii, duritiam operum accusabant, ipsumq; Germanicum adversus Tiberium imperatorem postulabant, tanto tamen cum illius dolore, ut ferrum à latere direptum, elatumq; deferret in pectus, nisi proximi prehensam dexteram vi attenuissent. Tantum enim abfuit, ut imperium delatum acciperet, ut potius uxorem AGRIPPINAM cum filiolo CALIGULA in castris nato in Treviros mitteret, ipse extrema qvæq; obiturus. Tandem oratione severa turbas compescuit, & reos qvidem supplicio affici curavit, ut tamen missio daretur vicina stipendia meritis, & exauctorarētur, qvi sena dena fecissent, indulsit, fortiterq; Germanos aggressus, imperatoris jam nomine ab ipso Tiberio auctus, Rheno transmisso, Cattos vicit post dissidiū inter Segestē & Arminium, qvod demonstravimus, exortum. Hinc reliqvias & ossa Vari militumq; ante sexennium à Germanis cæsorum legit & humo texit, signaq; cum Varo amissa recepit, & ingenti class. fabricata exercitum Oceano ad Amasium flumen deduxit, bisq; Arminium & Cheruscos tanto prælio devicit, ut x. millia passuum cadaveribus atq; armis opplerentur, & nationes inter Rhenum & Albim omnes in jura Romanorum traherentur. Huic Germanici gloriæ admodum invidere occœpit Tiberius: ideoq; ex Germania revocato triumphum qvidem de Cattis & Cheruscis concessit, sed in adversam orbis partem ad Armenios compescendos ablegandum eundem judicavit. Sed & illa loca virtute Germanici oppleta sunt. Artaxiam enim regem Armeniis sedatis præfecit: cum Parthis fœdus renovavit: Ægyptū cognoscendæ antiqvitatis causa adiit: & reversus, Antiochiæ non sine dati à Pisone, qvi cum occultis mandatis illuc fuerat missus, qvemq; in omnibus acerrimum semper habuerat adversarium, veneni suspicione, ingenti cum luctu omnium populorum decessit. Agrippina uxor ejus, cui Tacitus pudicitiam impenetrabilem adscribit, cum filiolis Romam, tanto marito orba, venit: nec prius qvievit, qvam Piso veneni & maje-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

majestatis postulatus, manus sibi ipse inferret. Interea Tiberius Cappadociam in provinciam redegit, Achelao rege in urbem accito, & qvia indigne habebatur, mœrore mortuo: Thraciam item, in motus intestinos regum fratrum dissidio abeuntem, consiliorum prudentia compescuit: Tacfarinatem in Africa tumultuantem per legatos non semel in ordinem redegit, & tandem per P. Dolabellam interemit: Gallias rebellantes ducibus Julio Floro & Julio Sacroviro per Silium sub jugum retraxit. Nono imperii anno, qvo Tacitus xxv. legiones in provinciarum præsidium numerat, lapsæ imperii res, & mutatus in deterius principatus. Nam, ut jam antea lex majestatis erat reducta & in plures nimis severe exercita, ita Æl. Sejanus, cohortibus prætoriis præfectus, omnia turbare cœpit, ut sibi aditum pararet ad imperium. Liviam enim Drusi uxorem, Tiberii nurum, Cl. Drusi Germanici filiam, stupro cognovit, ut ejus opera Drusum ipsum, cui illa nupserat, veneno è medio tolleret: & tandem Agrippinam, ejusq; filium majorem Neronem callide calumniatus, publicis Tiberii, qvi ab urbe secesserat, literis accusari curavit, pluresq; Germanici amicos scelestissime oppressit. Sed ipse, detecta cupidine imperii, cum magna liberorum & amicorum strage, ut legere est apud Dionem, eversus est, cum illuc potestatis pervenisset, ut imperator Tiberius insulæ Caprearum, qvo secesserat, princeps tantum videretur. In tyrannidem jam prolapso Tiberio, Drusus Germanici filius inedia necatus est: cujus nomine PSEUDODRUSUS in Græcia sese ostentavit, sed à Sabino qvæsitus & dilapsus, nullo effectu. Agrippina postea voluntaria morte obiit. Et imperator qvidem in Campaniam secessit, & xi. annis patria caruit: sed qvanto intentius olim publicas ad curas, tanto occultior in luxus & malum otium resolutus. Ita enim à se degeneravit, ut pro Claudio Tiberio Nerone, Caldius Biberius Mero, lutumq; sangvine humano maceratum diceretur, ipseq; non veritus sit precari, ut se mortuo terra igne misceretur. Per senatum nobiles qvosq; damnari & interfici curavit, tanqvam majestatis reos, & ex omnibus familiis aliqvos perpetuis accusationibus ad necem destinavit. Nonnullos distinuit in carcere, ut vita illis esset pro supplicio: nec ante illos necavit, qvam cum iis in gratiam rediisset, ut ipse solitus fuit dicere. Sustulit præter Juliam Augusti filiam, suam qvondam uxorem, adulterii cum Sempronio Graccho insimulatam; Libonem Drusum, non tam sceleris, qvam vecordiæ convictum; Silium ingentis exercitus per vii. annos moderatorem; Serenum ab ipso filio impie accusatum; Cordum histo-

historicum, qvod Cassium dixisset Romanum ultimum. Qvæ omnia tam ægre acciderunt Coccejo Nervæ, summo in republica viro, ut, ne plura mala videret, abstinentia cibi seipsum enecaret. Tandem Tiberius, cum ingenio suo, non solum arroganti & truci, sed & occulto atq; fingendis virtutibus subdolo satis abusus fuisset, maximo cum gaudio populi, non sine suspicione veneni, vel violentæ per pulvinum injectum oppressionis, vita defunctus est, anno ætatis LXXVII. Sub eo phœnicem avem in Ægyptum venisse, autor est Tacitus libro VI. & Dion libro LVIII.

XVI. Nisi ægrum est, cognoscere velim, qvot & qvibus provinciis hoc florentis imperii sui tempore Roma præsederit.

Qvis numerus, qvæ loca classium & militum imperii Romani tempore Tiberii fuerint, legere est apud Tacitum libro IV. annalium; qvæ tempore Theodosii, in Notitia imperii. Ego hic compendio omnes provincias numerabo, ita tamen, ut illas simul adjiciam, qvæ postea ab Imperatoribus ad Theodosii usq; tempora adjectæ sunt. Accipe igitur tabellam seqventem, cui magnam partem consentiunt, qvæ in libro IV. Caroli Sigonii de occidentali imperio consignata leguntur. Paulo tamen aliter leguntur provinciæ distributæ apud Beatum Rhenanum libro II. annalium Bojorum. Imprimis confer huc Notitiam dignitatum in partibus orientis & occidentis, & in eam Gvidi Panceroli commentarium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

- In
  - Occidente
    - Sub præfecto prætorio Italiæ.
      - Italia, in qva regebantur
        - IIX. à Consularibus. — Campania. Tuscia. Picenum. Flaminia. Æmilia. Venetia. Liguria. Sicilia.
        - VII. à Præsidibus. — Samnium. Valeria. Sardinia. Corsica. Duæ Rhætiæ. Alpes Cottiæ.
      - Illyrium occidentale in qvo VII. — Dalmatia. Tres Pannoniæ. Noricum mediterraneum. Noricum Ripense. Savia.
      - Africa, in qva VI. — Carthaginensis. Bizacium. Numidia. Tripolis. Mauritania Cæsariensis & Sitifensis.
    - Sub præfecto prætorio Galliæ.
      - Gallia, in qva XVII. — Qvinq; Lugdunenses. Duæ Belgicæ. Duæ Germanicæ. Octo Viennenses.
      - Hispania, in qva VI. — Tarraconensis. Carthaginensis. Lusitania. Gallæcia. Bætica. Transfretana s. Tingitana.
      - Britannia, in qva V. — Duæ Britanniæ. Maxima & Flavia Cæsarienses. Valentia.
  - Oriente
    - Sub præfecto prætorio Orientis.
      - Oriens, ubi XV. — Duæ Syriæ. Tres Palæstinæ. Duæ Phœniciæ. Duæ Ciliciæ. Cyprus. Euphratensis. Mesopotamia. Osrhoena. Arabia. Isauria.
      - Ægyptus, ubi VI. — Ægyptus. Thebais. Superior Libya & inferior, qvæ & Pentapolis. Arcadia. Augustamnica.
      - Asia, ubi XI. — Asia princeps. Pamphylia. Hellespontus. Lydia. Pisidia. Lycaonia. Duæ Phrygiæ. Lycia. Caria. Insulæ.
      - Pontica, ubi XI. — Duæ Galatiæ. Bithynia. Paphlagonia. Honorias. Duæ Cappadociæ. Hellenopontus. Pontus Polemoniacus. Duæ Armeniæ.
      - Thracia, ubi VI. — Europe. Thracia. Hæmi montis. Rhodope. Mœsia secunda. Scythia.
    - Sub præfecto prætorio Illyrii orientalis.
      - Macedonia, ubi VI. — Achaja. Macedonia I. Thessalia. Duplex Creta. Epirus vetus & nova cum parte Macedoniæ II.
      - Dacia, ubi V. — Dacia Ripensis & mediterranea. Mœsia prima. Dardania. Prævalitana cum parte Macedoniæ II.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XVII. *Amplitudinem Romani imperii stupendam intelligo: Jam ad imperatores pedem, si placet, referemus, qvi post Tiberium præfuerunt.*

Eorum seriem prius & tempus, qvo regnaverunt, discas, qvam historiam & res gestas explicem.

IMPERATORES ROMANI GENTILES.

Anno mundi — *Anni regni*

3902. I. JULIUS CÆSAR post Pharsalicam victoriam, anno ante Christum natum XLVI. monarchiam Romæ invasit. 4

Inde ad imperium Augusti & Actiacam victoriam. 13

3919. II. OCTAVIUS CÆSAR AUGUSTUS, Cæsaris sororis Juliæ nepos. 44

Anno Christi

14. III. TIBERIUS NERO, privignus & gener Augusti, Cl. Neronis & Liviæ F. 23

37. IV. C. CÆSAR CALIGULA, Germanici Cæsaris F. 4

41. V. TIB. CLAUDIUS, patruus Caligulæ, Drusi Germanici F. 13

54. VI. Domitius NERO, privignus Claudii, Domitii Ænobarbi & Agrippinæ F. 14

68. VII. IIX. IX. GALBA: OTTO: VITELLIUS. 1

69. X. T. FL. VESPASIANUS 10

79. XI. TITUS VESPASIANUS F. 2

81. XII. FL. DOMITIANUS Fr. 15

96. XIII. M. COCCEJUS NERVA, Narniens. 1 1/4

98. XIV. NERVA TRAJANUS, optimus, Hispanus. 19

117. XV. Æl. ADRIANUS, Hispanus. 21

138. XVI. T. Æl. ANTONINUS PIUS, Gallus, gener Adriani. 23

161. XVII. & XIIX. DIVI FRATRES, nempe M. AUREL. ANTONINUS PHILOSOPHUS, gener Antonini Pii, cum suo genero L. ÆLIO VERO Antonino: qvem cum apoplexia extinctum amisisset, Avidius Cassius in Oriente frustra imperium tentavit 19

180. XIX. M. Aurelius COMMODUS Antonin, Antonini Philosophi F. 1[illegible]

193. XX. XXI. XXII. XXIII. XXIV. P. Helvius PERTINAX: M. DIDIUS Julianus: CLODIUS ALBINUS: PESCENNIUS NIGER: L. SEPTIMIUS SEVERUS Afer. 18

211. XXV. XXVI. M. Aurelius Antoninus CARACALLA Bassianus, & Antoninus Septimius GETA, filii Severi. 6

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

217. XXVII. XXIIX. Opelius Severus MACRINUS Maurus, cum filio M. ANTONINO DIADUMENIANO. 1

218. XXIX. Avitus Syrus, vulgo dictus Antoninus HELIOGABALUS, qvem Dion vocat PſeudAntoninum. 4

222. XXX. M. Aurelius SEVERUS ALEXANDER, Heliogabali consobrinus. 13

235. XXXI. XXXII. XXXIII. XXXIV. XXXV. XXXVI. duo MAXIMINI: duo GORDIANI: M. Clodius Maximus PUPIENUS & D. Cælius BALBINUS. 3

238. XXXVII. GORDIANUS III. 6

244. XXXIIX. & XXXIX. MARCUS & SEVERUS Hoſtiſianus, paucos dies.

244. XL. XLI. M. Jul. PHILIPPUS Arabs, cum FILIO cognomine: qvibus oppoſiti ſunt in oriente JETAPIANUS; in Pannoniis MARINUS; in ipſa urbe LUCIUS PRISCUS & JULIUS VALENS 6

250. XLII. XLIII. Cn. Meſſius Qvinctus Trajanus DECIUS Pannonius, & filius ejus HETRUSCUS. 1

251. XLIV. XLV. C. Vibius TREBONIANUS Gallus, & filius ejus VOLUSIANUS: illisq; adjunctus HOSTILIUS PERPENNA. 2

253. XLVI. ÆMILIANUS Maurus. 1/4

253. XLVII. Licinius Valerius VALERIANUS, à Perſis captus 6

259. XLIIX. XLIX. L. P. Aurelius Licinius GALLIENUS, filius Valeriani poſt patrē, cum fratre VALERIANO & filio GALLIENO: Sub qvibus diverſis in locis xxx. Tyranni, ceu vocantur, ſibi imperium rapuerunt. 8

[I. Odenatus Dux Palmyrenorum in oriente & in Syria. 7
II. Ejus uxor Zenobia in Syria. 7
III. IV. V. Tres Odenati filii, Herodes, Herennianus & Timolaus, in Syr.
VI. VII. IIX. Macrianus cum duobus filiis, Macriano & Qvieto, in oriente & Illyrico. 1
IX. Valens proconſul, in Achaja & Macedonia.
X. Piſo Frugi Theſſalus, in Theſſalia.
XI. Aureolus in Illyrico & Mediolani. 9
XII. Baliſta in oriente.
XIII. Æmilianus in Ægypto.

XIV.

XIV. XV. Junius Caſſius Poſtumius Labienus, & ejus filius Labienus junior, in Gallia. 7
XVI. Lollianus in Gallia.
XVII. XIIX. XIX. Victoria, caſtrorum mater, cum filio & nepote Victorinis, in Callia. 4
XX. Marius in Gallia.
XXI. & XXII. Duo Tetrici in Gallia.
XXIII. Mœonius in Oriente.
XXIV. Cyriades in Oriente.
XXV. Ingenuus in Pannoniis. 1
XXVI. Regillianus in Illyrico poſt Ingenuum.
XXVII. Saturninus in Ægypto.
XXIIX. Trebellianus in Iſauria.
XXIX. Celſus in Africa.
XXX. Cenſorinus in Oriente.]
Interregnum ob pium inter Senatum & exercitum certamen. ½
268 LI. M. Aurelius Flavius CLAUDIUS, Dalmata 2
270. LII. QVINTILIUS, Claudii frater, paucis diebus.
270. LIII L. Domitius AURELIANUS, Dacus, cui FIRMUS cyclops debellandus fuit 5
275. LIV. LV. M. Claudius TACITUS, & ejus frater FLORIANUS 1
276. LVI. M. Aurelius PROBUS, qvem tres æmuli imperii, SATURNINUS, PROCULUS & BONOSUS oppugnarunt. 5¼
282. LVII LIIX LIX M. Aurelius CARUS cum duobus filiis CARINO & NUMERIANO. 2
284. LX. LXI. LXII. LXIII. C. Aurelius Valerius DIOCLETIANUS & M. Aurelius Valerius MAXIMIANUS, qvi anno ſexto C. Valerium GALERIUM Maximianum & Fl. Valerium CONSTANTIUM CHLORUM Cæſares adoptant, & ſe tandem abdicant Ær. Chr. CCCIV. Eorum tempore per ſeptennium in Gallis imperium geſſit CARAUSIUS, & poſt eum ALECTUS. 20
304 LXIV. LXV SEVERUS & MAXIMINUS, à Conſtantio Chloro Collegæ aſſumti. 2
306. LXVI. LXVII LXXII. Fl. Valerius CONSTANTINUS MAGNUS, filius Conſtantii Chlori, M. AURELIUS MAXENTIUS,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Maximiani filius, & C. Aurel. Valer. LICINIUS Dacus. Ille eodem anno, qvo Constantinus cœpit imperare, invasit imperium, sexto post anno trucidatus. Hunc Galerius anno cccx. Augustum appellavit; xiv. post anno Constantinus capite multavit. Constantinus autem primus Christianorum imperator præfuit annos xxi. cum interea etiam in Africa Alexander purpuram induisset. 31

18. *Persequamur jam hanc seriem, &, qvalenam Caji Caligulæ imperium fuerit, primo loco videamus.*

Optimorum parentum, Germanici Cæsaris & Agrippinæ, pessimus filius Cajus Cæsar, in castris educatus, à calceamentis militaribus CALIGULA cognominatus, in omni re, ut censet Dion, sibi contrarius, non immerito Phaethon terrarum orbis, & natrix reip. à Tiberio nuncupatus est. Idem omnia Sullæ vitia & nullam ejus virtutem habiturum eum prædixerat. Viro pessimo ideo reliqvit imperium, ut memoriam scelerum suorum majoribus ejus sceleribus obrueret. Initio tam gratus fuit populo Romano, ut pro ejus ex insula Caprearum reditu CLXCIϽ victimarum cæsa tradantur. Et primo qvidem anno remp. cum laude administravit, delatamq; conjurationem rejecit, eam professus non convenire in se, cujus vita nulli fuisset oneri. Mox, qvod Tiberius de eo prædixerat, implevit, ipso Buſiride crudelior. Omnes sorores vitiavit: aviam Antoniam, socerum Silanum, adoptatum filium Tiberium, imperatoris Tiberii ex Druso nepotem, una cum ipso in tabulis testamenti imperatorem designatum, M Lepidum sororium, & plures alios, qvorum opibus inhiabat, ad mortem adegit. Deinde dominum & Deum se appellari jussit, pedumq; osculum (ecce Papa!) primus juxta Dionem admisit: qvem factum in eo graviter reprehendit Seneca lib. II. de beneficiis c. XII. cum Pompejo Penno senatori seni, cui vitam dederat, (si dat, qvi non aufert,) deinde absoluto & agenti gratias porrexisset osculandũ sinistrum pedem. Vestes etiam Diis proprias & accommodatas subinde induit & Deus videri voluit. Pantomimos & histriones, qvos Tiberius pepulerat, revocavit, totusq; ab iis dependens, tantam spectaculis impendit operam, ut, cum populus iis negligentius interesset, unam cervicem, qvam præcideret, apprecaretur omnibus. Qvin & in mari eqvitare qvodammodo cupiens, pontem extruxit inter Puteolos & Baulos, perq; eum tanqvam ludicra expeditione facta irruit, & qvasi triumphabundus postridie exiens, in ponte convivia egit. Josephus testatur lib. XIX. cap. I. cum nullum Græcanicorum templorum inspoliatum reli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

reliqvisse, & qvicqvid ubiq; terrarum pulcri fuit, Romam comportasset, hisq; spoliis palatium & hortos suos exornavisse. Qvendam suorum eqvorum, Incitatum nomine, ad cœnam qvoq; adhibebat, & ei in auro hordeum apponebat, consulemq; se eum creaturum pollicebatur, facturus, si diutius vixisset. His rationibus cum omnes in Italia pecuniæ per varias exactiones absumptæ essent, neq; ullæ ulterius artes, qvibus aurum conqviri posset, reperirentur, in Galliam, obtentu Germanici belli usus, abiit, ut & hîc, vicinamq; Hispaniam expilaret. Profectus etiam ad Oceanum, tanqvam in Britanniam bellum translaturus, milites conchylia legere jussit: qvibus partis spoliis animum sustulit, qvasi ipsum Oceanum subegisset. Cumq; varia venena conqvisivisset, qvibus plerosq; tolleret senatores, qvæq; tandem, sublato illo, in mare projecta, illud infecerunt, à tribunis prætorianorum militum, Chærea Sabino & aliis, cum filia & uxore Cæsonia, dum spectaculum in palatio agebat, peremtus est. Totum conjurationis apparatum prolixe, si qvis alius, exposuit Josephus lib. XIX. c. 1. Hoc monstrum, dicente Eutropio, Tiberii decora purgavit. Sed cives ostenderunt, sibi multas manus; unicam ipsi cervicem esse. Non qvidem caruit omni laude: nam & rationes publicarum pecuniarum jamdudum non vulgatas, exemplo Augusti, omnes conscripsit & edidit, comitia populo plebiq; reddidit, abrogatis Tiberii ea de re constitutionibus, tributum centesimarum sustulit: sed omnem illam laudem facile obliterarunt cædes, adulteria, & immensa imprimis profusio, qva ingentem Tiberii hereditatem vicies ter millies HS. non toto vertente anno absumsit.

XIX. Permitte, qvæso, ut interrogem, qva ratione hanc vicies ter millies HS. summam, & reliqvam Romanorum monetam cum nostra conferre qveam.

Illud brevibus ex iis, qvæ ex prolixa Budæi, Portii, Alciati, G. Agricolæ dissertatione contraximus, disce ex tabella seqvente.

AS-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Ⓢ I: mille sestertiū i Ste 10 sel.

sestertia ē 10000 sestertii numis (250 coronis) 100 sestertia ē 100000 sestertii Denarii, 1 Corona.

(seu 2500 coronis) 330
1000 sestertia
sunt 1000000
sestertii,
(seu 25000 coroni)
Hoc ex. ē exprimitur ē mille
sestertia,
sed ∂ Decies
sestertium,
(i: decies
100000
sestertiorū
numorū)
seu 25000 coron.
Ergo Centies
sestertia sunt
10000000
sestertiorum
numorum
250000 coroni.

ASSIS PARTES

$\frac{1}{96}$	Drachma
$\frac{1}{72}$	Sextela
$\frac{1}{48}$	Sicilicus
$\frac{1}{36}$	Duella
$\frac{1}{24}$	Semuncia
$\frac{1}{12}$	UNCIA, XII pars assis
$\frac{2}{12}$	Sextans $\frac{1}{6}$
$\frac{3}{12}$	Qvadrans $\frac{1}{4}$ seu Teruncius
$\frac{4}{12}$	Triens $\frac{1}{3}$
$\frac{5}{12}$	Qvincunx
$\frac{6}{12}$	Semis $\frac{1}{2}$
$\frac{7}{12}$	Septunx
$\frac{8}{12}$	Bes $\frac{2}{3}$
$\frac{9}{12}$	Dodrans $\frac{3}{4}$
$\frac{10}{12}$	Decunx
$\frac{11}{12}$	Deunx
$\frac{12}{12}$	AS, PONDO aut LIBRA AERIS seu numus æreus libralis.

ASSES

1 Libella, X pars denarii.	100	sunt	2$\frac{1}{2}$ Denarii seu 2$\frac{1}{2}$ Coronati, aureus Romanus.
1$\frac{1}{2}$ Sesqvias.			
2 Dupondium.	200		50 Denarii seu 5 Coronati.
2$\frac{1}{2}$ SESTERTIUS NUMUS seu Numus simpliciter, qvi sic scribitur HS vel IIS.	400		MINA, seu libra argenti, 10 Coron.
NUMI	1000		SESTERTIum $\frac{1}{2}$ minæ s. 25 Coronati. 30 thal.
SESTERTII	4000		100 Coronati.
	10000		250 Coronati.
3 Tressis.	20000		500 Coronati.
5 Semidrachma.	24000		TALENTUM ARGENTI seu 600 Coronati. 720 th.
10 DENARIUS seu Decussis & DRACHMA: Valet 4 Sestertiis seu 3 argenteis Misnicis.	32000		TALENTUM MAGNUM seu 800 Coron. 1000 th.
20 Didrachmum, seu Bos, seu SICLUS VULGARIS 6 arg. Misn. pondere Semiloti.	264000		TALENTUM AURI, qvod continet XI talenta argenti, seu 6600 Coronat. 7920 th.
40 Tetradrachmū seu STATER ARGENTEUS, seu SICLUS SANCTUARII, qvi valet $\frac{1}{2}$ Rhenano seu seu 4 denariis, pondere 1 Loti.	1000000		DECIES HS, vel simpliciter DECIES subintellige 100000 HS. & sunt 25000 Coronati, 30000 th.
	2000000		VICIES, & sunt 50000 Coronati. 60000 th.
	5000000		QVINQVAGIES seu 125000 Coron.
	10000000		CENTIES s. 250000 C.
	100000000		MILLIES s. 2500000 Coron.
	1000000000		DECIES MILLIES sc. 100000 HS. & sunt 25000000 Coron.
80 IMPERIALIS THALERUS,			

q continet 8 Denarios, i: 32 sest.;
Coronatus vero qtinet
10 Denarios, i: 40 sest., 100 asses.

Librales erant asses usque ad primū bellū Punicum, deinde facti sextantarii, h.e. ex uno asse seni, q tm tantundem valerent. Post unciæ unciæ, tandem semiunciæ facti sunt. Quia a. diversis temporibus differebat assiū pondus, idcirco Scriptores, si de assibus libralibus loquantur, æs grave appellant.

Ante Servium Regem erat æs rude, & pendebat, hinc vocabula impendiū, dispendiū &c.

Ex his intelligitur, qvanta summa sit vicies ter millies HS. qvam uno anno absumsit Caligula. Merito illam admireris. Sunt enim qvingenties, septuagies, qvinqvies centena millia Coronatorum, fere nongenties qvadragies qvater centenorum millium aureorum, qvi, ceu solemus loqvi, ɔcccccxliv. tonnas auri conficiunt, qvarum singulæ centena aureorum millia continent.

XX. *Romanæ monetæ valorem recte inqvirere, jucundus simul & necessarius labor est. Sed ad CLAUDIUM, Caligulæ patruum & successorem, nostra se vertat oratio.*

Cajo Caligula, ut diximus, sublato, in senatu plurimi populo summam reip. restituendam esse censuerunt, & jam genti Cæsarum, sexui etiam muliebri, omniq; affinitati magnum imminebat periculum. Sed ne libertatem recuperaret Roma, milites obstiterunt, qvi Claudium Drusi filium, Augusti & Liviæ nepotem, à Caligula ad ludibrium reservatum, in obscuro angulo latitantem jam qvinqvagenarium, imperatorem salutavere. Nec ille sine reip. incremento cœpit rebus præesse. Conjuratis enim cum Chærea interfectis, majestatis accusationes abolevit: pensiones à Caligula institutas antiqvavit: venena & libros Caligulæ, gladii & pugionis titulis insignitos, submersit, cremavit: ne qvis sese adoraret, edixit: tabernas cauponum sustulit: multas ferias, qvibus maxima pars anni absumebatur, abrogavit: pomœrium urbis protulit: portum egregium admirando opere ad ostia Tiberis, ut rei frumentariæ melius prospiceret, exstruxit. Felicitate etiam in bellis non exigua usus est. Per Galbam Cattos; per Gabinium & CORBULONEM, egregium militaris disciplinæ restauratorem, Marsos seu Chaucos; per Svetonium Paulinum Mauros fregit aut subegit. Numidiam etiam per legatos pacavit. Mithridatem Ponti regem acie victum Romam adduci curavit. Vannium Svevorum regem regno pepulit. Britanniæ partem, qvam nullus Romanorum post Julium Cæsarem attigerat, & Orcadas Insulas sine sangvine per Plautium & VESPASIANUM imperio adjecit, inq; eam ipse navigavit. Sed plura fuere, ob qvæ maxime culpandus erat. Ex cædibus enim, qvas in muneribus gladiatoriis continenter editis fieri curabat, ad reliqvas inde neces pronior factus est. Et cum insidias sibi fieri comperiretur, nulli porro dignitati, nulli sexui pepercit, si qvis vel in minimam suspicionem incidisset. Sic igitur factum est, ut multi voluntariam obirent mortem, & nulla virtus alia, qvam fortiter mori, haberetur. Expulit urbe Christianos, qvos

Y y · Sveto-

a-0 ad p. praed. dispendii, libripendii, dispensatoris, etc. Quod argentum, scribit Plinius illud signatum esse quinquennio ante primum bellum Punicum. Nec aliter Eutropius in ... Varro a. dicit Servium Tullium primum signasse nummum argenteum. ... Populum Rom: ob ... hoc postea ... Voss. in Etymolo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Svetonius Judæos impulsore Christo assidue tumultuantes vocat. Ipse qvidem literatus erat, & tres novas literarum formas, brevi tamen obliteratas, prioribus addidit, sed stoliditati ejus nativæ nullæ literæ medelam adhibebant. Inter cætera in eo mirati sunt homines & oblivionem & inconsiderantiam. Eam ob causam nemo unqvam evidentius à famulis & mulieribus se regi passus est. MESSALINA ejus uxor atq; liberti jus civitatis, exercituumq; regendorum & præfecturarum officia publice vendebant. Eadem Messalina, ut ait Dion, cum ipsa libidinose vivebat, tum alias mulieres ad impudicitiam invitabat, multasq;, ut in ipso palatio in præsentia ac conspectu maritorum se prostituerent, adegit: qvin & maritos simul multos habere voluit, & C. Silio nupsit, nuptiasq; magno sumtu paravit, regiamq; ei donavit, pretiosissimis qvibusq; Claudii rebus in eam congestis: deniq; consulem eum designavit. Hinc de illa Juvenalis:

Et lassata viris nondum satiata recessit.

Hæc omnibus audita visaq; solus Claudius, qvi Ostiam iverat, ignorabat. Qvamprimum autem à Narcisso, homine ea tempestate potentissimo, ut qvi amplius qvater millies possideret, rem comperisset, Messalina necata, Agrippinam Germanici fratris sui filiam infamibus nuptiis, qvas tamen senatus probabat, duxit, nihilo meliorem, qvæ eum paulo post venenato boleto sustulit. Cum namq; Claudius filium suum BRITANNICUM, ex Messalina sibi natum, ad imperii fasces evehere conaretur, illa Neroni filio, qvem curaverat à Claudio & adoptari & generum constitui, axioma illud acqvisitura, venenum imperatori per veneficam filiam Locustam obtulit, & lugere se eum, qvem necaverat, simulans, in cœlum inter Deos evexit. Sic, ut Nero jocari solitus fuit, boleti esu Deus factus, aut, ut Senecæ frater L. Junius Gallio urbane dixit, unco in cœlum attractus est. Et hæc est illa faceta ἀποκολοκύνθωσις, qvæ extat apud Senecam.

XXI. *Varium narras Claudii & stolidum ingenium. Sed qvid post eum NERO privignus?*

Matrem ille habuit ferocissimam AGRIPPINAM: cujus consiliis cum statim ad cædes videretur Nero incendi, prudenter SENECA & BURRHUS, præfectus prætorianorum militum, ille præceptis eloqventiæ & comitate honesta; hic militaribus curis & severitate morum insignis, se opposuerunt, principisq; ætatem lubricam ad virtutem adsvefecerunt: qva tamen tantorum virorum industria nihil aliud præstitum est, qvam ut flagitiis & sceleribus velamenta qværerentur. Ferunt Agrippinæ con-

sulem-

sulenti super Nerone, hoc responsum à Chaldæis datum, fore, ut imperaret qvidem, sed matrem occideret: atq; illam: occidat, dum imperet: regessisse. Factum est. Matrem enim Nero tandem peremit. Illa ipsum filium, ut ante id alios, ad incestum sollicitaverat, & cum id Seneca prudenter inhibuisset, cœpit filio ejusq; libidinibus palam obsistere, iraq; & affectibus dominari nescia, privigno Britannico Claudii filio favere. Sed Nero & Britannicum sustulit, ut antea sustulerat Narcissum, & navem componi curavit, qvæ per artem in mari soluta matrem effunderet ignaram. Evasit tamē illa, sicut ante vel ter veneno tentata evaserat, & percussoribus tandem, cum vix è maris periculo emersisset, immissis, caputq; petentibus uterum feriendūm dedit, his additis verbis: Hic est, hic fodiendus ferro, monstrum qvi tale tulit. Meruerat ædepol Agrippina. Nam à philosophia, cujus omnes fere partes puer attigit, eum averterat, qvasi imperaturo contraria esset. Inde Nero, cum Senatus cædem matris approbasset, ad deterrima qvæq; prolapsus, currus agitavit, in scena cantavit, transmisit in Achajam, non ut laudem inde qværeret, sed certamina athletarum obiret, cithara caneret, tragœdias ageret: indeq; rediit in curru triumphali, tanqvam ex omnibus certaminibus Olympicis victor, faustæq; ei acclamationes ab adulatoribus factæ sunt: Ova, victor Olympice: ova, victor Pythice Ut vero Claudius omnia Narcisso & Palanti, ita ipse omnia Tigellino & Helio Cæsareano concredidit, legemq; majestatis ausu crudeli revocavit & nefario. Primo qvidem qvinqvennio sub Senecæ moderamine moderate egit, nisi qvod lascivi per noctem discursus instituerentur: sed ingratus discipulus Senecam primo à se removit, & tandem tanqvam conjurationis reum cum multis aliis perimi, venis interfectis, curavit. Senecam ex Dione refert Xiphilinus reum factum multorum scelerum, imprimis qvod rem cum Agrippina habuisset; nec in hac re solum, sed in plerisq; aliis contra facere visum esse, qvam philosophabatur. Cum enim tyrannidem improbaret, tyranni præceptorem fuisse; cum insultaret iis, qvi cum principibus versantur, ipsum à palatio non discessisse: coluisse reginas & libertas: qvorundam laudationes composuisse, cum detestaretur assentatores: reprehendisse divites eum, cujus facultates erant ter millies: qviq; luxum aliorum damnabat, qvingentos tripodas habuisse de ligno cedrino, pedibus eburneis, similes & pares inter se, in qvibus cœnabat. Sed hæc ex Dione. Nero tandem totus lasciviæ deditus, non solum virgines Vestales, & alias indiscretim feminas, sed & sorores stupravit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

& omnia luxu & libidine polluit, & amictus nubentium virginum specie, palam dote dicta ſtupratori nupſit. Pythagoras is fuit, qvi pro viro (ſit honos auribus) Sporus pro uxore cum eo concubuit. Nec ipſi ſatis erat matrem occidiſſe: ſuſtulit etiam Antoniam amitam: ſuſtulit Octaviam Auguſtam adulterio falſo inſimulatam: cujus tamen muliebria, dicente ancilla, caſtiora erant, qvam os Tigellini, qvi eam accuſaverat: ſuſtulit Poppæam jam prægnantem, uxorem alioqvin perdilectam, ante conjugium adulterio ſibi cognitam, & cujus cauſa Octaviam peremerat, ictu calcis percuſſam: ſuſtulit innumeros alios, & inter illos Burrhum: Priamumqꝫ beatum dixit, qvod ſimul cum regno patriam perditam vidiſſet. Reliqvi autem omnes, mortuos beatos dixere. Vox ejus plane tyrannica nota eſt: Hoc agamus, ne qvis qvicqvam habeat: nec ſine cauſa crudelitas Neroniana locum dedit proverbio. Non igitur ſine cauſa, teſte Svida, Chæremon, ejus præceptor, eum vocavit lutum ſangvine maceratum. Imprimis conjuratio, à C. Piſone inita & detecta, multis exitium attulit & totam urbem complevit funeribus. Prævidерat ea omnia pater ejus Domitius Ænobarbus, non multo melior filio, omni parte vitæ deteſtabilis. Ideoqꝫ non falſo augurio dixit: fieri non poſſe, ut ex ſe & Agrippina vir bonus naſceretur. Urbs, fortean dolo ejus incertum, (nam utrumqꝫ autores prodidere, inqvit Tacitus) igne fere tota totis ſex diebus conflagravit, & ex XIV ejus regionibus qvatuor duntaxat integræ remanſere, & ipſi Penates populi Romani cum templo Veſtæ in flammas abiere. Cladem ille cantu de Trojano excidio honoravit, & culpa in Chriſtianos conjecta, urbem novis ornari ædificiis curavit. Ferunt etiam hoc de eo, ut luxum videas immenſum, qvod aureis retibus piſcari, nullam veſtem bis induere, nunqvam carrucis minus mille iter facere, ſoleas mulis argenteas ſuffigere ſolitus fuerit, & divitiarum atqꝫ pecuniæ fructum alium non putaverit, qvam profuſionem. Interea bellum adverſus Parthos feliciter geſſit, Armeniisqꝫ regem Teridatem impoſuit, & qvia nullum videbatur bellum reſiduum, Janum geminum clauſit. Cujus tamen beneficio hæc præſtiterat, Corbulonem, virum meritiſſimum, cum omnibus fratribus occidi curavit. In Britannia legiones à Bunduica, femina heroina, qvæ exercitu CXX milliũ educto populares, ut à Romanis deficerent, induxerat, ingentem cladem acceperunt, & tota fere provincia amiſſa eſt. Sed Svetonius Paulinus, qvi illam amiſerat, mira conſtantia & unius prælii ſucceſſu rem ſubito reſtituit. Tandem præfectus Galliæ Julius Vindex, pertæ-

ſu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſus tyrannidis, Galliam adverſus Neronem excitavit, & GALBAM, Hiſpaniæ proconſulem, cum magnis copiis ſibi adjunxit. Milites etiam in Germania Rufum præfectum ad imperium invadendum incitarunt, qvi tamen, qvod ad S. P. Q. R. pertinebat, recuſavit. Nero, cognita militum defectione & conjuratione Vindiciana, interficere ſenatores, incenſaq; urbe Alexandriam navigare conſtituit, ut ſe cithara aleret, memor illius ſui vulgati: Qvævis terra alit artificem. Sed ubi ſenſit, ſe etiam ſuis ſtipatoribus nudatum, cum tribus vel qvatuor libertis fugit, & aliqvantulum in prædio liberti qvarto ab urbe lapide delituit. Poſt ubi eqvites adventare ſentiret, nec tamen, uti ingemuit, amicum, à qvo defenderetur, nec inter libertos inimicum, à qvo confoderetur, inveniret, ipſe anno ætatis XXXII. Erinnybus & furiis agitatus, ſpectrisq; occiſorum territus, ſibi manus, tantus, ut dixit, artifex eo die, qvo olim Octaviam conjugem interfecerat, intulit, Epaphrodito ægram juvante dexteram. Sulpitius Severus libro II. ſacræ hiſtoriæ refert, opinionem invaluiſſe, Neronem curato vulnere ſervatum, ut ſub fine mundi myſterium iniqvitatis tanqvam Antichriſtus exerceat. Et ſtatim, anteqvam Otto & Vitellius de imperio acie confligerent, qvidam PSEUDONERO Achajam & Aſiam falſis ludibriis turbavit: ſed facile in primis motibus à Calpurnio Aſprenate Galatiæ præfecto eſt oppreſſus.

XXII. Satis de monſtro illo immani Nerone. Qvid vero GALBA? Qvid OTTO? qvid VITELLIUS?

GALBÆ ex nobili Sulpitiorũ familia jam prædixerat Tiberius, fore, ut imperium deguſtaret. Cum igitur Nero ſe percusſiſſet, Julius Vindex etiam, ob militum tumultus, qvibus ſedandis par non erat, ſibi mortem conſciviſſet, Galba ſenex imperator declaratus, Romam venit. Obviam venienti proceſſere prætoriani milites Neronis, rogantes, ut in eodem militiæ gradu retinerentur. Eo rem deliberaturo, tumultuati ſunt. Exercitu igitur immiſſo, VII. millia ex iis trucidari; reliqvos decimari juſſit, ne imperator videretur aliqvid coactus egiſſe, aut milites emiſſe, non legiſſe. Interea nuncii de Germanica ſeditione, qvam moverat Vitellius, crebri afferebantur. Galba igitur Piſonem Licinianum adoptavit Cæſarem, qvem illuc mitteret. Id M. Silvium OTTONEM Luſitaniæ olim proprætorem, qvi Poppæam uxorem Neroni commodaverat & elocaverat, ægre habuit. Ideoq; ſpe ſua dejectus, animum ad utriusq; cædem appulit, & rem perfecit, conciliatis ſibi prætorianis, qvos nimis avare habuerat Gal-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ba, in pecuniis coacervanda inexplebilis, & mire à T. Vinio, Corn. Lacone & Martiano liberto circumductus, qvos ob id vulgo principis pædagogos vocabant. Sic cum Pisone trucidatus est Galba post septimum vel nonum imperii mensem. Illius ultimum verbum ferunt fuisse: Qvid enim male feci? Item: Age, feri, si ita è rep. videatur. Ottoni in imperium evecto mox æmulus & hostis VITELLIUS ex Germania inferiori se opposuit. Cui etsi ab initio nonnullæ legiones resistebant, tumultu tamen sedato, vivo adhuc Galba, principis nomine assumto, perrexit in Italiam, exercitu sub duobus ducibus Valente & Cæcina diversis itineribus illuc deducto. Otto duces contra & copias paravit: sed non sine prætorianorum tumultu. Utrinq; provinciæ in auxilium solicitatæ. Dumq; Otto, omissa urbe, in Galliam adversus Vitellium ibat, Titus, VESPASIANI præfecti Judææ filius, ad gratulandum Galbæ missus, audita ejus cæde, in itinere substitit, & ad patrem reversus, cum eodem consilia de imperio ad se pertrahendo agitavit. Otto autem & Vitellius ad Cremonam acie concurrerunt, & utrinq; XL millibus desideratis, Otto tandem cedere coactus, magno cum militum dolore in ferrum incubuit, vir Nerone melior non futurus, etsi probitatem initio imperii simularat. Sed qvi pessimè vixit, mortuus est honeste, & imperium magno scelere partum um maxima virtute deposuit, ut inqvit Dion. Tacitus eum censet tantundem apud posteros meritum bonæ famæ, qvantum malæ. His ita actis Vespasiano Mutianus præfectus Syriæ persvadet, ut suscipiat imperium. Legiones in ejus nomen jurant: summo studio paratur bellum: petitur ab Antonio legato Italia: Classis Ravennas ad eum & Vespasianum deficit: ipse Cæcinas in partes ejus inclinat: Ad Cremonam denuo pugnatur: Vitelliani fugantur: castris exuuntur: Cremona omni cladium genere exercetur; ipsa Roma petitur: Ibi Sabinus Vespasiani frater à Vitellianis in Capitolio occupato obsessus capta arce occiditur; Domitianus ejus filius fuga inde sibi consulit: templũ Jovis Capitolini conflagrat: urbs luxu diffluens funeribus completur & diripitur: Vitellius fuga cæditur. Imperium ejus, qvod annum, si septem dies demas, duravit, non nisi ebrietas & comessatio fuit. Exiguo hoc tempore perhibetur in cœnas novies millies sestertiũm absumpsisse. Fuit Astrologis iniqvior: ideoq; iis edixit, ut intra certum diem ex omni Italia excederent. Illi contra scripto edito diem ei præscribunt, intra qvem è vita excedat. Nec fefellit eos præsagium. Nam interfectus est apud Gemonias Vitellius, ut diximus, & corpus ejus plebs unco in Tiberim traxit.

XXIII. Qva-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XXIII. *Qvalenam imperium fuit VESPASIANI & filiorum ejus TITI & DOMITIANI?*

Vespasianus, cui Josephus antiqvitatum Judaicarum scriptor imperium prædixerat, est primus post Octavium Augustum princeps laude dignus, qvi unus accepto imperio, ut inqvit Tacitus, melior factus est. Oriundus est ex Flavia gente, & tribunatu militum in Thracia meruit. Qvæstor Cretam & Cyrenas provinciam sorte cepit: à Claudio deinde legatus ad legiones in Germaniam missus, inde in Britanniam profectus, tricies & bis cum hoste conflixit, duasq; validas gentes, xx. oppida & insulam Vectam Britanniæ proximam imperio Romano adjecit, ut est in Eutropii breviario. Tantis meritis triumphalia ornamenta, duplex sacerdotium, consulatum etiam obtinuit. Missus tandem cum exercitu adversus Judæos rebellantes, Ottone atq; Vitellio de principatu contendentibus, ipse, ut diximus, in spem imperii venit. Illud nactus, urbem incendiis & ruinis deformem instauravit: Jano clauso templum pacis & amphitheatrum extruxit: senatorium atq; eqvestrem ordinem suæ dignitati restituit: judicia ordinavit: militiæ leges redintegravit: provinciarum numerum auxit: limites circumscripsit. Inter cætera ejus laudabilia illud singulare fuit, inimicitias oblivisci, contumelias contemnere, stantem mori. Nullius unqvam cæde lætatus, justis etiam suppliciis illacrimavit & ingemuit: ingenia & artes vel maxime fovit: primus è fisco Latinis Græcisq; Rhetoribus annua centena constituit: aliqva tamen avaritiæ labe notatus, ut qvi odorem ex re qvalibet bonum arbitratus. Ex lotio etiam lucrū qværebat: qvod tamen omne in usus publicos vertere visus est. Vulgo dictus est officiarios suos habere pro spongiis, qvia rapacissimum qvemq; promovere solebat, ut veluti spongiam, siccos madefaceret, & humores exprimeret. Svetonius & Tacitus testantur eum Alexandriæ cæcum, & alterum siderata manu ægrum, monitu Serapidis Ægyptiorum Dei ad eum recurrentes, sputo & pedis contactu sanavisse. Imposturis scilicet dæmonum calumnia qværebatur sparsis jam per orbem Christi miraculis: de qvo qvid senserit Vespasianus, inde constat, qvod, teste Eusebio, qvoscunq; ex familia Davidis investigare poterat, necavit. Hujus tanti imperatoris tempore novi belli Germanici initium per Batavos, duce Civili, extitit, in qvo præsidiis ejectis castella Romanorum exusta, & Aqvilius primipilaris, Lupercus legatus, & Herennius Gallus cæsi sunt. Vocula qvoq; qvi contra Civilem duxit, primo fugatus est: sed postea præter spem superior

evasit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

evasit. Treviri etiam & Lingones à Romanis defecere: ipsis legionibus Gallicis seditioni involutis. Sed Germanos, Vindeliciam & Rhætiam invadentes, muneribus & stipendiis persolutis sibi imperator per Petilium Cerealem conciliavit. Gallias misso Domitiano filio pacavit. Erat in illis JULIUS SABINUS, vir amplissimus, Julio Cæsare prognatum sese mentiens. Hic tumultus magnos exercitu etiam conscripto excitavit. Sed victus in loco subterraneo IX. annos cum uxore delituit, & filios genuit, donec protractus, ultimum subiret periculum. Vespasianus Achajam, Lyciam, Rhodum, Byzantium, Samum, Thraciam, Ciliciam, Comagenam in provinciarum formam redegit, & insignem de Judæis cum filio Tito triumphum egit, in qvo, qvicqvid apud illos decorum fuit inventum, Romam est traductum. Memorabile est, qvod templum Hierosolymitanum everterit; Capitolinum in bello civili antea concrematum instaurarit, Deoqve ita undiqvaqve Judæis indignanti se organon præbuerit. Et hac ipsa de causa omnem Judæorum terram jussit divendi, præsidio tantum relicto Nicopoli, qvæ antea Emmaus dicebatur, & Cæsareæ maritimæ ad Turrim Stratonis jure immunitatis & civitatis Romanæ dato. Triumphum ejus, in qvo lex Judæorum, novissima spoliorum, portabatur, Josephus lib. VII. de bello Judaico cap. XXIV. luculenter describit, ut & ipsum bellum Judaicum, de qvo videri etiam poterit nostrum Syntagma ecclesiasticum. Cum ante obitum ejus repente mausoleum Cæsarum patuisset, & simul crinita stella fulgeret, aliis interitum ejus portendi interpretantibus, ille prius ostentum dixit pertinere ad Juliam Calvinam, tanqvam de gente Augusti natam; alteram ad Parthorum regem capillatum: morboqve ingravescente fore jam dixit, ut Deus fieret, qvia mortuos Cæsares per stultam apotheosin Romani in numerum Deorum referebant. Successere Vespasiano filii, TITUS, qvi jam ante in Britanniis patrem à Barbaris circumdatum, à periculo explicuerat, per biennium; & DOMITIANUS per annos qvindecim. Titus ob modestiam & probitatem, animumqve erga subditos vere paternum, amor & delitiæ generis humani dictus, in imperio nullum scelus edidit, nec ullum unqvam à se tristem discedere voluit, sed diei jacturam sibi fecisse visus est, si nihil cuipiam se præstitisse vesperi recordaretur. Domitianus initio bonus, postea à se degenerans, profusionibus, libidinibus, iracundia, sævitia omnia patris & fratris merita abolevit: Deus & Dominus & virginis, Palladis scilicet, filius dici, coli & adorari voluit; iners muscarum captator, senatorum nobilissimos qvosqve

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

aut interfecit aut removit; philoſophos urbe ejecit. Tam diſpar hoc par fratrum fuit. Titus imperii limites non defendebat ſaltem, ſed & amplibat, inq; Britannia per Cn. Julium Agricolam legatum bellum gerens, eousq; copias producebat, donec extremis qvibusq; ejus oris perluſtratis & ſubjugatis, eam eſſe inſulam primus cognoſceret. Et licet ſub eo Veſuvius mons exardeſcens, (qvo incendio duæ urbes ſedente in theatro populo everſæ, & Plinius ſenior rei novæ ſpectator improvidus oppreſſus eſt,) cineresq; in Africam, Syriam, Ægyptum ſparſi, ut Dion teſtatur, univerſo orbi metum incuteret, Romam etiam ipſam fortuita incendia defœdarent, qvibus denuo abſumtum eſt, præter Pantheon, Jovis Capitolini templum: omnia tamen in imperio pacata erant & qvieta. Sed ſub Domitiano longe majus damnum acceſſit. GERMANI enim, qvia ſordidus ſtipendia illis negabat, irritati, fœdere in communi concilio inito, transmiſſo Rheno, Galliam, Rhætiam, Vindeliciam, Noricum, Pannoniam, Mœſiam, provincias Romanorum, Agrippa, Pompejo, Sabino, Fuſco cum legionibus cæſis, igne ferroq; devaſtarunt, nec jam de libertate ſua, ſed de ſervitute Romanorum certarunt. Emta tamen de ipſis pax eſt annuis tributis, ut ſe trans Rhenum, Danubiumq; continerent. In Dacia etiam, qvæ nunc Tranſilvania dicitur, & in Moldavia, qvæ nunc eſt Walachia, DECEBALUS, rex omnibus boni ducis artibus inſtructus, bello Domitianum petiit, & diu, non ſine præcipuorum ex Romanis ducum clade, vires Romæ fortiter ſuſtinuit: nec prius ceſſàvit, qvam à Trajano duobus bellis fractus, ſibi manus inferret, ut paulo poſt dicemus. His cladibus Domitianus nihilo factus cautior, etſi pius videri voluit, dum templa ſub Tito concremata ſuis impenſis reſtituit, variis tamen ſe ſceleribus inqvinavit, nec à cædibus ampliſſimorum virorum abſtinuit. Certior enim factus de Antonii, Germaniæ præfecti, rebellione, omnibus cœpit diffidere. Pompuſianum occidit, qvod orbem terrarum in parietibus cubiculi depictum haberet, & conciones ducum atq; imperatorum in Livio legeret. Patruelem ſuum Flavium Clementem, una cum Fl. Domitilla conjuge, qvia Chriſto nomen dederat, vita exuit. Ruſticum Arulinum & alios, qvod philoſophabantur, interfecit, cum tamen ante id ipſe bibliothecas, qvæ incenſæ fuerant, reſtituiſſet: feſtivus admodum, ſi alios terrefacere poſſet. Convivium enim aliqvando nocturnum primoribus ſenatorii & eqveſtris ordinis adornavit, in qvo pueri nudi atramento obliti, tanqvam ſpectra, horribili ſaltatione vagabantur, ipſeq; de omnibus rebus, qvæ ad mortes & cædis

perte-

pertinent, sermonem habuit, & summum tandem metum, qvem omnibus incusserat, muneribus magnis diluit. Cum annis qvindecim imperium usurpasset, immanis Christianorum hostis ab uxore Domitia Longina, qvæ reperto interficiendorum catalogo se inter illos qvoq; deprehenderat, & re cum damnatis communicata, Nervam ad suscipiendum imperium persvaserat, in palatio per ministros occisus & sepultura indignus habitus est.

XXIV. Post Domitianum in serie imperatorum Romanorum supra adscripsisti NERVAM, TRAJANUM, ADRIANUM: qvales se illi in imperio gesserunt?

Non habuit Roma unqvam longiori serie probos imperatores, qvam hæc ætas. COCCEJUS NERVA Narniensis, primus secundum Victorem ex peregrinis imperium assumsit: actis Domitiani rescissis, proscriptos revocavit: pretiosa qvæq;, ut pecunia pro militibus conficeretur, divendidit: afflictas civitates relevavit: ut puellæ puerìq; nati parentibus egenis sumtu publico per Italiæ oppida alerentur, nec mares castrarentur, jussit: &, dum ob senectam se rebus gerendis intelligeret imparem, M. ULPIUM TRAJANUM, virum omnibus virtutibus præluſtrem, ex Hispaniis oriundum, tunc in Germaniis agentem, adoptavit & Cæsarem appellavit: cumq; eo tribus vixit mensibus, & postea febri extinctus, in monumento Augusti depositus est. Trajanus non fefellit spem de se conceptam, domi sanctus, in armis fortis, utrobiq; prudens: cujus felix imperium è fastigio Capitolii cornix Atticis sermonibus effata est: ἔςαι πάντα καλῶς. Talem se gessit privatis, qvales sibi imperatores privatus optasset: & meruit, ut, si qvi laudarentur, ceu Augusto feliciores, sic Trajano dicerentur probiores, ipseq; à senatu cognominaretur optimus. Has virtutes didicit à præceptore PLUTARCHO, cujus doctrinis imbutus, cum fasces imperii suscipiebat, si recte ageret, ad sui munimentum; sin aliter, in se stringi gladium voluit. Laudes tamen has omnes minuerunt edicta in Christianorum sodalitia vetita: unde tertia illorum persecutio. Ad educationem liberorum, qvam firmissimū reip. fundamentum esse non ignorabat, scholas passim in Italia aperuit, & qvinq; mille pueros, ut est in panegyri Plinii, ex omni imperio selectos in eo vitæ genere erudiri curavit, in qvod natura proclives videbantur. Fisci augendi rationem modice habuit, cumq; vocavit lienem, qvo crescente reliqvi artus contabescerent. Qvod autem multos usurpabat titulos, non insulse postea Constantinus Imp. eum vocabat herbam parietariam. Bella plurima gessit. Decebalum Daciæ regem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

regem, non tantum copiis suis Germanicis (Dacos enim Germanos fuisse in Transilvania & Moldavia, alibi dictum est) sed & Sarmaticis auxiliaribus fretum, duplici expeditione invasit. Utrumq; bellum Caninius Rufus Græcis versibus descripsit, ut legere est apud Plinium epistola VIII. qvi ipse testis est, nullam recentiorem materiam, copiosiorem, latiorem, magisq; poeticam & in rebus verissimis fabulosam scribi & vulgari potuisse, qvia in his duabus expeditionibus nova flumina terris immissa, novi pontes fluminibus injecti, insessa castris montium abrupta, pulsus etiam regia, tandemq; vita, rex nihil desperans. Intra qvinqvennium domita est Dacia, & in provinciæ formam redacta. Prima expeditione Decebalus rex, cum regia ejus esset occupata, ad pacem petendam est adactus; altera ad mortem sponte sumendam. Thesauros ejus in Sargetia flumine, qvem de cursu suo averterat, occultatos Trajanus repertos partim distribuit, partim secum in triumphum, qvem ex Dacia duplicem retulit, avexit. Confecto bello Dacico ad Orientem arma convertit. Ibi Armeniam, qvam Nero Tiridati concesserat, victo Parthamasiride rege, recepit, & inter provincias postea habuit. In Assyriam deinde contra regem Parthorum copiis traductis, plurima loca, ipsamq; Babylonem occupavit, & in ipsa regia Ctesiphonte Parthis regem dedit Parthamaspatem: &, si per ætatem licuisset, per Oceanum, qvem vidit ad mare rubrũ, in ipsam qvoq; Indiã trajecisset. Omnia tamen fere loca ultra Euphratem iterum amisit, & tandem post ingentem gloriam belli domiq; qvæsitam è Perside rediens, postqvam Arabiam qvoq; petrosam per præfectum Syriæ Palmam in provinciam redegerat, immanem Judæorum seditionem per L. Qvietum & M. Tuberonem compescuerat, & plures reges in fidem receperat, prope Seleuciam Isauriæ profluvio ventris decessit, adscito prius in partes imperii Æl. Adriano. Tantum reliqvit Romanis suis desiderium, ut ei uni & triumphus mortuo, & sepulcrum in urbe daretur. Triumphum qvidem de Parthis & Armenis post Trajanum vita functum Adriano senatus deferebat: sed ille modeste recusavit, & statuam Trajani curru triumphali devexit in urbem. Et paulo post erecta est in medio Trajani foro columna qvadrata marmorea, qvæ adhuc Romæ visitur, CXXVIII. pedes alta, cujus basis singulis lateribus pedes XX. & ita in universum LXXX. pedes continet. Inde intra columnam per CCXXXIV. gradus conscenditur ad fastigium, lucem fenestellis XLIII. ministrantibus. Huic columnæ, cujus moles XXXIII. marmoreis lapidibus ingentibus stupendæ magnitudinis constat, integrum septennium artifices

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

impenderant, & incredibili artificio insculpserant, qvicqvid in utraq; in Dacos expeditione præclare gesserat. Morte autem præventus Trajanus columnam sibi dicatam non vidit, sed senatus cineres ipsius in urbem relatos intra auream pilam in summitate Romani Mausoleli condi, ejusq; statuam XXI. pedum superimponi jussit. Imagines columnæ arte chalcographica extant expressæ, & per Alf. Ciaconum de utroq; bello Dacico explicatæ. Cæterum fabula extat de anima Trajani, ad preces D. Gregorii papæ ex infernis liberata: qvam etsi Baronius ipse refellit, tamen Ciaconus integro tractatu rem verecontigisse voluit persvadere. Est autem hæc, ne ignoretur: Trajano ajunt in Daciam expeditionem proficiscenti, necdum urbem egresso, pauperculam anum occurrisse: conqvestam, natum sibi unicum à neqvam juvenibus esse interfectum, & cum judices largitionibus vel precibus corrupti in reos inclinarent, judicium à Cæsare ipso postulasse: idq; obtinuisse, ut, qvanqvam tantisper augustissimus comitatus erat sistendus, rei è carcere educti coram statuerentur, & Trajanus auditis omnibus facinoris circumstantiis juvenes qvidem ad supplicium capitis damnaret, deprecantibus autem obnixe, qvi aderant, pro illorum salute, anui magnam ex fisco pecuniæ summam, qva detrimentum amissi filii solaretur, numerari juberet, reos autem aliter, qvam morte multatos, dimitteret: Senatum egregii facti monumentum ex ære conflatum vel marmore confectum in foro Trajani collocavisse: Gregorium Pontificem, cum illud post CCCCLXXIII. in transitu adspectasset, precibus à Deo impetrasse, ut anima tam probi Cæsaris è damnatione liberaretur: idq; factum significasse angelum per insomnium apparentem. Statuminent, qvi velint, fabulam exemplo Teclæ, qvæ etiam Falconillam ab inferis dicitur eripuisse precibus. Nobis non persvadetur, ex inferis dari liberationem. Dion, etsi Trajanum nominat vinosum & libidini deditum, testatur tamen, peditem plerumq;, qvoties movebatur exercitus, præiisse, ut ille alacrius seqveretur, tantæq; eum clementiæ fuisse, ut, si qvando fasciæ deessent ad obligenda militum vulnera, subuculæ non parceret. Excelsum imprimis animum in stupendis structuris prodidit. Martinopolin in Mœsia; Nicopolin & Trajanopolin in Thracia condidit: Forum in urbe, inq; eo palatium, Trajani vocatum, gymnasium, bibliothecam, porticusq; excelsis columnis extruxit: portu sumtuoso Tiberis ostia munivit: urbes socias variis operibus & beneficiis ornavit. Pons imprimis, qvem Danubio in altera expeditione Dacica in inferiore Pannonia imposuit, memorabilis fuit. Con-

stabat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſtabat ille xx palis, ex qvadrato lapide, altitudinis cl. pedum præter fundamenta latitudinis lx. Pilæ inter ſe cl. pedibus diſtabant, fornicibus ſibi junctæ. Sed hanc molem ÆL. ADRIANUS paulo poſt, ne prodeſſet hoſtibus, diruit. Ille Trajano non fuit virtute abſimilis. Sed & ſangvine atq; affinitate illi junctus erat. Fuit enim ejus ex Ælio Adriano ſenatore conſobrinus, & ex nepte gener filiusq; adoptivus. Ei & patruus magnus & mathematici & ſortes Virgilianæ imperium prædixerant, ut teſtatur Spartianus. Cumq; faſces jam ſuſcepiſſet, omnia ad privati hominis modum fecit, & rempub. ſe ita geſturum dixit, ut ſciret, populi rem esſe, non propriam. Ferunt, eum literatisſimum fuisſe, &, ceu eum vocat Tertullianus, omnium curioſitatum exploratorem, & ſecundum Athenæum μȣσικώτατον, atq; admiranda ingenii dexteritate ſcribere ſimul, colloqvi, dictare & audire conſvevisſe. Ajunt, eum primum barbam nutrivisſe, & in poeſi fuisſe elegantem. Noti ſunt verſiculi, qvibus Floro poetæ non ſine ſalibus reſpondit. Cum enim ille:

Ego nolo Cæſar esſe,
Ambulare per Britannos,
Scythicas pati pruinas:

extemporanea poeſi ſubjunxit Adrianus:

Ego nolo Florus esſe,
Ambulare per tabernas,
Latitare per popinas,
Culices pati rotundos.

Noti ſunt & verſus, qvos in miſerabili membrorum cruciatu moriturus effudit:

Animula, vagula, blandula,
Hoſpes, comesq; corporis,
Qvæ nunc abibis in loca,
Pallidula, rigida, nudula,
Nec, ut ſoles, dabis jocos?

Hic eſt, qvi, cum obvia mulier occupatum aliis rebus & audire ſe negantem inclamasſet, Noli igitur regnare: eam clementer audiit & remiſit. Tributa &, qvod vocat Spartianus, aurum coronarium Italiæ remiſit; in provinciis minuit: omnia debita civibus Romanis, ſive ad imperatorem ſive ad ærarium pertinentia, qvorum ſumma fuit ultra viginti duas auri myriadas, condonavit: pontem trans Tiberim & Adriani molem, qvæ S.

Angeli arx hodie dicitur, exſtruxit: leges multas condidit. Imprimis prudentiam & modeſtiam ejus arguit, qvod exemplo Catonis, qvi Macedonas liberos pronunciavit, qvia teneri non poterant, omnia, qvæ trans Euphratem & Tigrim fuerant in poteſtatem redacta, qvia retineri difficile erat, deductis legionibus reliqvit, contentus veteri imperii limite. Memorabile ejus bellum eſt, qvod geſſit adverſus Judæos. Illi enim, recedente ob valetudinem Trajano, innumeros homines peremerant, & Meſopotamiam, Palæſtinam, Cyrenen, Cyprum & alia loca admodũ turbarant. Sed Adrianus miſſo excercitu omnes ex Judæa patria eliminavit, & Æliam, qvo loco Solymæ fuerant, condidit. Hac ratione Judæi, qvi cædibus ſuperfuere, urbibus & vicis Judææ dirutis, in perpetuum exilium abierunt, eorumq́ poſteri ſine lare, ſine rege, ſine ſacerdote, ſine Deo extorres in orbe vagantur. Plura alia patravit Adrianus laude digna, ut qvod in Britannia murum LXXX millium paſſuum primus duxit, qvi barbaros Romanosq́ divideret: qvod omnes provincias nudo, ceu ferunt, capite celeriter peragravit, omniaq́ in iis ad leges correxit: qvod ita cum regibus egit, ut eos, qvi venire noluerunt, pœniteret. Ob cædem tamen bonorum aliqvot virorum, & tyrannidem in Chriſtianos, propterq́ nimiam curioſitatem & ſolicitudinẽ, ut &, qvod in voluptatibus nimius, ſemperq́ in omnibus varius fuit, qvodq́ Antinoum, qui ſe pro ejus vita prolonganda ex Magorum ſvaſu vel ſubmergi vel immolari voluerat, muliebriter flevit & divinis honoribus coluit, inq́ ejus honorem urbem condidit, male audit. Verum ad alios tandem transeundum, & Antoninorum hiſtoria ſubnectenda eſt.

XXV. Qvid cauſæ, qvod plures nomine ANTONINORUM inſigniti ſunt?

Fecit id T. ÆL. ANTONINI primi pietas, à qvo ſe plures ſucceſſores vocaverunt. Qvin & Severus voluit ab eo omnes Imperatores, ut ab Auguſto Auguſtos, ita Antoninos cognominari: factumq́ eſt deſiderio Antonini, ut, ſi populus & milites nomen Antonini non audirent, imperium non putarent, ceu Julius Capitolinus in Opilio Macrino teſtatur. Sed exſpiravit tandẽ hoc inſtitutum. Fuit Antoninus gener Adriani & adoptatus filius, Pius dictus, qvia ſtatim ſub imperii initio ſocero inter Divos relato templũ exſtruxit, & omnibus reis ſupplicia remiſit, tantæ probitatis, ut haud dubie ſine exemplo vixerit: Numæ in eo collat⁹, qvod orbem terrarum nullo bello per annos XXII. autoritate ſola rexit, tantæq́ clementiæ, ut, cum ob inopiæ frumentariæ ſuſpicionem lapidibus à plebe peteretur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tur, ratione exposita maluerit placare seditionem, qvam vindicare: tantæ deniq; justitiæ, ut barbari ex India & Hyrcania armis positis controversias suas ei disceptandas permitterent. Nec Silenus in Juliani satyra qvicqvam in eo invenit, qvod reprehenderet, nullis aliis Cæsaribus sine probro aliqvo dimissis. Vox ejus ad exemplum Scipionis nota est: Malo unum servare civem, qvam mille hostes perdere. Stipendia, quæ ignavis ministris & amicis subtraxerat, literarum & philosophiæ doctoribus decrevit: per legatos suos, teste Julio Capitolino, plurima bella gessit: Britannos per Lollium Urbicum legatum in ordinem redegit, alio muro cespititio, submotis barbaris, ducto: Mauros ad pacem postulandã compulit: Germanos, Dacos, & multas gentes, etiam Judæos denuo rebellantes compescuit per præsides ac legatos. In Achaja etiam atq; in Ægypto rebelliones repressit: Alanos multa molientes sæpe refrenavit. Uxorem habuit FAUSTINAM, Adriani filiam, cujus vivendi libertatem & facilitatem magna cum animi lenitate pertulit. Cumq; amici hortarentur, ut, si nollet impudicam occidere, repudiaret eam, se id negavit facere posse, qvia, si dimitteret uxorem, dos etiam, nempe imperium, qvod ab socero adoptatus acceperat, reddenda esset. Hæc ipsa post funera à senatu consecrata & Diva materq; castrorũ appellata est. Ex illa genita est Faustina nupta M. AURELIO ANTONINO, qvi cũ genero suo L. ANNIO ANTONINO VERO post Antoninũ pium imperio præfuit ex adoptione. Et nunc primum Roma duos Augustos Divos fratres passim vocatos pari potestate habuit, non autem pari virtute. Nam. L. Verus salacior fuit & luxuriosior, reverentia tamen fratris nihil unqvam atrox ausus; Antonius ex philosophiæ disciplina moderatissimus. Parthorum rex Vologeses his temporibus fœdere soluto, præsidiis Romanorum ejectis, totum eorum exercitum in insidias protractum telis confecerat. Ideoq; L. Verus alter Augustorum cum duce AVIDIO CASSIO eum adortus, victoriam insignem obtinuit: ipsamq; Ctesiphontem regiam & Seleuciam occupavit & diripuit, sibiq; & M. Antonino socero triumphum & nomen Parthicũ atq; Armeniacum promeruit. Illo in expeditione Marcomannica apoplexia defuncto, vel, qvod in suspicionem soceri ob venena parata incurrerat, sublato, totus oriens Cassio commissus est. Sed ille arrogantia, an impulsu Faustinæ adulteriis infamis, qvam tamen impense adamavit M. Antoninus, imperatoriam dignitatem contra dominum sibi asseruit. In qvibus tamen conatibus mox oppressus est. Posthæc ex Germanis Catti & Chauci expeditione facta

in ipsam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

in ipsam Italiam irrumpere ausi sunt. Sed imperator per Pompejanum & Helvium Pertinacem, postea imperatorem, eos felicissime repressit, reperitq́ inter occisorum cadavera mulierum armata corpora. Jazygas etjam seu Dacos prælio in ipso Danubio glacie concreto inito fugavit. Marcomannos item & Qvados, licet illi feliciter aliqvoties M. Vindicem profligatum tandem interfecissent, precibus legionis Christianæ κεραυνοβόλου seu fulminatricis repressit, cum ad Carnuntum cum exercitu locis difficilibus conclusus, cum aliis incommodis, tum maxime siti vexatus, cælitus hinc aqvam pro suis; isthinc fulmina & grandinem adversus hostes impetraret. Hoc miraculum Dion & alii ex invidia, qvæ illos in nomen Christianum accendit, mago cuidam, qvem Arnuphin vocant, falso adscribunt. Sed Eusebius & Tertullianus cum plurimis aliis majoris sunt autoritatis, qvi hæc asserunt, qvam ut veritatem è manibus nobis extorqveri patiamur. Qvia autem bellum illud Marcomannicum, in qvo Qvadi, Vandali, Sarmatæ, Svevi atq; omnis Germania convenerat, magnúmq; terrorem orbi Romano injecerat, ærarium magnis sumtibus exhausit, M. Antoninus regium cultum, vasa, pocula, gemmas, omnia etiam uxoris ornamenta, auctione per duos menses facta, distraxit, tantumq; auri collegit, ut reliqvias belli Marcomannici ex sententia perseqvi posset. Hic est imperator ille, qvi philosophorum scholas freqventavit, & discere etiam seni honestum esse dixit, nec unqvam vultum gaudio aut mœrore mutavit. In Pannoniis morbo correptus decessit. Qvantam autem laudem suis sibi virtutibus contraxit, tantam pestem Reip. qvod filium genuerat, reliqvit: eo etiam nomine impietatis alligandus, qvod, cum vellet pius videri, pios gravi persecutione ob nomen Christianum pressit.

XXVI. Eum COMMODUM esse conjicio, qvem Antonino Philosopho & AElio Vero subjunxisti.

Is ipse est, omnis virtutis extirpator. Capitolinus narrat, famam fuisse Faustinam, matrem Commodi, cum erga unum à gladiatoribus transeuntibus amore succensa, longa ægritudine laboraret, viro de amore confessam: illum ex Chaldæorum consilio, gladiatore occiso, sangvine illius Faustinam lavisse, atq; cum ea concubuisse: unde natum Commodum, gladiatorem, non principem. Alii, ut jam diximus, Faustinam adulterii aperte damnare non sunt veriti, & adulterum Faustinæ à Commodo consulem designatum fuisse testantur. Patri ædepol prorsus fuit Commodus dissimilis. Lucillam sororem stupravit & necavit: negotiis imperii prætorio

præfect

præfecto commissis, inter ccc. concubinas & totidem exoletos qvotidie septies aut octies lavit, Caligula & Nerone impurior: plurimos senatores virtute & nobilitate excellentes sustulit, tyrannus truculentus: simulacra Herculis habitu sibi posuit, & Colosso solis imaginem gerenti, capite demto, suam effigiem addidit, fastu plenus: spectacula sumtuosa edebat subinde, & munus gladiatorium ipse obibat, tam profusis largitionibus, ut populo sæpe aureos V. denariosq; XV. viritim distribueret, & ærariū omne exhauriret, gladiator ridiculus. Cum tamen sic viveret, victi sunt sub eo per legatos Mauri: victi Daci: compositæ Pannoniæ: Britanni per Ulpium Marcellum, virum vigilantissimum, pacati: Frisii opera Clodii Albini domiti. Christianis sub hoc monstro qvies concessa est, & omnis furor in alios versus, ut divinam agnoscas providentiam. Commodum tandem Marcia concubina, cum complures occidere statuisset, veneno tentavit, &, cum id vires subito non exereret, per Narcissum athletam strangulari curavit. Post illum HELVIUS PERTINAX Ligur, natalibus ortus tenuibus, patre libertino natus, imperium suscepit, à populo, milite & senatu exoratus. Hic à literis ob paupertatem ad arma progressus, brevi ita eminuit, ut senator & provinciarum præses, & præfectus tandem urbis constitueretur. Fortunæ pilam illum dixerunt. Fuit æqvitatis admodum studiosus, &, nisi cohortis prætorianæ vitiis adsvetæ odio extinctus esset, omnia restituisset. Dum enim volebat omnia emendare, dolo Læti, prætorio præfecti, à qvo ad imperium provectus fuerat, intra tertium mensem interfectus est, vir vel Fabricio comparandus, si per ingratos milites licuisset: qvibus segnitiem superiorum temporum uno verbo, in signum militare dato, Militemus, exprobraverat. Pertinace in tumultu militari peremto, M. DIDIUS JULIANUS, eruditione melior, qvam animo, cujus majores è Mediolano erant oriundi, & Sulpitianus, urbis præfectus, ICtus, auctione imperii palam facta, cum milites publice proclamarent, venale esse imperium Romanum, & potestatem imperatoris constituendi senatui per seditionem eriperent, mutuis contra se licitationibus imperium à militibus emere conabantur. Cumq; Sulpitianus vicenis sestertiis eorum suffragia qværeret, Germaniæ inferioris rector Didius singulis xxv. pollicitus, imperium accepit, & civium seditionem ob id exortam magna severitate compescuit: in eo præcipue reprehensus, qvod regendæ reipub. sibi præsules ipse fecisset, qvos autoritate sua regere debuerat. Præerat eodem tempore in Britannia ALBINUS; SEVERUS in Pannonia; PE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SCENNIUS NIGER in Syria. Severus imperium adfectans Albinum, ut se adversus Didium juvaret, Cæsarem creavit, & devincta sibi omni Europa Romam contendit. Ibi censebatur, non debere eum imperare, qvi armis adversario non posset resistere: & sic post LXVI. diem à senatu capitis Didius damnatus, nihil dixit percussoribus, qvam: Qvid ego peccavi, aut qvem interfeci? Severus, natione Afer, postqvam per literarum & militiæ officia plurimis gradibus ad imperium conscendit, initio illis omnibus, qvi Pertinacem peremerant, & Didio tradiderant imperium, cum prætorianos milites sibi occurrere jussos exarmasset, interfectis aut urbe ejectis, funus Pertinacis sumtuosissime procuravit, & Pescennium Nigrum, qvi & ipse in Oriente imperium invaserat, triplici prælio per legatos victum peremit. Fuit ille Niger, alias Fuscus, moribus ferox & turpis, vita fictus, manu tamen strenuus, & indefesso labore ad summos honores provectus: tantæq; severitatis, ceu dicit Spartianus, ut, cum milites qvosdam è caveo argenteo expeditionis tempore bibere vidisset, omne argentum de usu expeditionali submoveri, & ligneis vasis uti jusserit: ob unius etiam gallinacei direptionem x. commanipulones, qvi raptum ab uno comederant, percutere voluerit. Et fecisset, nisi ab omni exercitu prope usq; ad metum seditionis esset exoratus. Cumq; pepercisset damnatis, jussit, ut denorum gallinaceorum pretia provinciali decem illi redderēt, qvi furto simul convixerant. Hoc Nigro peremto, Severus Byzantium ultra triennium obsedit, & captam tandem dignitate municipali & libertate, bonis civium publicatis & mœniis eversis, privavit. Oriente etiam feliciter pacato, Albinum aggressus est, cui promissa erat ante Cæsaris dignitas. Qvē honorem cum ei Severus non tribueret, ipse imperatoriam dignitatem affectare cœpit. Prælium inter utrumq; ad Lugdunum maxime cruentum gestum est, in qvo vires Romanorum admodum attritæ sunt. Hinc adversus Parthos in Mesopotamiam effusos movit Severus, & Euphrate transmisso Ctesiphontem & Babylonem diripuit, direptas ignorantia locorum reliqvit. Hinc Arabes Scenitas in prædam habuit. Britanniam etiam ingressus est, ut totam insulam, & imprimis in ea Caledoniam occuparet. Sed frigore & inedia, nulla pugna commissa, periere ex militibus ad L. millia. Male audiit apud Dionem & alios, qvod innocentes & gravissimos, beneq; meritos viros magno sustulerit numero, & ob id vulgo de illo jactatum sit: aut nunqvam nasci oportuisse Severum, aut nunqvam mori. Plautianum, qvem ad sublimes dignitatum gradus evexerat, Christianis admodum infen-

fen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſenſum, cujusq́; filiam Plautillam filio ſuo Antonino Caracallæ collocaverat, qvaſi novas res moliretur, occidi juſſit. Illo tamen interfecto, & Plautina ob impudicitiam relegata, (cui tantum in dotem pater dederat, qvantum L. reginis ſat eſſet,) filii Severi, Antoninus Caracalla & GETA, tanqvam pædagogo liberati, omnia pro libidine agere, mulieresq́; ſtupris polluere & flagitia alia committere cœperunt. Ipſe vero Severus, pedibus æger, cum tumultus oriretur, in judicium vocatis ſeditioſis, caput imperare, non pedes dixit, moriturusq́; Eboraci in Britannia exclamavit: Cuncta fui, ſed nihil expedit. Addidit, turbatam remp. ubiq; ſe accepiſſe: pacatam etiam Britannis relinqvere: ſenem & pedibus ægrum Antoninis ſuis firmum dare imperium, ſi boni ſint futuri; imbecillum, ſi mali. Et viſa urna, qva conderetur: Tu virum, inqviebat, capies, qvem orbis capere non poterat. Sexta ſub hoc imperatore adverſus Chriſtianos perſecutio deſæviit. Fuit ut militibus amabilis, ſic S. P. Q. R. terribilis, tantumq́; annonæ reliqvit urbi, ut in VII. annos ſufficeret.

XXVII. Numqvid Severi filii, qvos CARACALLAM & GETAM nominaſti, & morum magiſtro ſublato omnia à libidine ſua ſuſpendiſſe dixiſti, imperium adepti, ad meliorem frugem rediere?

Non poſſum facere, qvin hic Spartiani verba de clarorum virorum filiis adſcribam. Reputanti, inqvit, mihi, neminem prope magnorum virorum optimum & utilem filium reliqviſſe, ſatis claret. Deniq; aut ſine liberis viri interierunt, aut tales habuerunt pleriq;, ut melius fuerit de rebus humanis ſine poſteritate diſcedere. Et ut ordiamur à Romulo, hic nihil liberorum reliqvit. Nihil Numa Pompilius, qvod utile poſſet eſſe reipublicæ. Qvid Camillus? Num ſui ſimiles liberos habuit? Qvid Scipio? Qvid Catones, qvi magni fuerunt? Jam vero qvid de Homero, Demoſthene, Virgilio, Criſpo & Terentio, Plauto, cæterisq́; aliis loqvar? Qvid de Cæſare? Qvid de Tullio, cui ſoli melius fuerat, liberos non habere? Qvid de Auguſto, qvi nec adoptativum bonum filium habuit, cum illi eligendi poteſtas fuiſſet ex omnibus? Falſus eſt etiam ipſe Trajanus in ſuo municipe ac nepote deligendo. Sed ut omittamus adoptivos, ne nobis Antonini, Pius & Marcus, numina Reipublicæ, occurrant, veniamus ad genitos. Qvid Marco felicius fuiſſet, ſi Commodum non reliqviſſet heredem? Qvid Severo Septimio, ſi Baſſianum non genuiſſet? Hic Baſſianus, Caracalla, aut, ut Græci eloqvuntur, Caracallus, à veſte diſſoluta dictus, fratrem Getam in ipſo fere matris ſinu interemit per ſicarios, & Divum tamen appellavit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643


hac addita voce: Sit divus, dum non sit vivus. Novercam Juliam, Getæ matrem, incesto conjugio sociavit sibi non nolentem, sed qvasi per negligentiam maxima corporis parte nudata illud ad prurientem privignum ore impudico effutientem: Si libet, licet. An nescis, te Imperatorem esse & leges dare, non accipere? Hic Caracalla, ut omnes exules cujuscunqꝫ sceleris rei facti restituerentur, edixit. Restitutos autem & ex insulis deductos interfecit subito ad xx. millia. Qvo facto sævire cœpit in illustres viros, inter qvos Papinianum Jctum & præfectum prætorio, qvi cædem Getæ excusare noluerat, trucidavit. Cilonem item præceptorem & nutritorem suum necari jussit: & cum hac de causa plebs adversus sicarios tumultuaretur, hos interfici curavit, qvasi injussu suo aliqvid molitos; illum vero versuta usus simulatione chlamyde texit. Post cædes varias, qvibus urbem bonis viris privavit, ad ludos animum applicuit: omnes, ut milites ditaret, expoliavit, sibi non defore pecuniam jactans, qvamdiu sibi gladius esset in manibus. Summa qvoqꝫ perfidia usus est in duos reges Osdroenorum & Armeniorum: qvos amice per literas evocatos in vincula conjecit. Erant ei, inqvit ex Dione Xiphilinus, cujus cum cætera omnia, tum numus adulterinus: nam pro argento aurove, qvod militibus daret, plumbum argentatum & æs inauratum parabat. Tandem in Artabanum, Parthorum regem, exercitum titulo nuptiarum, qvia filiam suam ambierat, duxit, & illum nihil qvicqvam metuentem, cum jam in nuptias consensisset, magna affecit clade. Ut autem philosophos, qvi sunt Aristotelici nominis, magno odio persecutus est, librosqꝫ Aristotelis combussit, ita Alexandrum tanto amore stulte proseqvi visus est, ut armis poculisqꝫ similibus iis, qvibus ille usus fuerat, uteretur, phalangemqꝫ ex solis Macedonibus XVI. millium, in honorem ejus compararet, animamqꝫ Alexandri in suum corpus introiisse ad senatum rescriberet. Sed cujus tantum amorem simulavit, ejus cives pene omnes Alexandriæ funditus sustulit, cum ab iis se Oedipum; & suam novercam, qvam uxorem duxerat, Jocastam vocari intelligeret. Evocatos enim ad convivium primores interfecit: in plebem armatum exercitum immisit: tantam lanienam peregit, ut numerus occisorum haud posset iniri, & Nilus fluvius sangvine rubesceret. Deniqꝫ ab Oraculo expertus, MACRINUM prætorio præfectum brevi imperaturum, illi insidias struxit: Sed ipse, odium tyrannicum meritus, à sicariis Macrini in Mesopotamia inter Carras & Edessam, cum forte ex eqvo descendisset ad naturæ reqvisita, interemtus est.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XXVIII. *Qvis est ille MACRINUS, à qvo Caracalla peremtus est, & qvem cum filio DIADUMENIANO in catalogo nostro imperium suscepisse dixisti?*

M. Opelius Macrinus, Maurus natione, ex venatore tabellio, ex tabellione advocatus fisci, hinc prætorio præfectus, & tandem imperator factus, militariter voluit imperare, ut Julius Capitolinus testatur, & in crucem milites tulit, servilibus suppliciis semper affecit, sæpe decumavit, aliqvando centesimavit. Infeliciter, qvanqvam fortiter pugnavit adversus Parthos, acceptaq; clade pacem ab illis redemit. Composuit etiam bellum in Armenia, cum Teridati diadema mitteret, & prædam olim captam redderet. Inde cum se Antiochiam recepisset, & præter alios nobiles, qvi ipsius ignobilitati erant iniqviores, Juliam Augustam, Severi uxorem, Antiochia primum ejecisset, deinde in mortem egisset, ac luxuriæ operam daret, justam militum indignationem incurrit. Adjunxerat sibi in imperio DIADUMENIANUM, sic dictum, Lampridio teste, qvod loco pilei naturalis, qvo recens nati insigniri solent, qvodq; obstetrices raptum advocatis credulis vendunt, qvibus juvari causidici se credunt, diadema tenue ex utero attulerat, ita forte, ut rumpi non potuerit, venis intercedentibus specie nervi sagittarii. Hic una cum patre post annuum imperium audacia & fraude Mœsæ seu Variæ & defectione militum interfectus est. Illa Mœsa, Bassiani Heliogabali sacerdotis solis apud Phœnices filia, Juliæ, qvæ nupsit Severo imperatori, soror fuit. Huic ex Julio viro consulari duæ erant filiæ, Semiamira, Soæmis alias dicta, & Mammæa. Illarum majori erat ex Varo Marcello filius AVITUS; minori ex Genesio Marciano AURELIUS SEVERUS ALEXANDER: qvi utriq; ad imperium evecti sunt.

GENEALOGIA hæc est:



Avitum nepotem, qvi Lampridio & Capitolino Varius dictus est, callida femina Caracallæ filium, ex clandestino concubitu natum, mentita est: & nomine Antonini ei indito, milites in oriente à Macrino alienatos in ejus partes traxit. Sic Macrinus cum Diadumeniano, prælii aleam cum Mœsæ nepotibus subiens, proditione militum victus est & occisus; HELIOGABALUS, qvem Fasti Capitolini nominant Alagabalum, imperator factus. Id nomen usurpavit Avitus, qvod solem significat, cujus sacerdos ante fuerat. Fuit homo omnium impurissimus, effeminatus, magus, indomitæ & rabidæ libidinis catula. Cum totus à matre Semiamira penderet, non saltem eam in senatum rogari jussit, sed & in colle Qvirinali senaculum, tanqvam mulierum senatum fecit, in qvo ridicula SCta facta sunt de legibus matrimonialibus, qvæ cui cederet, qvæ ad cujus osculum veniret, qvæ pilento, qvæ eqvo sagmario, qvæ asino veheretur, & id genus alia. Omnes dignitates polluit ignobilitate hominum perditorum, pecuniæ merito in senatum, in præfecturas, in legationes lectorum: nec erat ei ulla vita, nisi exqvirere voluptates. Senatum ita contempsit, ut mancipia togata appellaret. Pinxit se, ut cupediarium, ut seplasiarium, ut popinarium, ut lenonem: idq; totum domi semper exercuit. Idolo suo cædebat humanas hostias, & virginem ei cum immensa dote desponsabat: sibi primum Pomponii Bassi conjugem; deinde ea repudiata Vestalem virginem, Aqviliam Severam junxit: seipsum aliis viris supposuit: lupanaria domi amicis & servis aperuit: gemmatos calceos induit: proposito servis præmio per jocum sibi telas omnium aranearum deferre jussit, ut vel ex earum pondere centum amplius pondo æqvante Romæ magnitudo æstimaretur. His & aliis de causis vocatus vulgo est Pseudantoninus & Sardanapallus. Tandem consobrinum suum Aurelium Severum Alexandrum, Mammææ filium, qvem Cæsarem legerat, conatus est opprimere. Sed in istis consiliis ipse interfectus est, ultimus Antoninorum, & qvidem in latrina, ad qvam confugerat. Mater etiam est mortis socia addita. Alexander imperio suscepto, tam sancte illud gessit, ut senatui bonisq; civibus ἀναίμακτος & sine cæde fuerit. Lampridius eum nominat adolescentem ad remedium generis humani. Et vox ejus nota est, qvam ex Evangelio nostro, qvod Mammæa mater ejus professa est, hausisse credi posset: Qvod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Qvin & Christum, qvem lege prohibitus publice colere non potuit, domi inter Deos suos adoravit. Dominum se appellari vetuit: removit ex senatu, qvos ex turpissimo homi-
num

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

num genere turpior Heliogabalus provexerat: Ulpianum Jurisconsultum & præfectum prætorio adversus impetum militum, nescio qvibus suspicionibus in innocentem virum sævientium, paludamento texit, qvi tamen nihilominus interfectus est. Veturium Thurinium sumto aulicos seu ficta imperatoris responsa vendentem fumo necari jussit: Parthicam expeditionem ut prudenter suscepit, ita feliciter finiit, & Artaxerxe fuso fugatoq;, qvi cum ɔcc. elephantis falcatisq; curribus cIɔIɔccc in aciem prodierat, de præda ditavit exercitum, & triumpho urbem est ingressus. Actæ etiam sunt res feliciter in Mauritania Tingitana per Furium Cellsum; in Illyrico per Varium Macrinum; in Armenia per Junium Palmatum. Tandem in Germanos, qvi Gallos in prædam agebant, contendens, in Galliis à militibus fraude J. MAXIMINI, cum matre Mammæa interfectus est, sive qvod culpa matris ob avaritiam exercitum infestum sibi reddiderat, sive qvod nimis severus in milites fuerat. Memorabile est, qva ratione exceperit Qvintum Camillum, hominem delicatissimum, cum tyrannidem affectaret. Nam vocato in palatium gratias egit, qvod reip. curam sponte recepisset: consortem imperii appellavit: ornamentis imperialibus, & qvidem melioribus, qvam ipse utebatur, decoravit: comitem profectionis adhibuit: qvumq; ipse pedibus iter faceret, invitavit & Qvinum ad laborem: post qvinq; milia passuum cunctantem eqvo sedere jussit. Sic & fatigatum carpento imposuit. Hoc qvoq;, & ipsum imperium respuentem dimisit.

XXIX. Ecqvis ille J. MAXIMINUS, cujus fraude peremtum dicis Alexandrū?

Thrax est, barbaris parentibus, Micca patre è Gothis & Ababa matre ex Alanis genitus: primum pastor, deinde miles, post ob magnitudinem corporis & robur gladiatorium, cujus causa alii Herculem, alii Ajacem, alii Achillem eum & Antæum vocarunt, inter satellites Severi adscitus. Nam & hamaxas manibus attraxit: rhedam onustam solus movit: eqvo, si pugnum dedisset, dentes excussit; si calcem, crura fregit: lapides topicios friavit? arbores teneriores scidit, ut de eo Capitolinus testatur. Sæpe etiam uno die XL. qvin. & LX. libras carnis comedisse scribitur. Tandem ad ordine ducendos & ad militares dignitates promotus, eo dignitatis adscendit, ut omni exercitui Alexander eum præficeret, sed in suam perniciem. Primus autem est Maximinus, qvi sine senatus autoritate imperium suscepit, sibiq; filium corpore pulcrum, animo deformem, adjunxit, & inter multas virtutes, cum propter ignobilitatem se desperni putaret,

tam-

tantam crudelitatem exercuit, ut Cyclops, Busiris, Phalaris diceretur. Credebat se prope ob vires corporis immortalem: Sed in theatro præsens audiit:

Et qvi ab uno non potest occidi, à multis occiditur.
Elephas grandis est & occiditur.
Leo fortis est & occiditur.
Tigris fortis est & occiditur.
Cave multos, si singulos non times.

Septimus hic recensetur inter Romanos imperatores, qvi Christianos gladio & igne persecuti sunt: & contra Germanos non solum Romano milite, sed & Mauris, Osdroenis & Parthis usus est. Bello enim Germanico imprimis incubuit, & Rheno trajecto, per ccc. vel cccc. millia vicos incendit, prædaq; abacta militem divitem reduxit: & cum septentrionales ad Oceanum & Sarmatas regiones jam debellandas sibi proposuisset, milites in Africa GORDIANUM proconsulem, virum gravem & jam octogenarium, ejusq; filium cognominem, Augustos salutavere. Hos ipsos senatus etiam, Maximino cum filio hoste judicato, imperio dignos censuit, & SCto facto omnes provincias saluti libertatiq; subvenire jussit. Qvod ubi Maximinus resciviſſet, homo natura ferox, ex Germania pede retracto, ultimum urbi exitium moliebatur. In qvibus interim Senatus spem omnem posuerat, illi misera morte extincti sunt. Capelianus enim Maurorum præfectus Gordianis obseqvium detrectans, pugna atroci commissa, juniorem Gordianum peremit. Id pater intelligens, metu Maximini, laqveo vitam sibi finivit. Romam hæc admodū conturbarunt: ideoq; senatus, ne extrema qvæq; pateretur, præsidium sibi novum qvæsivit, & Maximum ex genere ferrario natum, qvem nonnulli vocant PUPIENUM, urbis præfectum, atq; Clodium BALBINUM, multarum provinciarum rectorem, imperatores; nepotem Gordiani, Cæsarem appellavit. Maximus, tanqvam vita severior & prudentia gravior, adversus Maximinum egressus, apud Ravennam bellum parabat: Balbinus in urbe factionibus variis distracta ad tumultus, qvi inter populum & prætorianum militem extiterant, sedandos substitit. Sed nulla pollens autoritate, non impedire potuit, qvo minus pars urbis maxima incenderetur, templa fœdarentur, plateæ cruore polluerentur, ipse fuste percuteretur. Producto tandem GORDIANO puero, qvem omnes merito avi & patris impense amabant, usq; adeo omnes placati sunt, ut in concordiam redirent. Interea

Maxi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Maximinus Italiam ingressus, cum commeatu intercluderetur, Aqvilejam, qvæ portas clauserat, acri obsidione frustra cinxit, tatusqꝫ suorum ignavia bellum trahi, duces suos eo tempore, qvo minime oportebat, interemit, & odio militum inde contracto, ab ipsis in tentorio interfectus est, & qvidem, ne ex pessimo genere catulus haberetur, cum filio adeo fastuoso, ut sibi genua & pedes osculari permitteret: qvod nunqvam permiserat pater, dicere solitus: Dii prohibeant, ut qvisqvam ingenuorum pedibus meis oscula figat. His factis Maximus & Balbinus unice in commodum reipublicæ incubuere, leges condidere, vulnera imperii curavere. Sed qvia à senatu lecti erant, & Balbinus Maximum qvasi ignobilem contemneret, Maximus Balbinum qvasi debilem calcaret, militari seditione interemti, finem habuerunt boni imperatores indignum vita & moribus suis, postqvam biennium imperaverant. Gordianus autem nepos, qvo nemo illa ætate impensius amatus est, unanimi senatus & militum consensu ad imperium evectus, consiliis Misithei viri gravis & docti, cujus filiam Tranqvillianam duxerat, qvemqꝫ causa eloqventiæ parentela sua dignum putaverat, adjutus, prudenter & laudabiliter omnia administravit, & oppressa in Africa seditione per Sabinianum mota, in Saporem, qvi Antiochiam seu Nisibin & multa alia loca occupaverat, expeditione facta, felicissime hostem profligavit, atqꝫ Antiochia recepta Persas in sedes suas compulit. Gothos qvoqꝫ & reliqvas Germaniæ gentes, qvæ hactenus qvieverant, nunc autem ob stipendia & donativa negata trajecto Danubio prædas agebant, solutis pristinis stipendiis pacavit. Scythas etian seu Getas, fines Romanorum vastantes, compescuit. Victoriarum tamen fructum ei ademit fraus PHILIPPI Arabis. Hic enim Misitheo præfecto prætorio, socero Gordiani, cum effusione alvi laboraret, per medicum poculum sublato, cum in ejus locum à Gordiano eveheretur, ingratissimus omnium, domino suo insidias statim struxit, & militibus in eum exacerbatis, ut sibi imperium una cum Gordiano committeretur, curavit, & scelere sceleri addito, tandem innocentem adolescentem, postqvam VI. annos imperaverat, interemit.

XXX. Scelus PHILIPPI atrox narras: qvem tamen, si recte memini, nonnulli faciunt primum ex imperatoribus Christianum.

Eusebius tradit id: sed ex fama: & dicit, non amissum eum ob scelera, qvibus maculabatur, donec inter pœnitentes humiliter anteactorum veniam petiit. Sed qvi tempora hæc, qviqꝫ vitam & mores Philippi recte

con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

considerant, qvem Pomp. Lætus, ut scelera tegeret, cultum Christiani nominis simulasse, hominem Punica fraude deteriorem, testatur, vix credere ausint. Ipsi ædepol senatui tantopere parricidium displicuit, ut de morte Gordiani certior factus, MARCO viro sapienti & gravi imperium demandaret, eoq; subita morte in palatio exstincto, SEVERUM HOSTILIANUM ei successorem designaret: qvi tamen & ipse morbo repentino correptus obiit. Sic Philippo soli imperium confirmatur, qvi percusso cum Persis fœdere, Mesopotamiam illis & Assyriam cessit, non sine victricium armorum dedecore: factoq; imperii consorte filio Cajo Julio SATURNINO, qvem alii etiam Philippum vocant, & agelaston fuisse & nunqvam risisse ferunt, Romam ingressus, millesimum urbis annum ludis secularibus ingenti spectaculorum apparatu per triduum celebravit. In qvibus dum erat occupatus, Scythæ, qvi Misitheo fidem præstiterant, denuo ad prædas conversi, Romani imperii urbes & agros vastare cœperunt. Alibi etiam omnia turbabantur. Nam Prisci fratris avaritiam, qvem exercitibus in oriente præfecerat, non ferentes legiones, creaverant imperatorem JOTAPIANUM, Alexandri stirpe tumentem; Pannoniæ autem legiones MARINO limitibus Sarmaticis præfecto imperium detulerant. Territus hic Philippus & jam de imperio deponendo consilia agitans, à DECIO Pannone confirmabatur. Hunc igitur in Pannonias mittit: sed hoc eventu, ut milites Marino seditione militari cæso ipsum Decium, etsi invitum, statim imperatorem proclamarent. Ea renunciata, veluti furore percitus Philippus, in Decium movit. Sed in itinere à suis militibus Veronæ sublatus est, traxitq; in parricidii supplicium filium, qvem Romæ prætoriani interfecerunt. JOTAPIANUS etiam in oriente per tumultum militum sublatus est. Interim LUCIUS PRISCUS Macedoniæ præfectus, Gothorum auxiliis subnixus, imperium corripuerat. Cui cum Decius mature occurrendum putaret, & Roma digressus esset, JULIO VALENTI imperium à populo in urbe oblatum est. Sed utriq; mox cæsi: & Decius socio imperii allecto filio, qvem HETRUSCUM Aur. Victori Pomp. Lætus Decium vocat, si persecutionem excipias, qva Christianos afflixit, ita laudabiliter imperavit, ut & Trajano compararetur. Bellum civile in Gallia suscitatum pacavit: Romæ thermas erexit: jus tribunitiæ potestatis & proconsulare imperium arbitrio senatus populiq; Romani reddidit: nuncio de Gothorum & Germanorum in Mæsiam & vicinas provincias irruptione accepto, ipse eò cum filio tendit, & victor primis præliis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

liis, postea arte in loca palustria attractus, & à TREBONIANO GALLO duce proditus, occumbente in acie filio, ira & dolore longius progressus, in uligine seu voragine paludis periit, nec cadaver ejus uspiam potuit reperiri. Successit Deciis C. Vibius Trebonianus Gallus cum filio VOLUSIANO. Utriq; Aurelius Victor HOSTILIUM PERPENNAM, qvem reliqvi tacent, adjungit. Gallus cum Scythis & Gothis fœdus non sine Romani nominis ignominia percussit, tributo drachmarum aurearum cc. promisso: qvi tamen non contenti, majoribus opibus inhiantes, ipsi Italiæ minabantur. Sed ÆMILIUS ÆMILIANUS, Maurus, dux limitis Sarmatici in Mæsia, non sine magna clade sic eos afflixit, ut pedem retraherent, eaq; re favore militum sibi conciliato, imperatorem se dixit. Gallus cum filio adversus illum provectus, qvod sui illum milites desererent, peremtus est: eo qvidem tempore, qvo sævissima pestis ex Æthiopia universum orientem & cæteras orbis partes pervagata, innumeros homines per integrum decennium, vel, ut Egnatius habet, per xv. annos absumsit. Gallo occiso milites in Rhæticis Alpibus LICINIUM VALERIANUM, censorium virum, è Corneliorum genere oriundum, legebant imperatorem. Ne igitur bellum exarderet civile, qvi sub Æmiliano erant, inconstans hominum genus, nobilitatem Valeriani abjecto sui imperatoris generi præferendum rati, hoc interfecto, ad illum transiere. Illum alii virum faciunt optimum: Aurelius Victor stolidum vocat & multum inertem, neq; ad usum aliqvem publici officii consilio seu gestis accommodatum. Historiæ sane ecclesiasticæ, etsi eum initio Christianis æqviorem faciunt, à magis tamen Ægyptiis dementatum dicunt, furore ingenti adversus ecclesiam insurrexisse. Sed vindicta divina pone secuta est. In septentrione Germani ex Dacia & Mœsia in Thraciam, Græciam & Asiam irrumpentes, omnibus longè lateq; vastatis, Ravennam usq; pervenerunt, ut Eutropius habet. In oriente Sapores Persarum rex Ciliciam & Cappadociam populabatur. Cui occurrens Valerianus prælio infeliciter commisso, ex insidiis captus, ignobili apud Parthos servitute consenuit: qvorũ rex qvoties voluit eqvũ conscendere, incurvati Valeriani cervicibus loco suppedanei usus est. Anteqvam caperetur, GALLIENUM filium appellaverat Augustum, & alterum filium VALERIANUM Cæsarem. Sed hic paulo post per seditionem ab Aureolo motam interemtus est: ille in summo imperii discrimine, qvo hinc Gothi usq; ad Hispanias penetrantes Tarraconem expugnabant; illinc Persæ omnia fœdabant, genio indulgens, nullam pene imperii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

curam egit. Inde factum est, ut multis in locis multi imperium affectarent, & xxx. illi Tyranni, qvos in nostro catalogo legisti, summam sibi dignitatem assererent: absq; qvibus si in oriente & in Galliis fuisset, penitus Romana res illis in locis corruisset.

XXXI. Allubescit historiam XXX. illorum Tyrannorum audire.

Trebellius Pollio luculenter eam consignat: ex qvo & aliis hoc habe. Capto Valeriano, apud exercitus Romani reliqvias cum imperator reqvireretur, & Gallienus tam negligenter ageret, ut ejus ne mentio qvidem ad exercitum fieret, autore Balista militum præfecto I. MACRIANUS, vir sapiens & dives cum filiis fortissimis II. MACRIANO & III. QVIETO imperator in oriente & Illyrico renunciatus est: qvi exercitu qvadraginta qvinq; millium comparato adversus Gallienum & alios imperium sibi vendicantes jam satis munitus, cum intelligeret IV. VALENTEM proconsulem in Achaja & Macedonia sibi imperium rapuisse, V. PISONEM Thessalum illuc misit, qvi Valentem opprimeret. Hic Piso, Frugi alioqvin dictus, & vir summæ sanctitatis, semetipsum imperatorē nominavit. Sed subito militibus Valentis supervenientibus necatus periit. Post hæc Macriani duo, relicto in oriente Qvieto, in Illyricū copiis adversus VI. AUREOLUM, qvi contra Gallienum se imperatorem illic locorum professus fuerat, eductis, prælio victi cecidere & triginta amplius millia in Aureoli potestatem concessere. Turbatis ita undiq; rebus VII. ODENATUS, princeps Palmyrenorum, qvasi Gallieni partes ageret, collectis in Syria copiis, adversus alterum Macriani filium in orientem properavit, eumq; autore ipso Balista è medio sustulit, req; publica Romanorum à Persarum injuriis vindicata, orientis cepit imperium. Sic eodem tempore Romæ imperator fuit Gallienus, voluptatibus variis corruptus, Aureolus in Illyrico, Odenatus in oriente. Et qvanqvam VIII. BALISTA etiam, vir admodum eruditus ad gerendam rempublicam, purpuram sumsit & exercitum duxit, occisus tamen est per hos, qvi Qvietum peremerant. Paulo post in Ægypto qvoq; IX. ÆMILIANUS satis feliciter Romano more imperare cœpit. Qvod cum audiret Gallienus, Qvid? inqvit, sine lino Ægypti esse non possumus? Theodotus tamen ejus dux Æmilianum prælio victum cepit, & vivum Romam transmisit. Eodem fere tempore Galli pertæsi imperium, qvod Gallienus non aliter gerebat, qvam cum pueri per ludibria potestates fingunt, X. POSTUMIUM LABIENUM, Gallieni illic locorum per Gallias legatum, vocarunt ad imperiū: qvi etiam Gallias, adhibitis è Germania auxiliis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

xiiiis, per feptennium ab omnibus circumfluentibus barbaris validiffime vindicavit. Huic ut refiftere poffet Gallienus, præfertim qvia fciebat Scythas Bithyniam invafiffe, ipfamq; Nicomediam incenfam graviter vexaffe, in Sicilia qvoq; fervile qvoddam bellum exarfiffe: cum Aureolo tranfegit, & adverfus Poftumium diu per Aureolum & Claudium ducem, imperatorem poftea factum, vario eventu bella geffit, donec ille cum filio, LABIENO JUNIORE, XI. qvem Auguftum appellaverat, per rebellionem XII. LOLLIANI interemtus eft. Hic ipfe tamen, qvod labore nimio exercitum, ipfe in bellis adverfus Germanos gerendis admodum induftrius, diftineret, à militibus fuis necatus eft. Interim Gallienus non ceffavit amoribus fuis indulgere, & rempublicam prorfus negligere, jocoq; folebat provinciarum defectionem, qvafi leviffimam rerum jacturam, eludere. Hinc fi nunciabatur, Ægyptum defeciffe: Qvid, inqviebat, fine lino Ægyptio effe non poffumus? Si Afiam à Scythis vaftari; qvid, fine aphronitris vivere non licet? Si Galliam perditam; non fine trabeatis fagis tuta eft respublica? XIII. VICTORINUS, XIV. VICTORIÆ filius, adverfus Germanos imperium fortiter afferuit, qvem jam Poftumius in partem imperii adfciverat. Verum qvod matrimoniis militum corrumpendis operam daret, à qvodam actuario, cujus uxorem ftupraverat, percuffus eft, & XV. filius ejus, itidem VICTORINUS dictus, ab avia Victoria, qvam matrem caftrorum vocarunt, ea ipfa hora, qvo pater periit, Cæfar appellatus eft, fed ftatim à militibus, qvorum furor nondum fubfederat, interfectus. Poft eum in Galliis per triduum XVI. MARIUS ex fabro ferrario imperator præfuit, qvi non venas, fed nervos in digitis oftentans, uno digito & carra venientia repulit, & fortiffimos qvosq; fic afflixit, ut qvafi ligni vel ferri obtufioris ictu percuffi dolerent. Sed hic Marius uno die factus eft imperator; altero vifus eft imperare; tertio interemtus eft à milite, qvi eum percuffurus, ut innueret, opificem ferrarium perire, Hic, inqviebat, gladius eft, qvem ipfe fecifti. Poft Marium Victoria, illa caftrorum mater, XVII. TETRICUM & ejus filium XVIII. TETRICUM JUNIOREM Auguftos in Gallia fieri curavit: qvi etiam ad Aurelianum usq; perftiterunt: à qvo victi & in triumphum ducti funt, & deinde variis dignitatibus diu præfuerunt, Victoria paulo ante vel fatali neceffitate vel gladio confumta. Eo vero tempore, qvo Gallienus in Galliis adverfus Poftumium bella traxit, terræ motus graviffimi non folum in Afia, fed & Romæ, & in Libya extiterunt, & maria etiam multas urbes occuparunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Romæ qvoq; pestis una die qvinq; millia in rationem Libitinæ redegit, & Gothi cum Scythis Asiam vehementer afflixerunt, ipsumq; Dianæ Ephesiæ Multimammiæ templum incenderunt. Pepercerat qvondam huic templo Xerxes, post omnia alia Asiatica exusta. Herostratus illud postea, ut nominis immortalitatem conseqveretur, eo die illud accendit, qvo Alexander M. natus est. Restauratum deinde, nomine Herostrati frustra ad oblivionem damnato, perstiterat ad hoc tempus, qvo à Gothis direptum est & concrematum. Cæterum Odenatus in oriente adversus Persas felicissime bella gessit, & thesauros, atq; ipsas regis Saporis concubinas capta Ctesiphonte cepit, & in Ægyptum etiam imperium prorogavit, & propterea à Gallieno in consortium imperii receptus est. Sed in ipso felicitatis cursu cum filio XIX. HERODE, qvem Augustum fecerat, à consobrino XX. MÆONIO interemtus est, vir acer in bellis, qvi, censente Trebellio Pollione, cum uxore Zenobia, qvam nonnulli fortiorem censent marito, omnes totius orbis partes reformasset, nisi scelerata Mæonii manu periisset, qvem tamen sui ipsius milites brevi è medio sustulerunt. Et XXI. ZENOBIA, qvæ se de Cleopatrarum & Ptolemeorum gente jactitavit, diademate sibi imposito, nomine filiorum XXII. HERENNIANI & XXIII. TIMOLAI diutius, qvam femineus sexus patiebatur, imperavit, & tandem ab Aureliano victa & triumphata in jura concessit Romana. Hæc ne virum qvidem suum scivit, nisi tentatis conceptionibus, & cum esset Palmyrenorum in Syria regina, jam in potestate sua nationes Ægyptias & universum orientem usq; ad Ancyram Galatiæ tenuerat. Præter hos, qvos jam diximus, XXIV. INGENUUS in Pannonia per Mœsiacas legiones imperii fasces suscepit. Sed Gallienus conflictu habito victoriam obtinuit, eoq; peremto, ut erat ferox & furibundus, in omnes Mœsiacos tam milites qvam cives asperrime sœviit, ut plerasq; civitates vacuas à virili sexu relinqveret. XXV. REGILLIANUS in Illyrico & Mœsia post Ingenuum summam potestatem rapuit, ad imperium militari joco evectus, ut est apud Trebellium Pollionem. Nam cum milites in cœna nomine Regilliani censerent à rege derivari, cœpit id ita in exercitu vulgari, ut communi militum suffragio præ aliis ad imperium veheretur. Verum & hic in gratiam Gallieni sublatus est. XXVI. SATURNINUS qvoq;, vir, ut Pollio habet, prudentiæ singularis, gravitatis singularis, vitæ amabilis, à victoriis & barbaris ubiq; notus, imperium ab exercitibus sumsit. Ab iis tamen ipsis interfectus est, à qvibus electus. XXVII. TREBELLIANUS in Isauria se ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

extuſit: & cum à duce Gallieni Cauſiſoleo, fratre Theodoti, victus eſſet, ſuis legibus vivere Iſauri cœperunt. XXVIII. CELSUS in Africa conſurgens, ſeptimo poſt die interfectus eſt. XXIX. CENSORINUS poſt varias in urbe dignitates tandem ſenex imperatoriam ſibi dignitatem imponi paſſus eſt, mox ab his ipſis, à qvibus electus erat, qvod diſciplinam cenſoriam ferre non poſſent, ſublatus. XXX. Additur his omnibus CYRIADES, qvi in Oriente imperium uſurpavit, & per inſidias ſuorum jam tum, cum Valerianus ad bellum Perſicum veniret, occiſus eſt.

XXXII. *Vulneratam Romani imperii faciem depinxiſti. Qva vero ratione tandem inutile illud Romæ pondus Gallienus ſublatus eſt? & qva occaſione poſt eum CLAUDIUS, qvem ei in catalogo ſubjunxiſti, ſurrogatus eſt?*

Totus otio marcuit Gallienus, & luxuria defluxit, nulla in re, niſi forte à poeſi laudem meritus. Hinc illud ejus epithalamium commendatur:

Ite, ite, ò pueri: pariter ſudate medullis
Omnibus inter vos. Non murmure veſtra columbæ;
Brachia non hederæ; non vincant oſcula conchæ.

A facetiis etiam aliqvam meruit laudem. Hinc impoſtorem, qvi gemmas imperatrici vitreas pro veris vendiderat, juſſit comprehendi, qvaſi leoni objecturus, & expectante terribilem beſtiam populo ſimul & captivo, emiſit in caveam capum. Sic, qvi impoſturam fecerat, paſſus eſt. Cæterum nemo jam fere amplius improbitatem ejus ferre poterat. Martianus imprimis & Heraclianus labem improbam à gubernaculis generis humani dimovere conabantur. Qvod conſilium caute etiam expedierunt, & miſſis nunciis, qvi Aureolum cum copiis hoſtilibus adeſſe nunciarent, in inſidias eum protraxerunt, & cum filio SALONINO GALLIENO, qvem Auguſtum dixerat, interemerunt. Qvanqvam autem ipſi imperii obtinendi cauſa hanc cædem commiſere, dignior tamen inventus eſt FLAVIUS CLAUDIUS, in qvo Trajani virtus, Antonini pietas, Auguſti moderatio eluxiſſe dicitur. Factus eſt ille imperator, cum Aureolus adhuc in Illyrico; Odenatus in Oriente; Tetricus in Gallia & Hiſpania imperium teneret. Aureolum mox dejecit, victum ad Mediolanum. Deinde ad bellum Gothicum, qvo CCCXX amplius millia in imperium irruerant, in Mœſiam profectus, ita tantam multitudinem binis præliis attrivit, ut fere nulli ad Patrium ſolum revertërentur. Pugnatum eſt ſub eo in variis locis, qvæ attriverant Germanicæ gentes, ad Byzantium in Theſſalia, apud Benacum lacum, & aliis regionibus. Ad oppidum Tyanam canem dixerat ſe in eo, ſi ex-

si expugnasset, non relicturum, qvod sibi occlusum repererat. Illo autem proditione capto, proditorem occidit, & militibus direptionem oppidi flagitantibus, vir omnino probus & mansvetus respondit, ut omnes canes, qvos negavit se relicturum, interficerent. Sed non diu tantum virum Romanis fata permisere. Ostenderant tantum terris. Mortuus est. & frater ejus QVINTILIUS, qvem Pollio Qvintillum vocat, vir sanctus, imperium sibi omnium judicio delatum suscepit: sed XVII. die, qvod militum facinoribus æqvum se non præberet, eo genere, qvo Galba, qvo Pertinax interemtus est. Successit ei AURELIANUS, humiliori loco in Dacia sive Mœsia oriundus, ob severitatem & pene sævitiam, censore Vopisco, princeps magis necessarius, qvam bonus, & egregius senatorum pædagogus. Sub eo, postqvam castrensia peccata correxit, neminem peccasse ferunt. Primo qvidem cladem à Marcomannis apud Placentiam passus est: sed iis deinde feliciter profligatis Gothos in Thracis & Illyrico, Cannabamq; eorum regem trans Danubium fudit. Summa: Omnes provincias amissas, si Daciam excipias, qvam, qvia defendere non poterat, reliqvit, tanta felicitate recepit, ut Alexandro M. aut J. Cæsari haud videatur absimilis. Recepit à Tetrico Gallias; à Zenobia Orientem; à FIRMO Ægyptum. Hunc Firmum, qvi Ægyptios in libertatem vindicare voluit, cyclopem nominarunt, qvia pilosus fuit & hispidus, & incudem superpositam pectori constanter, aliis tundentibus, pertulit, cum ipse resupinus & curvatus penderet in manus. Bellum etiam, qvod vocant Monetariorum, adversus Monetarios & Qvadruplatores, qvi vitiatis pecuniis turbas in urbe, autore Felicissimo, Rationali, ut Eutropius eum vocat, ingentes movebant, tanta difficultate gessit, ut ex exercitu suo VII. millia desideraret. Scriba Mnestheus, qvi Zosimo dicitur Eros, cui aliqvando mortem, nescio ob qvod delictum, minitatus fuerat, tandem eum, cum iter inter Heracleam & Byzantium faceret, per insidias interfecit. Clementer ab eo factum celebratur, qvod, cum Tyanenses portas ei occlusissent, ipseq; iratus dixisset, non relicturum se canem in oppido: jamq; urbe proditione capta, milites direptionem oppidi flagitarent, responderit: Agite, canem me negavi relicturum: canes omnes occidite.

XXX. Satis probi imperatores post Gallienum præfuere, Claudius, Qvintilius, Aurelianus: Et illis credo non absimiles fuere, qvi in catalogo seqvuntur, TACITUS, PROBUS, CARUS.

Aureliano sublato, sex mensibus continuis milites à senatu petunt impera-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ratorē. Ille pio certamine ad arbitriū exercitus legi eum voluit, nō nescius, datos à se principes militibus non placere. Tandem senex optimus, ANNIUS TACITUS, vir consularis, omnibus præfertur, homo moderatissimus, qvi gemmas, aurum & clavatas vestes nec ipse gessit, nec uxori gerere permisit, & remp. velut longo postliminio reductam suo juri ac judicio restituit. Intra sextum vero mensem febri extinctus, virtutem, qvam vita ejus promiserat, probare neqvibat. Id imprimis de eo Fl. Vopiscus refert, qvod Corn. Tacitum historicum, qvem parentem suum vocabat, in omnibus bibliothecis collari jusserit, &, ne deperiret incuria lectorum, per singulos annos decies describi curaverit: qvodq; noctem, qva non aliqvid vel scriberet vel legeret, nunqvam transmiserit. Eo vel morbo vel insidiis militaribus interemto (nam utrumq; traditur) frater ejus FLORIANUS duobus mensibus imperium, tanqvam hereditarium, usurpavit, morum fratris imitator. Sed qvia milites in oriente AURELIUM PROBUM Pannonium, Trajano & Hadriano & secundum Fl. Vopiscum nullis non imperatoribus conferendum, elegerant, incisis à semetipso venis effuso sangvine consumtus est. Probus ille vere probus erat, qvi sub Valeriano, Gallieno, Aureliano & Claudio, innumeris fortitudinis speciminibus editis, inter omnes dignum se præbuit, qvi omnibus imperaret. Et tamen invitus imperium suscepit. Cumq; à militibus eligeretur: non expedit vobis milites, dixit: Ego enim blandiri vobis non possum. Et verbum re probavit. Nunqvam enim otiosos passus est, judicans, eos annonam gratuitam comedere non oportere. Si qvid tamen prædæ fuit, nihil præter tela & arma servavit; reliqva divisit omnia. Hoc disciplinæ militaris rigore totum fere orbem pacavit. Et cum in Gothis, Francis & aliis Germanis reprimendis esset occupatus, atq; in Galliis LX. amplius nobilissimas civitates ab illis recepisset, illorumq; vel qvadraginta millia, si Vopisco credimus, interfecisset, in Illyrico etiam Sarmatas contudisset, Bastarnis autem & Francis, teste Zosimo, agros & sedes concessisset, SATURNINUS in Ægypto sibi supremam rapuit potestatem. Eo vero variis præliorum generibus everso, orientem tam qvietum reddidit Probus, ut, qvemadmodum vulgo locutos fuisse dicit Vopiscus, mures rebelles nullus audiret. In occidente etiam PROCULUS Gallus & BONOSUS Britannus imperium rapuerunt, & Britanniam, Hispaniam, Galliam sibi vindicarunt. Sed victi sunt facile & apud Agrippinam oppressi, qvorum alter Bonosus, qvod laqveo vitam finiisset, amphora pendens dictus est.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Nam dum vivebat, bibit, qvantum hominum nemo, ut recte de eo Aurelianus diceret: non, ut vivat, natum esse, sed ut bibat. Qvantumlibet autem bibisset, sobrius tamen, qvin & in vino prudentior visus est. Tandem Probus, felicissimus imperator, qvi Germanis, Gallis & Hispanis permisit, ut vites haberent, qvas illis Domitianus lege prohibuerat, cum in Pannonia patriam Sirmium ampliaturus, milites exsiccandis paludibus & aliis laboribus oneraret, eorumq; opera vitibus montes consereret, qvas habere, ut diximus, Domitianus vetuerat, iisdemq;, dum hostis deesset, opus haud esse diceret, odia eorum incurrit, & in ferrata turri per tumultum occisus est. Intra VII. annos nondum completos fertur LXX. urbes instaurasse & multa domi prudenter instituisse. Culpatur ob nimiam severitatem à Sileno in Juliani Cæsaribus, qvod nihil unqvam cuiqvam condonaverit. Sub hoc imperatore Franci, qvi ab eo sedes ad Pontũ acceperant, ut est apud Zosimũ & in panegyrico Rhetoris, defectioné moliti, magnamq; navium copiam nacti, totam Græciam, ipsamq; Siciliam & Carthaginem in Africa in prædam habuerunt. Illi CARUS cum duobus filiis, CARINO & NUMERIANO, successit. Sed nec ipse per bienniũ præfuit: & uterq; filius post patrem ferro periit. Qvamdiu tamen præfuit, virum se præstitisse visus est. Nam initio imperii XVI. millia Sarmatarum in Pannonia trucidavit, plures cepit. Postea contra Persas profectus, nullo sibi occurrente, Mesopotamia vastata, Ctesiphonem usq; pervenit, Persisq; domestica seditione occupatis, imperatoris Persici nomen meruit, & paulo post fulmine extinctus est. Filium alterum Carinum, scelestum & truculentum hominem, ad Gallias tuendas miserat, de qvo illud sæpe ingeminasse fertur: Non est meus: alterum Numerianum, militem simul & oratorem & Poetam, adjunxerat sibi in expeditionibus. Sed qvamprimum perierat, Numerianus, qvi in oriente imperium usurpare cœperat, factione Afri soceri sui, præfecti prætorio, qvem libido imperandi accenderat, peremtus est. Milites autem cæde intellecta, cum concione habita qværerent, qvis daretur reipublicæ bonus Princeps, DIOCLETIANUM Dalmatam ex oppido Dioclea, senatoris qvondam Anullini libertum, omnes Augustum appellarunt, virum insignem, callidum, consilii semper alti, nonnunqvam tamen effrontis. Hic, teste Eusebio, in ipso imperii sui ingressu fidem Christi se complecti simulavit, ut populo Romano placeret, tantamq; pietatis speciem præ se tulit, ut præ omnibus retro imperatoribus humanus & mansvetus videretur. Paulo post conscenso tribunali, memor

responsi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

responsi à qvadam muliere inter Druydes dati, qvo tunc fore imperatorem dixerat, cum Aprum occidisset, Aprum tandem fatalem sua manu sustulit. Antea enim apros qvidem summo studio indagatos occiderat plurimos, sed, ut jocari solebat, alii semper pulpamento usi fuerant. Apro sublato, Carinum etiam aliqvot præliis victum, ad Margum in Mœsia peremit, & se totum ad imperium conqvassatum rectius constituendum convertit.

XXXIV. *Addamus igitur huic secundi libri sectioni colophonem, &, qvid rerum DIOCLETIANUS cum iis, qvos imperii consortes fecit, in imperio gesserit, consideremus.*

C. Aurel. Valerius Diocletianus, sublato Carino, cum se in orientem adversus Persas vocari sentiret, MAXIMIANUM è Sirmio Pannonem, hominem admodum ferocem, antiqvum in militia socium, in imperii consortium evexit, eiq; regendas concessit Gallias, qvas Amandus & Ælianus, collecta rusticorum manu, qvos Bagaudas vocarunt, turbabant. Ipse igitur Diocletianus in Persas; Maximianus in Germanos copias duxit, uterq; hostibus plerumq; superior. Sed cum plures reqvirerentur in tam vasto imperii corpore jam undiq; turbato, qvibus curæ bellicæ communicarentur, convenere Mediolani, & anno Æræ Christianæ ccxci. duos sibi adjunxere Cæsares, CONSTANTIUM CHLORUM & GALERIUM MAXIMINUM, alias Maximianum, qvi ipsis Augustis, ut tradit Ammianus, tanqvā apparitores obtemperarunt, ultro citroq; pro eorum arbitrio commeantes. Constantius Claudii junioris imperatoris ex Claudia fratris Crispi filia & Eutropio Dardano nepos fuit, genusq; ad Vespasianum retulit: & dimissa uxore Helena Britannica, Coëlis qvondam hospitis sui filia, ex qva CONSTANTINUM, MAGNUM deinde dictum, susceperat, Theodoram Maximiniani privignam duxit, & ex ea plures liberos suscepit: Galerius Thrax vel Dacus erat, ex armentario ad tantos honores evectus, qvi dimissa itidem uxore, Valeriam Diocletiani filiam in torum recepit. Eo facto Diocletianus in Ægyptum movit, qvam Achilleus purpura induta ad arma compulerat. Constantius in Gallias abiit, in qvibus CARAUSIUS, gente Menapus, vir rei militaris peritissimus, Britannia jam occupata, se imperatorem constituerat, & Alemannis ad Lingones cæsis, pacem Galliæ reddidit. Galerius, ducto secum Constantino Constantii filio, trans Istrum Sarmatas, Bastarnas & Pannones aggreditur: Maximianus in Africam proficiscitur, qvam Qvinqvegentiani prope Cyrenen vexabant. Galerius hosti-

bus suæ provinciæ facile profligatis, inde adversus Persas copias eduxit, qvorum rex Narses Mesopotamiam & Armeniam gravi bello concusserat. Primo congressu felix, secundo incautior, totum pene exercitum amisit. Diocletianus eum, omissa expeditione Æthiopica, qvam victo Achilleo meditabatur, contendens in Syriam, colloqvio non dignatus, tanta acerbitate excepit, ut purpuratus per aliqvot passuum millia ante carpentum præcederet, & vix veniam reparandi exercitus impetraret. Ad abolendam igitur ignominiam reparato exercitu, in Armeniam regressus, hostem recente victoria animosum & securum ingente strage fudit, & ultra Ctesiphontem imperii limites protulit, & qvinq; Transtigritanas provincias, qvas Trajanus omiserat, recepit, captisq; regis liberis, conjuge & thesauris, ingens imperio decus addidit. Interea Constantius in Gallia & Britannia paranda occupatus, Spiram condidit. Et qvanqvam Carausius, qvi Britanniam & loca nonnulla in Galliis, fretus Germanorū auxiliis, ultra septennium vi obtinuerat, nec victus qvidem aliqvoties & Gallia pulsus, Britanniam sibi eripi patiebatur, à familiari suo ALECTO necatus est, ille tamen, à qvo interfectus est, Alectus post eum adhuc Britanniam per triennium tenuit, donec tandem per Asclepiodorū acie superatus periret. Qvo facto Germani, Rhenum glacie concretum transeuntes, Constantio nova objecerunt pericula, illumq; victum & vulneratum ad Vindonis oppidum tanto discrimine fugavere, ut clausis portis reste in murum extraheretur: sed adventante exercitu, receptis animis, denuo eodem die acie congressus, LX. millia hostium prostravit. Maximianus qvoq; bellum in Africa feliciter profligavit. Eo confecto, in ipsos suos milites, qvorum multi fidem Christi amplectebantur, admodum sævire cœpit, & integram LEGIONEM THEBÆORUM è Syria evocatam in Galliis sub tribuno Mauritio, cum milites in ea Christiani, ut jusserat, nollent illic locorum Christianos perseqvi, nec Diis sacrificare, primum bis decumavit; deinde totam ab exercitu immisso cædi jussit. Et ab hoc tempore dirissima omnium persecutio in Christianos decreta est. Devictis enim omnibus hostibus, & pacato jam orbe terrarum, atq; triumpho à Diocletiano & Maximiano omnium maximo, in qvo ille Jovii, hic Herculei nomen assumsit, acto, Diocletianus nunc demum regiæ consvetudinis formam magis, qvam Romanæ libertatis invexit, seq;, extructis per septennium immensæ molis Thermis Diocletianis, ad exemplum Caligulæ adorare, pedesq; exornatos in calceamentis auro, gemmis & margaritis exosculari jussit, cum hactenus im-

imperii insigne in chlamyde purpurea tantum fuisset; reliqva vero cum cæteris communia. Ecce autem, qvid factus ex nimia rerum prosperitate positi! Imperatoribus cum hostes alii non superessent, in ipso suo imperio qværebant, in qvos ita odio Christiani nominis sævierunt, ut reliqvæ novem persecutiones sub Nerone, Domitiano, Trajano, Adriano, M. Antonino, Severo, Maximino, Decio, Valeriano, lusus & jocus præ hac fuerint. Sed cum consilium non succederet, &, qvanqvam uno duntaxat mense numerati sint XVIICIↃ martyrum, decennii illius tempore, qvo duravit persecutio, in una Ægypto tradantur CXLIVCIↃ. cæsa & IↃCC. millia in exilium ejecta, numerus Christianorum indies cresceret, ipsaq; tyrannorum sævitia ecclesiæ pressæ incrementa adderet, pertæsus Diocletianus vitæ & honorum, sese una cum Maximiano deposita purpura imperio abdicavit. Ille Salonas in patriam, hic in Lucanos concessit. Nihilo tamen seqvius Galerius in Christianum nomen sævire perrexit, & duos ex sororibus nepotes FL. VAL. SEVERUM & VALER. MAXIMINUM Cæsares creavit: qvorum illi Italiam & Africam; huic orientem concessit, ipse in Illyrico mansurus. Sed Constantius Chlorus Christianos mitius habuit, & qvos inter amicos, cum illos aut fidem aut vitam mittere jussisset, constantes in fide deprehenderat, reliqvis impensius amavit: eodemq; anno, qvo Severus & Maximinus Cæsares creati sunt, fatis cedens, CONSTANTINUM filium, in imperio successorem reliqvit. Id intelligens Maxentius, aliis Magnentius dictus, Maximiani sive ab uxore suppositus filius, sive, ut Baronius ex numo veteri probat, gener, homo truculentus, etsi simulabat Christi fidem, ægre tulit, se à suo sive credito patre, sive socero in dignitate Cæsarea esse præteritum, militumq; prætorianorum ope Romæ imperium invasit, & Severum Cæsarem id copiis, volente ita Galerio, eductis impeditum, prælio victum Ravennæ inclusit, &, si Eutropio credimus, à suis desertum sustulit. Zosimus periisse Severum memorat Maximiani fraude, qvi animo ad imperium, qvod deposuerat, denuo adjecto, ut illud recuperaret, fraudulentis svasionibus induxerit Severum, ut Ravenna egressus, Romam se reciperet: & sic illum in itinere à militibus Maxentii necatum esse. Addit, Maximianum Diocletiano qvoq; autorem fuisse, ut vita privata missa, secū fasces depositos reciperet: sed illo constantius in proposito permanente, nihilq; bono etiam & cauto imperatori difficilius esse, qvam imperare dicente, qvod ait Eutropius, odium Maxentii, cujus imperium stabilire qvoqvo modo voluit, simulasse: & versus

Alpes ad Constantinum contendisse, dataq; ei in uxorem filia Fausta, id egisse, ut sub nuptiarum specie eum everteret. Sed Fausta viri magis qvam parentis studiosa, ordinem technarum Constantino detexit: qvi socerum infidum cum exercitu insecutus, eo illum adegit, ut in fuga, vita desperata, sibi ipsi apud Massiliam laqveum injiceret. Diocletianus justo Dei judicio diutius inter perpetuos conscientiæ terrores superfuit, & passim regnare vidit, qvos perdere voluerat. Galerium fœdus genitalium morbus absumsit. Qvi, anteqvam decederet, ut compesceretur Valens, qvi imperium Orientis invaserat, LICINIUM Dacum, qvem alii vocant Licinianum, sibi substituit, hominem avarum, venereum, asperum: qvi peremto Valente, bonos æqve ac malos oderat, &, teste Aurelio Victore, literas virus ac pestem publicam; aulicos vero parasitos, tineas soricesq; nominabat. Inde passim turbatum in imperio. In Africa ALEXANDER, Phryx natione, præfectus prætorio, induit purpuram: sed facile oppressus est à Maxentio. Hunc tamen ipsum ob sævitiam Constantinus evertit. Idem Licinium & Martinianum diversis temporibus habuit adversos. Sed omnibus extitit superior, ut seqventi sectione dicemus.

LIBRI SECUNDI
SECTIO IV.
de qvarta ætate monarchiæ Romanæ, sub imperatoribus orientalibus.

I. *Qvod supra pollicitus es, historiam CONSTANTINI pleniorem aggredere.*

Etsi Constantius ex Theodora Maximiani privigna, præter Constantiam, qvam Licinio elocavit, tres susceperat filios, Constantinum, Annibalianum & Constantium, ut Zonaras tomo secundo Annalium testatur, surrogari tamen sibi voluit Constantinum, natum ex priore conjuge Helena (qvam Zosimus negat fuisse matremfamilias, aut in manum Constantii legitime venisse) sive qvod reliqvi ad imperium minus apti videbantur, sive potius omne divinæ providentiæ negotium fuit. Prædictus Zosimus refert, Constantinum non à patre, sed à prætorianis militibus, qvi neminem ad imperium judicabant aptum ex ejus fratribus, post fata patris dignitatem imperii accepisse. Hunc Constantinum, adolescentem etiamnum, pater Galerio in expeditione adversus Sarmatas adjunxerat, cum ut obses fidei mutuæ esset, tum ut prima militiæ rudimenta poneret:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643


ret: Sed Galerium Zonaras memorat, ſtructis ei ob ingenii dexteritatem inſidiis, conſulto ſub ſpecie honoris variis periculis illum objectaſſe, qvæ tamen ſemper inſigni animi fortitudine depulerit, & ducem Sarmatarum ſecum congreſſum corripuerit vivum, inq; caſtra catenatum adduxerit; leonem qvoq; immanem juſſu Galerii proſtraverit. Tandem Conſtantinus, exoſum ſe eſſe intelligens, qvia videbatur jamdudum cum animo ſuo de imperio cogitaſſe, noctu ad patrem in Galliam fuga elapſus, imperio potitus eſt, qvia brevi poſt pater de vita deceſſit. Hoc tempore poſtqvam fœdo morbo Galerius interierat, à qvatuor Auguſtis Romanum imperium tenebatur: Hiſpania, Gallia, Britannia & Germania à CONSTANTINO; Italia & Africa à MAXENTIO; à LICINIO Illyricum; & Oriens à MAXIMINO. Conſtantinus initio imperii ſui ingentia bella adverſus Francos & alios Germaniæ populos, exercitu Rhenum transmiſſo, geſſit, duosq; eorum reges beſtiis in ſpectaculo objecit, & cum Romani cives intolerandam Maxentii tyrannidem, qvi cædibus & ſtupris omnia polluebat, diutius non toleraturi, miſſis clam oratoribus, obſecrarent, ut rebus populi, qvoqvomodo poſſet, conſuleret, ea parare inſtitit, qvæ ad tantum tyrannum extingvendum neceſſaria viderentur. Maxentius contra non in armis ſaltem, ſed & à magicis artibus ſubſidia qvæſivit. Fidei enim Chriſtianæ aperte renunciaverat. Hæc intelligens Conſtantinus, animo ſecum volutabat, qvemnam ſibi Deum potiſſimum ad eam pugnam protectorem invocaret. Et die qvodam, paulo poſt meridiem, ſole jam declinante, in cœlo ſupra ſolem, crucis ſignum è luce adornatum & conſtructum, ac ſcripturam additam cum toto exercitu admirabundo vidit: ΕΝ ΤΟΥΤΩ ΝΙΚΑ: IN HOC VINCE. Et edoctus veritatem Chriſtianam, ſignum ſibi, juxta formam ejus, qvod in cœlo viderat, comparavit, ut illo contra hoſtium exercitus labari loco uteretur. Fuerunt autem apud veteres Romanos poſt oppreſſam rempublicam qvatuor ſignorum genera, ut ex Tacito & aliis Onuphrius in commentario in librum ſecundum Faſtorum demonſtrat, eqvitum vexilla, cohortum ſigna, legionum aqvilæ, totius exercitus ſive Auguſtorum labarum, imperatorum imagine exornatum. Sed Conſtantinus, detracta ſua in labaro imagine, in ejus locum ſignum crucis, qvod in cœlo viderat, cum nomine Chriſti appoſuit, & eo in qvalibet deinde expeditione perpetuo uſus eſt. Anno autem poſt natum Chriſtum CCCXII. ſuperatis Alpibus, plurimis urbium præſidiis expugnatis, tripliciq; prælio in itinere Maxentii copiis profligatis, ad ipſam urbem caſtra

juxta

juxta pontem Milvium locavit. Maxentius alio ponte facto, qvem teste Eusebio de industria fieri curaverat, ut laxatis tabulatorum fibulis nexibusq́, qvando vellet, dissolveretur, fuga sive vera sive simulata hostes in pontis insidias attrahere conatus, ipse in dolum, qvem Constantino paraverat, incidit, & ponte fracto dejectus & gurgite abreptus periit. Hac egregia victoria Constantinus potitus, qvi xc. peditum & viii. eqvitum millia ausus fuerat opponere CLXX. peditum & xviii eqvitum millibus, Romam immani tyrannide liberavit: Italiam atq; Africam suo imperio adjunxit: in hujus rei memoriam & tempora rectius ordinanda, ut Onuphrius demonstrat, primam Indictionem xv. annorum anno Christi cccxii. instituit: multa in Christianorum commoda sanxit: multa donaria templis eorum intulit: multis illorum episcopos reditibus auxit: profana contra sacrificia interdixit: oracula Delphicum & Dodonæum sustulit: Deorum ferias, epulas & solennia publice fieri vetuit: gladiatorum cruenta spectacula & scorta mascula abrogavit. Paulo post cum Maximinus nullis staret conditionibus, & Licinio atq; Constantino multis modis adversaretur, Licinius affinitate Constantino, ducta ejus sorore Constantia, jam junctus, variis eũ cladibus in Illyrico & Thracia fregit, atq; ad extrema adegit. Fuga enim elapsus, per orientem in Ægyptum discedens, ut novas copias cogeret, Tarsi diem inops obiit. Sed cum hoc rerum successu Licinius elatus, Constantinum præcipuis regionibus iniqva imperii partitione excluderet, decretisq́ de libertate religionis abrogatis, Christianos horrendum in modum affligeret in Oriente, Constantinus contra suis commodis nollet desse, dissidio novo suborto, res ferro in Pannoniis ad Cibalim & deinde in Thracia est commissa. Prælio superior Constantinus ad pacis conditiones infidum affinem adegit, qvibus nova provinciarum divisio facta est, qva Constantino cedebatur occidens; Licinio cum Thracia oriens. Ab hoc tempore Constantinus filium ejus nondum xx. mensium LICINIANUM Romæ creavit Cæsarem: sicuti antea Cæsares creaverat duos suorum filiorum natu majores: CRISPUM è Minerviana pellice, & CONSTANTINUM è Fausta. Ex his Crispum in Gallos misit tumultuantes, & adversus Sarmatarum regem Rausimodum, qvi trajecto Istro Romanas provincias vexabat, feliciter bella gessit. Licinius interim ad paganorum partes dilapsus, MARTINIANO Cæsare creato, atrociter omnes, qvi Christum profitebantur, cœpit divexare: nec prius coerceri potuit, qvam Constantinus cum primo terrestri prælio ad Hebrum; deinde navali in Helle-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Hellesponto profligaret, inq; urbe Byzantina, qvo profugerat, obsideret, indeq; elapsum navigio in Chalcedonem, ubi denuo cxxx. millia militum coegit, persecutus; acie ausum congredi, sic attereret, ut vix xxx. millibus ex hostili acie salvis, ultro Byzantii & Chalcedone portis apertis victor reciperetur. Licinius cum Martiniano in fuga se Nicomediam recepit: sed utrumq;, oppido militibus cincto, tamdiu fatigavit, donec se dederent. Et Martiniano statim vita erepta; Licinius autem Thessalonicam est ablegatus. Sed & ipsi non multo post, qvod res novas moliretur, vita laqveo ademta. Hæc vero tot tantaq; decora, per tot jam annos domi militiæq; qvæsita, repente insana domestici doloris puniendi libido corripuit, & novercales fraudes fœdam Constantino maculam adspferserunt: qvas antequam enarro, universam ejus familiam in tabula exhibebimus.



II. *Qvænam est illa clades domestica, qvam dixisti Constantinum post tot decora perpessum esse?*

Cum Sarmatas compescuisset, è Sardica ad Maximum præfectum urbis, anno Christi CCCXXIII. rescripserat, ut aruspices ob qvædam prodigia consule-

suleret, ut est l. 1. C. Th. de pagan. Id ita videtur Deo displicuisse, ut variis illum calamitatibus objiceret, qvi multis jam videbatur à Christiana religione descivisse. Fausta, ejus uxor, sive incestuoso Crispi privigni juvenis egregii amore succensa, &, cum castum pectus expugnare non posset, in furorem versa, sive, ne privignus filiis suis in imperio præferretur, verita, Crispum ad patrem detulit & obruit aut intentati stupri aut affectati regni insimulatum. Necavit etiam nescio qvas ob suspiciones suum ex sorore nepotem Licinianum, antea Cæsarem creatum. Id intelligens mater imperatoris Helena, ut primum vacuas filii aures adepta est, veritatem filium edocuit. Qvam ob causam ille Faustam in balneas ardentes immissam manibus Crispi sociam addidit. Horum facinorum male sibi conscium, ad suscipiendum baptismum, qvo hactenus nondum ablutus fuerat, accessisse, autor est Zosimus, ut delicto, adde & lepra, si Baronio vis credere, liberaretur. Ex hac Fausta pleriqꝫ dicunt Constantino eos filios natos, qvi post eum imperio præfuerunt. Zosimus & hic est contrarius, & dicit, filios illi natos non ex Fausta, sed ex alia, qvam insimulatam adulterii morte adfecerat. Cæterum Constantinus præter filios, DALMATIUM ex fratre Annibalio, sive, ut alii volunt, Dalmatio nepotem sibi Cæsarem adjunxit. Athanasium qvoqꝫ orthodoxæ religionis adversus Arium propugnatorem acerrimum, calumniis aliorum dementatus, in exilium misit, & ob nimias exactiones nimiasqꝫ profusiones apud multos male audire cœpit. Omnem tamen labem eluit, cum CONCILIUM NICÆNUM, cum totius orbis Christiani commodo, anno cccxxv. celebraret: de qvo in syntagmate ecclesiastico dictum. Drepanum deinde, Bithyniæ oppidum, instauratum de matris nomine Helenopolin; & Byzantium à Severo & denuo à Gallieno antea pene totum eversum, variis templorum, scholarum & aliorum ornamentorum operibus adornatum, novam Romam & de se CONSTANTINOPOLIN vocavit & anno Christi cccxxx. dedicavit: atqꝫ ut fines contra Barbaros ingruentes melius tutaretur, imperii sedem illuc transtulit: ex qvo consilio omnia mala in occidente subsecuta profluxisse putant, præsertim qvia occasio pontificibus Romanis data est jura imperatorum infringere, & nescio qvas postea Constantini donationes fingere. Ferunt, teste G. Codino, vulgo Curopalata dicto, qvem Georgius Dousa latinitate donavit, BYZANTEM aliqvem, Cornutæ filium, in extremitate maris Bosporii urbe constructa, VII. in ea turres ita coaptasse, ut loqvi inter se, & corresponsare viderentur, qvia si tubæ & alius sonitus unam percute-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

cureret, ea alteri transmittebat eundem: postea Hæmonem Thraciæ tyrannum singulari certamine ante portas novæ urbis prostravisse: bellum hinc gessisse contra Crysen Scytharum regem, qvi Byzantium gravi pressit obsidione: post ejus fata Pinæum Megarensem, qvi in vicinam Chalcedonem XIX. annis ante Byzantis principatum sedes transtulerat, Byzantio potitum. Cæterum, qvi volet egregium situm Byzantii seu Constantinopolis, clavis Ponti, Propontidis & maris Ægæi, & benignissimam ibi naturam cognoscere, legat P. Gyllii libros IV. de topographia Constantinopoleos, & imprimis qvartum librum Polybii. Inde simul constabit, multis incommodis ab antiqvis usq; temporibus Byzantinos è Thracia esse infestatos, qvæ ita eorum agrum circuit, ut omnem illorum regionem à mari ad mare amplectatur: illos nihilominus se semper antiqvo cum Græcis fædere defendisse: tandem grave à Gallis tributum fuisse illis impositum: qvo exhaustos vectigalia cœpisse ab omnibus exigere, qvi in Pontum navigant: Rhodios ob id Byzantinis bellum indixisse: qvod qvomodo finitum sit, legatur apud Polybium. Tempore Philippi Macedonis præfuit Byzantio Leo, qvi fortiter impetum Macedonum, à qvibus urbs magnis ausis oppugnabatur, sustinuit. Suppetias Byzantinis tulere Athenienses contra Philippum per Charetem, illuc cum XL. navibus missum. Inde Protomachus principatum excepit, & post eum Timasius Calliades: qvi & Thracas armis fregerunt & civitatem in melius reformarunt. Tandem urbs Romanis cessit. L. Septimio Severo Romæ imperante, Byzantini, qvia Nigrum Orientis præfectum prætulerant, Perinthiorum, qvi Heraclienses nominantur, servitio addicebantur. Brevi tamen ira imperatoris sedata, ita ejus animum devinxerunt, ut variis ornamentis eorum civitatem augeret. Antonius, ejus filius, illam à se Antoniam nominavit. Constantinus deinde Magnus, ut diximus, ei suum nomen impertivit: & ab hoc tempore tam augustam faciem induit, ut in XIV. regiones describeretur, & contineret vicos CCCXXII. domos IVCIↃCCCCXXVIII. longitudine XIVCIↃLXXV. pedum, & latitudine pedum VICIↃCL. ut est in Notitia dignitatum utriusq; imperii Romani Gvidonis Pancirolli. Cæterum constituta nova imperii sede, Constantinus, ut rectius omnia ordinaret, complures novos magistratus instituit. Officium duorum præfectorum prætorio in plures dispersit, & magistratibus, qvos Augustus constituerat, in aliam formam mutatis, aliam jussit esse patriciorum conditionem; aliam præfectorum prætorio jurisdictionem: addiditq; magistros militum, officiorum, scriniorum, sacrarum

lar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

largitionum, ſacri palatii, ſacri patrimonii, primicærii, & qvi inſerviebant præfecto prætorio, principem; cornicularium; adjutorem; commentarienſem; ab actis; numerarium; ſubadjuvam; curatorem epiſtolarum; exceptores; adjutores; ſingularios: qvorum deſcriptones videre licet apud Pancirollum. Ferunt etiam eum ſanxiſſe, ut agri, villæ, oppida, qvæ parochias vocabant, tribunis, præfectis, ducibus, comitibus, in vitæ uſus data, ad heredes qvoq; eorum transirent. Hanc eſſe putant principum, ducum, comitum, regalium & feudorum originem. Qvod tamen illius factum reprehendit Zoſimus, perpetuus ejus obtrectator, qvia limitanei milites, in oppida jam translati, voluptatibus ſunt emolliti, & ripæ Rheni, nudatæ præſidio, injuriis barbarorum expoſitæ. Cæterum Conſtantinus ad bella reverſus, Gothos primum per Gallicanum ſororium, qvi nova irruptione in Mœſiam & Thraciam ſeſe intulerant, atq; omnia populationibus & incendiis miſcuerant, fortiter trans Iſtrum [illegible]degit, ut xv. militum millia ſibi ad bellum urgente neceſſitate [illegible]mitterent. Deinde in Perſas profectus, qvorum rex Sapores, Meſopotamia jam vaſtata, Niſibin obſidione premebat, in itinere ardenti febri correptus eſt. In ultimis conſtitutum nunc demum Nicomediæ ſacro baptiſmate eſſe expiatum, Euſebius, Hieronymus & alii teſtantur. Homines enim per hos annos diu inter Catechumenos ſe probaſſe, nec niſi ſero ſacramentum baptiſmatis accepiſſe, demonſtrat Carolus Sigonius libro v. de occidentali imperio, qvanqvam Baronius fidem negat Euſebio & aliis probatiſſimis autoribus, & Conſtantinum ante Concilium Nicænum fuiſſe baptiſatum putat. Athanaſium etiam revocari curavit, & teſtamento condito, orbem Romanum inter tres filios partitus eſt: qvod ipſum qvoq; conſilium in eo improbatur, qvia hac diſtributione factum eſt, ut unitas illa atq; invicta virtus ſciſſa, plurimum amiſerit autoritatis & roboris. Gallias, Hiſpanias & Britannias, avitam ſortem trans Alpes, CONSTANTINO natu maximo; Thraciam, Aſiam, Ægyptum & orientem CONSTANTIO; Italiam cum inſulis ejus, Africam & Illyricum & Græciam CONSTANTI permiſit. qvi tamen tantum à paterna animi indole receſſerunt, qvantum ille ſuperiores omnes principes, ſi delicta excipias, qvæ ſuperius narravimus, pietate ſuperavit. Neq; enim Conſtantino filio qviqvam ad vitam incautior; Conſtante ad indecoras voluptates proclivior; Conſtantio aut levior, aut ad arrogantiam intolerantior, aut ob impietatem Arianam magis deteſtabilis fuit. Qvam ob cauſam ſtabile imperium atq; felix eſſe

non

non potuit. Conſtantius inter plurimos viros clariſſimos CONSTANTIUM & ANNIBALIUM ſeu Anabalianum, patruos, imperii qvodammodo participes, & dignitatem nobiliſſimatus conſecutos, ut qvi purpura & inaurata veſte utebantur; DALMATIUM item Cæſarem, ſuum patruelem; APTATUM patricium & ABLAVIUM prætorio præfectum, pilam illam fortunæ ex humili origine ad tantam dignitatem evectum, initio imperii per milites ſceleſto auſu peremit, Conſtantinum M. ab iis interemtum calumniatus, ſed reipſa, ut ſolus Byzantii & in oriente imperaret. Conſtantinus ſua regni portione, qvam ex patris teſtamento acceperat, non contentus, Italiam etiam & Africæ partem à Conſtante petiit. Sed cum armatus per Pannonias ingreſſus, jam ad Aqvilejam conſiſteret, à militibus Conſtantis, qvi tum circa Danubium in Mœſia adverſus Gothos verſabatur, ſive in prælio, ſive ex inſidiis (utrumqꝫ enim traditur) necatus, vitam ſimul & imperium perdidit. Hunc ipſum qvoqꝫ Conſtantem, cum occupatis Conſtantini regionibus, indignis ſe amoribus ac fœdis libidinibus dederet, omniqꝫ prope cura imperii omiſſa, provincialibus gravis & militibus minus jucundus eſſet, MAGNENTIUS comes, dux Rhætici & Vindelici limitis, ope Marcellini, per ſeditionem in Gallia ſuſtulit, purpuramqꝫ indutus, DECENTIUM ac DESIDERIUM, ſive fratres ſive propinqvos ſuos, Cæſares creatos ad provincias occidentis occupandas dimiſit. Eodem tempore VETRANNIUS magiſter militum in Pannonia ſibi imperium ſumſit: & NEPOTIANUS, Conſtantini M. ex ſorore Eutropia nepos, Auguſtum ſe in Italia proclamari curavit, atqꝫ ad Romam, qvam jam Magnentii præſidia tenebant, oppugnandam ſe convertit. Sed paucis interjectis diebus à Marcellino, qvem Magnentius magiſtrum officiorum conſtituerat, prælio victus interiit. Ea re intellecta Conſtantius ex oriente, in qvo toto novennio infeliciter res adverſus Perſas geſſerat, reverſus, maſcula prole carens, FL. CONST. GALLUM patruelem Cæſarem creavit, eiqꝫ Conſtantiam ſororem, Megæram qvandam mortalem, ut Ammianus vocat, elocavit, & imperium adverſus Perſas illic locorum commendavit. Vetrannii poſtea exercitu ad ſe traducto, ipſoqꝫ Vetrannio de dignitate qvidem dejecto, ſed in gratiam recepto, tribus maximis in Pannonia præliis, in qvibus pene nunqvam amplius Romanæ vires conſumtæ, totiusqꝫ imperii fortunæ peſſundatæ ſunt, inqꝫ qvibus nunc primum Chriſtiani contra Chriſtianos pugnaverunt, Magnentium cum utroqꝫ fratre ad eas anguſtias, ut ſibiipſis manus inferrent, redegit. Vix his

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

patratis, adversum Alemannorum reges Gundomadum & Vadomarium, qvi crebris excursibus Galliam infestabant, expeditio illi suscipienda erat: cumq; eos ad æqvas fœderis renovandi leges traxisset, & interea intelligeret, Gallum Cæsarem in oriente, post oppressos rebelles Judæos, tetra ac nefanda facinora conari, fastuq; elatum & insolentia ætatis provectum, injustas cædes, bonorum publicationes, exilia innocentum decernere, ferroq; succinctum noctu per tabernas & compita vagari, & qvid de Cæsare sentirent, sciscitari, maleq; de se locutos interficere, evocatum illum, cum causam in Norico dicere jussus, deprehenderetur multorum criminum reus, subjectum securi ultimo affecit supplicio, comitesq; mortis addidit plurimos, qvorum consiliis Gallus usus fuerat. Inde à Galliis tumultus novus intonuit, Constantio jam ad tyrannidem & fastum inclinante & adulationibus aulicorum exposito. Silvanus enim, peditum magister, Bonitii Franci filius, re adversus Germanorum assiduas incursiones bene gesta, pro gloria invidiam reportavit, & falso ad Constantium delatus, ut adversus insidias se muniret, insignia Augustalia Agrippinæ sumsit. Sed ab Ursicino à Constantio misso callide oppressus est. Constantius seditionibus civilibus ex sententia extinctis, cum se stolido fastu æternum & totius urbis dominum in rescriptis appellare cœpisset, undiq; ab hostibus externis petitus est. Germani & inter eos præcipui Franci, Alemanni & Saxones, Gallias ingressi, Colonia Agrippina pertinaci obsidione capta & deleta, Augustodunum oppugnarunt, Lugdunum vastarunt, & sub VII. regibus, ad tres Tabernas in Alsatia consederunt. Primus regum illorum erat Chonodomarius Alemannus; reliqvi Vestralpus, Urius, Ursicinus, Serapio, Suomarius & Hortarius. Sarmatæ Pannonias hoc ipso tempore incursarunt; Persæ orientem turbaverunt. Misit igitur Ursicinum, ut Persis resisteret. Ipse in Pannonias profectus, Sarmatarum gentem, ut Ammianus habet, in deditionem accepit: inde Sarmaticus cognominatus. JULIANUM autem, fratrem Galli, hactenus Athenis commoratum, Cæsarem creatum, novaq; affinitate, data ei in uxorem Helena sorore, devinctum, juvenem bonarum literarum studio ac Christianæ pietatis laude florentem, adversus Germanos ablegavit. Hic Coloniam Agrippinam restituit, præliisq; aliqvot ingentibus superior, Chonodomarium ad Argentoratum vivum cepit, eoq; in vinculis paulo post morbo veterno defuncto, ad pacem petendam omnes hostes adegit. Theodomirum etiam Francorum regem incautum oppressit, nec qvenqvam armis intentatum reliqvit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

qvit. Cumq; Qvadi, pars Saxonum, Salios è Francis oriundos in Batavia oppugnarent, Saliorum causa suscepta, utrosq; tandem in ordinem redegit & plures ex illis adscripsit legionibus. Cum vero Persæ, omnibus viribus in bellum incumbentes, sub rege Sapore II. Mesopotamiam atq; Armeniam, qvam literis non poterant, armis obtinere conarentur, & Ursicinus calumniis oppressus, à militia remotus esset, ipse Constantius in illos adornavit expeditionem, cui ex Galliis præcipuos milites & duces interesse voluit. Hi cum ægre in tam remota loca perveniri posse intelligerent, seditione mota Julianum proclamaverunt Augustum. Ille initio Cæsaris nomine contentus, Constantii dignitatem tuebatur. Cum vero nihilominus sibi periculum imminere cerneret, Constantio jam in Persas profecto, hostem se illius professus, in Illyricum & Thraciam irrupit, & Aqvilejam, qvam duæ Constantii legiones tenebant, oppugnavit. Constantius igitur, ne Constantinopolin amitteret, cui appropinqvare intellexit Julianū, in Thraciam regressus, paulo post acuto morbo ad radices Tauri montis, extinctus, imperium universum Juliano patrueli reliqvit. Tria mala suo principatu indigna moriturus agnovit, qvod generi suo necem attulisset: qvod Julianum Cæsarem creasset: qvod novis fidei dogmatibus studuisset. Marcellinus testatur, eum nec tersisse nares unqvam in publico, nec spuisse, nec transtulisse in partem alteram vultum, nec pomorum qvicqvam gustavisse. Illius tempore dirus ille terræmotus contigit, qvo Nicomedia & alia oppida per Macedoniam, Pontum & Asiam corruerunt.

III. Estne hic JULIANUS ille apostata, qvi fide Christi abnegata ad Deorum cultum reversus est?

Est ille. Sed egregius impietatis dissimulator Constantinopolin ingressus, mores finxit viro bono non indignos: aulicorum luxum cohibuit: omnes sibi beneficiis devinxit: & cum sciret, Constantium nec paganis nec catholicis fuisse gratum, ab utroq; genere gratiam initurus, non episcopos solum relegatos revocavit, sed & paganis templa restituit. Mox fastu & insolentia elatus, qvi primo se omnibus facilem præbuerat, autore rhetore Libanio, qvo Athenis præceptore usus fuerat, Christianis acerbior factus, Deos profanos colere cœpit: adversus Christum, qvem per contumeliā Galilæum appellabat, VII. libros evomuit: Christianos, ac inter eos Jovianum, Valentinianum & Valentem, qvi postea imperarunt, palatio expulsos militiæ munere spoliavit: reditus ecclesiis præripuit, joco addito, se expeditiores facere ad regnum cœleste, qvia in eorum libris scriptum sit: Beati pauperes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

peres, qvoniam eorum est regnum cœlorum. In odium Christianorum Judæis, ut politiam & templum Hierosolymis instaurare it, concessit. Sed ut hi divinitus impediti sunt, ita ipse in Parthica expeditione, trajecto Tigri, cum Persarum imperium pene ad extrema redegisset, incerti militis telo lethaliter vulneratus, vicisse tandem Galilæum, exclamare coactus est. Antiochiæ cum subsisteret aliqvandiu in expeditione Persica, & portentosis qvibusdam vocibus cum in aliis, tum qva barbam pungeretur, nihil qvidem acerbius in cives statuit, orationem tamen urbanam, qvam Misopogonem qvasi ultorem barbæ vocavit, in Antiochenos composuit, qvæ probris Antiochenorum toti orbi pandendis suffecit. In hoc imperatore commendando, obtrectatores illi Christianorum Zosimus & Artemianus Marcellinus, toti sunt. Extincto anno ætatis xxxi. Juliano, nullus ex universa Constantii Chlori posteritate supererat, cui imperium commendaretur. JOVIANUS igitur Panno, primicerius domesticorum, inter reliqvos duces eminens, militari favore imperator in Persia pronunciatus est. Qvi cum diversis in religione imperare se nolle diceret, milites se Christianos esse fassi sunt. Sic ille Augustalia indutus, labaro Constantini crucem à Juliano ademtam reddidit. Imperavit autem nec suo nec imperii commodo. Cum Persis enim, à qvibus graviter in reditu premebatur, fœdere turpi in xxx. annos firmato, qvinq; Transtigritanis provinciis, qvas Galerius occupaverat, ipsa Nisibi, urbe Romanorum populissima, & parte Mesopotamiæ, atq; tota pene Armenia ultro cessit, cum nulla hactenus terrarum pars hostibus legatur cessa. Cum in finibus Bithyniæ jam versaretur, nocte post septimum imperii mensem Ancyræ exanimatus inventus est, sive odore noxio cubiculi recente calce illiti suffocatus, sive immensa prunarum succensione extinctus, sive (nam hæc omnia traduntur) ex ciborum avide ingestorum cruditate oppressus. Post illum VALENTINIANUS, Panno, ab exercitu imperator legitur. Fuit illi pater Gratianus, tanti roboris, ut funem, qvem portabat, venalem, qvinq; milites extorqvere illi non possent. Unde nomen Funarii accepit, & in militiam lectus, qvanqvam nulla splendidus generis nobilitate, præfectus tandem prætorio factus est. Valentinianus autem periculum, qvod imperio incumbebat à variis hostibus, declinaturus cautius, Cæsarem statim eligendum judicavit. Etsi enim in oriente cum Persis fœdus erat initum, facile tamen fieri posse credidit, ut adversus illos armis opus esset. Alemanni in occidente in reliqvis Germaniæ populis qvodammodo à Juliano

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ano pacati, ad arma reverſi, cum conſveta à Romanis dona non accepiſſent, Gallias & Rhætias populabantur: Sarmatæ Pannonias; Picti Britannos; Mauri Africam; Gothi Thraciam infeſtam habebant. Hiſce omnibus ſolus non videbatur ſufficere, qvamqvam inſignem victoriam, teſte Zoſimo, à Germanis paulo ante victoribus reportaverat. Ideoq; VALENTEM fratrem ſibi adjunxit collegam, eiq; orientales provincias ad Illyricum usq; conceſſit: reliqvas in occidente ſibi retinuit. Ut vero ipſe orthodoxiam juxta ſymbolum Nicænum pie profeſſus eſt, ita Valens perfidiæ ſe dedidit Arianæ, & Catholicos acerrime divexavit. Cui impietati dum in Aſia incumbebat, PROCOPIUS Cilix, Juliani cognatus, collectis in ipſa Conſtantinopoli per abſentiam utriusq; imperatoris copiis, regia occupata, ſe magno favore populi Auguſtum profeſſus, auxiliisq; Gothorum & conſiliis Eugenii eunuchi tota Bithynia potitus, tantas in anguſtias redegit Valentem, ut in Galatiam reverſus, de imperio conſilia ageret deponendo. A ducibus tamen ſuis confirmatus, poſtqvam copias ex Germania ſubſidiarias evocaſſet, prælio cum Procopio in vicinia Sardium congreſſus, voce Auguſti, qvam teſſeram militibus ſuis dederat, ſæpe cum magno clamore ingeminata, exercitum hoſtilem ad ſe traduxit. Procopium ſui milites è fuga retractum ad ſupplicium produxerunt. Qvo facto MARCELLUS qvidem, Procopii cognatus, agens cum militibus apud Nicæam, tyrannidem arripuit; ſed & ille captus & occiſus eſt. Ab hoc tempore Valens vicinos populos Gothorum primum ad pacem petendam adegit; deinde cum ab Hunnis admodum affligerentur, agris in Thracia donavit. Poſtea Perſas compeſcuit: per duces etiam, Iſauros, qvi oppida Lyciæ & Pamphiliæ vaſtabant, in ordinem redegit. Valentinianus contra in occidente bella vario eventu cum Germanis traxit: utq; id melius poſſet, filium GRATIANUM Auguſtum proclamavit. Idem regem Francorum Melobaudum in ſocietatem recepit, cumq; rege Alemannorum Priario eum commiſit. Duo illi Germaniæ reges inter ſe valida acie decertantes, egregium præbuere Romanis ſpectaculum, in qvo Priarius cæſus eſt, ut eſt apud Marcellinum. In Britannia per Theodoſium ducem, Theodoſii poſtea imperatoris patrem, Pictos & Scotos repreſſit, perq; eundem in Africa contra FIRMUM, Maurum regulum, per ſeditionem imperium affectantem, & contra regulum Igmazen feliciſſime res peregit: ipſeq; in Illyricum profectus, Sarmatas & Qvados ad pacis conditiones adegit. Qva in expeditione præ impotentia iræ, vir alioqvin indole feroci-

ore,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ore, repentino ſangvinis vomitu defunctus eſt, poſtqvam XII. annos imperaverat, & qvidem extremis temporibus crudelior, & in ſuſpiciones nimis proclivis. Primus in majus militares faſtus ad damna rerum communium auxit, ut ait Marcellinus, opesq; militum ſublimius erexit: cumq; Juſtinam, virginem aulicam, cujus pulcritudinem Severa, uxor ejus, nimis commendaverat, adamare cœpiſſet, eam priori uxori ſuperinduxit, lege promulgata, licitum fore poſthac, duas legitimas habere uxores, ceu teſtantur Socrates, Zonaras & Nicephorus, ſi illis hic fides habenda eſt. Baronius certe negat habendam. Vix expiraverat, cum milites alterum ejus filium VALENTINIANUM II. ex Juſtina natũ, pronunciarent Auguſtum, & fratri Gratiano è Severa genitum, Valentiq; patruo adjungerent. Qvo ipſo licet tres Auguſti eodem tempore conſtituerentur, ante tamen qvam triennium exiret, Valens miſera morte extinctus eſt. Id meruerat impietate & crudelitate. Ut enim in Chriſtum cum Arianis fuit blaſphemus, ita variis modis ſubditorum patientiam tentavit. Cumq; forte qvidam Theodorus cum aliis de imperatoris ſucceſſore ſortibus jactis didiciſſet, eum regnaturum, cujus nomen à qvatuor his literis θεοδ. initio conſignaretur, non ſaltem Theodorum illum, & Theodoſium, per qvem antea Firmum tyrannum oppreſſerat, omnesq; alios Theodoſios & Theodoros ad imperium idoneos, ad qvos ſortes reſpicere putabat, necavit, ſed & plurimos philoſophos tanqvam veneficii reos partim interfecit, partim carceribus incluſit: & tandem Gothos, qvos diximus, ſedibus ſuis ab Hunnis pulſos, pridem in Thracia exceptos, ut nempe fines imperii tutarentur, qvosq; Ariana infecerat peſte, cœleſtis iræ invenit miniſtros. Nam adverſus imperatoris præfectum Maximum, qvem alii vocant Lupicinum, à qvo admodum vexabantur, armis arreptis, ſub rege Fridigerno ſe fortiter contra qvemvis impetum defenderunt, & ipſum Valentem, cum furibundus, omnibus pacis conditionibus, qvas obtulerant, rejectis, nec expectatis à Gratiano auxiliis, qvæ in propinqvo erant, cum exercitu adeſſet, magna clade affecerunt, vulneratumq; in caſa, ad qvam confugerat, ignibus ſuppoſitis concremarunt, & ad ipſam Adrianopolin, qvin & Conſtantinopolin delati, prædis undiq; coactis, latiſſimos Thraciæ, Daciæ & Pannoniæ agros vaſtarunt & Stridonem Hieronymi patriã ſubverterunt. Recedere tandem eos coegere milites Saraceni, à Mawia regina ad fidem Chriſtianam nuper converſæ ſubmiſſi. Id fratres Auguſti, Gratianus & Valentinianus II. qvorum ille Auſonii diſcipulus, Galliam, Hiſpaniam, Ger-

Germaniam; hic Italiam, Illyricum & Africam sibi sumserat regendam, intelligentes, ipsi præ ætate tantæ moli perferendæ impares, THEODOSIUM, qvem antea Valentinianus ad mortem qvæsierat, strenuum ducem, imperii fecere consortem: qvi orienti ordinando incumbens, Gothis statim frenum injecit, & nonnullis in gratiam receptis sedes in Thracia concessit; reliqvos in Ægyptum ad agros colendos transportavit, & post qvadriennium anno æræ Christianæ CCCLXXXIII. filium sexennem ARCADIUM Augustum pronunciavit. Qvo ipso anno CLEMENS seu ALPHIUS MAXIMUS, qvem Zosimus vocat Hispanum; alii Britannum, ex Helena matre Constantini M. stemma jactitans, ob victorias à Scotis partas, qvos rege Eugenio in prælio peremto Britannia expulerat, inflatus, Gratiani obseqvium detrectavit, sibiq; & victori diademate imposito, non saltem Britannias & Gallia, sed & Hispanias atq; Africam occupavit. Ejus dux Andragathius Gratianum imperatorem, qvi præ otio videbatur exercitus negligere, jamq; minus gratus erat militibus, insigni dolo interfecit. Conjecerat enim se in lecticam imperialem, & Gratiano per subornatos jusserat renunciari, conjugem ejus adesse, qvam non ita pridem duxerat. Excepturus conjugem cum prodiret, exiliens Andragathius prope Lugdunum Galliarum eum interfecit. Cæterum Maximus idolorum cultui adhuc deditus, superstitiones gentiles conabatur restituere, egregius alias divi Martini episcopi Turonensis fautor, in cujus gratiam intermittebat in orthodoxos persecutionem, qvi Ithacium in Synodo damnaverant, qvod Priscillianum hæreticum ob religionem interimi curasset. Hoc tempore imperatrix, Valentiniani mater, templum Arianis, qvibus addicta erat, Mediolani voluit concedi. Cum Ambrosius episcopus id non permitteret, ad necem qvidem qvæsitus, sed populo causam ejus tuente, conservatus est. Maximus postea, trajectis Alpibus, VALENTINIANO, cui Italia post fratris necem parebat, inopinanti supervenit, & à copiis minus instructum in fugam conjecit. Ejecti causam suscepit Theodosius, ductaq; ejus sorore Galla, & victo ad Aqvilejam Maximo atq; ad supplicium cum filio Victore rapto, Gallias Valentiniano reddidit: qvem tamen paulo post Arbogastes comes & magister militum, natione Francus, turpis idolorum cultor, in qvem gladium iratus strinxerat, laqveo suffocatum perdidit; D. Hieronymus oratione funebri celebravit. Hunc Arbogastem, admodum ferocem, cum EUGENIO, à Grammaticæ professione ad militiam & inde ad aulam transgresso, & qvæstoris digni-

tate ornato, homini pagano, titulum imperatoris imposuisset, Theodosius, ne distractio imperii exitialis existeret, esse statim debellandum judicavit. Ingenti enim exercitu jam Eugenius, & ipse superstitione deorum dementatus, universam Italiam occupaverat, & Juliani exemplo se deorum sacra instauraturum minitabatur. Sic Theodosio non solum de imperio adversus seditiosos & parricidas dimicandum, sed & Christiani defendendi erant. Altero igitur filio HONORIO in consortium imperii lecto, sicuti ante decennium natu majorem ARCADIUM sexennem elegerat, & sub inspectione Ruffini aulæ præfecti utroq; Byzantii relicto, & adjunctis sibi sociis Gothis, potitusq; Italiæ claustris, qvæ Eugenii & Arbogastis milites insederant, precibus tota nocte ad Deum fusis, & accepto prophetico à Johanne eremita responso, ut Augustinus libro v. de civitate Dei testatur, dubio prima vice Marte cum immani hoste congressus est, qvo x. millia copiarum è Gothis auxiliarium cadebant: deinde iterum acie instructa, magnis ventorum procellis adjutus, victor evasit. De qvo prælio eleganter Claudianus, qvamvis à Christi nomine alienus, cecinit.

Te propter gelidis aqvilo de monte procellis
Obruit adversas acies, revolutaq; tela
Vertit in autores, & turbine reppulit hastas.
O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris
Æolus armatas acies, cui militat æther,
Et conjurati veniunt ad classica venti.

His rebus magna felicitate confectis, cum Eugenius capite esset truncatus, Arbogastes sibiipsi manus intulisset, paucis post diebus Theodosius morbo aqvæ intercutis Mediolani decessit, testamento prius condito, qvo Arcadio orientem; Honorio occidentem commendavit, atq; illi Rufinum, Aqvitanum, aulæ præfectum; huic Stiliconem Vandalum, legionum ducem supremum, dedit tutorem. Fuit Theodosius inter imperatores omnes memorabilis, non solum, qvia propria virtute, eximio imperatoris judicio, ad summæ dignitatis culmen evectus, sed &, qvia dignum se fastigio præstitit, & proxime ad Constantinum pietate; moribus & corpore ad Trajanum accessit. Abrogavit Romæ lupanaria, & speluncas latronum, atq; senatores & cives ad religionem Christianam sedulo inflammavit. Memorabile interim est facinus, ob qvod Ambrosius à communione ecclesiæ eum prohibuit. Victo Maximo cum Mediolani esset, auriga qvidam Thessalonicæ, gubernator ludorum Circensium, rapuerat adolescen-

tem ad supplicium. Ob tantum scelus præfectus imperatoris Udericus seu Botericus carceri eum incluserat. Populus impunitum volebat, cujus arte delectabatur. Id cum denegaret præfectus, per seditionem cum multis viris nobilibus interfectus est. Iratus igitur Theodosius, frustra deprecante Ambrosio, Ruffino permisit, ut nulla habita inqvisitione autorum, ex vulgo vago, cum Circenses ludos spectabat, immissis cohortibus VII. millia spatio trium horarum trucidarentur. Ambrosius crudelitatem hanc ab ipso imperatore expiandam ratus, jussit illum per VIII. menses ab ecclesia abstinere: deinde in festo nativitatis Christi per pœnitentiæ solemnia expiatum recepit, hac addita commonefactione, ut post rescripta imperatoris XXX. dies supplicia capitalia differrentur, ne qvis injusta ira, rebus non satis inqvisitis, interficeretur. Zosimus eum carpit ob immodicum deliciarum usum & aulicum luxum. Officia etiam militaria in plures esse dispertitum carpit: sed id forte sine causa. Ignaviam etiam illi imputat: sed qvi tamen urgente necessitate deliciis valere jussis ad virilem animum & laborum tolerantiam redierit.

IV. Optimum imperatorem summæ erga ecclesiam reverentiæ descripsisti Theodosium. Sed qvid ejus filii ARCADIUS & HONORIUS, qvorum illum sub tutore Ruffino orienti; hunc sub Stilicone occidenti dixisti ex patris testamento esse præfectum?

Necessarium esse judico, prius genealogiam Theodosii adscribere, qvam historiam familiæ ejus pertexere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Gratianus Pannonius, præfectus prætorio.

- *VALENS*, imperator Arianus.
- *VALENTINIANUS I.* imperator: cujus uxores Severa & Justina
  - *GRATIANUS* ex Severa, imperator, qvi collegam imperii fecit Theodosium.
  - *VALENTINIANUS II* ex Justina, imperator, fraude Arbogastis strangulatus.
  - Justa.
  - Grata.
  - Galla ex Justina, Ariana: cujus maritus *THEODOSIUS*: cui genitus est ex
    - Galla
      - Galla Placidia, nupta
        - Athaulpho IV. Istrogotho.
        - *CONSTANTIO* comiti, postea Augusto. Inde geniti
          - *VALENTINIANUS III.* imperator, gener Theodosii II.
          - Honoria, ob Eugenio procuratore suo stuprata.
    - AElia Placilla, alias Flaccilla
      - *ARCADIUS*, ex qvo & Eudoxia, nepte Promoti viri consularis.
        - *THEODOSIUS II.* ex qvo & Eudoxia Athenaide, Leontii philosophi filia
          - Eudoxia Licinia, uxor
            - Valentiniani III. imp.
              - Placidia, uxor *OLYBRII* imperatoris
              - Eudoxia, uxor Hunerici Vandali
                - Huldericus rex Vandalorum.
            - *MAXIMI*, imperatoris.
            - Genserici, regis Vandalorum.
        - *PULCHERIA* Augusta, uxor *MARCIANI* imperatoris.
        - Placilla
        - Arcadia
        - Marina
      - *HONORIUS*: cujus uxores Maria, & postea Thermuntia, filiæ Stiliconis ex Serena, nepte Theodosii M. ex fratre Honorio.

Theodosio rebus humanis exemto, robur simul ac dignitas imperii titubare cœpit. Nec enim in Arcadio, qvi orientem; nec in Honorio, qvi occidentem adiit, ad impendentem malorum tempestatem sustinendam, satis aut nervorum, aut animi fuit. His vero cladibus causam attulit primum imbecilla utriusqve principis ætas, qvod ille XIX. hic X. duntaxat annos natus, parum rebus tantis administrandis erat idoneus: deinde nefaria Ruffini & Stiliconis improbitas, qvi captata infirma imperatorum ætatis occasione, certatim animum ad invadendum imperium per omne genus sceleris ac perfidiæ contulerant. Accessere barbari Gothi, qvi prioribus annis in fines Romanorum accepti, atqve honoribus militaribus, exclusis veteribus Romanis, ornati, eo insolentiæ venerunt, ut jam non servire, sed dominari,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

nari, neq; juſſa imperatorum expectare, ſed eorum regionibus inhiare viderentur. Stiliconem nonnulli, & inter illos Sigonius, turbarum omnium primum autorem faciunt, & utriusq; principis atq; imperii ſibi tutelam dicunt aſſeruiſſe, utq; Ruffinum munere ſuo exueret, Conſtantinopolin ex occidente contendiſſe. Sed alii ab officio viri boni Stiliconem nunqvam alienum credentes, omnem culpam in Ruffinum hominem improbiſſimum conjiciunt. Hic enim, ut vivo adhuc Theodoſio Promotum virum conſularem, præfectum eqvestrium copiarum, de imperio optime meritum, per inſidias everterat, (cujus tamen neptem Eudoxiam Arcadius deinde duxit) ita jam, cum inaudiiſſet, Stiliconem cum exercitu proficiſci, ut res imperii disponeret, metuens illius potentiam, miſſis literis, occulte Alaricum, Gothorum regem, in Græciam evocavit, ſperans, ſe in tantis turbis Arcadio dejecto, qvem fruſtra generum ſperaverat, ſibi beneficio Gothorum imperium acqvirere poſſe. Advolavit Alaricus armis Hunnorum adjutus: per Macedoniam irrupit in Theſſaliam: inde per Thermopylarum anguſtias progreſſus, omnia oppida præter Thebas & Athenas occupavit. Hinc Peloponneſum ingreſſus, Corinthum, Argos, Lacedæmonem nullo negotio in poteſtatem redegit. Stilico, iis cladibus cognitis, claſſe advectus, appulit in Peloponneſum, & juncto utroq; ex oriente & occidente exercitu, aciem jam inſtruxerat, extremo decertaturus prælio. Sed eo ipſo tempore ab Arcadio literas autore Rufino accepit, qvibus jubebatur oriente abſtinere. Exercitus autem orientalis ſub duce Gaina ſeu Cajano Gotho Conſtantinopolin revocabatur. Sic bellum, qvod in manibus erat, fuit omittendum. In Ruffinum autem omnem iram evomens exercitus revocatus, illum, cum una cum Arcadio procederet, milites ſalutaturus, ſeq;, prout jam rem dispoſuerat, conſortem imperii putaret declarandum, cinctus turma militari, in conſpectu Arcadii, nomine Stiliconis ſæpe à militibus ingeminato, peremptus eſt. Periit ita Ruffinus. Sed qvi ejus deinde locum tenuit, Eutropius eunuchus, nihilo melior, gratioſiſſimum qvemq; apud Arcadium ex aula removit: Stiliconem hoſtem proclamari curavit: totius Africæ comitem GILDONEM, Nubelis reguli Mauritani filium, hominem gentilem, ab occidentali imperio, qvod invaſerat, ad ſua ſtudia traduxit. Hic Gildo frater erat Firmi, qvi jam tempore Valentiniani imperium affectaverat, & à Theodoſii M. patre, cui tum ipſe Gildo contra fratrem adhæſit, extinctus fuerat. Ab hoc tempore Gildo comes imperii dictus fuit & magiſter militiæ Africanæ. Poſtea

palam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

palam descivit ab imperio, & vel duodecim annis Africam infestavit, hæresi Donatistarum addictus. Sed per fratrem ejus Macezerem, qvi stipatus qvinqꝫ millibus suorum, contra LXX. millia hostium, qvos frater tyrannus in aciem eduxerat, feliciter conflixit. Stilico Africam brevi recuperavit. Gainas vero & Eudoxia Augusta Eutropium, novo exemplo eunuchum & consulem, liberam prope dominationem in aula & imperio gerentem, ab asylo aræ, ad qvod confugerat, abreptum (qvod ut fieri liceret, ipse legem tulerat edicto facto, ut si qvis ad ecclesiam confugeret, ab ara tractus, graviores pœnas persolveret) everterunt. Qvo facto Gainas, natione Scytha vel Gothus, qvi ex transfuga dux Romanorum factus fuerat, socio Trigibildo assumto, qvi Gothorum turmis in Phrygia præerat, eidem viæ ad potentiam comparandam insistens, templum Arianis vi impetravit, ipsamqꝫ Constantinopolin cum imperio ex insidiis Arcadio eripere, atqꝫ ea spe dejectus, Asiam occupare conabatur. Sed Fravitta, qvi & ipse Gothicæ fuit gentis, præfectus maris, navali prælio eum victum ab Asia arcuit, & paulo post, cum transmisso Istro in ulteriorem Scythiam se referret, Huldis Hunnorum princeps in gratiam Arcadii variis præliis attritum tandem obtruncavit. Trigibildus etiam cæsus interiit. Hæc dum fiebant, volvebatur annus à nato Christo CCCC. occidenti prorsus exitialis. Alaricus enim cum per qvinqvennium Græciam direptionibus & maleficiis fœdasset, tandem in Dalmatiam & Pannoniam transiit. Inde per Noricum, perqꝫ Tridentinum saltum, invito Aetio duce expeditione facta, Gothis, Alanis, Hunnisqꝫ in partes tractis, Italiam ipsam ingressus est, oppidisqꝫ Venetis in potestatem redactis, & trajecto Pado, ipsum Honorium iisdem illa impietate meritum, qvod ludos seculares & gladiatores restituerat, ad oppidum Hastæ obsidione cinxit. Ex ea difficultate Stilico explicaturus imperatorem, legiones ad Gallicos & Britannicos limites dispositas subito coegit, & aversa signa in Gothos direxit. Committitur pugna in ipso Paschatis festo. Vincuntur Gothi. Castra eorum capiuntur. Nec prius desiit Stilico Alaricum perseqvi, qvam in Illyricum, unde venerat, pedem trans Alpes referret.

V. Magnum periculum ingenti Stiliconis virtute depulsum audio.

Id agnoscit etiam Prudentius, qvi circa hæc tempora floruit:

Tentavit Geticus nuper delere tyrannus
Italiam, patrio veniens iratus ab Istro,
Has arces æqvare solo, tecta aurea flammis

Sti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Solverit, monstrumque praeceps vastire negatos.
Jamque ruens Venetas turmis protriverat agros,
Et Ligurum vastabat opes, & amœna profundi
Rura Padi, Tuscumque solum victore premebat.
Depulit hos nimbos equitum non pervigil anser,
Sed vis cruda virum. - - -

Ecce autem mortalium mentes! Alarico fuga dilapso, crimini versum est Stiliconi, qvod, qvem perdere potuisset, pravo consilio dimisisset, relatumqve est in historias, eum, ut filium Eucherium in orientis imperium eveheret, pace cum Alarico firmata, per Illyricum ejus beneficio in orientem transire voluisse. Pacem sane cum eo firmavit, & militarem ei præfecturam palam ab Honorio impetravit, & ne denuo in Italiam irrumperet, xv. librarum millia ei numerari curavit. Quæ tamen omnia ideo fecisse videtur, ut ab Italia procul illum removeret, qvanqvam adversarii non pacem, sed pactionem servitutis vocabant. Qvod imperatori fidus permanserit, adversus Radegaisum seu Radagaisum, Gothum adhuc paganum, liquido commonstravit. Ille enim ægre ferens, qvod Alaricus fœdere cum Romanis inito ab armis abhorreret, populis transistranis & transRhenanis, veteribus Romanorum hostibus, ad arma vocatis, ducenta amplius millia in Italiam qvarto post Alarici cladem anno intulit, vastatisqve omnibus locis Romam recta contendit, impietatem Deorum postliminio illic reducturus. Et pagani jactabant, Radagaisum Diis amicis protegentibus, qvibus qvotidie immolabat, vinci non posse ab iis, qvi talia Diis sacra non facerent. Stilico contra multam Alanorum & Hunnorum manum, interqve eos prædictum Huldin stipendio militari, qvoqvo modo potuit, contraxit, nec se cum ingentis cladis periculo tantis copiis hostium statim objecit, expectandum ratus, donec in Hetruriam ad angustias Fesulanas pervenissent. Ibi cum ad Florentiam castra posuisse nunciarentur, subito advolavit, & certa divini numinis præsentia, salvis omnibus suis, centum amplius millia hostium concidit, ipsumqve cum filiis captum debita pœna necavit, gregesqve captivorum, pro multitudine capitum, singulis aureis divendidit. Seqventi anno, qvi erat æræ nostræ Christianæ ccccvi, tertia barbarorum in occidentem impressio facta est, qva Gallia primum, deinde Hispania, postremo Africa occupatæ & miserum in modum afflictæ sunt. Godigisilus enim rex Vandalorum, qvi ad Mœotidem consederant, ubi Italiam hostium plenam esse vidit, plurimis Germanorum & Sarmatarum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

rum adſumtis, ſibi Galliam invadendam conſtituit, ac citato agmine, nemine reſiſtente, recto itinere ad Rhenum proceſſit, Francosq; reſiſtentes nihil moratus, flumine illo trajecto Belgicum penetravit, inde in Aqvitaniam irrupit, peragrataq; Lugdunenſi & Narbonenſi provincia, tandem poſt biennium in Hiſpanias tranſiit. Qvæ clades repente novas reipub. clades ſecum traxit. Nam Britannici milites rati, non poſſe ſibi adverſus Vandalos ex Italia auxilium afferri, per tumultum MARCUM qvendam elegerunt imperatorem, & mox eo occiſo, GRATIANUM ſubſtituerunt; qvo itidem poſt qvartum menſem ſublato, inſignia ad CONSTANTINUM, nullo de virtutis ejus merito, tantummodo propter nomen, tranſtulerunt. Ille militibus in Galliam ad ſe traductis, initio à præfecto Honorii Saro, qvem ferunt genere Hunnum fuiſſe, victus Valentiam receſſit, & diuturnam obſidionem toleravit. Poſt novis copiis auctus, non ſaltem imperatoris exercitum repulit fugatum, ſed & CONSTANTEM filium, Cæſarem creatum, in Hiſpaniam miſit, & plurima ibi loca præſidiis pulſis occupavit. Conſtans enim, ſuperatis Pyrenæi clauſtris, Didymo & Veriniano fratribus, Honorii cognatis, peremtis, Alanis & Svevis Luſitaniam, Vandalis Silingis Bœticam reliqvit poſſidendas. Præterea mors Arcadii malorum bis dedit occaſionem. Duxerat juvenis EUDOXIAM, Ruffini ſive nepotem ſive filiam, ut diximus. Fæmina hæc, cum à Chryſoſtomo epiſcopo Conſtantinopolitano liberius ob faſtum & iniqvitatem, qva viduæ nobili agrum eripuerat, increparetur, iræ impatiens, tota in id incubuit, ut epiſcopus ejiceretur. Sed vix in exilio ille deceſſerat, cum Eudoxia tertio poſt menſe in puerperio extingveretur, & proximo anno Arcadius ad plures ſubſeqveretur. Hic moriturus imperii curatorem conſtituit Anthemium, octenniq; filio THEODOSIO II. Iſigerden Perſarum regem, pacto centum annorum fœdere, tutorem dederat, & hoc conſilio hoſtem ſibi atrocem obſtrinxerat. Honorius in tutela ſibi prælatũ Iſigerden indignatus, adire conatur Conſtantinopolin, ad res ejus imperii curandas. Stilico diſſvadet iter, intereſſe dicens reipublicæ, ut in Italia, cũ propter motus Conſtantini in Gallias, tum propter irruptiones barbarorũ imperator maneret: ſe promiſit Alaricũ cum Conſtantino commiſſurum, & cũ legionibus Romanis ad orientis res componendas minori diſpendio & periculo profecturum. Id Stiliconis conſiliũ, teſte Zoſimo, adverſarii & inter eos præcipuus Olympius calumniati, perſvaſerunt Honorio, Stiliconem nulla alia de cauſa iter incertum parare, qvam ut, Theodoſio juniore ſublato, imperium Eucherio

filio

filio obtruncet. Tumultu etiam militari concitato, cædes ingentis amicorum eius fieret, nec prius comprimebantur, quam Stilico, dextera illa magni imperii, cum filio truncaretur, à Sarone ex ecclesia Ravennate, quo perfugerat, extractus. Sic Olympius magisterio officiorum sibi vendicato, aulam imperiumque pro arbitrio administravit, non sine insigni Gothicorum militum injuria. His omnibus nunciatis Alaricus, evocato ex Pannonia superiore cum copiis Athaulpho, uxoris suæ fratre, Alpibus superatis recta Romam perrexit. Honorius Ravennæ à militibus imparatus, etsi legem, qua gentiles arcentur à militiæ cingulo, abrogavit, inepte omnia [illegible] à consiliis & viribus. Romani ex SC in Stiliconis viduam Serenam, Theodosii M. ex fratre Honorio neptem, Honorii imperatoris socrum, quia crederent Gothos evocasse, laqueo suffocarunt. Eucherius etiam Stiliconis filius jussu imperatoris necatus est. Et ad extremam famem redacti, quinquies mille libris auri, tricies mille libris argenti, ter mille libris piperis, tunicarum sericarum quatuor millibus, pellium coccinearum tribus millibus oblatis, Alaricum ab urbis obsidione in Tusciam averterunt. Ille Honorio obtulit non intolerandas pacis conditiones: sed quas, ex consilio Jovii præfecti prætorio, imprudentissimeque [illegible] habuit. Ideoque Alaricus Romam reversus, quibus evocatis de Honorio conquestus, ut conjunctis secum viribus arma adversus illum caperent, voluit. Illis vero consilium non expedientibus, iterum mœnia armatorum corona circumdedit, & eo Romanos adegit, ut ATTALUM, præfectum urbis, Arianum, insignibus imperatoriis ornatum in Augustali solio collocarent. Hic Attalus Alarico præfecturam militarem, quam ei negaverat Honorius, concessit, Athaulphum comitem domesticorum designavit, & cum utroque Ravennam ad expugnandum Honorium contendit. Verum cum & ipse imprudenter omnia & inepte ageret, & tanta fames, subsequente peste, Romam vexaret, ut populus pretium carni humanæ poni vellet, metusque esset, ne Constantinus ex Galliis Honorio auxilio veniret, Alaricus detracta Attalo, qui etiam Honorium sibi e imperii consortem designatus fuerat, purpura & diademate, his conditionibus pacem induxit, ut in Gallia (ceu quam Honorius & ipsius sedem haberet) ubique adversus Honorii hostes depugnaret. Sed nec his conditionibus diu stabant Cæsareani. Sarus enim præfectus imperio in Gothos [illegible] ita cogitatis injuriis, turpi licentia & magis tempestivo fugere Honorio, Romam denuo Alaricus petiit, prodituque [illegible] juvenum, quos senatoribus dolo dederat, occupatam

 urbem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

urbem, qvæ hactenus per cIↃCLXII. annos totum orbem ceperat, triduo diriperet, à cæde vero abſtineret, indein Calabriam digreſſus omnia depopularetur. Nec tamen diu tantæ victoriæ ſuperfuit. Nam Conſentiæ, qvam expugnatam diripuerat, fato defunctus, regnum ad Athaulphum transmiſit, inq; medio amne Beſantio, aqvis antea de alveo ſuo derivatis, cum multis opibus ſepultus eſt. Athaulphus deinde libidine delendi nominis Romani & evehendi Gothici inflatus, cum Romam eſſet denuo repetiturus, Gallæ Placidiæ, feminæ prudentiſſimæ, Honorii ſororis, qvam ab Alarico, cui obſes data fuerat, abductam uxorem duxerat, ſvaſu, Italia relicta Galliam adiit, & Narbone regni ſedem conſtituit. Fuit hæc tempeſtas ea, qva nec Vandali, nec ipſi Romani in Gallia tumultuari deſiterunt. Gerontius enim dux Hiſpaniæ adverſus Conſtantinum & Conſtantem in Gallia Auguſtos inſurgens, imperii inſignia MAXIMO cuidam detulit, & Conſtantem, Vienna vi capta, in poteſtatem redactum vita exuit. Patrem ejus Conſtantinum cum altero filio Juliano dux Honorii Conſtantius, ex Italia miſſus, paulo poſt evertit, & omnes ejus duces, EDOBECCUM, JOVINUM & SEBASTIANUM, qvi & ipſi imperatoris nomen adſumſerant, variis prælus attrivit, inq; Hiſpaniam delatus, Maximum, qvi tyrannidem invaſerat, cepit & imperio dejecit. Sic nonnullas Galliæ & Hiſpaniæ regiones recepit Honorius. Recepit & duce Marino Africam citeriorem, in qva HERACLIANUS, comes Africæ, novis rebus ſtudens, claſſe trium millium & ſeptingentarum navium Romam ipſam tentaverat, ſed fruſtra. Littore enim egreſſus, ad occurſum Marini in fugam verſus paulo poſt Carthagine militari manu interfectus, ejusq; gener, in tyrannide ſocius, SABINUS Conſtantinopolin fugiens, exilio damnatus eſt, ut refert Oroſius. Franci etiam, qvi Gallias exercitu invaſerant, urbemq; Trevirorum duce Marcomiro expugnaverant, per Caſtinum ſunt ejecti. In Britannia vero poſthac imperium fere nullum imperator exercuit, Scotis priſtinas ſedes recuperantibus. Contra qvos qvomodo Britanni Angloſaxones ſub duce Hengiſto evocarint, dicetur libro ſeqvente in hiſtoria de inſulis Britannicis.

VI. *Sic, bone DEUS! non parum abſuit, qvin XXX. tyranni denuo in imperio numerarentur. Sed dic qvæſo, qvid rerum in his occidentis tumultibus THEODOSIUS JUNIOR in oriente geſſerit.*

Illum non ſolum Anthemius præfectus, qvi lateritio muro Conſtantinopolin duobus meaſibus circumdedit, ad virtutem adſvefecit, ſed & [illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

PULCHERIA, ingenio & eruditione sexum superans, suo exemplo ad quodvis negotium [illegible] ac præparavit. Fuit oriens, dum quassabatur tot cladibus Italia, satis quieta, & inprimis prudentia Pulcheriæ, quam lectā in imperii [illegible] Augustæ dignitate frater ornaverat, tegebatur, nec moribus [illegible], quamdiu Isdigerdes rex Persarum in vivis fuit. Ossa Chrysostomi episcopi, tanquam injuste damnati, curabantur Constantinopolim referri, ejusque nomen catalogo episcoporum inserti. Isdigerde defuncto, [illegible] Vararanes ejus filius Christianos atroci odio persequeretur. Theodosio arma erant corripienda. Et qui ob Dei gloriam ferrum stringeret, [illegible] auxilium sensit. Licet namque Persæ auxiliaribus Saracenorum copiis, quas Alamundarus ducebat, freti, Armeniam [illegible] furore [illegible] tamen sunt fortiter, & dux Theodosii Ardaburius, [illegible] insidiis locatis, ex nocturno pavore, quo [illegible] Saraceni se in Euphratem præcipitarunt, cœleste præsidium adesse sentiens, non prius destitit Persas persequi, quam & imperio & Christianis in Persia pax promitteretur, & idololatriæ reliquiæ prorsus in imperio exscinderentur. Rhodam quoque cum ingenti Scytharum Nomadum exercitu Thraciam vastantem, fulmine in cineres redactum, adeoque divinitus repressum sensit. Pax interim longe ab occidente exulabat. Athaulphus enim, quem diximus Narbonæ in Gallia cum Gothis consedisse, quieti impatiens, Attalum, quem secū ex Italia duxerat, ad resumenda Augustalia insignia incitavit. Sed Constantius, dux Honorii vir acer & suo imperatori [illegible] unicum, tam animose in Gothos arma expedit, ut Gallia relicta in Hispaniam transire mallent, quam aleam belli subire. Sic capitur Attalus, & Liparæ vivere jussus, manu truncatur. Athaulphus serio tandem ad fœdera pacis per uxorem Placidiam conversus, à suis, qui bellum præferebant, cum sex filiis interficitur. Ejus uxorem, sororem suam, Honorius receptam comiti Constantio militiæ magistro despondet. Walliæ vero Gothorum regi, qui eam reddiderat, novo fœdere bellum adversus Vandalos demandat, eamque ob causam Aquitaniam, Vasconiam deinde dictam, exceptis nonnullis urbibus, ei concedit. CONSTANTIUM iterum, licet reluctante Theodosio, Augustalibus signis induit, & socium sibi adesse imperii jubet. Sed cum paulo ante clarissimus hic ejus dux, cujus auspiciis omnia, sive bella, cum civilia tum externa, prope sine insigni cæde confecerat, fato defunctus esset, ipse quoque, morbo intercedente expiravit.

VII. *Num Honorius, in tantis reipubl. tempestatibus versatus, reliqvit filium, cui imperii curam relinqveret.*

Nullum unqvam genuerat. Et Valentinianus, qvem ex sorore Placidia & Constantio nepotem habuit, ante ejus obitum cum matre proditionis cum hostibus, nescio qvibus causis, suspecta facta, ad Theodosium profugerat. JOANNES igitur, qvi commentariis Honorii antea præfuerat, postea prætorio præfectus, consiliis cum Castino & Aetio habitis, imperium invasit, & exercitu ex Pannonia evocato, contra Theodosium illud tueri decrevit, qvi PLACIDIAM sororem jam Augustam, & VALENTINIANUM III. ejus ex Constantio militiæ magistro, Augusto & ipso creato, filium Cæsarem declaraverat, & Ardaburi ejusq; filio Aspari magistris militiæ negotium dederat, ut cum exercitu in Italiam profecti turbarum autores cohiberent. Ardaburus, conscensis cum patre [illegible] arum navibus, ventorum vi in oram Ravennatem ejectus, captus & ad Johannem deductus est. Aspar vero cum Placidia & Valentiniano, [illegible] qvoq; exercitu itinere terrestri profectus, non solum patrem captum liberavit, sed & Johannem, Ravennæ secure agentem, trucidavit, & cum Aetio egit, ut sine maleficio Hunnos, qvos adduxerat, in Pannoniam reduceret. Sic Valentinianus cum matre imperium occidentis suscepit: sed non sine maximis motibus administravit. In ipso ætas & prava educatio, in matre sexus & animi mollities cessit injuriis. Castinus initio, cujus opera præcipue Johannes putabatur animum ad dominium intendisse, ex aula removebatur: ideoq; copiis collectis in Africam indignabundus trajecit, provinciam illam imperatori erepturus. Sed virtute Bonifacii Africæ comitis, repressus à conatu destitit. Aetius contra, qvod exercitum Hunnorum pro Johanne tyranno adductorum sine tumultu ex Italia dimisisset, comitis dignatione ornatus, ut gaudebat, Castinum esse eversum, ita gloriæ Bonifacii invidens, bellum concitavit, qvo non Africa solum ab imperio avulsa, sed & ipsa Roma cum universa Italia misere direpta est. Nam Bonifacium, qvi affinem regibus Vandalorum uxorem duxerat, falso apud Placidiam criminatus, ut bellum adversus eum decernerent, perfecit. Ille etsi initio Sinocem ducem contra se missum profligaverat, postqvam tamen novæ copiæ sub Sigiswulto comite expedirentur, viribus diffisus, Vandalorum regem Gensericum, cujus uxorem duxerat, hactenus in Hispania qvietum, illuc transfretans, anno Christi CCCCXXVII. in auxilium evocavit. Sic Vandali, freto Herculeo transmisso, Mauritaniam juris sui fecerunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

serunt. Et quamquam deinde Bonifacius, fraude vero detecta, in gratiam Placidiæ receptus, Vandalos ex Africa abducere conaretur, & cum [illegible] bello & auxiliis Romanis & Constantinopolitanis acceptis periclitatur, victor tamen Gensericus passim extitit: ex Mauritania in Numidiam reliquamque Africam progressus, Hipponem, quo se receperat Bonifacius, defuncto in ipsa obsidione S. Augustino, qui ibi episcopus fuerat, expugnavit; atrocissimis suppliciis, cum Arianus esset, in catholicos animadvertit. In Aetium omnis turbarum causa rejecta est. Ideoque duellum a Bonifacio provocatus, victus, omni dignitate spoliatus, ad Hunnos in Pannoniam confugit. Bonifacius vero paulo post morbo ex vulnere extinctus est, & secundum Marcellinum autor fuit uxori Pelagiæ valde locupleti, ut nulli nuberet, nisi Aetio. Cumque Burgundiones impetu in Belgium facto reprimendi essent, non inveniebatur ad bellum illud deferendum Aetio promptior. Dignitati ergo restitutus, bellum ea industria gessit, ut illatim de pace ageretur. Gothos etiam, qui rege Theodorico, Aquitaniæ non contento, plures in Gallia provincias possidebant, & cum duce Litorio & Avito Arverno vario Marte jam decertaverant, & ultimo prælio victores ad Rhodanum usque regni fines producere decreverant, quamprimum in illos movit, ad pacem instaurandam adegit. Interea Gensericus, Carthagine expugnata, Siciliæ jam imminebat, eamque classe vastabat. Et cum Theodosius genero suo Valentiniano laboranti succurrere vellet, jamque [illegible] navium classem præmisisset in Africam, ipse tamen Hunnorum bello implicatus, exercitum revocavit, dataque Genserico anno [illegible] pace, omnia consilia adversus truculentos Attilæ conatus [illegible] direxit.

III. Cum [illegible] Hunnorum regum [illegible] historia, [illegible].

Hunni, [illegible], Jornandes ex [illegible] Gothorum, per eam [illegible] progenitos scribit. Rectius Procopius eos ex Asia deductos, & hinc Albanos quondam appellatos dicit, Persis conterminos, [illegible] Gothos [illegible], [illegible] Scythiam Europæam [illegible], quas [illegible] Hungarias appellaverint, sedes fixisse. [illegible] duces, sub quibus anno Christi [illegible] primum in Europam [illegible], dicit [illegible] cum duobus fratribus Chevo & Cadicha, & cum totidem fratribus, Chemo & Buda, Attilam

lam, Bendeguzi seu Mundizici filium. Hos subegisse Bessos, Rutenos, Dacas, Sarmatas: Gothos partim subjugasse, partim expulisse, annexisq; ubi inflatis utribus, nocte transmisso Danubio, Macrinum & Tetricum, illum Illyrici, hunc Germaniæ nomine imperatoris præsides, clade ingenti affecisse: altero postea prælio ab iisdem ducibus cladem qvidem accepisse, sed victoribus non incruentam, qvum ex Hunnis præter ducem Chemen cxxv. amplius millia in exercitu Romano desiderarentur: tandem tertio prælio superiores extitisse Hunnos, eoq; tres qvidem suorum ducum amisisse, sed Macrino trucidato & Tetrico vulnerato, sedes in pacata Hungaria obtinuisse, & Attilæ tandem regnum absoluta potestate concessisse. Ille somnio matris, qvo viderat infantem à Marte flagello divinæ iracundiæ donari, & ense Martis à pastore invento, sibiq; decenni tradito provocatus, Budam fratrem, aliis Bledam dictum, qvem postea nescio qva suspicione enecavit, universæ Scythiæ Europææ præfecit. Ipse provincias Romani imperii majore prudentia an potentia adortus, omnia oppida Thraciæ, ut Sigonius testatur, præter Hadrianopolin & Heracleam vastavit, & in Macedoniam Græciamq; transgressus, utramq; provinciam, ut & Illyricum, plus qvam barbara immanitate dilaceravit. Theodosius, cujus duces variis præliis hostem magis irritarunt, qvam represserunt, impar viribus, missis de pace legatis, sex millia pondo auri obtulit, ut recederet, annuumq; stipendium mille minas promisit. Sic Hunni pacati sese ultra Istrum receperunt, multa, ut inqvit Procopius, gaza parta, ac cxx. millibus hominum captis. Qvatuor annis illa pax duravit. Qvibus elapsis ob annuum stipenpium non solutum, Attila per Istrum conglaciatum in interiorem Daciam irrupit. Sed Anthemii ducis virtute fortiter hac vice repressus, demum ad pacis conditiones descendit. Brevi post Theodosius eqvo in venatione delapsus, diem obiit, imperator vitæ integerrimæ: cujus aula, ob preces & qvotidiana sacra, ecclesiæ fuit simillima, qviq; synodo Ephesina adversus Nestorium convocata, & constitutionibus principum in unum codicem redactis, ecclesiæ & reipubl. salutarem præstitit operam. Uxor ejus fuit Athenais, post baptismum EUDOXIA vel Eudocia dicta, philosophi Leontii filia literatissima, qvæ de Arcadii victoriis docta scripsit poemata, & Homericos centones confecit. Cumq; hereditate exclusa, causam suam ipsa in aula ageret, Pulcheriæ innotuit, & ejus consilio præ aliis illustribus feminis à Theodosio in torum adscita est. Ex qvo conjugio nulli tamen liberi suscepti sunt. Jocus hic notandus Pulcheriæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

cheriæ, qvo fratrem voluit avocare à subitaneis literarum non lectarum subscriptionibus. Detulerat ad illum, qvem subscriberet, libellum, in qvo emta pretio dato dicebatur Augusta Eudoxia. Confirmavit scriptum non lectum sua manu imperator. Paulo post Pulcheria Augustam, cum ad se venisset, detinuit joco, tanqvam suam, suumq; in illam jus literis roborabat imperatoris. Ultimis annis duæ hæ prudentissimæ feminæ fraude eunuchi Chrysaphii diffidere cœperunt. Et Pulcheria, relicta fratri omni administratione imperii, secessit in Hebdomum, locum extra Constantinopolin, ut privatam posthac degeret vitam. Infensior etiam cœpit esse uxori imperator, qvia pomum, qvod dederat illi, paulo post reperit apud Paulinum, qvo ob eruditionem familiarius uti consveverat Eudoxia. Id certum, Theodosio defuncto, Pulcheriam Augustam, qvæ ante qvadriennium ex urbe secesserat, imperio reassumto ad nuptias suas invitasse MARCIANUM, humili loco in Illyrico vel in Thracia natum, sed singulari virtute ad summos honores evectum. Huic, cum in Africa à Genserico captus esset, aqvila, qvæ dormientis caput, inspectante Genserico, ab æstu alis suis defendens, imperium augurio non fallaci portenderat. Factus imperator prudentia & consilio magis, qvam armis, imperium administravit: uxorem, qvia grandiuscula in amplexus mariti venire noluit, nunqvam attigit: Chalcedonense concilium contra Eutychianos indixit: impetus Attilæ fortiter sustinuit. Ille qvidem OstroGothorum & Gepidarum, ut & ipsius Tetrici societate fretus, multisq; copiis ex Germania auxiliaribus auctus, Theodosio defuncto, jam totum orientem spe devoraverat: sed Marcianus, factis cum Persis & Vandalis induciis, Arnestidem magistrum eqvitum Hunnis opposuit, qvi primo prælio victor, secundo occubuit circumventus. Sic Attila, vastatis *Mysiis*, Thracia, Macedonia, Illyrico, ipsi Constantinopoli exercitum admovit. Sed cum à Marciani copiis aditum præclusum intelligeret, relicto oriente, copias omnes, ex Hunnis constantes & aliis populis, qvos imperium Romanum tunc hostes habuit, numero Iɔcc. millium, ceu ferunt, in Westrogothos, qvos Romanis in occidente jam sociatos cognoverant, eduxit. Cum eorum autẽ rege Theodorico se jam Aetius dux Valentiniani, Merovæus rex Francorum, & plurima ex Germania auxilia conjunxerat. Attila, Illyrico direpto, Germaniam invasit: omnia cædibus & rapinis complevit: inprimis, qvicqvid inter Rhenum & Rhodanum interjacet, infestum habuit, Constantiam, Argentinam, Rhemos, Lugdunum, Parisios diripuit. In

Narbonensem tandem Galliam progressum in campis Catalaunicis, Tolosæ vicinis, Aetius cum universis copiis expectavit: ubi memorabilis illa pugna commissa est, qva præter nonaginta millia Gepidarum & Francorum, qvi nocte, qvæ prælium præcessit, inter se armis congressi, mutuis vulneribus conciderunt, utrinq; CLXII. millia periere, interq; alios Theodoricus rex WestroGothorum occubuit. Victoria ad Romanos inclinavit. Attila igitur ad extrema adactus, de consciscenda sibi morte jam consilia agitabat. Sed Aetius vincere qvidem, sed victoria uti nesciens, qvem delere poterat, eum non perseqvebatur. Sic Attila magno cum furore in sua rediit, & nulli sexui, nullis aris parcens, vastata omni Gallia & Germania, ad explendas legiones Pannoniam repetiit, atq; inde reparatum exercitum per Dalmatiam & Illyricum ad Adriaticum mare perduxit: in Italiam transiit: Aqvilejam diutissime obsessam expugnavit: cives ad unum omnes percussit. Venetici sinus accolæ in proximas paludum insulas metu tanto perculsi emigrarunt, & VENETORUM Rempub. celeberrimam certis legibus constituerunt. Paduam deinde ferus hostis & Vicentiam & Veronam & Mediolanum & Ticinum vastavit. Romæ vero vastationem, qvam Aetius avertere non poterat, Leo pontifex, legatus S.P.Q R. factus, deprecabatur. Sic Attila Italicis opibus & exuviis onustus, in Pannonias rediit, & libidinibus deditus, tandem inter amplexus Ildiconis, Bactrianorum regis filiæ, nuper ductæ, sangvinis è naribus profluvio nocte occubuit, postqvam CXXIV. annos vixerat, XLIV. imperaverat. Jornandes ait, Attilam post Italiam direptam, denuo ex Pannonia in Galliam irrupisse, & prælio adversus Thorismundum, Theodorici filium, Gothorum regem inito, non minore clade, qvam in Catalaunicis campis affectum, contemni deinde cœpisse.

IX. *Prostratus ergo jacet Attila, & illud orbis flagellum confractum est. Qvid vero Marcianus in oriente? Qvid in occidente Valentinianus?*

Uterq; brevi moritur. Marcianus seu senio confectus, seu veneno ab Aspare propinato extinctus est. Valentinianum autem, qvi paulo ante sanctionem edidit, qva nullam voluit esse cleris fori exceptionem, & judicium ecclesiasticum omne sustulit, nisi in iis, qvæ ad religionem pertinent, ANICIUS MAXIMUS in campo Martio per milites Aetii occidi curavit. Ille enim turpi libidine Maximi uxorem, anulo mariti deceptam, vi stupraverat, & stolida temeritate sinistra manu sibi dextram amputaverat, id est, Aetium ex falsa delatione Maximi una cum ejus amico Boethio præ-

terie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

torio præfecto necaverat, & omne occidentalis imperii præsidium removerat. Milites igitur Aetii in vindictam ducis sui insurgentes, Valentinianum in campo Martio trucidarunt: eoq; sublato, nemine resistere ausο, Maximus ex stirpe illius Maximi, qvem Theodosius I. sustulerat, sibi imperium rapuit, uxoremq; imperatoris Valentiniani Eudoxiam invitam duxit: qvæ tyrannum oppressura, patriæ ruina, Gensericum Vandalorum regem Carthagine evocavit. Hic classe in Italiam advectus, per XIV. dies urbem, exceptis tribus templis, diripuit, spoliavit, deformavit, omnemq; prædam cum Eudoxia ejusq; filiabus duabus Eudoxia & Placidia in Africam avexit, & sibi matrem, alteramq; ejus filiam Eudoxiam suo filio Hunerico copulavit, alteram Placidiam suo tempore Olybrio, cui desponsata erat, elocaturus. Maximus in fuga, in qvam se conjecerat, interfectus est, nec sustinuit **esse dominus**, ut ait Sidonius, qvia non sustinuerat esse sub domino. Post eum AVITUS, patria Avernas, præfectus prætorio Galliarum, à militibus & proceribus Gallicis imperator salutatus, Theodorici Gothorum regis opera adjutus, Romam occupavit. Sed senatus ex Marciani imperatoris jussu eum per Richimerem Svevum, magistrum militiæ, religione Arianum, qvi Aetii locum subierat, statim deposuit, & anno fere sine imperatore rempubl. administravit. Inde, cum Marciano in oriente defuncto LEO THRAX, suffragio Asparis patricii & senatus Constantinopolitani, surrogaretur, Fl. Julius Valerius MAJORANUS, magister militiæ, in Italiam cum literis & specioso comitatu ad imperium capiendum missus est. Hunc Richimer, exercitu & senatu approbante, nec refragante in oriente Leone Thrace, Augustum renunciavit. Qvia autem Genserico, illinc ex Africa classe in Campaniam delato; Theodorico Gotho, hinc ex Gallia Romanas provincias affligente, passim negotia conficienda erant, toto qvadriennio, qvo præfuit Majoranus, repressi qvidem sunt Vandali, sed à Gothis non parva clades accepta: Francisq; tandem concessum, ut in ipsis Galliarum Parisiis sedes figerent sub Childerico. Interim Richimer in consiliorum rerumq; omnium societatem admissus, facta conjuratione Majoranum interemit, & SEVERO patricio ad imperium promoto, Genserico qvidem, qvi omnes imperii oras piratarum instar in prædã habuit, & Alanis Germanis, ex Gallia in ipsam Italiam per Alpes irrumpentibus, fortiter restitit: sed fastu, fortunæ prosperitatis comite, excæcatus, nec hunc imperatorem, etsi imperio non indignum, diu tolerare potuit. Venenum ei propinasse dicunt, qvanqvam alii morbo Severum

extinctum esse testantur. Id certum est, annis fere duobus Romam imperatore caruisse, & omnia nutu Richimeris administrata fuisse. Tandem Leo, orientis imperator, ANTHEMIUM patricium misit, Marciani in oriente imperatoris generum: qvi, locata Richimeri filia, novo concordiæ vinculo ferocem animum mollire conatus est. Sed incidit subito nova à Genserico calamitas. Ille enim non solum classem, qvam Leo imperator sub diversis ducibus in Sardiniam & Siciliam, qvin & ipsam Africam expedierat, attrivit, atq; ita adscitis etiam in fœdus Gothis & aliis populis suas opes stabilivit, ut neminem videretur ulterius metuere, sed & OLYBRIUM senatorem, Placidia Valentiniani filia missa, qvæ ei in matrimonium dudum promissa erat, ad defectionem sollicitavit. Præterea Richimer, in cujus potestate jam videbantur imperatores occidentis, in socerum Anthemium immani scelere consurgens, cum dolis detectis Mediolanum, ubi exercitum habebat, se recepisset, aqvilas in ipsam Romam convertit, eamq; vi cepit, diripuit, eadem prædatorum libidine, qva Alericus & Gensericus, fœdavit, ipsumq; Anthemium captum morti addixit. Sed nec ipse tot imperatorum cædibus diu superfuit, sœvissimis corporis doloribus extinctus subito. Olybrius interim gener Valentiani III. ad imperium occidentis evectus, ejus svavitatem paucis mensibus degustavit. Insperato enim morbo defunctus, curam ejus aliis reliqvit. Factumq; est, ut eodem tempore imperator orientis Leo JULIUM NEPOTEM Cæsarem occidentis designaret, collocata ei in matrimonium nepte sua, & Gundibarius patricius GLYCERIUM comitem per milites ad imperatoriam dignitatem Ravennæ eveheret. Cunctante in oriente Nepote, Glycerius inter magnas difficultates imperium usurpabat, & Ostrogothos in Italiam magna manu contendentes donis avertebat. Qvamprimum autem Nepos classe advenit, opibus suis nimium attenuatis diffisus, urbe excessit, & episcopatu Salonitano in Dalmatia contentus, tranqvillius vixit, qvam cum nomine imperatorio superbiret. Melius sane cum ipso, qvam cum Nepote, à qvo pellebatur, actum est. Illi enim ipsi, paulo post profugo, apud se asylum tutum præbuit. Nam Orestes Gothus, comes Galliæ & patricius adversus Francos designatus, omissis hostibus, ut militiæ magister, ipsum Nepotem incautum adortus, dejectum procul à se in Dalmatiam removit, filioq; suo FL. MOMYLLO, qvem, qvod exiguæ staturæ erat, AUGUSTULUM vocabant, imperium hoc scelere peperit. Sed Nepotis amici vindicta ardentes, ut de Oreste ejusq; filio pœnas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

pœnas meritas exigerent, ODOACRUM Herulorum, Turcilingorum & Rugiorum regem, armigerum olim Orestis, cujus copiæ nuper inter validas Attilæ servienti auxilia fuerant, invitarunt. Hic igitur Danubio trajecto in Noricum, atque inde in Italiam per Alpes Tridentinas irrupit, Ticinum cepit, atque inde Placentiam profectus, Orestem occidit, Ravennaque oppugnata, Romam in deditionem accepit, Augustuloque dejecto, se non imperatorem, sed regem Italiæ & Romæ vocavit, & tertiam partem Italici agri Gothorum militibus, ut eorum favorem demereretur, dispertiit.

X. *Siccine imperium Romanum ab Augusto cæptum defecit in Augustulo, & florentissimum imperatoris nomen in Italia & in occidente exaruit?*

Inde illum certius agnosces, qvi regna mundi transfert & certa tempora singulis imperiis constituit. Roma à Julio usque Cæsare ultra annos qvingentos suos jam numerabat imperatores. Illis jam destituta, per trecentos annos peregrinis præda fuit, & tandem Papæ Romani injuriis tota cessit. Odoacer vero, à qvo hæc ruina initium traxit, intra XVII. annos vita & regno exutus est. Nam etsi Sicilia, à Vandalis recepta, in constituendis rebus non inutilem locabat operam, ZENO tamen ISAURICUS, imperator orientis, qvi post Leonem Thracem illud culmen conscenderat, Theodoricum Veronensem, Gothorum regem, variis muneribus ornatum in illum inflammavit. Hic enim via sibi vi facta in Italiam progressus, variis præliis ad ripam Sontii, ad Veronam, ad Abduam amnem, Odoacrum aperto Marte profligavit, Ravennæ obsedit, & post diuturnam obsidionem ad deditionem adactum, per sicarios postmodum cum filio interfecit. Id interim mirum est, labores Romanorum, qvos mille pene annis in orbe sibi submittendo insumserunt, non totis qvinqvaginta annis periisse. Tantillo enim tempore Hispania cessit Vandalis, Westrogothis & Svevis; Gallia Francis & Burgundis; Britannia Pictis, Scotis, Saxonibus, Anglis; Vindelicium, Noricum, Rhætia Bojariis & Alemannis; Pannonia Hunnis: ipsaque Italia, ut dictum, variis populis in rapinam & prædam fuit.

XI. *Subsiste qvæso paulumper, &, cum toties GOTHORUM memineris, eorum originem & res gestas mihi [illegible] edissere.*

Gothorum originem & res gestas Jornandes episcopus Ravennas ex Dexippo, Dione, Prisco, Ablabio, qvorum commentarios de rebus Gothicis periisse dolemus, peculiari libro consignavit, isque ex Dione hoc elogii non temere, nec falso tribuit, qvod & corpore & animo Romanis fuerint grandiores, & barbaris pene omnibus sapientiores, Græcisque prope consimiles.

Philosophos enim habuisse testatur, qvos Zarabos, Tereos, & pileatos appellarunt, ex qvibus reges & sacerdotes constituerint. Inter hos Zeutam, Diceneum, Zamolxen nominat. Testatur idem, Gothos duce FILIMERE è Scandia, officina illa & vagina gentium, egressos, juxta Mœotidem lacum consedisse, deinde ZAMOLXE duce in Daciam, Thraciam, atq; Mœsiam pervenisse, tandem ad mare Ponticum sedes collocasse, & alios nominatos OSTROGOTHOS sub Ansibus seu regibus oriundis ex familia Amalorum; alios WESTROGOTHOS seu WiloGothos, sub regibus ex Balthorum familia, à Borysthene ad Tanaim usq; universum tractum occupavisse. Gothiæ distinctio in OstroGothiam seu orientalem, & in WestroGothiam sive occidentalem, hodienum vestigia reliqvit in regno Gothiæ, qvod cum regno Svecorum jam coaluit. Ex his Gothis Jornandes Tanaim deducit, (qvi, Ægyptiorum rege Vexore profligato, Asiam subjugavit) & Parthos, & Amazones, & Telephum Mœsiæ regem, ejusq; filium Euryphilum, ex bello Trojano notos. Mysos qvoq; fuisse Gothos seu Getas, Reinerus Reineccius in libro de ortu Misnicorum plurimis probat indiciis, & tandem continuis bellis à Romanis oppugnatos dicit relicto Istro cum Tyrigetis in Thuringiam profectos, sedes ibi novas occupasse. Sed ut ad Jornandem revertamur, deducit ille ex Gothis TOMYRIN, ex Cyri historia notum, regem illum Scytharum, cujus filiam Darius Hystaspis in matrimonium expostulavit; GOTHILAM, cujus filiam Medopam Philippus Macedonum rex uxorem duxit; SITALCUM, qvi cum CL. suorum millibus bello Græcis illato, Perdiccam post Alexandri M. fata prælio ingenti lacessivit. Tempore autem Sullæ dicit, DICENEUM BOROISTAM Philosophum Gothos variis artibus & legibus, qvas Bellagines vocaverunt, informavisse: post COMOSICUM regno simul & pontificatui justissime præfuisse: inde CORYLLUM XV. annis imperasse: tempore Domitiani, rege DORPANEO, Poppæum Sabinum & Fuscum Romanos ad Danubium præsides, cum legionibus, duobus præliis peremisse: deinde trajecto Danubio Mœsiam, Thraciam, Pannonias & partem Illyrici non exiguam, qvas sibi subjecerant Romani, diu tenuisse. Nos, etsi Jornandi multum damus, vix tamen persvaderi possumus, omnia illa à Gothis ex Scandia sub Filimere profectis patrata esse, qvæ apud Historicos remotissimis abhinc seculis tribuuntur Scythis. Circa Danubium & ad ejus ostia antiqvitus Bastarnæ & Peucini, nobilis gens inter Germanicos populos, diu ante Filimerem sedes habuere: qvos cum Gothis confundere Jornandes videtur. Alibi à

nobis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

nobis, cum antiqvitates Pomeraniæ deduximus, demonstratum est, Gothos esse partem Svevorum, populi amplissimi, cis atq; ultra Balthicum mare, inq; insulis adjacentibus sedes habuisse: &, si credimus Trithemio ex Westhaldo & Hunibaldo, jam anno ante Christum natum ccccxl. ad Euxinum pontum sic affluxisse Francos, ut inde egressi, novas in Germania & Gallia sedes qvæsiverint: altero abhinc seculo qvinq; in Germania populos sub qvinq; regibus, nempe Saxones, Thuringos, Teutones, Ruglanos & Francos, fœdere sociatos, diuturna bella adversus Gothos, infestam Saxoniam habentes, gessisse. In illis bellis ante Christum natum xc annis nominatur BORBISTA, rex Gothorum. Pytheas sane, qvi vixit cc. annis ante Christum natum, teste Plinio, Guthonum, id est, Gothorum sedes locat in vicinia Teutonum, ad utramq; ripam Vistulæ. Et ipsi Plinio noti sunt Gothi sub nomine Gothonum circa eadem loca. Noti etiam sunt Tacito & Ptolemeo in iisdem locis, ut & Straboni. Triginta ante Christum natum annis, Gothos ex Saxonia reliqvi populi Germaniæ sub auspiciis regis Franci ad mare removerunt. Sub eodem pene tempore videtur id contigisse, qvod Jornandes & cum eo Joh. Magnus in multo antiqviora secula ad tempora usq; judicum Israelis removent: BERICHIUM tribus videlicet navigiis, ex Scania, provincia Gothorum ultramarina, ad Gothiscanziam circa ostia Vistulæ appulisse, & Gothos, pacto cum incolis fœdere, in immensum exiguo tempore auctos, novas postea sedes qvæsiisse. Qvintum à Berichio FILIMEREM, Gandarici filium, trajecta Vistula, per Sarmatiam ad Mæotiden lacum cum copiis ingentibus, & inde in Daciam penetrasse, & OSTROGOTHOS atq; GRUTINGOS fuisse dictos versus orientem; WESTROGOTHOS atq; TERVINGOS, item VITTUNGOS versus occidentem. OstroGothi limites novi in oriente regni Gothici tempore Domitiani propagarunt ultra Danubium in Thraciam, Mysiam & Pannoniam, sub regibus, qvos Anses nomine & Amalos vocavere: sicuti reges WestroGothorum dicti sunt BALTHÆ, qvasi audaces. Sane postqvam semel ad Danubium Gothi pervenere, suam virtutem passim locorum probavere, & nonnunqvam auxilia Romanis contra hostes submisere, & operam illis locavere; nonnunqvam in ingentes difficultates eos traxere. Inprimis notandum, qvod MAXIMINUS THRAX, è Gothis oriundus, ipsum imperii Romani axioma virtute sibi acqvisierit. Circa illa tempora fœdere Romanis juncti, annua in stipendium ab iis munera acceperunt. Hæc cum successu temporis denegarentur, tempore Gordiani & Philippi impe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

imperatoris, per Mœsiam & Thraciā infusi, omnia sub rege OSTROGOTHA vastaverunt. Sed intestinis bellis occupari, longius hoc tempore progredi neqvivere. Nam GEPIDÆ seu illi Gothi, qvos reliqvi ad Vistulam reliqverant, à mari Balthico itidem egressi sub rege FASTIDA, jam Burgundiones ad necem prope deleverant, & Gothos adorti, arma illorum in se cum magna suorum clade verterunt. Sic Fastida in patriam rediit. Gothi vero, CNIVA post OstroGotham rege creato, duplici agmine in fines imperii irruperunt: Decium imperatorem, qvod supra dictum est, cum filio peremerunt: in Græcia, Macedonia, Ponto & florentissima Asia prædas egerunt: ceperunt Ephesum: templum Dianæ incenderunt: Chalcedonem diripuerunt: reparatum deleverunt Ilium. Vim eorum paulisper retudit Claudius, cccxx. millibus ex eis occisis. Nihil territi illa clade, tempore Aureliani, iterum irruperunt: sed fortiter repressi sunt. Irruperunt iterum post xxx. annos in Sarmatiam: sed virtus Constantini M. obstitit, ne longius procederent. Hic imperator, pace illis data, postea eorum auxiliis adversus Licinium usus est: ipsiq; xl. suorum millia illi in solatia contra varias gentes obtulere. Grati enim volebant videri, qvod, cum à suis servis affigerentur, ut Zosimus habet, à Constantino auxilia impetraverant. Erat illis hoc tempore rex GEBERICHUS, qvi Vandalos sub rege VISMARO, à mari Balthico itidem egressos, bello adortus, egregiam victoriam reportaverat. Sed qvi post illum regno præfuit, hunc ob varias & innumeras gentes devictas, qvarum nonnullas Jornandes capite xxiii. recenset, alterum Alexandrum M. nominarunt, eumq; in Germania, inq; Scythia usq; ad ipsam Indiam imperitasse ferunt. Est ille ERMANARICUS, qvem ajunt cx. annos supervixisse. Sicca tamen morte decrepitus non periit. Nam cum Hunni ex Asia, perruptis undiq; locorum claustris, populos, qva ibant, affligerent, spoliarent, enecarent, Ermanaricus collectis undiq; copiis sese oppositurus, à sicariis Roxolanis percussus est, qvorum sororem supplicio affecerat. Sic OstroGothi, qvorum rex ille fuerat, facile victi & subacti sunt. Interim tam firmas sedes circa Mæotiden lacum & circa ostia Istri sibi diuturno tempore firmavere, ut sermo eorum hodiernus etiamnum majori ex parte ibidem Teutonicus sit, & literis Gothicis libros omnes Biblicos conscriptos habeant, ceu Scaliger ex Josaphat Barlejo Veneto & Busbeqvius testantur.

XII. *Qvid autem interea VVestroGothi post devictos ab Hunnis OstroGothos? Num potentiæ Hunnorum restiterunt felicius?*

Ceden-

Cedendum & emigrandú esse judicarunt, & ad Istrum duce ALAVIVO, ut est apud Marcellinum libro xxxi. cum liberis & uxoribus contendentes, à Valente imperatore sedes, perpetuum polliciti obseqvium, suscepto ritibus Arianis baptismo, in Mœsia & Thracia acceperunt. Non diu constitit hæc amicitia. Nam à præfectis imperatoris avaris nimiú afflicti, rege FRIDIGERNO, subito defecere, ipsumq; Valentem, cum signa adversus se inferret, ferro & igne peremerunt, & Romanis provinciis direptis, in Thracia & Dacia Ripensi adversus qvamvis vim sese muniverunt. Tandem Theodosius imperator cum ATHANARICO, qvi post Fridigernum regno præfuit, novo fœdere inito, firmam cum illis pacem coluit, eorumq; opera in bellis subinde usus, civitate illos Romana donavit: ipsiq; Gothi, Athanarico Constantinopoli, qvo se contulerat proximorum factionibus expulsus, defuncto, & honorificentissime tumulato, sine rege annis amplius xxv. in imperio Romano vixerunt, à præfectis imperatorum unice dependentes. A qvibus cum cœpissent durius haberi, nec consveta donaria acciperent, regem sibi præfecere ALARICUM, cujus & ATHAULPHI expeditiones in Italiam supra descripsimus. Capesis autem seriem regum Gothicorum, qvi in Aqvitania & Hispania regnum sibi amplissimum firmaverunt.

REGES WESTROGOTHORUM IN AQVItania & Hispania, ex familia Balthorum.

Anni Christi — *Anni regni*

395. I. ALARICUS, post Fritigernum, Alavivum & Athanaricum, in medio alveo Basentini fluminis prope Consentiam, aqvis tamdiu inde derivatis, cum multis opibus tumulatus. 17

412. II. ATHAULPHUS, qvasi Adolphus, frater uxoris Alarici, fœdere cum Honorio facto, & filia Theodosii I. imperatoris Placidia, Arcadii & Honorii sorore, ducta, in Galliarum & Hispaniarum confinio consedit, sedemq; regni Narbone constituit, tandem Barcinone à Gothis suis facta conjuratione cum sex filiis peremtus, qvi bellum cum Romanis malebant, qvam pacem. 3

415. III. SEGERICUS, Jornandi Regericus, brevi à suis occisus, qvia & ipse ad pacem fuit inclinatior. $\frac{3}{4}$

416. IV. WALLIA, belli causa electus, sed ad pacem divina providentia destinatus. Fœdere enim cum Honorico inito, Vandalos, qvi Romanas provincias in prædam petierant, multis cladibus affectos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ex Hispania in Africam compulit, & ob id Aqvitaniam vel Vasconiam pro se & suis Gothis accepit, Tolosæq; sedem fixit. Trajecturus in Africam, in freto Gaditano oborta tempestate est rejectus & Tolosæ mortuus. 3

419. V. THEODORICUS, Aqvitania contentus, plura in Galliis bello qvæsiit. Tandem contra Attilam cum Aetio se conjunxit, inq; campis Catalaunicis occubuit. Hujus tres filii ordine regnaverunt 32

451. VI. THORISMUNDUS F. novo prælio Attilam afflixit, jussu reliqvorum fratrum interfectus. 3

454. VII. THEODORICUS II. Fr. Svevis in Hispania cæsis, primus Gallæciam, regnum eorum, tenuit. 12

466. IIX. ENRICUS, aliis Euric9, Fr. provincias, qvæ Romanis in Hispania supererant, occupavit: in Gallia etiam munitissimas civitates, interq; eas Massiliam suo principatui adjecit, & regni sedem Arelate fixit. Hunc Isidorus Hispalensis testatur initium fecisse legum Gothicarum in scriptis proponendarum. 12

483. IX. ALARICUS II. F. Theodorici Veronensis Ostrogothi ex filia Theudicoda gener: qvo victo & cæso à Clodovæo rege Francorum, omnia fere loca Gothi in Gallia, ipsamq; sedem regiam Tolosam amiserunt. Hinc potestas Gothorum in Hispaniis sese continuit. Hujus jussu Anianus ex Theodosiano juris codice & aliis JCtorum libris codicem legum Romanarum collegit, qvi ab ipso dicitur Codex Anianus. 24

507. X. GENSALARICUS, Fr. nothus, à Theodorico Veronensi, jam rege Italiæ, non procul à Barcinone victus & fugatus. 3

511. XI. AMALARICUS, Alarici filius, xv. annis sub tutela avi Theodorici Veronensis: cujus etiam armis Aqvitaniam à Francis recuperavit. Ab horum tamen regibus fratribus ipse tandem ad Narbonem in prælio cæsus est, qvod sororem illorum Crothildem, qvam Catholicam Arianus duxerat, ignominiose haberet. 20

531. XII. THEUDES ab histrione insaniam simulante peremtus. 17

548. XIII. THEUDOGISILUS, ob stupra Hispali confossus, qvem aliqvi Totilæ ex sorore filium faciunt. 1

540. XIV. AGILA, adversus qvem seditionibus Athanagildus insurgens, imperatoris Justiniani ope regnum Gothicum occupavit. 4

553. XV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

An. Chr. *An. Regn.*

553. XV. ATHANAGILDUS, orthodoxus, Chilperici & Sigeberti Franciæ regum fratrum socer, illius per Goliondam seu Galovintham, hujus per Brunechildin. 14

567. XVI. XVII. LUIBA & LEOVIGILDUS, fratres, qvorum ille post tertium annum regni, in cujus consortium fratrem adsciverat, defunctus est; hic longe lateq; regnum in Cantabria & Arragonia propagavit: Svevorum reliqvias in Gallæcia sustulit: Toleti sedem regiam posuit: leges Gothicas ab Enrico incondite constitutas rectius constituit & auxit: filium Hermenegildum ob orthodoxiam securi percussit: in plures orthodoxos desæviit. 18

586. XVIII. RICHAREDUS, Leovigildi F. primus fidem catholicam est amplexus, missis Arii erroribus. Ad hunc Hispaniæ reges, non interrupta majorum serie, per Alphonsum generum Pelagii, qvi ex Richaredo ortum traxit, sangvinem suum revocant. Synodo Toletana episcoporum LXII. convocata, Arianam hæresin, qvæ annis plus qvam ducentis episcopos Hispaniæ dementaverat, discussit, rex optimus omnium, gener primum Chilperici, deinde sororius Childeberti, regum Francorum in Gallia. 15

601. XIX. LUIBA II. F. nothus, per seditionem à successore præcisa dextera occisus. 2

602. XX. VITERICUS seu DIETERICUS, vir strenuus, sed parum felix, à conjuratis interfectus. 6

608. XXI. GUNDEMARUS, expeditione in Aqvitaniam suscepta morbo periit. 3

611. XXII. SISEBUTUS, princeps optimus, Judæos expulit & adversus Romanos & Africam bis feliciter pugnavit. 8

619. XXIII. RICHAREDUS II. F. paucis mensibus.

620. XXIV. XXV. SVINTILLA seu Chintilla, Richaredi I. F. filium RECHIMIRUM in consortium regni accepit, & Romanis prorsus exclusis, solus Hispaniam obtinuit. 11

631. XXVI. SISENANDUS, qvem alii Svintillæ filium faciunt; aliqvi seditione illo dejecto, sibi regnum rapuisse dicunt. Sub hoc Franci Aqvitaniam sibi vendicarunt. 5

636. XXVII. SVINTILLA seu CHINTILLA II. Fr. vir Deo & hominibus dilectus. 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

640. XXVIII. TULGAS, princeps catholicus, vir optimus. 2
642. XXIX. XXX. CHINDESVINDUS, ex Richaredo originem ducens, armis regnuminvasit, & filium RECCESVINDUM in regni consortium admisit, qvi post patris obitum annis XIX. solus imperavit, & tria Toleti concilia celebravit, & grave illud interdictum de connubio inter Gothos & Romanos non ineundo sustulit. Hic est, qvi non amplius ad leges Romanas, qvæ hactenus in usu fuerant, sed ad leges Gothorum, qvondam ab Eurico promulgatas, in judiciis sententias ferri edicto voluit. 30
672. XXXI. BAMBA, alias WAMBA. Qva hora unctus est in regem, visa est apis ex capite ejus cum qvadam evaporatione evolare: unde omnia læta conjecerunt. Multis seditionibus, in Aqvitania inprimis, componendis occupatus fuit: & Paulum, qvem adversarii regem elegerant, acie victum perpetuo carceri mancipavit. Primus hic vidit in Hispania Saracenos: qvos tamen, classe eorum CCLXXX. navium cremata, repulit. Accepit à successore Chindesvindi propinqvo venenum: qvo decocto, qvod & acceperat unctionem extremam, & memoriam amiserat, in monasterium secessit. 8
680. XXXII. ERVIGIUS, regnum male qvæsitum recte administravit. 7
687. XXXIII. EGICA seu EGIPTA, gener Ervigii. 13
700. XXXIV. VITIZA, F. homo flagitiosus, Favilam protospatarium ducem Cantabriæ, Chindesvindi filium, patrem istius Pelagii, qvi ab Hispanis postmodum contra Saracenos rex est creatus, interfecit: Theodofredum Cordubæ ducem, ejusdem fratrem, utroqꝫ lumine privavit: polygamiam permisit: omnium fere urbium muris destructis, metuens, ne subditi rebellarent, viam Saracenis ad Hispaniam occupandam stravit. 7
707. XXXV. XXXVI. COSTA & RODERICUS, fratres, filii Theodofredi, nepotes Chindesvindi, Vitizam, prælio superatum, oculis lege talionis privarunt, ejusqꝫ filios Furmalium & Erpulionem Hispania exegerunt. Costa autem defuncto, Rodericus in libidinem fœdam prolapsus, comitem Julianũ, qvi in Africa Tingitana adversus Mauros strenue rem gerebat, validum invenit adversarium, qvia aut ejus filia Cava, qvam à patre uxorem acceperat, tanqvam pellice utebatur, aut uxorem absentis vi stupro polluerat. Hic igitur cum ad se recepisset Vitizæ filios, una cum illis Ulidum Calipham Sara-
ceno-

cenorum xi. commoverunt, ut Tarichen & Muzam, duces in Arabia potentissimos, cum innumera militum manu per fretum Herculeum in Hispaniam mitteret, qvi anno Christi DCCXIII. Roderico cæ- 6
so, universa Hispania potiti, Hispali sedem regni statuerunt.

Qva ratione autem Pelagius, Favilæ filius, novo regno Legionis & Asturum condito, Saracenis se fortiter opposuerit, seqventi libro edisseremus. Id interim notandum, qvod, cum Pelagius ducem Saracenorum cum aliqvot militum millibus in acie prostravisset, illi in omnes, qvos secum Hispanos habebat, rabiem converterint, & Julianum proditorem, duosq; Vitizæ filios capite plecti jusserint.

XIII. *Qvid interea OstroGothi, qvos supra ab Hunnis debellatos esse dixisti?*

Pressa aliqvamdiu eorum conticuit alacritas, Hunnisq; victoribus obseqviū coacti præstabant, donec Gothica virtus ex Hunnica servitute emergens, jugum suum aliis, ipsiq; Italiæ imponeret. Recenset autem Jornandes hanc OstroGothorum regum familiam recta generationis serie deductam.

REGES SEU ANSES OSTROGOTHORUM
ex familia Amalorum.

GAPT, tempore Domitiani.
HALMAL.
AUGIS.
AMALA, à qvo reges dicti sunt Amali.
ISARNA.
OSTROGOTHA, qvi Gepidarum regem FASTIDAM, novas sedes in Dacia qværentem repulit.
UNILT, cujus tempore GNIVA, exercitu educto, Mysia, Thracia & Asia vastata, peremit Decium cum filio: & post eum Gothis præfuere OVIDA F. HELDERICH, ARARICH, GEBERICH: post qvem regnum suscepit EMERICUS, alias ERMENERICUS, filius Achiulphi.
ATHAL.
ACHIULPH.

Vuldulf
Valeravans
Vinitharius seu VVinther
Theodomir Valemir Videmir.
THODORICUS
Amalasventa, uxor Eutharici

Emericus seu Ermenericus
Hunnimundus
Thorismundus
Berimund
VVidericus
Eutharicus, maritus Amalasventæ

Athalaricus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Poſt defunctum Ermenericum, illum Alexandri M. æmulum, Achiulphi filium, regio nomine aliqvamdiu abſtinuerunt. Tandem VINITHARIUS patriæ virtutis memor, Hunnis ſeſe fortiter oppoſuit. Fortius ejus filii, WALEMIR & THEODEMIR: qvi mortuo Attila, Pannoniis ex parte recuperatis, Svevis fugatis, diviſo imperio, terrorem omnibus incusſerunt, & fœdere cum orientis imperatoribus inito, pacis obſidem THEODORICUM in aulam Conſtantinopolitanam transmiſerunt. Fuit ille Theodomiri filius, & in aula imperatorum Conſtantinopoli educatus, paulatim ad ſummos honorum gradus conſcendit. Nam, ut eſt apud Evagrium, aliqvot imperii perduelles, interq; eos Leontium & Marcianum, ut & Pamprepetem debellaverat. Coluit illum primo Leo: deinde Zeno eum adoptatum creavit Conſulem & patricium: eqveſtri ſtatua & non exigua Thraciæ & Daciæ portione donavit: ſpe potiundi Imperii Occidentalis implevit: Odoacrum Italia ejicere jusſit. Omnia cesſerunt huic Theodorico ex ſententia. Victo, obſesſo, peremto Odoacro, Italiæ & Siciliæ regnum, volentibus & haud invitis Romanorum imperatoribus, occupavit: Hiſpaniam nomine nepotis Amalarici diu adminiſtravit: Ravennæ ſedem fixit: cum præcipuis orbis regibus affinitatem contraxit. Nam Andefledam, Clodovei Francorum regis filiam, ipſe ſibi deſponſavit, atq; ex natabus Theudicodam Alarico, Weſt-Gothorum regi; Oſtrosvendam Sigismundo, regi Burgundiorum; Amalasventam Eutharico OſtroGothorum elocavit: ſororem vero Amalafredam Thraſimundo regi Vandalorum copulavit. Magni Aurelii Casſiodori conſiliis feliciter in regno moderando uſus eſt, cujus erudita ſcripta adhuc extant, qviq; poſtea ſub Juſtiniano fuit præfectus prætorio. Poeſis Germanorum eum nominat DIETERICUM VERONENSEM, & multa de Roſeto Wormatienſi fabulatur, ad qvod Gibichus Wormatienſis, inſtinctu filiæ Gimhildæ Sigfrido Belgæ deſponſatæ, Theodoricum hunc cum XII. heroibus ad duellum cum totidem Roſeti cuſtodibus ineundum hoc pacto invitavit, ut victor oſculum & corollam acciperet. Panegyrico peculiari Ennodius, eleganti ſimul & luxurianti ſtylo, decantavit illius laudes. In ſenectute crudelior factus, non ſaltem pontificem Johannem, ad Arianam hæreſin, cui addictus erat, diſſeminandam, in orientem ad imperatorem Conſtantinopolitanum magnis additis minis ablegavit, ſed & Boethium poſt diuturnum carcerem, qvo eum Ticini detinuit, ejusq; ſocerum Symmachum, viros conſulares & patricios, in omni ſcientiarum genere verſatisſimos, delatos, qvaſi remp. Romanam in priſtinum

num

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

num ſtatum redigere conſtituiſſent, capite truncavit, terroribusq; conſcientiæ afflictus, cum appoſito piſce eorum capita apponi putaret, triſti morte abſumptus eſt, ut teſtatur Procopius. Poſt illum ſeqventi ſerie imperarunt

REGES OSTROGOTHORUM IN ITALIA.

Anni Christi. *Anni Regni.*

476. I. ODOACER, rex Rugiorum, Arianæ hæreſi fuit addictus, & titulo imperatoris neglecto, regio nomine Italiam tenuit, legemq; ſcivit, ne absq; conſenſu regis Italiæ electio pontificis fieret. 17

493. II. THEODORICUS, Oſtrogothorum rex, Theodomiri filius ex ex familia Amalorum. 33

526. III. ATHALARICUS, filius Eutharici Cillicæ ex Theodorici filia Amalasventa: qvem Gothi, ne effeminaretur, metuentes, literis imbui nolebant, dimiſſisq; pædagogis eum circumſpectæ matris curæ ſubtrahebant. Hinc, qvod literis ſtulti dare ſolent, otio in amorem & temulentiam prolapſus, inertem egit vitam. 8

534. IV. THEODAHATUS, nepos Theodorici ex Amalafreda ſorore & rege Vandalorum Thraſimundo, Amalasventam conſobrinam, qvæ eum ad regnum evexerat, ingratus in exilium ejecit, & ſuffocari curavit. Ob id Juſtinianus per Belliſarium ei bellum indixit, victoq; Siciliam, Neapolin, Romam; Gothi vero ob ignaviam & vini nimium amorem vitam ademerunt. 2

536. V. VITIGES, gener vel ſecundum Jornandem ſororius Athalarici, CL. millibus Gothorum ſtipatus, Beliſarium ad urbem Romã obſedit, amiſſisq; XXX. millibus obſidione ſoluta Mediolanum occupavit: qva in urbe cum tot ſine ullo ætatis reſpectu perdidiſſet, qvot ipſe apud Romam amiſerat, ad Ravennam è Belliſario victus, captusq; Conſtantinopolin abductus eſt. 4

540. VI. HILDOBALDUS ſeu THEUDIBALDUS initio vix unam Veronam tenuerat: ſed ſubito collectis copiis videbatur regnum Gothorum erecturus, niſi ſeditionibus ſuorum cecidiſſet. 1

541. VII ARARICUS, à Rugianis, qvi cum Gothis erant, electus, cum Gothis non placeret, poſt paucos menſes necatus eſt.

541. VIII. TOTILAS, nepos Hildobaldi ex fratre, vir non paucis regiis virtutibus clarus, magna imprimis rei eqveſtris peritia, cum omnes fere urbes in Italia, plurimis uſus victoriis, recuperaſſet, Siciliam, Sardi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Sardiniam, Corsicam regno adjecisset, Romam bis occupasset, & tertiam ejus partem demolitus, omnes pacis conditiones sprevisset, à Narsete auxiliis Longobardorum uso victus & cæsus est. 12

553. IX. TEJAS, cum Narses in extremum Gothos conjiceret periculum, rex electus, postqvam multa magnanimitatis signa edidisset, ad Cumas prælio decernens, cæsus est, ejusq; dux Aligernus, etsi Cumas adversus Narsetem aliqvamdiu defenderet, in deditionem tamen venit, & sic Gothorum nomen in Italia cum Italorum permixtum est. I

XIV. Subinde de Vandalis & Svevis, qvi itidem in imperium Romanum circiter hæc tempora irruperunt, mentionem injecisti. Qvi qvæso illi fuerunt?

Vandali, ut recte Peucerus libro IV. Chronici Carionis annotat, tenuere olim sedes Polonorum ad Vistulæ caput, & Mechlenburgum, Pomeraniam, Marchiam, Borussiam, Saxoniam ex parte incoluere. Procopius autor est, fuisse Gothicam gentem, & lingva Germanica usos, à Germanis ortum traxisse. Jam altero post Christum seculo tempore M. Antonini se in Pannonias infuderant, & in illis ab imperatore cæsi sunt, teste J. Capitolino. Sed & tertio seculo illos in triumphum ab Aureliano cum aliis devictis ductos, memorat Vopiscus: qvi ipse autor est, eos paulo post tempore Probi Imp. cum Gepidis fines Romanos late esse depopulatos. Et Jornandes capite XXII. refert, fuisse illis circa tempora Constantini M. regem nomine Wismarem, cujus auspiciis ab Oceano profecti, præ nimia terrarum amplitudine, vix annuo spatio ad Mæotidem pervenerint, ubi sedes qværitabant: indixisse illis bellum Geberichum Gothum, de qvo supra diximus, peremtoq; cum magna parte gentis Wismare, reliqvos Vandalos, qvi evasissent, Pannoniam sibi à Constantino petiisse, atq; illam per XL. annos plus minus imperatorum decretis incoluisse. Postea metu Gothorum, duce Caroco & Godigisilo, filiisq; Godigisili Gunderico & Genserico, assumtis Alanis, Svevis & plurimis ex Germania gentibus, anno CCCCVI. in Gallias emigrarunt. In qvibus cum ob sævitiam, qva Moguntiam everterunt, Rhemos & Argentoratum diripuerunt, Aqvitaniam vastaverunt, qvietas sedes habere haud possent, relictis ex sese in Gallia Burgundionibus, qvi pars Vandalorum erant, in Hispaniam post biennium transierunt, agrorumq; desolationibus tantam famem excitarunt, ut ad carnes humanas perventum sit. Interea Svevi Galæciam; Vandali Bæticam; Alani Lusitaniam per sortem occuparunt. His omnibus etsi initio

pax

pax à Romanis ei magis extorta, quam voluntate data est, tamen & se invicem & Romanos pedetentim armis invaserunt. Hinc cum & Westro-Gothi Hispaniam ingrederentur, ægre se sustinuerunt. Wallia enim, Gothorum rex, Romanis fœderatus, magna acie Vandalos superavit, plurimasq; regiones illis ademtas reddidit Honorio imperatori, qui post Walliam, ad Hispaniam recuperandam, Castinum & Bonifacium duces Vandalis opposuit. Hi tertio eosdem afflixere, ut ad extrema viderentur adacti. Sed ortæ inter duces victores simultates, Vandalis nova victoriæ animum addidere. Quin &, postqvam Bonifacius à Placidia, fraude adversariorum decepta, hostis declaratus esset, à Vandalis præsidium qvæsiturus, Gensericum in Africam anno ccccxxvii. invitavit, de quo supra jam prolixius egimus. Sed accipe continuam seriem Vandalorum regum, maximam partem ex Isidori Chronico excerptam.

REGES VANDALORUM.

Anni Christi. *Anni Regni.*

I. WISIMAR.

II. GODIGISILUS, pater Gunderici & Genserici.

III. GUNDERICUS, F. Arianam hæresin professus, cum irreverenter in res sacras ecclesiarum involaret, Dei judicio à malo dæmone correptus interiit.

419. IV. GENSERICUS, Fr. in Africam trajecit, Hipponem & Carthaginem expugnavit, Romam per quatuordecim dies diripuit, Siciliam & Campaniam classe vastavit, catholicos crudeliter habuit. 58

477. V. HUNERICUS, F. quem Nundrium cognomine vocat Victor in persecutione Vandalica, gener Valentiniani III. imp. Jovis primum, deinde atrociter persecutus est orthodoxos, & à vermibus vivus corrosus conputruit. 8

485. VI. GUNTABUNDUS, sive Hunerici filius, sive ex fratre Genzone nepos, pacem ecclesiæ indulsit, Catholicis ab exilio revocatis. Victor eum vocat Godagisum. 11

496. VII. THRASIMUNDUS, Fr. gener Theodorici Veronensis, à Mauris acerrimo prælio victus. 26

522. VIII. HILDERICUS, Hunerici & Eudoxiæ filius, quem Gilimer, assumta tyrannide, regno privavit &, Justiniano frustra deprecante, cum filiis carcere detinuit & tandem jugulavit. 8

530. IX. GILIMER, tyrannus, quem alii fratrem Hilderici faciunt, 4

HuncBelisarius, dux Justiniani, omnibus regionibus exuit, victumq; & fugatum in monte qvodam tamdiu obsedit, donec sibi dari peteret panem, qvem diu non viderat; spongiam, qva lacrymas abstergeret; cytharam, qva calamitatem numeris solaretur. Dedidit se tandem, & in triumphum ductus, majestatem Justiniani illo ecclesiastico excepit: Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Et sic Africa anno Dxxxiv. reddita est imperio. Interea Svevi, qvi in Hispania remanserant, Genserico ad Africam inde egresso, ad Hispaniæ imperium adspirarunt, donec reges WestroGothorum, & Romanis exclusis, in qvorum fide Celtiberia hactenus permanserat, & Svevis debellatis, universam Hispaniam sibi subjecerunt. Recenset autē Isidorus hos

SVEVORUM DUCES ET REGES
in Hispania.

Anni Christi. *Anni Regni.*

436. I. EMERICUS adversus Gundericum Vandalum in Gallæcia pugnavit. 14

440. II. RICCILA vel Rechila F. Undebota Romanæ militiæ duce cum omnibus copiis prostrato, Bæticam & Carthaginensem provinciam Gothis ademit, etsi initio ab illis victus & fugatus. 8

448. III. RECCIARIUS, F. gener Theodorici regis WestroGothorum, qvi ex Aqvitania in Hispaniam progressus, à socero tandem captus vita & regno exutus est. 8

456. IV. MASDRAS vel Maldra, Svevorum res valde afflictas erexit: & Adulfum, qvem Theodoricus regem Svevis dederat, fugavit. 4

460. V. FRUMARIUS. 4

464. VI. REMISMUNDUS, Masdræ F. sub qvo Svevi à fide catholica descifcentes, Arii peste infecti sunt, inq; ea hæresi per annos fere centum perstiterunt.

Post multos deinde reges Theodemirus, qvi & Ariamirus in Tomis conciliorum vocatur, qvanqvam Baronius Ariamiri patrem putat fuisse Theodomirum, Arianis missis pro orthodoxa fide concilium Bracarense in Gallæcia, ut & Lucense celebravit. Post illum præfuere Miro, qvi celebravit concilium Bracarense secundum, Eburicus ejus filius, & ultimus Audicas tyrannus, qvem Leovigildus WestroGothorum rex xvii. dejectum tonsumq; ad monasterium damnavit, & regnum Svevorum, qvod annos clxxvi. in Hispania duraverat, occupavit.

XV. Lata

XV. *Satis de Gothis, Vandalis & Suevis dictum esto. Revertere jam ad historiam imperatorum Constantinopolitanorum: quam ut rectius percipiam, scriptorum methodicè, ut soles, complectere.*

Id ipsum jam meditabar. Nam si prius nomina imperatorum, quibusq; temporibus & quamdiu præfuerint, addidiceris, res eorum gestas exactius considerare postmodum poteris. Accipe ergo seriem imperatorum orientalium, eamq; ad id usq; tempus continuatam, quo Constantinopoli à Machomete II. Turcarum imperatore occupata prorsus defecerunt. Si enim hanc nostræ historiæ sectione conjunxerimus omnes, sequentem de Germanicis imperatoribus relinquemus expeditiorem, licet ultra L. annos Græci cum Germanicis diviso regno imperaverint.

IMPERATORES ORIENTALES GRÆCI.

Anni Christi. *Anni Regni.*

330. I. CONSTANTINUS M. anno cccxxx. Constantinopolin dedicavit, & præter *Crispum* filium creavit Cæsares, *Licinianum & Dalmatium*, cum antea ipsi à Licinio essent oppositi Cæsares *Valens* & *Martinianus*. 7

337. II. III. IV. FL. VAL. CONSTANTINUS *junior* per annos iii. in occidente. FL. VAL. CONSTANS per annos xiii. in Italia & Africa. FL. JUL. CONSTANTIUS per annos xxiv. in oriente. Quo ipso tempore plures imperium affectarunt: *Magnentius* cum duobus fratribus *Decentio & Desiderio* in occidente; *Vetranio* in Pannoniis; *Nepotianus* in Italia; *Silvanus* in Gallis. Constantius etiam Cæsares creavit *Gallum*, &, qui post imperavit, *Julianum*. 24

361. V. FL. CL. JULIANUS, apostata, Constantini M. ex fratre Constantio nepos. 2

363. VI. FL. JOVIANUS, Pannon. 1

364. VII. VIII. FL. VALENTINIANUS Panno per annos xii. ejusq; frater FL. VALENS per annos xv. Imperium hoc tempore invaserunt *Procopius* Constantinopoli; *Marcellus* Nicææ; *Firmus* in Africa. 14

378. IX. X. XI. FL. GRATIANUS, filius Valentiniani, per annos v. in occidente; FL. VALENTINIANUS II. ejus frater per annos xvi. in Italia & Africa; FL. THEODOSIUS M. Valentiniani I. gener, per annos xvi. in oriente. Hoc tempore diadema etiam sibi imposuerunt *nobis Maximus*, ejusq; filius, *Victor* in occidente, & *Eugenius* in Italia. 17 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

In oriente.

An. Chr. — *An. Regn.*

395. XII. ARCADIUS, filius Theodosii, maritus Eudoxiæ, cujus tempore imperium affectarunt *Gildo* in Africa; *Gainas* Constantinopoli; *Marc*⁹, *Gratianus*, *Constantinus*, ejusq; filius *Constans* in Gallia. 13

408. XIII. FL. THEODOSI⁹ II. junior, F. ejusq; soror *Pulcheria*: cujus tempore imperium affectarunt *Attalus* Romæ; *Maximus* in Hispania; *Edobecus*, *Jovinus* & *Sebastianus* in Gallia; *Heraclianus* in Africa. 42

450. XIV. FL. MARCIANUS cum uxore *Pulcheria*, Arcadii filia. 7

457. XV. FL. LEO THRAX, qvi assumsit Cæsarē *Ardaburium*. 17

474. XVI. FL. LEO II. junior, F. infans, paucis mensibus.

474. XVII. XVIII. FL. ZENO ISAURICUS, gener Leonis, adversus qvem FL. BASILISCUS

In occidente.

An. Chr. — *An. Reg.*

395. I. FL. HONORIUS, filius Theodosii, qvi Constantium ducem socium imperii elegit. 28

423. II. JOHANNES. 2

425. III. FL. PLACIDIUS VALENTINIANUS III. filius Honorii, cū matre *Placidia*. 30

455. IV. ANICIUS seu PETRONIUS MAXIMUS, tribus mensibus.

455. V. AVITUS. 1

456. Interregnum. 1

457. VI. FL. JUL. VALER MAJORANUS. 4

461. VII. SEVERUS. 4

465. Interregnum. 2

467. VIII. ANTHEMIUS, gener Marciani. [illegible]

472. IX. OLYBRIUS, gener Valentiniani III. [illegible]

473. X. GLYCERIUS.

474 XI. FL. JULIUS NEPOS. [illegible]

475. XII. MOMYLLUS AUGUSTUL⁹, ab Odoacro dejectus. [illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

In oriente.

A.C. A.R.

[illegible] SCUS [illegible] filio Marci ia[illegible] xx. mensibus imperium usurpavit. 17

491. XIX. FL. ANASTASIUS DICORUS, gener Leonis: contra quem imperatoriam dignitatem sibi asseruere duo Longini, Athenodorus & Indus. 27

518. XX. FL. ANICIUS JUSTINUS THRAX. 9

527. XXI. FL. ANICIUS JUSTINIANUS, Justini ex sorore nepos, qui occidentem orienti reddidit: cui se opposuere duo Stotzae, Guntarius, Hypatius, Florianus. 38

565. XXII. FL. ANICIUS JUSTINUS JUNIOR, nepos Justiniani ex sorore, qui exarchatum Ravennae constituit, cujusque tempore Longobardicum regnum in Gallia Cisalpina ortum est. Assumsit Caesarem Mauritium.

577. XXIII. TIB. ANICIUS CONSTANTINUS III. Thrax. 7

58[illegible]. XXIV. FL. MAURITIUS, gener. 19

In occidente.

A.C. A.R.

476. ODOACER, qui Odovacer scribitur in Fastis Siculis, Rugus, primus Gothorum rex in Italia. 17

493. II. THEODORICUS, Amal. 33

526. III. ATHALARICUS. 8

534. IV. THEODAHATUS Amal. 2

536. V. VITIGES. 4

540. VI. ILDOBALDUS. 1

541. VII. ARARICUS Rugus, ut vocatur in Fastis Capit. paucis mensibus.

541. VIII. TOTILAS Badvilla. 12

553. IX. TEJAS, quem Justiniani dux Narses debellavit Anno 553.

Hinc Exarchi Ravennates.

567. I. FL. LONGINUS. 15

584. II. FL. SMARAGDUS. 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

In oriente.

A. C.		A. R.
602.	XXV. FL. PHOCAS.	9
611.	XXVI. FL. HERACLIUS, Cappadox.	30
641.	XXVII. CONSTANTINUS IV. F.	½
641.	XXIIX. HERACLEONAS Fr.	½
642.	XXIX. CONSTANS II. Constantini IV. filius.	26
668.	XXX. CONSTANTINUS V. *Pogonatus*, F. cui se initio opposuit *Mezentius*.	17
685.	XXXI. XXXII. XXXIII. JUSTINIANUS II. *Rhinotmetus*, cũ filio *Tiberio* Cæsare renunciato: *Leontius*: *Absimarus*.	26
711.	XXXIV. PHILIPPICUS BARDANES.	2
713.	XXXV. ANASTASIUS II. seu ARTEMIUS.	2
715.	XXXVI. THEODOSIUS III.	1
716.	XXXVII. LEO III. ISAURUS, Iconomachus, Tiberiũ habuit aliqvãdiu adversariũ.	26
741.	XXXVIII. CONSTANTINUS VI. Porphyrogenitus Copronignus F. cui se opposuit *Artabasdus*.	34

In occidente.

A. C.		A. R.
587.	III. FL. ROMANUS.	11
598.	IV. FL. CALLINICUS.	4
602.	FL. SMARAGDUS iterum.	9
611.	V. JOHANNES LEMIGIUS.	5
618.	VI. ELEUTHERUS.	1
619.	VII. ISACIUS.	23
642.	IIX. THEOD. CALLIOPA.	8
650.	IX. OLYMPIUS.	3
653.	THEODORUS CALLIOPA iterum.	14
687.	X. JOHANNES PLATINA.	15
702.	XI. THEOPHYLACTUS.	8
710.	XII. JOHANNES TIZOCOPUS.	2
712.	Interregnum.	
715.	XIII. SCHOLASTICUS.	10
725.	XIV. PAULUS.	2
727.	XV. EUTYCHIUS. Hunc expulit, & Ravenna capta exarchatum, postqvam annos CLXXXIII. duraverat, sustulit Aistulphus, rex Longobardorum.	24

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

An. Chr. *An. Regn.*

775. XXXIX. LEO IV. Porphyrogenitus, F. 5
780. XL. XLII. IRENE, uxor Leonis IV. cum filio CONSTANTINO VII. Porphyrogenito. 22
802. XLII. NICEPHORUS. 9
811. XLIII. XLIV. XLV. STAURATIUS, *filius Nicephori*, & MICHAEL I. Rangabe, qui Curopalates, seu curator palatii, gener Nicephori, cum filio THEOPHYLACTO. 2
813. XLVI. LEO V. ARMENIUS. 7
820. XLVII. MICHAEL II. Thracius seu Balbus. 9
829. XLIX. THEOPHILUS, F. 13
842. XLX. L. LI. MICHAEL III. F. quem etiam vocant Michelocum, cum matre THEODORA, & quem post matrem Michael socium imperii adscivit, BASILIUS MACEDO. 44
886. LII. LEO VI. filius Basilii. 25
911. LIII. ALEXANDER F. 1
912. LIV. LV. LVI. LVII. LIIX. LIX. LX. CONSTANTINUS VIII. Porphyrogenitus, filius Leonis VI. cum ZOE matre, socero ROMANO Lacopeno, ejusq; filiis CONSTANTINO IX. STEPHANO & CHRISTOPHORO, & nepote ROMANO II. 47
959. LXI. ROMANUS II. filius Constantini IIX. 4
963. LXII. NICEPHORUS II. Phocas, qui duxit Theophaniam, uxorem Romani III. 6
969. LXIII. JOHANNES ZIMISCES, gener Romani III. 6
976. LXIV. LXV. BASILIUS & CONSTANTINUS X. Porphyrogenitus, filii Romani III. quibus se opposuere duo Bardæ. 53
1028. LXVI. LXVII. ROMANUS IV. Argyrus, gener Constantini X. ejusq; uxor ZOE. 5
1034. LXVIII. MICHAEL IV. Paphlago, alter maritus Zoæ. 7
1041. LXIX. MICHAEL V. Calaphates, Michaelis IV. ex sorore nepos, ab avunculo & Zoe adoptatus, quatuor mensibus.
1042. LXX. CONSTANTINUS XI. monomachus, tertius maritus Zoæ. 12
1054. LXXI. THEODORA, soror Zoæ, Constantini X. filia. 2
1056. LXXII. MICHAEL VI. Stratioticus, adoptatus à Theodora. 1
1057. LXXIII. ISAACIUS COMNENUS. 2
1059. LXXIV. CONSTANTIUS XII. DUCAS. 8

1067.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

1067. LXXV. LXXVI. EUDOXIA, vidua Constantini XII. cum altero marito ROMANO V. Diogene. 4 (filius. 7
1071. LXXVII. MICHAEL VII. Ducas Parapinacius, Constantini XII.
1078. LXXVIII. NICEPHORUS III. Botoniates ex posteris Nicephori Phocæ in Asia & Bryennius in Thracia. 3
1081. LXXIX. ALEXIUS COMNENUS, Isaacii Comneni F. 37
1118. LXXX. JOHANNES COMNENUS, Porphyrogenitus, qui & CaloJohannes, F. 25
1143. LXXXI. MANUEL COMNENUS, F. 37
1180. LXXXII. ALEXIUS II. COMNENUS, Porphyrogenitus, F. à patruele successore peremtus. 3 (fratre Isacio nepos. 2
1183. LXXXIII. ANDRONICUS COMNENUS, CaloJohannis ex
1185. LXXXIV. LXXXV. LXXXVI. ISAACIUS ANGELUS COMNENUS, ejusq; frater ALEXIUS III. & filius ALEXIUS IV. Porphyrogenitus. 19
1204. LXXXVII. ALEXIUS V. Ducas, Murzufli, Alexii III. gener, paucis mensibus.

[illegible]

ADRIANOPOLI.	*CONSTANTINOPOLI.*	*TRAPEZUNTI.*
THEODORUS LASCARES, gener Alexii III. 18	LXXXVIII. BALDUINUS, comes Flandriæ, qvem post fata mentitus est aliqvis *Pseudo-Balduinus*, alias *Bertrandus*. 1	ALEXIUS VI. COMNENUS, nepos Andronici, ex filio Manuele. ALEXIUS VII. COMNENUS, F.
JOHANNES III Ducas Diglobatazius, gener. 33	LXXXIX. HENRICUS, Fil. 10 XC. PETRUS gener. 5 XCI. ROBERTUS F. 7	JOHANNES LAZUS, F. gener Michaelis VII. ALEXIUS VIII. COMNENUS, F.
THEODORUS LASCARES II F. 4	XCII. BALDUINUS, F. à Michaele Palæologo ejectus. 33	BASILIUS, F. EUDOXIA & IRENE, F. ALEXIUS IX. Fr.

1260. XCIII. MICHAEL VIII. Palæologus, Alexii III. ex filia Irene nepos, qvi Constantinopolin recuperavit. 22

JOHANNES Fr. DAVID, Fr. à Machomete II. occupata Trapezunte anno cIↄcccclx. abductus & jugulatus.

1282. XCIV. XCV. XCVI. XCVII. ANDRONICUS Palæologus, F. senior cum duobus filiis MICHAELE IX. & CONSTANTINO XIII. & ANDRONICO JUNIORE, Michaelis IX. filio. 56

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

1338. XCVIII. XCIX. C. CI. CALOJOHANNES, Andronici junioris F. ejusq; tutor & ſocer JOHANNES CANTACUZENUS, & filii duo, ANDRONICUS III. & MANUEL. 70
1418. CII. JOHANNES Andronici F. 5
1421. CIII. JOHANNES Manuelis F. 24
2445. CIV. CONSTANTINUS XIV. Fr. à Machomete II. capta Conſtantinopoli an. cIɔIɔIII. obtruncatus. 8

VI. Seriem qvidem imperatorum orientalium intueor: ſed utinam hiſtoriam eorum, qvam agnoſco eſſe intricatiſſimam, tam facile mibi cognitam facere poſſem.

Labori & ſtudio qvamvis cedere difficultatem memineris. Nos, qvæ reliqvi copioſius tradunt, breviter comprehendemus, & qvià Arcadii, Theodoſii atq; Marciani res geſtas ſatis enucleatas dedimus, ea, qvæ de Leone Thrace, & ejus ſucceſſoribus explicanda reſtant, nunc adjiciemus. Marciano defuncto, LEO THRAX, ut jam diximus, ſuffragio Aſparis patricii & ſenatus Conſtantinopolitani, anno CCCCLVII. imperium ſuſcepit, princeps clementia & juſtitia inſignis: qvi, ut ſol cunctis, qvæ illuſtrat, calorem impertit, ita reges, qvos aſpiciunt, miſericordia dignari debere, ſolitus eſt dicere, ſimulq; optare, ut ſua ætate ſtipendia militum in philoſophos conferri poſſent. Utq; gratum animum erga Aſparem patricium explicaret, filium ejus ARDABURIUM Cæſarem pronunciavit, eiq; filiam Ariadnam deſpondit, qvæ deinde nupſit ZENONI ISAURICO. Arianæ ſectæ deditus erat Ardaburius & populo ingratus: cumq; inſidias ſtruxiſſe imperatori convinceretur, cum patre Aſpare & fratre Patriciolo interemtus eſt in palatio. Leo autem, qvi ob hanc cædem poſtea Macelles qvaſi interfector cognominatus eſt, claſſem amplius cIɔc. navium, inq; iis exercitum ingentem plus centenorum millium adverſus Genſericum Vandalorum regem, omnes imperii provincias in prædas agentem, ſub auſpiciis Baſiliſci ducis, cujus ſororem Verinam ſibi copulaverat, eduxit. Sed inertia BASILISCI Genſericus uſus, impetratis in omni rerum penuria induciis, tantas copias disjecit. Hic tamen Baſiliſcus, qvod defendere armis non potuerat, mortuo Leone invadere fraude auſus eſt. Nam cum illum intelligeret ex filia Ariadna & Zenone Iſaurico nepotem, Leonem II. infantem adhuc, imperatorem deſignaſſe, ſuumq; illi patrem Zenonem tutorem addidiſſe, atq; hunc, filio ſimul & ſocero Leone Thrace defunctis, imperium ſibi uſurpare, excitus à ſorore Verina, Leonis vidua, Zeno-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

nem Constantinopoli ejecit, virusq; Eutychianum, qvibuscunq; poterat modis, disseminavit. Ejus tempore Constantinopolis, incendio maximam partem consumta, intolerandam reipubl. literariæ jacturam attulit, qva cxx. millia librorum, interq; illos Ilias & Odyssea Homeri, draconis intestino, cxx. pedum longo, inscriptæ fuerunt, combusti sunt. Invidia hujus damni in Basiliscum conjecta, clanculum ex exilio, in qvo ultra viginti menses hæserat, revocatus Zeno, validissimo exercitu urbem repetiit: traductis ad se Basilisci copiis, cum in acie starent, imperiũ recuperavit: ipsum & filium ejus MARCUM, qvem renunciaverat Cæsarem, ejectum frigore & inedia perdidit: alios, qvi imperium sibi præripere satagebant, ut MARCIANUM filium Anthemii & Leontiũ præfectos feliciter profligavit: edictum minus consultum de fide, qvod vocavit ἑνωτικὸν, seu UNITIVUM, qvo dissensiones in religione tollerentur, promulgavit. Tandem calamitatem occidentis, qvi jam Odoacro & innumeris populis totus cesserat, miseratus, THEODORICUM VERONENSEM OstroGothum, adoptatum ad Odoacrum evertendum in Italiam ablegavit. Ipse vero, homo luxuriæ deditus, sive multo mero inebriatus, sive morbo in monumento imperatorio, in qvod eum deportaverant, expiravit, Ariadna uxore prohibente, ne qvis monumentum aperiret. ANASTASIUM, DICORUM à discoloribus oculorum pupillis dictum, natione Dyrrachiensem, nondum senatorem, sed adhuc silentiarium, qvi inter milites prætorios ea, qvæ sunt qvietis, curabat, ob turpem amorum commixtionem, Ariadna anus ad imperium & torum evexit. Illi se LONGINUS Zenonis frater, & ATHENODORUS, & alius LONGINUS Selinuntius, atq; INDUS opposuere, & sex amplius annos civili bello ex Isauria imperatoriam dignitatem sibi vendicavere: sed suo cum exitio. Bulgari etiam, gens Scythica, ex borealibus finibus egressi, Thraciam; & Persæ orientem vastavere. Barbaris Anastasius longum murum opere mirabili opposuit, qvo utrumq; mare amplexus, eos è Ponto, Colchide & Mæotide palude arceret. Chrysargyron etiam seu vectigal singulis capitibus tam jumentorum, pecorum & canum, qvam hominum impositum sustulit: in eo imprimis culpandus, qvod se totum in orthodoxiam oppugnandam convertit. Eutychiano enim dogmati favit, multisq; Manetis erroribus dementatus, ipsum trisagion hymnum, cum appendice: CRUCIFIXUS ES PRO NOBIS: depravavit. Qvapropter VITALIANUS comes, Thrax, dux fæderatorum, pro catholicis arma induit, & occupata Thracia & Mœsia ad ipsam Constantinopolin castra posuit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

fuit. Verbis animum tanti hostis mollivit & decepit Anastasius; & ab armis in aulam vocatum spe lactavit inani. Habuit imprimis in honore Proclum mathematicum, Archimedis imitatorem, qvi, ut Zonaras testatur, classem Vitaliani Constantinopolin obsidentem æneis speculis accendit, & libertatem hæreticis simul & orthodoxis concessit: eoq; ipso multis dissensionibus præbuit occasionem. Tandem fulmine interiit, qvod sibi fatale esse ex oraculo didicerat, qvodq; frustra ædificiis artificiosis evitare conatus fuerat. Successit ei JUSTINUS, Thrax, orthodoxus, prætorio præfectus, suum boumq; in teneris custos, è carcere, in qvem paulo ante obitum ab Anastasio conjectus fuerat, in thronum evectus: cui cum ab Amantio numeraretur aurum, ut militum suffragiis Theocritus amicus suus imperator designaretur, ipse commodi sui non immemor, ea pecunia sibi emit imperium, ut ait Evagrius. Amantium & Vitalianum sustulit: nec sine orientis commodo laudabiliter rem administravit. Synodum contra Eutychianos Constantinopolitanam, cui præsedit Johannes ibidē patriarcha, celebravit. Volens autem senectuti suæ consulere, cum esset ætate gravis & morbis onustus, suum ex sorore filium JUSTINIANUM, qvarto ante obitum mense, imperii consortem allegit, qvi mira felicitate occidentem orienti denuo conjunxit.

XVII. Estne hic ille Justinianus: cujus institutiones, codicem & digesta JCti hodienum legunt, & in judiciis, causisq; disceptandis adbibent?

Is ipse est. Et causas juris emendandi habuit prægnantes. Initio post regias leges abolitas, jus ex XII. tabulis æri incisis, qvarum originem supra retulimus, dici consveverat. Qvia autem non omnia propalam his legibus comprehendebantur, in disputatione fori per prudentum interpretationem aliud subinde ex alio colligebatur: ex ipsis etiam legibus qvædam formulæ fuerunt à prudentibus compositæ, qvibus litigantes inter se disceptarent & judicia fierent. Et hæ formulæ, qvas vocabant actiones legis, à collegio pontificum peti debebant, inq; librum postea à Cn. Flavio redactæ, JUS CIVILE FLAVIANUM dici cœperunt: qvod paulo post Sext. Ælius adauxit, & inde JUS ÆLIANUM dictum. Sunt etiam subinde leges singulares novæ à populo pro reip. necessitate latæ, plerumq; ab autoribus nominatæ, ut lex Velleja, Julia, Voconia, Falcidia, Julia, Papia Poppea, Rhodia, Aqvilia. Plebiscita qvoq; tulit plebs qvandoq; sola, qvæ sibi τὸ κύριον sæpenumero vendicabat: & propterea illa pro legibus habenda erant. Prætores LXXX. amplius annis post promulgatas XII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tabulas constituti, qvia evocatis plerumq; belli causa consulibus, penes illos, tanqvam juris civilis custodes, summum in jure inter privatos dicendo imperium esse cœpit, edictis suis prætoriis, primùm annuis, (qvæ scilicet, qvamdiu annuus eorum erat magistratus, initio anni in albo publice tanqvam legem annuam proponebant, ut populus sciret, qva de re qvomodo in anno suo jus essent dicturi) mox perpetuis, rationes & modum juris civilis auxerant: idq; imprimis, cum alii urbani, alii peregrini dicerentur: qvorum illi jus dicebant inter cives; hi inter peregrinos. Et JCtorum scripta & rescripta seu responsa tanti pedetentim habita sunt, ut, qvibus illi regulis & formulis actiones forenses circumscripsere, ab illis judices vix recederent. Hi JCti in varias sectas abeuntes, intricatius jus reddiderant. Alii dicebantur Sabiniani & Cassiani, qvi Attei Capitonis & veterum placita seqvebantur: alii Proculiani & Pegasiani, qvi Antistii Labeonis, à qvo multa innovata erant, autoritatem defensabant. Utriq; tam in pragmaticis seu practicis, qvam in theoreticis versatissimi, varias pandectas, regulas, sententias, enchiridia, definitiones, brevia & institutionum libros magna copia edidere. Postqvam autem imperium ad principes seu imperatores & ad comitia sub principatu translatum est, PRINCIPUM CONSTITUTIONES præcipua juris regula erant. Qvi si ipsi inter partes decernerent, dicebantur decreta & cognitiones imperatoriæ; si ad libellos privatorum & consultationes magistratuum rescriberent, rescripta principum; si generale jus publice constituerent, edicta principum; si JCtorum dissensiones deciderent, decisiones. Subinde tamen locus etiam datus est SCtis, qvæ ad orationes à principibus prius habitas constituebantur. Adrianus imprimis egregiam curam juris constitutioni impendit. Primus enim edicta prætorum hactenus incerta in ordinem ac titulos redegit, alia de suo addidit, alia detraxit, & edictum perpetuum promulgavit, qvo, antiqvata jam lege XII. tabularum, tanqvam æqvissimo jure, postea imperatores uti voluere. Deinde omnes principum constitutiones per certos titulos in duos codices sunt dispositæ, GREGORIANUM & HERMOGENIANUM, de compilatoribus ita dictos, qvorum ille continebat constitutiones imperatorum ab Adriano usq; ad Valerium & Gallienum; hic comprehendebat subseqventium usq; ad Diocletianum & Maximianum constitutiones. Postea etiam Theodosius junior constitutiones principum Christianorum, suasq; de rebus cum ecclesiasticis, tum secularibus, in CODICEM THEODOSIANUM XVI. libris distinctũ, VIIIviris ad id delectis, colligendas commisit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

misit. Qvæ post hunc Codicem subseqventium usq; ad Justinianum prin-
cipum constitutiones peculiariter collectæ sunt, titulum NOVELLARUM
meruere. Tam immensam constitutionum & legum molem, multorum
camelorum onus, ut vetus fuit Amelii qverela, cernens Justinianus, initio
studium vertit ad imperatorias constitutiones ordinandas, & per Xviros
delectos, interq; eos Tribonianum, Theophilum & Dorotheum, ex tribus
prædictis codicibus Codicem concinnavit in XII. libros distinctum. Dein-
de veterum JCtorum libros, qvorum vel duæ chiliades numerabantur, in
CCC. myriadas versuum seu sententiarum distinctæ, in qvinqvaginta libros
PANDECTARUM, qvasi omnia continentium, seu DIGESTORUM di-
gessit. Hinc pro tyronibus prima juris elementa IV. INSTITUTIONUM
libris proposuit. Postea, cum Codici aliqvid deesse videretur, illum nova
editione retractavit, & priore abolito, CODICEM REPETITÆ LECTI-
ONIS edidit. Tandem Novellas qvasdam constitutiones pro re nata san-
xit, nomine AUTHENTICARUM, tanqvam ex Græca lingva ad literam
traductarum: & ita qvinq; partibus Corpus juris civilis absolvit, ipse, si
Svidæ fides habenda, ἀμάθητος seu literarum rudis & analphabetus, nisi
mendum sit in Svida, & pro Justiniano legendum Justinus Thrax: qvod eò
magis verisimile est, qvia in collatione Constantinopolitana cum Severia-
nis, cum Enthusiasmi suspectus esset factus, talem se in alloqvendis episco-
pis præbuit, ut Davidicam mansvetudinem, Mosaicam patientiam & Apo-
stolicam clementiam præ se ferre videretur, ut est in Tomis conciliorum.
Omnes interim prædicti libri Justiniani (contexam juris Romani historiam
in gratiam eorum, qvibus hæc historica in prolixis JCtorum libris legere
non vacat,) nunqvam in occidentem penetrarunt, jam inter Gothos, Sve-
vos, Vandalos, Longobardos, Francos distractum, adeoq; legibus Salicis,
Gothicis, Longobardicis pedetentim assvetum, servatis tamen nonnullis
Romanorum legibus, sed non ex Codice aut Digestis Justiniani, sed ex The-
odosiano, Gregoriano & Hermogeniano. In oriente qvoq;, cum paulatim
usus latinæ lingvæ deficeret, & subseqventes principes novellis constitu-
tionibus res juris disponerent, Justinianei libri pedetentim obsolevere.
Hinc leguntur Leonis Novellæ, Theophili Institutionum Græca paraphra-
sis, Basilii Macedonis epitome juris, Ἑξηκοντάβιβλον seu LX libri Basilico-
rum à Leone & filio & nepote Constantinis concinnati, variæq; horum Ba-
silicorum synopses, procheira seu promtuaria, & paratitla seu supplementa
titulorum ex aliis titulis in consonantiam redactis. Photius tandem epi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſcopus Conſtantinopolitanus leges civiles cum canonibus miſcuit in Nomocanone ſeu breviario juris canonici Græcorum: qvem poſtea Theodorus Balſamo interpretatus eſt. Sexcentis fere annis poſt Juſtinianum libri ejus in occidente cœperunt innoteſcere & in pretio eſſe. Melphi enim ſeu Amalphi, Apuliæ civitate, qvæ hactenus Græcorum imperatorum fuerat, circa annum cIↃcxxxvII. à Lothario II. imperatore in expeditione contra Rogerium Siculum expugnata, repertum eſt ibi exemplar pandectarum antiqviſſimum, qvod Piſani pro præſtitis auxiliis ab imperatore præmium retulere. Unde etiam dici cœperunt PANDECTÆ PISANÆ. Floruit eo tempore JCtus Irnerius, alias Vernerius dictus, qvi jam tempore Mathildis, qvæ potentisſima magnæ partis Italiæ domina erat, & decennio prius, qvam Lotharius imperio admotus eſt, fata expſeverat, leges Romanas, qvarum uſus inter leges Gothicas, Francicas & Longobardicas nunqvam in Italia plane ceſſaverat, ejus juſſu diligentius ſcrutari & publice docere cœperat. Hic inventas noviter pandectas privata autoritate gloſſulis expoſuit: & ex ejus ſchola Bononienſi prodiere in Italia Pileus, Bosſianus, Bulgarus, Azo, Azonisq; diſcipulus Accurſius, & poſt Accurſium Bartolus, Baldus, Angelus; in Gallia Placentinus & alii, qvi tot denuo cœperunt jus commentariis onerare, ut libri JCtorum jam multo numeroſiores ſint, qvam qvos Juſtinianus voluit abolitos, poſtqvam eos in codicem & pandectas digeſſerat. Germania tardius recepit illud jus Juſtinianeum: tandem tamen recepit, qvod Lotharius Italis maluerat relinqvere, qvam patriæ ſuæ inferre. Falſi certe ſunt, qvi Lotharii juſſu leges Juſtinianeas in ſcholas & in fora reductas eſſe dicunt, omnibus aliis legibus abrogatis. Nam & ipſæ leges Longobardicæ poſtea in Codicem Juſtiniani ſunt relatæ. Pandectæ autem Piſanæ, de qvibus diximus, circa annum cIↃccccvI. qvo tempore Piſæ in Florentinorum poteſtatem redigebantur, in Florentinam Bibliothecam per Ginum Caponium translatæ, & inde PANDECTÆ FLORENTINÆ dictæ ſunt. Qvod autē attinet LEGES LONGOBARDICAS, dicuntur etiam JUS FEUDALE, qvod ex legibus & moribus Longobardorum, qvi imperante Juſtino II. circa annum IↃLXVIII. illam Italiæ partem, qvæ hodienum Lombardia dicitur, ſibi rapuerant, & ex Conradi, Lotharii, Friderici & aliorum Imperatorum conſtitutionibus feudalibus à viris doctis, de qvibus non ſatis conſtat, qviq; legis condendæ poteſtate carebant, compilatæ ſunt: tantæ tamen autoritatis, ut Fridericus II. eas in corpus juris Juſtinianei retulerit, & ſubſeqventes Imperatores illas con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

confirmaverint: qviipſi ſubinde in comitiis leges noviſſimi, ceu vocatur, juris condiderunt, in aurea Bulla Caroli IV: ordinationibus Cameræ: conſtitutionibus criminalibus Caroli V: recesſibus imperii. Et qvia Saxones, magna imperii pars, peculiari gaudebant jure, Eckardus à Repka illud in tres libros privato ſtudio, idiomate latino collegit. Hos ipſos Comes Hoierus à Falckenſtein poſtea in idioma Germanicum transferri curavit, & nomine SPECULI SAXONICI inſignivit. Illud ſpeculum tandem Carolus M. victis Saxonibus confirmavit, eiq; Otto M. ex medullis legum Saxonicarum addidit JUS WEICHBILDICUM. Hoc jus Saxonicum, cum à jure communi non raro diſcedat, Burchardus de Mangelfeld commentario illuſtravit; Electores etiam Saxoniæ, & imprimis Auguſtus, novellis inſtitutionibus interpolarunt. Dum ita politicis LL. ſanciendis ſtrenue incumbebant imperatores, pontifex Romanus, æmulus ille, imo invaſor majeſtatis Cæſareæ, ſeculo XII. rapta ſibi autoritate leges condendi, JUS CANONICUM ex canonibus conciliorum, patrum ſcriptis, & pontificum decretis per Gratianum monachum compilatum promulgavit, nomine DECRETORUM: qvibus poſtea Palea, Gratiani diſcipulus, alias ſacras conſtitutiones adjecit, & Gregorius IX. ſeculo XIII. ex epiſtolis pontificum opera Raymundi de Pennaforti QVINQVE LIBROS DECRETALES addidit: qvosipſos poſt aliqvot annos Bonifacius VIII per Dinum Mugellanum SEXTO DECRETALIUM; & ſeculo XIV. Clemens V. & Johannes XXII. CLEMENTINIS CONSTITUTIONIBUS & EXTRAVAGANTIBUS; Antonius Bladus tribus tomis BULLARII ROMANI; & ſeculo ſuperiore Paulus IV. opera Lancelloti INSTITUTIONIBUS JURIS CANONICI; & Gregorius XIII. SEPTIMO DECRETALIUM per Petrum Matthæi auxit. Cæterum explicata ita legum civilium Romanorum hiſtoria, revertimur ad JUSTINIANUM, qvi admodum feliciter in collapſo imperio reſtaurando opera Beliſarii & Narſetis uſus eſt. Beliſarius, in cujus comitatu fuit Procopius hiſtoricus, Perſis primum variis præliis fuſis & ad pacis conditiones pertractis, Vandalorum regem Filimerem ad extrema adegit, captumq; Conſtantinopolim duxit in triumphum, atq; ſic Africam imperio reſtituit: qvam etſi deinde duo STROZÆ & GUNTARIUS nova tyrannide qvæſitam ſibi vendicarunt, in ipſis tamen conſiliis ſublati ſunt. Fuerunt certe tempora Juſtiniani variis tumultibus turbatiſſima. Ipſam Conſtantinopolin tres Anaſtaſii imperatoris nepotes, Hypatius, Pompejus & Probus, IV. continuis diebus in prædam habu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

habuerunt, nec auso in publicum prodire Justiniano, proclamatus est HYPATIUS imperator: jamq; ad palatium occupandum ibatur. Sed Belisarius cum reliqvis ducibus, qvi tum forte ad urbem erant, assumtis militibus, præter seditionis autores, in ipso foro ultra triginta millia hominum prostravit, magnoq; periculo Justinianum explicuit. His factis Belisarius adversus Gothorum regem in Italiam profectus, Theodahato acie superato Siciliam ademit: Neapolin expugnavit: Romam, totamq; fere Italiam & Dalmatiam, in qva Mundus præfectus, Mundiq; filius Mauritius paulo ante à Gothis cæsi fuerant, recuperavit: deinde multitudine Gothorum pressus, qvorum CL. amplius millia convenerant, diutius anno Romæ obsessus, & ad maximam rerum penuriam, fame præsertim per universum mundum excrescente, & matres ad gnatorum membra devoranda cogente, adactus est. Sed tantum hostem tandem, cum obsidionem solvisset, ad Ravennam profligavit, vivum Vitigem cepit, &, ut antea Gilimerem, in triumphum avexit. Hinc adversus Persas missus, qvi fœdere pacis neglecto, sub rege Cosrhoe Antiochiam omnibus ornamentis spoliatá cremaverant, variisq; irruptionibus Romanas ditiones sollicitaverant, res qvidem in oriente afflictas utcunq; restituit: sed eo absente, Totilas Gothorum rex, universam ferme Italiam ducibus Justiniani, Maximino & Demetrio, extorqvebat. Relinqvenda igitur Belisario Persia; repetenda Italia. Qvia vero à copiis validioribus imparatus erat, eorumq;, qvos secum habebat, ignavia & temeritate admodum impediebatur, Totilas ipsam Romam occupavit, & tertiam murorum partem evertit. Interim nova ex oriente auxilia Belisario subministrabantur, qvibus Tarentum, Spoletum, Romam qvoq; recepit. Verum subito repetenda erat Persia, cujus rex Cosrhoes copiis majoribus in fines imperii irruperat. Ideoq; Totilas Romam, etsi præsidio trium millium munitam, proditione occupavit, armaq; victricia passim circumtulit. Duces, ut Germanus & alii, qvoscunq; ei Justinianus opposuit, frustra fuere. In ipsa Sicilia jam prædas agere cœpit. Demandatur ergo bellum Narseti, eunucho Persæ, qvi à rege Persarum ad Justinianum deficiens, cum fratribus donatus erat qvæsturæ primum, deinde aliis muneribus. Hic non Totilam tantum in acie victum trucidavit, sed & victoriam proseqvens, ultimum Gothorum in Italia regem Tejam sustulit, & occidenté, magnis calamitatibus hactenus afflictum, utcumq; recreavit, eumq; sedecim annis imperatoris nomine rexit, atq; Alemannos & Francos, qvi in Italiam sese anno IↃLVI, cum exercitu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

xxxii. millium ſub Leuthare & Bucellino fratribus à Theodoberto Auſtraſiæ rege miſſis exoneraverant, fortiter repreſſit. Ecce autem fortunæ ludibria, qvibus duo hæc fulcra imperii, Beliſarius & Narſes, ſuccubuerunt! Belliſarius Hunnos Corriguros, qvi Iſtrũ glacie concretũ tranſiverant, & duplici irrumpentes in Thraciam & Græciam agmine, ipſam Conſtantinopolin terrore impleverant, ingenti animi robore repreſſerat, & promiſſo annuo tributo ad propria remiſerat. Sed paulo poſt de imperio affectato ſuſpectus factus, honore ſimul & omnibus opibus excidit. Interim Juſtinianus conjuratione nova agitabatur: & imperii ſigna ad FLORIANUM ſenatorem deferebantur. Beliſarius igitur injuriarum non memor, juvenum fortiſſimorum globo ſtipatus, novo Cæſare per ſpeciem ſalutationis occiſo, ejusq; capite cum inſignibus ad Juſtinianum delato, priſtinum dignitatis gradum recuperavit. Qvæ ipſa tamen felicitas non fuit diuturna. Denuo enim Juſtiniano de inſidiis ſuſpectus factus, in cuſtodiam miſſus, inq; mœrore conſumtus eſt, glorioſæ vitæ exitum ſortitus inglorium. Nec diu ſuperfuit ei ipſe Juſtinianus, qvem extremis temporibus parum fuiſſe mentis compotem, & ſe Eutichiana hæreſi infeciſſe, Evagrius & Nicephorus teſtantur. Id certum eſt, ſynodum Conſtantinopolitanam II. qvam vocant Oecumenicam qvintam, illũ ante celebraviſſe, qvam à puritate fidei diſcederet, & variis operibus & facinoribus nomen herois meruiſſe. Eſtq; ille imperator, qvi primus ova, ex qvibus bombyces prognatæ ſerica fila contexunt, à duobus monachis ex illa Indiæ parte, ubi Seres habitant, accepit, & artificium ſerici panni conficiendi in imperio curavit tractari. Procopius in opere, qvod ἀνέκδοτον, qvaſi ſuppreſſum vocat, qvia vivente Juſtiniano id non auſus fuit edere, ingenium ejus dicit ex virtutibus, vitiisq; fuiſſe temperatum, & uxorem ejus Theodoram, ab ſcenicis artibus ob formæ elegantiam ad matrimonium principis promotam, ei ad multa vetita occaſionem præbuiſſe. Notetur hic, qvod in Faſtis Capitolinis ultimus conſul in occidente, tempore Juſtiniani, nominetur Decius Theodorus Paulinus: qvodq; pulſis ex Italia Gothis, initio Narſes ducis titulo Italiæ præfuerit. Poſt annos autem xvii. eodem tempore, qvo primus in Italia Longobardorum rex Albonius cœpit præeſſe, Exarchatus Ravennæ à Juſtino inſtitutus, & Fl. Longino traditus eſt.

XVIII. *Qvamnam fortunam expertus eſt Narſes, alter Juſtiniani dux, qvem etiam dixiſti, ut Beliſarium, ludibrio fortunæ ſuccubuiſſe?*

Succeſſerat Juſtiniano nepos ex filia Vigilantia JUSTINUS II. Dulciſſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ni filius: qvi initio gubernationis tributorum magnitudinem, qvibus Justinianus imperium oneraverat, remisit, & Justino cognato, Ætherio item & Addæo, præcipuis è senatoribus, majestatis reis, ultimo supplicio affectis, milites liberaliter habuit, & egregio severitatis exemplo potentiores à vexandis tenuioribus deterruit, ut legere est apud Cedrenum. Brevi post, novis tributis indictis, tantam famæ labem inussit, ut inter avarissimos recenseatur imperatores. Pleriq; tamen testantur, aurum collectum non in usus privatos conversum, sed bellis impensum, qvæ cum Persarum rege Cosrhoe, fœdere in L. annos antea confirmato, stulte rupto, gessit diuturna. Hisce in bellis felicissimus extitit, & regi Æthiopum Aretæ novo fœdere sociatus, ducibus MARCIANO, qvem in societatem imperii tandem assumtum, & TIBERIO, tantas à Cosrhoe victorias reportavit, ut armis ille & animo fractus legem ferret, ne unqvam Persarum rex bellum inferret Romanis. Sed ut ubi in oriente, recrudescentibus subinde bellis, felices ejus successus commendas, in Italia sane & infelicē deprehendes & imprudentem. Nam cum, teste Paulo Diacono, cujus fidem hic Baronius & alii in dubium vocant, Narseti potentiam, qvæ ei ex multis victoriis accesserat, præsertim cum ob nimias exactiones esset à senatu Romano accusatus, suspectam haberet, illi ex Italia redire jusso successorem misit Longinum patricium. Additæ sunt, ceu ferunt, contumeliæ, & Sophia Augusta, Justini uxor, eum, qvod eunuchus erat, ad pensa muliebria revocavit. Sic lacessitus, talem, ceu interminatus fuerat, texuit telam, qvæ ægre potuit dissolvi. Alboinum enim, Longobardorum regem, ex Pannonia evocavit: qvi novo regno in Italia condito, tam firma ei fulcra supposuit, ut ducentis amplius annis regnum Longobardicum in Italia floruerit, nec prius potuerit everti, qvam ex Gallia Italis auxilia à Carolo M. ejusq; patre Pipino subministrarentur. Et qvanqvam pontifex Romanus Johannes III. Narsetem, qvi jam Roma discesserat, Neapolin usq; progressus, illuc pertraxit, ut injuriarum immemor in urbem rediret, paulo tamen post mortalitatem explevit. Exactis Italia Gothis, à Justiniano imperatore summæ rerum, titulo Ducis, Italiæ præpositus fuerat, reliqvosq; præfectos provinciarum, qvarum tum in Italia numerabantur XV. Lucania & Apulia additis, qvasq; sect. III. qvæst. XIV. enumeravimus, sibi habuit jussu imperatoris obseqventes. Successor Narsetis illius Longinus, non Romæ, ut ipse sed RAVENNÆ sedem posuit: nec se, ut ille, Ducem, sed EXARCHUM ITALIÆ vocavit, sublatisq; consularium, correctorum & præsidum per Italiam titulis, singulos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſingulos duces ſingulis civitatibus, qvarum tunc præcipuæ poſt Romam erant Ravenna & Mediolanum, impoſuit, easq; præſidiis firmavit.

XIX. Quodnam qvæſo eſt illud Longobardicum regnum, quod tempore Juſtini junioris propter injurias Narſeti illatas in Italia coaluiſſe dicis?

Nonnulli Longobardos, alias Langobardos dictos, ex Scandia, ut Sigebertus, P. Diaconus & Proſper; alii ex Cimbrica Cherſoneſo, ut Pomponius Lætus; alii, ut Sarmatici ſcriptores, ex Lithvania; alii ex Saxonia, & qvidem juxta Tacitum, ex noſtra Pomerania deducunt, eosq; dicunt circa A. C. CCCLXXX. Ibore & Agione ducibus, in Germaniam ſeptentrionalem egreſſos, victis Vandalis, in Rugilandia, inq; Marchiæ & Pomeraniæ vicinia, regnum aliqvamdiu tenuiſſe: deinde in regiones, qvæ Bulgaris, populo Sarmatico, vicinæ ſunt, profectos, regem ſibi Agelmundum præfeciſſe: & tandem in campos Moraviæ & Pannoniæ patentes; inde in Italiam transiiſſe. Reges eorum hi recenſentur.

REGES LONGOBARDORUM in Moravia & Pannonia.

Anni Christi. *Anni Regni.*

390. I. AGELMUNDUS vel ANGELMUNDUS, in Moravia à Bulgaris cæſus, filius Agionis. 33

423. II. LAMISSO cum VI. fratribus uno partu à matre ignota editus, & in paludem argillosam expoſitus, haſta Agelmundi, qvi illuc iter faciebat, correpta, ex palude elevatus, liberaliter educatus, à rege adoptatus, regnoq; præfectus, Bulgaros maximis cladibus affecit, tandemq; ad Rhenum conſedit. 3

426. III. LETH vel Labe. 40

466. IV. GILDEOCH vel Helthagen. 4

470. V. GEDEOCH F. tempore Odoacri ad ulteriorem Danubii ripam conſedit. 12

482. VI. CLAFFO ſeu Daphon F. 5

487. VII. TADO ſeu Thantus F. in Moravia, victo Herulorum rege Rudolfo, conſedit: everſus tandem cum filio Hildecho à Wacone, ſuo ex fratre nepote. 10

487. WACON, filius Zachilonis, Tadonis ex fratre nepos, Svevos circa Danubium tum temporis hærentes in obſeqvium vi pertraxit, tantæ autoritatis, ut trium regum filias in matrimonium acciperet, & duas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

filias duobus Franciæ regibus elocaret. 88

515. IX. WALTHARITH ſeu Baldaran F. 7

522. X. ANDOINUS, alias Audobin, à Juſtiniano adverſus Gothos in Italia omnia turbantes conductus, & re bene geſta, Norico & parte ſuperioris Pannoniæ donatus, acerrima bella adverſus Gepidarum regem Turiſundum, & filios ejus Thuriſmuthum & Chunimundum geſſit. 18

540. ALBOINUS F. qvi juvenis adhuc, in prælio regis Gepidarum Thuriſundi filium Thuriſmuthum ſua manu peremit. 31

HIC Alboinus, Gepidis in ordinem redactis, & ſibi ſubjectis, aut accerſitus à Narſete, qvod diximus, aut amœnitate loci, qvem antea conſpexerat, invitatus (utrumq; enim tradunt autores) excitus è Germania, xx. Saxonum millibus, expeditionis ſociis, Italiam anno Chriſti IↃLXIIX ingreſſus, Aqvilejam, Forum Julium, Tarviſium, Vincentiam, Veronam, Tridentum, ipſumq; Mediolanum, aut deditione aut expugnatione cepit. Nobiliores interim incolarum denuo, ut tempore Attilæ, Venetias tanqvam ab hoſtium aditu liberas, ſeſe receperunt. Tanto malo neqvicqvam occurrit Longinus, Ravennæ exarchus primus, qvi Italiæ nomine imperatoris Conſtantinopolitani præerat, raptibus magis virginum & matronarum intentus (cujus etiam gratia homo ſceleratus γυναικοϊέρακας, tanqvam feminarum vulturios aluit) qvam ad rebellendos hoſtes induſtrius. Illam ob cauſam tanti fuerunt Alboino ſucceſſus: ipſeq;, Mediolano occupato, ſe regem Italiæ proclamavit, parteq; exercitus ad Ticini obſidionem relicta, in Æmilia Placentiam & Parmam; Tuſciam item ſeu Hetruriam citeriorem, & in Umbria Spoletum in poteſtatem redegit. Tuſciæ atq; Umbriæ ſeu Spoleto, ut & Foro Julio duces impoſuit: & qvidem ducatus Foro Julienſis coaluit ſub Giſulfo; ſub Faroaldo Spoletanus. His ducatibus poſtea Beneventanum qvartum adjecit Autharius. Cottiæ tantum alpes & urbes ad mare ſitæ, in poteſtate Romanorum relictæ. Tertio etiam obſidionis anno Ticinum ſe ei permiſit. Et qvanqvam voto concepto, ſi urbem caperet, extrema illi juraverat, qvum tamen eqvus ejus portam ſubiens procumberet, nec calcaribus aut verberibus ullis excitari poſſet, revocavit votum, ſedemq; Theodorici regiam, ſuam fecit. Paulo tamen poſt ſua ſe ipſe temeritate evertit. Duxerat Roſimundam, Chunimundi regis Gepidarum, qvem interfecerat, filiam. Hanc ebrius ex patris cranio, unde poculum per ludibrium fieri curaverat, Veronæ bibere coegit. Illa ad vindi-

ctam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ctam accensa, per Helmechildum, qvem alii vocant Helmingem, nobilem Longobardum, in sui amores pellectum, Alboinum maritum interfecit, thesaurisq; regiis raptis ad Longinum Exarchum confugit, qvi spe potiundi regni conjugium mulieri promisit, si, Helmichildo extincto, sibi nuberet. Præbuit illa, novis nuptiis allecta, Helmechildo venenum: sed una bibere & una mori coacta est. Nos interim seriem Longobardicorum regum in Italia sese insecutorum subjungemus.

REGES LONGOBARDORUM IN ITALIA.

Anni Christi. *Anni Regni.*

570. I. ALBOINUS filius Andoini, relicta Hunnis amicis Pannonia, anno IɔLXVII. transit in Italiam, & Mediolani anno IɔLXX. rex Italiæ à suis declaratus est. $3\frac{1}{2}$

574. II. CLEPHIS seu Clepho victorias Alboini prosequutus, arcem ad debellandos Ravennates in foro Cornelii Imolam munivit. In Italos crudelior, à suo t… em ministro peremtus est. $1\frac{1}{2}$

575. ARISTOCRATIA xxxvi ducum seu tyrannorum, qvi Gallias vicinas admodum vexarunt, ipsamq; Romam, sed frustra, oppugnarunt, finesq; imperii late propagarunt. Hoc tempore Saxones ex Italia ad sua rediere. Cum Justino interea Tiberius nomine Constantini III; Tiberio Mauritius in imperio successisset, ineptoq; exarcho Longino successor datus Smaragdus, vir strenuus, undeqvaq; Longobardorum audaciam frangeret, & Droctrulfum Svevum, qvi qvondam puer à Longobardis captus fuerat, ad Romanorum partes traduxisset, atq; rex Francorum Chilpericus, à Romanis ad bellum Longobardis inferendum accensus, nunciaretur, comitiis coactis duces Longobardici regem elegerunt Autharium. 10

585. III. AUTHARIUS, filius Clephis, uxorem duxit Theudelindam, Garibaldi ducis Bavariæ filiam, & victricibus armis vestigia antecessorum feliciter legit. Singulos duces vectigalium suorum dimidium in palatium regium deferri jussit, illisq; usum urbium, dominio & jure sibi retento, reliqvit: Brixillum, qvod Longobardis Droctrulfus præripuerat, recepit: abjectis idolis Christianam amplexus est religionem, sed juxta Arii scita: Istros & Insulam Comacinam domuit: regem Francorum Guntramum, aliqvoties pro Romanis Alpes transgressum, prælio fudit; qvanqvam postea ab

 illo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

illo non levia damna accepit: Beneventum in Samnio occupavit: ei & toti Samnio ducem imposuit Zotonem: tandem veneno Veronæ periit.

591. IV. AGILULFUS, dux Taurinatium, qvem vidua regis Autharii Theudelinda, potestate à proceribus sibi facta, regno regem, sibiq; maritum elegit, & ad veritatem fidei amplexandam Ariana hæresi missa invitavit, ferreaq; corona, aurea qvidem illa, sed circulo ferreo intexta, qvæ inde adhuc ferrea Lombardica dicitur, caput ejus cinxit. Hujus tempore nonnulli Longobardorum duces rebellare, & cum Exarcho Ravennate conspirare conati sunt: sed facile in ordinem redigebantur. Ariulfus dux Spoleti ipsam Romam obsedit: qvam provida pontificis Gregorii Magni cura defendit, precibus potius, qvam armis Romani & Callinici exarchorum Ravennæ adjutus. Ipse Agilulfus Patavium & montem Silicis expugnavit & evertit: & qvanqvam Mauritius imperator novos subinde illi exercitus opponebat, Chagani tamen Hunnorum è Pannonia regiis auxiliis sublevatus, Cremonam in cineres redegit: Mantuam diripuit: Cremam occupavit: nec prius in pacem Romanis dandam consensit, qvam sibi Parma & filia cum genero redderetur, qvam exarchus Ravennas dolo interceperat. Ab hoc tempore fædus inter imperatorem Phocam & Agilulfum est percussum. Ultimis ejus annis Chaganus dux Hunnorum è Pannonia in ForoJuliensem ducatum irrumpens, Gisulfum ForiJulii ducem, in acie peremit: cujus vidua Romilda, cum nuptias Chagani ambiens urbem traderet, ille, contra fidem datam, omnia incendio & direptione miscuit, Romildamq; una nocte uxoris loco habitam, duodecim Hunnis ad implendam libidinem prostituit, paloq; erecto suffixit. Illius filiæ, ne polluerentur à militibus, crudorum pullorum inter mamillas putrefactorum fœtore eos terruerunt, & postea nupserunt, altera regi Alemannorum; altera duci Bavariæ. ForumJulii, post dilapsos inde Hunnos, Gisulfi filii, Taso, Caco & Grimoaldus administrarunt. Hoc ipso tempore Ravennates Johannem Lemagium exarchum ob crudelitatem & superbiam peremerunt: cui successorem Heraclius imperator dedit Eleutherium, qvi tamen & ipse post triennium affectans imperium à militibus est occisus.

25
616. V.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

616. V. ADELWALDUS F. matris Theudelindæ consiliis aliqvamdiu regnum pie administravit. Ea defuncta, ex venenato poculo, per Heraclii legatum ministrato, mentis inops factus, plures ex ducibus interemit, & ob id regno ejectus est. 10

626. VI. ARIOALDUS, Adelwaldi sororius, dux Taurinatium Arianus, uxorem Gundebergam falso delatam, qvasi cum Tatone duce Tusciæ vitæ suæ insidiaretur, triennali captivitate detinuit. Sed cum delator Adalulfus singulari prælio à Tatone esset provocatus victus, in torum eam recepit. 12

638. VII. ROTHARIS, genere Harodus, Arianus, à Gundeberga regina vidua in torum & regnum electus, Alpes Cottias & Opitergium ad Tarvisium usq; regno adjecit: exarchum Isacium id impediturum gravi clade affecit: eaq; victoria impetravit, ut finis omnibus inter Longobardos & exarchos bellis usq; ad Luitprandi tempora imponeretur. Opitergini è patria exules Heracleam in æstuariis condiderunt & Eqvilium. Cæterum Rotharis ille est, qvi leges Longobardorum scripti comprehendit. Hujus tempore Slavi ex Dalmatia in Italiam; & Saraceni expeditione maritima ex Africa in Siciliam irruperunt: qvos tamen Olympius exarchus feliciter retroegit. 15

653. VIII. RODOALDUS F. & ipse Arianus, à Longobardo, cujus uxori stuprum intulerat, interfectus. 4

657. IX. ARIPERTUS, Theudelindæ ex fratre Gundibaldo duce Bavariæ nepos, comes Astensis, catholicus. 5

662. X XI. XII. XIII GUNDEBERTUS & BERTHARIUS, filii Ariberti, armis de regno (qvod ita diviserant, ut alter Ticini seu Papiæ; alter Mediolani sedem haberet, decertarunt: & cum alter Gundebertus GRIMOALDUM ducem Beneventanum, sorore illi desponsata, in auxilium evocaret, sibi ille regnum, interfecto Gundeberto & expulso Berthario, rapuit. Ut autem perimeret Gundebertum, fraus Garibaldi fecit, qvi Gundeberto consuluerat, ut lorica sub veste indutus, futurum affinem Grimoaldum exciperet. Hunc vero perfidiose monuerat, ut sibi à loricato caveret. Hic Grimoaldus adversus Francos, causam Berthari ejecti defendentes; Constantem imperatorem, Italiam recuperaturum; Lupum ForiJuliensem ducem, & Chaganum Hunnum, prospere bella gessit: prin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ceps ſagacitatis & ſolertiæ ſingularis, ultimisq; vitæ diebus catholicus. Illo ex vena nono poſt ſangvinis miſſionem die extincto, filius ejus GARIBALDUS diadema ſibi impoſuit: ſed poſt tertium menſem interfectus, Berthario apud Chaganum Hunnorum regem & poſtea apud Francos latitanti regnum reliqvit: qvi illud adhuc xiix. annis ſumma pietate adminiſtravit, filio in ſocietatem regni lecto. 8

690. XIV. CUNIBERTUS, Bertharii F. ab Alachiſo Tridentino duce regno pellitur: qvod tamen, hoſte ad monomachiam provocato & interemto, recuperat. 13

703. XV. LUITPERTUS F. heres regni ſub tutore Aſprando relictus, poſt iix. menſes à ſucceſſore ejectus. 1

704. XVI RAGUMBERTUS, Gundeberti F. dux Taurinatium, diu raptis honoribus haud ſuperſtes, eodem, qvo invaſit regnum, anno mortuus. 1/2

704. XVII. ARIBERTUS F. prælio Luitpertum & Aſprandum, imperium recuperaturos, attrivit. Tandem ab Aſprando Bavarorum auxiliis victus, auro multo onuſtus, in Franciam profugit, ponderéq; oppreſſus, cum flumen tranaret, periit. 8

712. XIIX. ASPRANDUS poſt trimeſtre defunctus. 1/4

712. XIX. LUITPRANDUS F. vir præclarus & catholicus, Ravennam, fruſtra reſiſtente Paulo exarcho, expugnavit & diripuit: Bononiam etiam & pleraſq; exarchatus civitates in poteſtatem redegit. Ravennam tamen ope Venetorum Paulus recuperavit. Interim cum pontifex Romanus Gregorius II. Leonem iconomachum, qvod imagines è templo ejiceret, fulmine excommunicationis percuſſiſſet, & tota pene Italia defeciſſet ab imperio Græcorũ, atq; exarchus Ravennæ Paulus in hoc tumultu generali eſſet occiſus, Eutychius illi ſucceſſor datus, inito cum Luitprando fædere, à qvo Thraſimundus dux Spoleti, Romani pontificis amicus, defecerat, Romam cœpit gravi premere obſidione. Ut autem Thraſimundus in gratiam recipiebatur, cum ad pedes Luitprandi ſe abjeciſſet: ita etiam, cum pontifex, urbe cum decoro comitatu egreſſus, pro ſalute urbis regem deprecaretur, ille ex agro Romanorum ſtatim receſſit, regiq; Franciæ, ejusq; ſummo aulæ magiſtro Carolo Martello, cum Saraceni impetu facto Avenionem jam cepiſſent, ſubſidiarium militem adduxit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

lit, & egregiam victoriam Christiani nominis hostibus extorsit. Exarchus interim civitates Pentepolis, fugatis Luitprandi ducibus, in fidem redegit. Sed & ipse pontifex Gregorius tertius post secundum electus, fœdere inito cum Thrasimundo duce Spoletano, denuo à rege deficiente, & accepto castro Galliensium, causam dedit Luitprando, ut altera expeditione Romam impeteret. Redacto igitur in potestatem Spoletano ducatu, cui, fugato Romam Thrasimundo, Hildericum nepotem præfecit, inq; agrum Romanum traducto exercitu, plurima in illo oppida occupavit, ipsiq; urbi extrema minabatur. Pontifex Carolum Metellum, Caroli M. avum, è Francia quidem evocavit: sed hic Luitprando arcta amicitia copulatus, & ab eo in bello adversus Saracenos adjutus, armis nihil egit: sua tantum intercessione regem permovit, ut ab urbe discederet. Quo facto Thrasimundus auxiliis pontificis Ravennam, peremto Hilderico, recepit: sed paulo post rex, eo in prælio victo & trucidato, alioq; nepote Asprando illi surrogato, arma convertit in Godescalcum ducem Beneventanum, qui hosti suppetias tulerat. Sed à Zacharia novo pontifice placatus, paulo post repentina morte obiit. Hic est, qui antiquo legum codici, à Rothari edito, novas leges adjecit. 32

744. XX HILTEBRANDUS, Luitprandi ex fratre nepos, regno post septimum mensem à proceribus privatus, quod cuculus hastæ, quam ei, ex templo egredienti, more antiquo die investituræ porrigebant, insidens significaverat. ½

744. XXI. RACHISIUS, dux ForiJulii, pietatis studio & papæ svasu monachus factus, leges patrias & ipse auxit. [illegible]

750. XXII. AISTULFUS Et exarchatum Ravennæ, pulso Eutychio, sustulit, totamq; Italiam præter eas, quæ pontifici & Romæ, Venetorumq; erant, subegit: annuum tributum à Romanis exegit: illo negato, urbem obsedit. Pontifex Pipinum Galliæ regem in auxilium evocavit. Hic Aistulfum ad pacis conditiones armis adegit: & Ravennæ exarchatum, quem nunc Romaniam seu Patrimonium Petri vocant, pontifici reddere jussit. Vix tergum verterat, cum Aistulfus Romanum agrum denuo vastavit: suburbana incendit: omnia tyrannice egit. Pipinus igitur secundo evocatus, ad priora pacta regem Papiæ obsessum adegit. 6

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

756. XXIII. DESIDERIUS, dux Tusciæ seu Hetruriæ, comes stabuli Aistulfi, ut regnum, quod Rachisius jam monachus videbatur repetere, acciperet, pontifici Stephano Faventiam, Ferrariam & plura loca cessit. Hæc deinde cum armis repeteret, Carolus M. in auxilium à pontifice est evocatus. Hic antea gener fuerat Desiderii. Sed vix anno post contractum matrimonium elapso, filiam et toro expulsam remiserat. Cumque præterea Desiderius Carolomanni defuncti liberos à patruo Carolo M. expulsos foveret, & eorum restitutionem meditaretur, Carolus bipartito agmine alpibus superatis, eum bello aggressus vicit, victumque Ticini obsedit, tandemque anno IↃCCLXXIV. cum uxore Ansa & liberis Leodium relegavit. Filius Desiderii Adelgisius fuga se recepit ad imperatorem Constantinopolitanum, & apud illum in Patriciatus honore consenuit. Carolus autem, de novo constitutis ForoJuliensi, Beneventano & Spoletano ducatibus, regnum Longobardicum, quod nunc cœpit regnum Italiæ dici, suis aliis regnis adjecit in Gallia & Germania.

XX. *Ut ad Augustorum historiam revertamur, res gestæ Constantini III. Mauritii, Phocæ, Heraclii & reliquorum, qui Justino II. ordine successerunt, jam nobis considerandæ veniunt.*

TIBERIUS, alioqvin CONSTANTINUS III. dictus, vivo adhuc Justino, in imperii consortium adscitus, Thrax genere, à munificentia in pauperes celebratissimus est. Hic cum à Sophia Augusta, Justini uxore, tanqvam qvi fiscum imperii exhauriret eleemosynis, argueretur, pie respondit, nunqvam defuturam fisco pecuniam, qvamdiu vel pauperes stipem accepturi, vel sapientes homines reipublicæ præfuturi sunt. Utque sumtibus piis sufficiens esset, thesauris ingentibus sub cruce marmori impressa, qvam pedibus calcare nolens, tolli jusserat, repertis, divinitus adjutus est: nec defuit in bellis divina gratia. Ut enim Cosrhoem Persarum regem ad extrema adegit, ita Hormisdam filium ejus castris exuit, duceque MAURITIO Cappadoce omnia recuperavit, qvæ Romanis adempta fuerant. Theophylactus Simocatta libro I. Mauritianæ historiæ dicit, per qvietem illi aliqvando astare visum esse adolescentem πάγκαλον, undiqvaqve pulcerrimum, qvi splendoris sui radiis locum ipsum videntemque perfunderet, & hæc diceret: Hæc tibi τρισάγιος seu ter sanctum numen indicat, Tiberi: Imperium te vivo tyranni [illegible] non invadent. Addit

Photius

Photius in Bibliotheca: hæc fuisse tyrannidis prænuncia, qvam sceleratus & cruentus Phocas (adde, pontifex) arripuit. Mauritius, gener ob res fortiter hactenus in bello Persico gestas adscitus à Tiberio, qvamprimum ad imperii culmen conscendit, Philippicum ducem, cui sororem nuptam dederat, ad belli Persici administrationem ablegavit. Addidit illi postmodum Priscum, Commentiolum & Heraclium, Heraclii imperatoris patrem: qvi variis cladibus ita Persas attrivere, ut, cum non possent hostes vincere, in se ipsos sævire inciperent. Dejecerunt enim regem Hormisdam & oculis privarunt: filium ejus Cosrhoem II. expulerunt: novum regem Varamum elegerunt. Verum Mauritius hostis etiam injurias defendere æqvum putavit. Ideoq; Cosrhoen in regnum vi reduxit, eoq; beneficio adeo sibi eundem devinxit, ut æternum fœdus juraret. Adversus Avares seu Hunnos & Slavinos non ita feliciter bellum, qvod rupto fœdere trajecto Istro in illum movebantur, administravit: qvorum rex magnus Chaganus, occupato Sirmio, ingentes alebat spiritus, & ex ipsa Thracia prædas agebat. Duces qvidem Mauritii initio nihil cedebant Chagano: sed tandem sive proditione & ignavia Commentioli, sive infortunio, ingenti clade affecti, xii. suorum millia abduci viderunt. Mauritius, de qvo tamen nihil meminit Simocatta, historiæ Mauritianæ autor, singulos hos captivos singulis aureis, imo universos sex millibus aureorum redimere potuisset. Verum cum nollet, trucidati sunt omnes. PHOCAS igitur exarchus ab exercitu, (qvem, etsi aliqvot præliis superiorem Mauritius durius habere & stipendio fraudare videbatur, atq; Commentiolum proditionis reum absolverat, & denuo ducem exercitus, qvē hactenus Priscus rexerat, constituturus erat, militesq; nolentes ultra Istrum hibernare jusserat) sublatus in clypeum, imperator est salutatus. Hic Mauritium ejusq; masculos liberos qvatuor, ipso inspectante, sustulit. Moriturus ille anno ætatis LXIII. exclamavit. JUSTUS ES DOMINE, ET JUSTUM JUDICIUM TUUM. Corpora occisorum in mare abjecta, capita militibus spectanda, in campum prolata sunt. Nutrix unum è pueris subtraxerat neci, proq; illo suum filiolum substituerat. Sed Mauritius id fieri prohibens, verum suum filium ipse prodidit. Testantur Nicephorus, Diaconus & Evagrius, Mauritium pœnitentia acta sæpius Deum, ut citra æternæ vitæ jacturam in hac vita mortali puniretur, rogasse, & Christi in somnio oblati imagine & voce confirmatum, obtinuisse. Memorabile est, de exercitu rebelli brevi tempore pene nullum superfuisse: nec Persas prius victorias reportare desiis-

desiisse, qvam omnes, qvi tyranno Phocæ studebant, essent consumti. Cum paucis interjectis annis, Heraclius exercitũ lustraret, duos tantum milites invenit, qvi inter seditiosos fuerant. Phocas, peremtis jam Petro, Mauritii fratre, Commentiolo & aliis, atq; Augusta cum tribus filiabus, ut & Philippico imperatoris necati sororio, in privatas ædes conjectis, Theodosio etiam, primogenito Mauritii filio & in imperio collega, qvi ante adventum Phocæ in Persidem missus fuerat ad petendum auxilium, Nicææ intercepto & necato, imperium scelere adeptus, ut recte fecisse videretur, à Bonifacio III. pontifice, cui impie titulum œcumenici papæ & primatum præ Constantinopolitano patriarcha promiserat, absolvi voluit, & stupris, voluptatibus, cædibus intentus, imperii exiguam curam habuit. Imprimis Cosrhoes, rex Persarum, ulturus Mauritii amici mortem, duobus magnis præliis victor, universam Mesopotamiam, Syriam, Ægyptum, Phœniciam & Armeniam occupavit, inq; Asiam minorem incursionibus factis ad Chalcedonem usq; penetravit, ipsisq; Hierosolymis Romanis ereptis, inter thesauros crucem Christi, ceu ferunt, avexit. Narses etiam dux Edessæ, rebellione facta, Germanum prætorem sibi cum copiis oppositum perdidit cum exercitu: qvi tamen interpositis de securitate juramentis in potestatem imperatoris redactus, contra datam fidem vivus est combustus. Clades interim omnes Phocæ, tyranno magis, qvam imperatori, imputabatur. Facta igitur conspiratione, eversus est, dignus, cui Nicephorus pestiferæ beluæ nomen imponeret. HERACLIUS Cappadox ab exercitu in Africa imperator salutatus, militibus mari advectis, receptisq; ad se exulibus relegatis, Constantinopolin properavit, & captivo ad se perducto Phocæ jussit manus, pedes atq; pudenda amputare & truncum comburere. Cum hinc ab Hunnis Thraciam; illinc à Persis universum orientem diripi, & jam Ægyptum & Africam occupatam cerneret, & à copiis atq; pecuniis imparatus esset, Deo confisus, in qvem Cosrhoes rex Persarum blasphemas diras eructaverat, non prius se arma depositurum gloriatus, qvam Deus Persicus, abolita crucifixi Dei religione, passim coleretur, facta cum Hunnorum rege pace, conscriptis, qvantas potuit, copiis, inq; hunc usum thesauris ecclesiarum mutuo sumtis, in ipsa Persiæ viscera expeditionem suscepit, tribusq; maximis præliis victor, ipsos thesauros hostis occupavit. Ad has victorias obtinendas Turcorum auxiliis usus est, qvorum XL. millia ruptis Caspiis portis adversus Persas evocavit. Cosrhoes, cũ undiq; premeretur, Romanis jam Tygridem transgressis, in morbum prolapsus, filium

nat-

natu minorem Medarsem in regnum evehere voluit. Sed Siroes, natu grandior, patre capto, in carcerem conjecto, & tandem cum omnibus reliquis filiis interfecto, sibi illud rapuit: impetravitque ab Heraclio pacem, praeter crucem Dominicam, Ægyptum, Africam, Syriam, Hierosolymam omnemque terram a Mesopotamia ad Erythræum mare illi restituit. Verum, quam gloriosa fuit hæc à Persis parta victoria, tam pernicioso bello deinde implicitus est Heraclius. Cœpit enim Machomet cum suis Saracenis anno DCXXII. virus Alcorani sui vi & armis longe lateque disseminare, & universam Arabiam ab imperio divellere. Ex hac regione Heraclius paulo ante milites nonnullos adversus Persas conduxerat. Hos, cum parta victoria stipendium militare poscerent, quæstores Heraclii admodum verborum injuria irritaverant, seque vix posse Romano & Græco militi stipendia dare, nec tantum habere pecuniæ dixerant, ut huic canum turbæ satisfacerent. Illi frementes in Syriam secesserunt, receptique à Machomete, & illius superstitione fascinati, arma armis ejus conjunxerunt, & exiguo tempore Damascum, Ægyptum, Palæstinam, fusis, quæ opponebantur, copiis, sibi subjugaverunt. Quin & in ipsam Persiam delati, Hormisda rege interfecto, ingentem illum terrarum tractum occuparunt, Turcosque, quos Hormisda evocaverat, in suas partes, suumque nomen, ut diuturno tempore Saraceni dicerentur, traduxerunt.

XXI. *Ingentem Heraclii felicitatem majori infortunio successisse dixisti. Et nunc miseram orientis faciem videre videor, postquam Saraceni florentissimum illum orbis terræ tractum sibi vindicarunt.*

Quid conati sint Saraceni, & qua celeritate præcipuum orbis imperium sibi rapuerint, alio loco dicemus. Nunc in imperatorum Constantinopolitanorum historia nos versari meminerimus. Heraclius extremo vitæ tempore, neglecta pietate Christiana, præstigiis dæmonum & Monothelitarum errori addictus, & pro hac hæresi sanctione promulgata, quam vocavit Ecthesin, pessime cœpit audire, sicuti jam dudum vulgatum erat, quod in viduum torum matrimonio incestuoso suam ex fratre neptem Martinam sibi copularet. Nec illum calamitates solum publicæ, Deo vindice, afflixerunt, sed & ob illicitas nuptias, quoties mingebat, nisi tabula admota prohiberet, virili membro semper sursum exeunte vultum lotio conspersit, tandemque, ut Zonaras habet, hydrope confectus obiit. Successit ei filius CONSTANTINUS IV. Sed illo post quintum mensem à noverca Martina veneno extincto, Martinæ filius HERACLEONAS imperium arripuit.

Verum mali principii qvi potest esse bonus exitus? Senatus enim suffragiis abdicatus, naribus truncatus, & cum matre elingvi facta in exilium missus, reliqvit imperium Constantini IV filio CONSTANTI II. qvem alii vocant Constantium. Hic Monothelitarum errorem, ut avus, propagare conatus, sanctionem edidit, qvam vocavit Typum, qva omnes ecclesias, silentio de controversiis imperato, uniri jussit. Cumq; pontifex Romanus hæresin ejus carperet, & patriarcham Constantinopolitanum, cum imperatore sentientem, excommunicationis fulmine peteret, per exarchum illum comprehendi & captum in Chersonesum deportari jussit. In bellis, qvæ cum Longobardis in Italia & cum Saracenis in Lycia gerenda erant, parum majestatem tuebatur imperatoriam. Illi subactis variis regionis indies incrementa sensere, ipsumq; Constantem prælio navali ad Phœnicem Syriæ in fugam conjecere, ipseq; veste mutata vix evasit incolumis. Hi, cum Benevento amisso oppugnarentur, tam strenue se illi opposuere, ut re infecta cederet. Abiit Neapolin: inde Romam. Illic qvicqvid ornamentorum, signorum & antiqvi operis Constantinus M. reliqverat, conqvisivit, ut mitteretur Constantinopolin. Tandem Syracusis in Sicilia, fervente aqva in balneo perfusus, & ab Andrea qvodam strangulatus est. Exercitus in locum ejus MEZENTIUM sive Metium sive Mizizium Armenum substituit, nulla re, nisi pulcritudine commendatum. CONSTANTINUS V. Constantis filius, morte patris audita, confestim in Siciliam magna classe venit, & Mezentio post sextũ mensem oppresso, augustalia induit. Qvia autem, qvi imberbis profectus fuerat in Siciliã, barbatus rediit Constantinopolin, POGONATUS postea à barba est appellatus. Erant illi duo fratres, TIBERIUS & HERACLIUS: qvos proceres clamabant assumendos esse in imperium: sic fore, ut, qvi crederent Trinitatem, ab imperatorum qvoq; triga regerentur. Facturum se simulabat, & vocavit fratres ad Augustalia. Cum adessent, naribus truncati; familiares eorum cæsi sunt. Pressus est à duobus validis hostibus, Saracenis & Bulgaris. Qvod tributum illis devictis imperavit, id his pendit victoribus. Nam Saraceni classe Siciliam, Græciam & Thraciam deprædabantur, & Syracusis direptis, atq; occupato Cyzico, ipsam Constantinopolin subinde per aliqvot annos tentaverunt. Sed Callinici arte ignibus sub aqva factis, naves eorum partim incensæ, partim scopulis in fuga allisæ, partim ab inseqventibus in mari submersæ sunt. Sic pacem petiere, & promisso tributo annuo impetravere. Bulgari contra, gens Sarmatica, à

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Volga seu Bulga fluvio dicti, in Pannoniam & Thraciam egressi, cum Constantinus imperator bello illos [illegible] jam victor videretur, & per imprudentiâ ad aqvas salubres æger cû comitatu regio tendens, suis simul & hostibus speciem timoris præberet, in fugam illum conjecerunt, & ad tributum certum adegerunt, sedemq́ in Mœsia acceperunt, qvæ hodienum Bulgaria appellatur. Anno [illegible] concilium œcumenicum VI. Constantinopoli contra Monothelitas convocavit: eiq́ ipse præsedit in omnibus actionibus, & Honorium Papam Romanum inter alios Monothelitas hæreseos damnavit. Filius ejus JUSTINIANUS II. ultimus ex stirpe Heraclii, tyranno propior, qvam regi, temeritate sua in innumera se præcipitem egit discrimina. Ab arbitrio monachorum duorum, Theodosii & Stephani, unice dependit, eorumq́ sycophantiis & consiliis fœdere rupto Saracenis bellum intulit, multisq́ in Iberia & Albania locis per Leontium illis ademtis, ad extremum iterum omnia prodidit, cum tabulis pacificationis de hasta suspensis hostes congrederentur, & perjurû in fugam conjicerent. Culpam in LEONTIUM conjecerunt sycophantæ monachi, eumq́ in carcerem compegerunt. Sed auxilio Callinici patriarchæ liberatus, & ad imperium evectus, naribus truncatum imperatorem in Chersonesum relegavit, monachosq́ aulicos, funibus ad pedes alligatis, per urbes tractos igne cremavit. Nec tamen ipse ultra triennium hisce perfunctus est honoribus. Tiberius enim ABSIMARUS, re adversus Saracenos in Africa male gestâ, cum sibi metueret, à tumultuante exercitu, cujus intemperantia eadem acciderat, imperator proclamatus, improviso Constantinopoli occupatâ, Leontium naribus præcisis in carcerem compegit, Philippicum Bardanem, cujus auxilio ad imperium pervenerat, in exilium deportavit, perq́ fratrem Heraclium à Saracenis nobilem reportavit victoriam, qva ultra [illegible] millia hostium peremta esse feruntur. Interim Justinianus II. RHINOTMETUS ob nasum truncatum jam dictus, qvem in exilium à Leontio ejectum diximus, ad Bulgarorum regem Trebellium profugus, auxilia ejus impetravit, copiisq́ ad Constantinopolin admotis, per aqvæ ductus urbem ingressus, & Leontium & Absimarum, fratremq́ Absimari Heraclium, diris suppliciis affecit. Callinicum etiam patriarcham sive interemit, sive oculis orbatum relegavit, eoq́ sævitiæ processit, ut qvoties nares emungeret, qvas [illegible] ei amputaverat, guttamve defluentem manu detergeret, aliqvem, qvi Leontio faverat, ad supplicium raperet. Cum in maris tempestate eo tempore in summo vitæ discrimine

con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

constitutus esset, qvo arma Bulgarorum ope ad reditum parabat, ferunt eum ab aliqvo ex familiaribus monitum, ut voveret Deo, se inimicis velle ignoscere, tanto vindictæ ardore incensum respondisse, malle se in profundo maris submergi, qvam cuiqvam eorum parcere. PHILIPPICUS BARDANES, præcipuæ nobilitatis vir, qvem ab Absimaro urbe ejectum diximus, cum populi Chersonesi & Bospori rebellarent, bestiam hanc tandem, cum paulo ante Romam enavigasset, & pontificis pedes osculo excepisset, cum filio Tiberio jam Cæsare appellato, trucidavit ipse non multo melior. Monothelitarum enim errore fascinatus, & alia commisit se indigna, & imagines templis temere ejecit. Ideoq; anteqvam triennium imperii efflueret, ab ARTEMIO seu ANASTASIO II. viro erudito, secretario primario, oculis & regno privatus in carcere emarcuit. Sed & ab hoc fortuna cito reposcebat, qvæ dederat. Cum enim adversus Saracenos classem pararet THEODOSIUS III. Adramyttenus cognomine, tributorum publicorum exceptor, invitus licet & latebras qværens, ab exercitu apud Rhodum Augustus salutatus, Constantinopoli vi & proditione capta, Artemium Thessalonicam relegavit, sacrosq; ad ordines damnavit. Id haud permittendum ratus dux orientalis exercitus LEO ISAURUS seu ISAURICUS ICONOMACHUS, antea Conon nominatus, cedere imperio Theodosium coegit: qvod ipse susceptum anno DCCXVI. administrare cœpit. Theodosius vero, dum vixit, Ephesi philosophiæ incubuit, & moriturus, tumulo unum hoc verbum SANITAS inscribi jussit.

XXII. Qvare hunc Leonem ICONOMACHUM appellitarunt?

Id nomen sortitus est ab inconsulto decreto, qvo ex templis imagines non sine ingentibus imperii turbis & seditionibus ejici curaverat. Credunt id eum in Saracenorum gratiam fecisse, ut minus Christianorum religione offenderentur, qvos putabant imagines colere. Sed res adeo ingrata fuit Gregorio II. & III. ut Leonem indignum imperio judicarent, & Francorum potentia subnixi, ab ejus fide universum fere occidentem audacissimo conatu abstraherent. Post solennem hanc adversus imperatorem rebellionem populi Italiæ nullum è Græcia dominum voluerunt amplius agnoscere: subitoq; à Leone Romani, Campani, Ravennates, Pentapolitani defecere, &, teste Warnefrido in historia Longobardica, sibi è suo corpore imperatorem postulavere. Ravennæ exarchus Paulus occisus; Romæ, dux Petrus excœcatus; in Campania, dux Exhilaratus una cum filio Adriano trucidatus est. Interim, qvem ex sese eligerent imperatorem, non invenere.

Innu-

[illegible] impediunt. Duces igitur peculiares in singulis [illegible] civitatibus, ipsis etiam Venetiis & Romæ, quo [illegible] à Constantinopoli Duces mitti consueverant, constituerunt, qui se existimabant liberos. Leo contra Eutychium, novum exarchum misit Ravennam: qui ipsam Ravennam, auxiliis Petri Longobardicis, fatigavit obsessam, &, cum pontifex Gregorius II, cum clero egressus, regem sibi conciliasset, Pentapolin recuperavit. Interim Saraceni, Hispania fere tota paucis mensibus occupata, ipsam Constantinopolin per Masalmam, Pergamo in Asia minore capto, [illegible] obsidione ingenti classe fatigarunt. Nondum vero tempus erat, ut nobilissima urbs in eorum manus perveniret. Ideoque classis hostilis à classe imperatoria igni Græco munita, incensa & disturbata est. Sequenti anno, qui quidem fuit post Christum natum DCCXVIII, cum nova classis DCCC navium adversus urbem mitteretur, non illa saltem, sed &, quæ interjectis diebus priori sese cum CCCLX navibus conjunxerat, feliciter repulsa est, & Saraceni in Ægæo mari tantis tempestatibus acti fuere, ut pauci omnino ad suos regrederentur. Post hæc Leo Artemium, [illegible] repetentem, & TIBERIUM in Italia & Sicilia imperium invadentem, per legatos vicit & peremit. Cumque annos XXV imperasset, filium CONSTANTINUM VI successorem reliquit. Hunc vocant COPRONYMUM seu Stercoreum, quod aquam baptismatis sacram infans ventris solutione maculasset, & CABALLINUM, quia caballorum stercore plurimum delectatus est, & PORPHYROGENITUM, id est, in purpura natum, quia bimulum pater imperatorem creavit. Ei [illegible] initio, cum adversus Saracenos Asiaticos absens esset, [illegible] ARTABASDUS Curopalatus, Leonis gener, imaginum propugnator, opposuit, & [illegible] ejus [illegible] triennio Constantinopoli imperium cum filio Nicephoro in consortium imperii lecto usurpavit. Illud tandem victus & vi dejectus, & cum filiis [illegible], post biennium Copronymo cessit. Ille dignitate recuperata patriarcham Anastasium, cujus opera Artavasdus rebellionem moverat, verberatum, asinoque impositum, converso ad caudam facie, circumvehi jussit, inque imagines patre sævius debacchatus, [illegible] nomini inussit apud eos, qui imaginibus [illegible] ignominiam. Vocant illum magum, omnis impietatis servum, & sacrilegum, & quem non? Nec tamen in imperio illum deprehendo adeo ignavum, nec frustra illum hoc symbolo usum fuisse video: Quid sine pectore corpus? Ut enim taceam structuras aquæductuum, quas excitavit, in Saracenos & Bulgaros variis expeditionibus varia conatus, prudenter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

denter omnia egit, & victor plerumqve, raro cladem accepit, nisi qvod tempestatibus aliqvando jactatus, multos ex suis desideraret. Qvin & qvæ consilia ejus tantopere reprehendunt, si exactius consideres, sua non destituuntur sive pietate sive ratione. Monachos illum dicunt ad conjugium ineundum invitasse. Qvis illud culpet, si Paulum, si Deum audiat, nubere volentes, qvi continere neqveunt? Vetuit, ne qvisqvam sanctorum intercessionem peteret. Id ipsum lex divina vetat. Si vehementior fuit in imaginibus tollendis, superstitionis materiam tollere, &, ne Judæi, neve Saraceni cultu ad res manu factas religioso offenderentur, prohibere voluit. Non excusamus, qvæ male egit. Sed nec Pontificum tyrannicos ausus probamus. Cœpit enim ecclesia magis magisqve erroribus variis agitari, & qvi verbo Dei pugnabant, heretice agere videbantur. Qvi papam audiebant, pii & vere Christiani dicebantur. Sed in hunc campum jam non digredior, qvi historiæ ecclesiasticæ proprius est. Id certum est, hoc demum tempore papas R. cœpisse urbes in possessione habere. Ut enim Luitprandus rex Longobardorum papis concessit aliqvas urbes, ita Pipinus Francorum rex exarchatum Ravennatem, pentapolin & oppida Æmiliæ Aistulpho Longobardorum regi ademtas, non imperatori, utut ejus legatus id fieri volebat, reddidit, aut reip. Romanæ, sed dedit Stephano II. papæ, aut, ut loqvuntur, D. Petro. Et hinc origo patrimonii Petri. Novo sane hoc exemplo factum est, ut papæ jam plura affectare inciperent. Cives tamen Romani aliqvid libertatis retinuere, qvia nulla donatione fuerunt Papali dominio subjecti, sed postea Carolo M. & successoribus ejus fidejurabant. Et reliqva omnia, qvæ papæ possidere, supremæ imperatoris jurisdictioni erant subjecta. Filium reliqvit Copronymus LEONEM IV. Porphyrogenitum seu in pueritia coronatum. Hujus uxor IRENE Atheniensis, sexum supergressa, viriles gessit animos, & non saltem pro marito habenas flexit imperii, qvamdiu imperio præsedit (præsedit autem qvinqvennium) sed & defuncto marito, filii CONSTANTINI VII. Porphyrogeniti nomine, omnia ab arbitrio suo suspendit. Hanc, qvia imaginem earumqve cultum in concilio Nicæno II. staturninavit, inter Divas libentissime referrent, qvi concilium illud œcumenicum vocant, nisi prodigiosi Irenæ conatus obstarent. Initio qvidem omnia egit paulo modestius, & Nicephoro, fratre mariti Leonis, ad imperium adspirante, ad ordines sacros damnato, Arabum & Slavorum grassationes repressit, & Helvidium patricium in Sicilia res novas molientem armis expulit. Sed qvampri-

mum

suum filium paulo adultiorem conspexit, qvam animi sævidam hactenus utcunq; texerat, præfricta fronte prodidit. Primum nuptias, qvas inter filium & Rotrudin Caroli M. filiam, legatis missis, conciliaverat, contra fidem datam dissolvit, & invito Mariam, humili loco in Armenia natam obtrusit, & ob id arma Caroli M. sensit, cui ideo imprimis infensa erat, qvod Ducatum Beneventanum invasisset. Qvin & ipsi filio insidias tandem struxit, ut clavum imperii sola regeret. Sed populi, exercituumq; Armeniorum favore, qvi imperii muliebris pertæsi erant, filius imperium retinuit, infida matre dejecta: qvam tamen post biennium miser denuo in consortium potestatis admisit, ejusq; consiliis tres patruos, qvi videbantur occulta agere consilia, exoculatos cœnobiis inclusit, & multa alia commisit sese indigna, uxoreq;, qvam minus habebat gratam, hoc prætextu, qvasi sibi insidiaretur, repudiata, aliam Theodoram cubiculariam duxit. Omnia enim hæc Irene curavit, ut in odium suorum prolapsus filius, imperio videretur indignus: factaq; cum nonnullis conspiratione captum cum tanto cruciatu oculis privavit, ut paucis diebus fatis cederet. Ipse sol dicitur ad id facinus exhorruisse, radiosq; terris xvii. diebus subtraxisse. Irene jam rerum sola potita, reliqvos mariti fratres, adeoq; universum Leonis Isaurici genus extinxit, & ad nuptias Caroli M. qvi jam imperator occidentis declaratus erat, adspirans, nova consilia de utroq; imperio conjungendo denuo agitare cœpit. Id vero proceres è re sua & dignitate Græcorum non fore rati, ne sua potestas per Germanorum imperium absorberetur, dejecta Irene & in Lesbum insulam relegata, patritium & nomothetam generalem NICEPHORUM sibi præfecerunt, qvem nonnulli fuisse Irenæ fratrem arbitrantur, sed sine fundamento.

XXII. Crudele & vafrum ingenium Irenæ satis depinxisti. Qvid vero, qvi post eam orienti præfuit, NICEPHORUS? Qvid alii hunc insecuti?

Admodum exiguis finibus jam continebatur imperium Constantinopolitanum. Totus occidens avulsus erat. Saraceni Syriam, Arabiam, Mesopotamiam, & magnam Asiæ partem, omnemq; Ægyptum & Africam littoralem sibi rapuerant. Heneræ & Sarmaticæ gentes, interq; eas Bulgari, Rasci seu Russi & Servii Thraciam, Mœsiam, Epirum, omnemq; Macedoniam perpetuis incursionibus diripuerant, & novis ibi sedibus collocatis, paulatim perdiderant, qvicqvid de majestate imperii reliqvum fuit. Hunni seu Avares Pannonias sibi vendicaverant, pauciq; inter Græcos imperatores inveniebantur, qvi tantis malis virili virtute resisterent. Ni-

cephorus legatis missis fœdus cum Carolo certis conditionibus pepigit, eiq; totum occidentem cum [illegible] parte Italiæ, quam [illegible] jure belli tenebat, cessit. Hinc à Saracenis in Phrygia victus, [illegible] annuis pacem emit: tandemq; post multas victorias, à Bulgaris partas, in securitatem prolapsus, nocte à Crumno eorum rege trucidatus est, caputq; ejus sipiti infixum diu barbaris spectaculum præbuit; deinde in poculum deargentatum [illegible]. Filium ejus STAURATIUM ob corporis deformitatem & ingenii stoliditatem, qvem pater Augustum dixerat, Byzantini in monasterium conjecerunt, suffecto in locum ejus genero Nicephori, MICHAELE CUROPALATE, seu curatore palatii, cognomento Rangabeni, qvi tamen ipse ad arma tractanda ineptus, cum a Bulgaris non exiguam cladem, amissa Mesembria, passus esset, LEONI V. ARMENIO orientis duci, in spem imperii erecto, cessit, inq; sacros ordines cum filio THEOPHYLACTO, ea parte, qva vir erat, mutilato, receptus, imperii minus tenax fuit. Leo ille difficillima bella non tantum gessit cum Persis, sed & cum Bulgaris, qvi sub rege Crumno ad ipsam Constantinopolim arma expedivere, repulsiq; Hadrianopolin vi expugnavere. Sed victis tandem sævis hostibus, pacem qvodammodo suis restituit, otiumq; nactus, ad dejiciendas imagines, ad exemplum Leonis Isaurici, totum sese convertit. Conspiravit in ipsius necem MICHAEL II. THRAULUS seu BALBUS, Amorius ex Phrygia, patricius. Ideoq; majestatis reus & ad capitis supplicium damnatus est: qvod cum deprecante Augusta in seqventem diem esset delatum, nocte seqvente, qvæ fuit nativitatis Christi, per socios conjurationis imperatorem in choro symphoniacorum interfecit, eq; carcere in thronum Augusti evectus, filios Leonis, exectis virilibus, in insulas relegavit. Opposuit se ei confestim THOMAS qvidam, qvi ad Saracenos profugus, sacrisq; Machometis initiatus, Armeniam & Asiam hostili manu ingressus, extrema qvæq; Christianis minabatur. Ipsam etiam Constantinopolin bis terra mariq; cum Saracenis obsedit, & nisi Bulgari, qvibuscum in xxx. annos inducias pepigerat, periclitante Michaele, suis auxiliis obsidionem solvissent, universus oriens jam tum superstitione Machometis fuisset inundatus. Sic Constantinopolis qvidem liberata fuit: sed Creta contra Saracenis cessit: qvam qvanqvam armis imperator repetiit, victus tamen & fugatus est, hostesq; feri per Euphemium præfectum Siciliæ, qvem imperator ob stuprum virgini sacræ illatum ad supplicium poscebat, excitati, classe in Siciliam delati, totam pene illam insulam subjugarunt, &

cccxv. annos cum magno Christianorum dedecore tenuerunt: qvi & ex ea Calabriam & Apuliam in prædam habuerunt. Præterea, Michaele imperatore, Dalmatia excusso imperii Græci jugo in libertatem sese asseruit, regnaqve Dalmatiæ, Bosnensium & Croatiæ exorta sunt. Filius Michaelis THEOPHILUS admodum à justitia & æqvitate commendatur, qvanqvam à Suidâ ob improbatum imaginum cultum, ut detestandus homo, depingitur. Et ille, qvi naves uxoris mercatorias comburi jussit, per uxorem nolens esse mercator. Qvinqvies dicitur adversus Saracenos copias eduxisse, & bis vicisse, ter succubuisse. Patriam ejus, nobile Amorium, urbem orientis præcipuam, expugnarunt Saraceni & exciderunt, tanta cum imperatoris indignatione, ut à cibo omni abstineret, solaqve frigida contentus, visceribus læsis dysenteria correptus interiret. Filium reliqvit MICHAELEM III. seu Michelottum Porphyrogenitum, cantando doctiorem & currus agitando, qvam imperando. Mater THEODORA cum primis annis prudenter consuluit, femina prudentissima, qvæ cum Bulgarorum rege prælium committere, deterruit barbarum à pugna, cui nec feminam vincere gloriosum, & à femina vinci turpissimum foret; redditaqve ei sorore, qvam bello Græci ceperant, & in religione Christiana erudierant, ad agnitionem veritatis cœlestis paganum hominem deduxit. Sed hanc suam matrem Michael, scurra ineptissimus, in luxum, crapulam & ludos tantū arguentem, omni potestate privatam, in monasterium relegavit. Ita sui [illegible] factus à Saracenis, qvos debellandos susceperat, duobus prœliis turpiter victus & fugatus est. Illi Cycladas insulas Cretæ jam occupatæ adjicere conabantur. Sed pro ignavo imperatore tandem Petronas & Bardas, ejus avunculi, curam omnium rerum in se susceperunt: & Petronas qvidem ingenti clade Saracenos, duce eorum percusso, affecit: Bardas vero in scholis aperiendis, de artibus philosophiæ docendis, imperioqve recte administrando totus fuit occupatus: sed cum ille fato cessisset; hic ob ingrato imperatore esset jugulatus, omnia ruere in deterius. Evertit tandem ineptum hominem BASILIUS MACEDO, cui & sororem elocaverat, & societatem majestatis largitus fuerat. Hic Basilius obscuro & ignobili genere ortus, virtute ad summos honores pervenit, factusqve imperator adversus Saracenos, Cretenses, Syriacos, & Africanos varia bella gessit feliciter: Ragusium obsidione liberavit: trajecto Euphrate, Samosatam & multas alias urbes recepit: ipso cum Ludovico II. imperatore occidentis, cumqve Venetis fœdere non parum Saracenorum in mari potentiam fregit.

Illi tamen, vi occupatis in Sicilia Syracusis, potentiam in insula admodum stabilierunt.

XXIV. *Sic igitur tandem inter imperatores orientis invenimus aliquem, qui heroico animi robore hostibus sese feliciter opposuit. Num quid autem hic Basilius Macedo virtutum suarum in imperio reliquit heredem?*

Hic imperator Constantinum filium morte præreptum, motus doloris impatientia, permiserat, ut à Theodoro monacho illusoriis præstigiis redivivus sisteretur. Qvi, qvanqvam mox iterum disparuit, alter tamen ejus filius LEO VI. id erat interpretatus acerbius. Insidiarum hinc reus factus, & in custodiam datus est: unde illum tamen pater partim ob preces senatorum, partim ob continuum psittaci clamorem ante obitum dimisit. Obiit autem ex lethali vulnere, qvod ipsi venator inflixit, cum à cervi cornibus in venatione abreptum vellet liberare: pro qvo studio infelix meruit supplicium. Leo VI. ad imperium evectus, philosophus à studiis sapientiæ dictus, strenue virtutem probavit: plurimis templis urbem excoluit: Basilicorum seu legum imperatoriarum LX. libros promulgavit: Bulgaros, violata pace prædas ex Græcia agentes, suis & Hungarorum copiis repressit. Saracenos autem avertere non potuit, qvin Thessalonicam expugnarent, Siciliam devastarent, Lemnum occuparent, Cycladas perpetuis depopulationibus diriperent. Successit Leoni per XIII. menses frater ALEXANDER, defuncti liberis tutor datus, moribus dissimilimus, in helvationes, voluptates, & venationes totus provolutus. Hic sangvine è naribus copiose effluente extinctus, imperium transmisit ad CONSTANTINUM VIII. Leonis Philasophi filium. Infans hic erat, & sub ZOE matre, & ROMANO LACAPENO tutore, donec adolesceret, vixit. Romanus ille, potestate abusus, Zoe à generatione remota, & monasterio inclusa, Constantino filiam Helenam despondit, tresq; filios, CHRISTOPHORUM, STEPHANUM, CONSTANTINUM IX. & ex Christophoro nepotem ROMANUM II. Cæsares creavit, ægreq; restitit perpetuis Bulgarorum irruptionibus, qvi qvaternis expeditionibus omnes imperii oras misere depopulati, ipsam Constantinopolin bis tentarunt, Adrianopolin diripuerunt, in Macedoniam usq; penetrarunt. Duos fere annos & triginta Romanus in imperio transegit, & cū filios genero Constantino, legitimo imperii heredi, præferre videretur, ipse à filiis captus & detonsus in insulam relegatus est. Constantinus tandem se ex aliorum insidiis explicuit, ejectisq; affinibus omnibus, solus adhuc per XIV. annos imperio præfuit, prin-

ceps

[illegible] æmulus, musarum egregius patronus. Reliqvit filium ROMANUM III. hominem à patris virtute alienum, omniumq; ignavissimum. Cujus tamen dux NICEPHORUS PHOCAS contra Saracenos in Syria & Creta rem gessit feliciter, suisq; virtutib9 effecit, ut neglecto Romani, ex crapula defuncti, filiis nondum adultis ipse imperator salutaretur. Hic, ut in terrestri prælio per Zimiscen Saracenos profligavit, ita classem ad Siciliam duce Manuele amisit totam, inq; autoritatis stabilimentum, Theophaniam viduam Romani uxorem duxit, & Cilicia, magna parte Asiæ & Syriæ, ipsaq; Antiochia recepta, videbatur victorias continuaturus. Sed ob novas exactiones in odium civium incurrit, & Theophania conscia in cubili necatus est. Reliqverat autem Romanus duos filios BASILIUM & CONSTANTINUM X. filiasq; qvatuor, Luitgardam Arnolpho comiti Hollandiæ nuptam, Theophaniam Ottoni II. imperatori in occidente cum dote Calabriæ & Apuliæ desponsatam, Annam Woldemiri Muscoviæ ducis conjugem, & maximam natu Theodoram, qvam JOHANNES ZIMISCES sibi elocaverat. Hujus Zimiscæ consiliis sublatus erat Nicephorus Phocas, & jam uni illi omnia obtemperabant. Nec indignus erat imperio, ad qvod illum jam expeditiones præparaverant: totoq; illo tempore, qvo imperium administravit, nihil fere egit, unde non summam animi conjicias constantiam. Saracenos ab Antiochia, qvam obsidebant, depulit, & auxiliis Bulgarorum ingentem victoriam à Roxanis, cum Thraciam vastarent, reportavit. Ottoni sponsam Theophaniam, qvam eluso sponso perfide detinuerat Nicephorus, misit, & duce Barda, auxiliis Bulgarorum, memorabilem à Russis reportavit victoriam. Eunuchus eum tandem, Basilius dictus, in cujus avaritiam, qvia prædia fertilissima acqvisiverat, liberius fuerat locutus, lento veneno sustulit. Successere Basilius atq; Constantinus fratres, Romano, ut diximus, prognati. Hi [illegible] exemplo ultra L. annos imperio præfuere. Basilius tamen, fratre voluptatibus indulgente, omnia fere [illegible] à suo nutu suspendit. Civilibus primo motibus implicatus fuit, BARDA primum SCLERO; deinde BARDA PHOCA, qvem antea Sclero opposuerat, imperii partem sibi rapientibus. Illis cum complicibus post varios conflictus devictis, & ad officiũ redactis, ad externa bella se convertit. Primam expeditionem adversus Bulgaros, Thraciam & Græciam denuo vastantes, suscepit: Altera adversus Ottonem II. imperatorem, Apuliam & Calabriam recuperaturus, egressus est: Tertia illum adversus Saracenos evocavit. Et à Bulgaris debellandis non prius destitit, qvam universos,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

versos, regibus trucidatis, perdomaret: estq; memorabile, qvod xv. millibus hominum captis oculos erueret, uno tantum in singulis centuriis monoculo relicto, qvi eos ad suos reduceret. Ottone etiam II. in fugam conjecto, auxiliis Saracenorum Theophaniæ dotem recuperavit. Adversus Saracenos deinde, à qvibus Siciliam & alia loca repetebat, minus prosperè pugnavit. Additur ab aliis adhuc ejus expeditio contra Georgium interioris Iberiæ dominum: qvem & dicitur domuisse. Post illum frater Constantinus, nullis factis celebris, triennium imperavit, suppliciis magis virorum clarorum, qvam victoriis clarus. Hic morti propinqvus, filiam ZOEN, procacissimæ libidinis feminam, jam qvinqvagenariam ROMANO IV. Argyro, viro sapienti, uxorem priorem dimittere aut mori jusso, elocavit. Qvi ad gubernacula imperii evectus, à Saracenis primum ad Alepum Syriæ, retrecta expeditione ingentem cladem accepit, sed infortunio virtutem excitante, tanto eos animo denuo duobus prœliis navalibus, duce Nicephoro Carantero, aggressus est, ut robusta illorum classe perdita, plurimos captivos abduceret. Zoe uxor illum insidiis adulteri in balneo post qvintum imperii annum suffocavit, & MICHAELEM IV. Paphlagonem, qvocum jamdudum consveverat, in torum & regnum adsumit. Qvod autem maleficio acqvisiverat, non sine laude administravit. Justum enim & beneficum in imperio se præbuit, & duce Georgio Maniace Siciliam, in qva Saracenorum duces mutuis odiis dissidebant, maximam partem occupavit, Græcisq; eam restituit, donec exiguo intervallo tempore Normanni in ea & vicinis Apuliæ & Calabriæ locis regnum sibi novum constituerent. Cum Ægyptio Calipha xxx. annorum fecit inducias, postqvam templum Hierosolymitanum Saraceni diripuerant. Mortuo Michaele, ejus ex sorore nepos MICHAEL V. Calaphates cognominatus, qvia ejus parentes apud Paphlagones pice naves obleverant, imperium per qvatuor menses degustavit. Tyrannide enim & sævitia, qva ipsam Zoen, à qva adoptatus fuerat, ingratus removit, & in avunculum Johannem Orphanotrophum, cujus consiliis ad dignitatem tantam conscenderat, nimium debacchabatur, fecit, ut Zoe à senatu & populo per tumultum ad imperium revocata, ipsi oculi eruerentur. Fuit post hæc tempora imperium penes duas sorores Zoen & THEODORAM: qvarum illa tertium duxit maritum CONSTANTINUM XI. Monomachum seu gladiatorium, hominem ignavum, qvi, cum partim civilibus bellis adversus Georgium Maniacen & Tornicium Leonem, qvi adspirare ad imperium videbantur, partim exter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

externis adverſus Roxolanos & Boſſinos diſtinebatur, magnam orientis partem à Turcis diripi & regnum in anteriore Aſia ab illis conſtitui paſſus, nulla fere re dignitatem imperii turbaturi; hæc MICHAELEM STRATIOTICUM adoptatum purpura induit. Utraq; ſenio confecta deceſſit. Nec Stratioticus diu poteſtate frui poterat. Comnenorum enim familia, illo dejecto, ſibi omne imperium tandem rapuit.

25. *Multos COMNENOS in elencho imperatorum vidi, & inter illos primum ISAACIUM Comnenum, quem inter & filium ejus ALEXIUM Comnenum, vel qvinq; imperatores interceſſerunt, qua id ratione factum fuerit, edoceri cupio.*

ISAACIUS COMNENUS, magiſter exercitus in oriente, vir ſtrenuus & celer in negociis, contra ignavum Stratioticum electus, tam pie imperio conſuluit, ut, cum Hungaris & Boſſinis inducias petentibus indulſiſſet, & ſive fulmine in expeditione Scythica afflatus, ſive ſpectro apri horrendi in venatione territus, poſt alterum regni annum ſponte ſeſe, veſte ſacra indutus, abdicaret, non filios, non ſangvine junctos, ſed virum regiarum artium peritum CONSTANTINUM XII. DUCAM ſibi ſucceſſorem legeret: qvem initio gravis conſpiratio ſuorum excepit. Hac non ſine diſcrimine vitæ ſedata, pietatis qvidem cultor & æqvi obſervantiſſimus, ſed corradendæ pecuniæ ſtudioſior extitit. Suis eam ob cauſam inviſus factus, hoſtibus ludibrio fuit: & Turci depopulationibus ad ipſam usq; Conſtantinopoleos portas omnia vaſtarunt. Commendavit moriturus imperiũ uxori EUDOXIÆ: qvæ, etſi juramento obſtricta, ne cuiqvã præter liberos imperium transmitteret, barbaris tamen paſſim ingruentibus, ſpreto juramento, nupſit ROMANO V. DIOGENI. Perjura mariti novi perjurio meritas exſolvit pœnas. Illam enim Romanus contra datam fidem mox excluſit: Ille qvo ſucceſſu initio Turcis in Syria Alepum, Hierapolin & alia loca ademit; tanta clade deinde affectus, in hoſtium poteſtatem venit. Ab illis liberalius habitus eſt, qvam ab ipſis ſuis civibus. Adductum enim ad ſe Sultanus Turcorum honorifice excepit, &, fœdere liberorum connubiis ſancito, incolumem ac muneribus ornatum dimiſit. Cives vero, non refragante ipſa Eudoxia & ejus ex priore marito liberis, reduci oculos eruerunt, & curatione vulneris neglecta fecerunt, ut capite toto intumeſcente & verminante miſere moreretur. Poſt eum imperavit ejus privignus, Conſtantini Ducæ filius, MICHAEL VII. Parapinacius propter famem, qvæ ſub eo invaluit, dictus a medimni qvadrante pinacio, ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Egnatius teſtatur. Qvo ſub Pſello magiſtro verſibus tantum factitandis intento, cum rerum cura eunuchis commendaretur, nec Turcis qvisqvam, qvi magnam Aſiæ partem ſibi rapiebant, obviam iret, Croatæ etiam Liburniam occuparent, & NICEPHORUS III. BOTONIATES in Aſia, & BRYENNIUS in Thracia imperium invaderent, in extrema pervenit Conſtantinopolis diſcrimina. Exuitur poteſtate Parapinacius, & in Italiam ad pontificem & Normannos profugiens, fruſtra auxilia qværit. Botoniates rerum potitur: ſed triennio nondum elapſo ab ALEXIO COMNENO, in cujus vita deſcribenda Zonaras ſuos finit annales, evertitur. Hic eſt Alexius, qvi expeditionem noſtrorum argonautarum cruciatam ſeu ſacram, qvæ hoc tempore cœpit, ſuſpectam ſemper habuit, &, qvantum potuit, impediit, tandemq; his conditionibus juvit exercitus transeuntes, ut, qvæcunq; cœpiſſent, præter Hieroſolymam, ſibi reſtituerent. Sed fides utrinq; vacillavit. Amiſit in mari Chium, Lesbum, Rhodum, Samum, qvas Turci, ſubacta littorali Aſia, ſui juris fecerunt. Cretam tamen & Cyprum recepit: homo avarus, qvi non tantum ſubditos ad inſveta tributa adegit, ſed & monetam corrupit. Filius ejus JOHANNES COMNENUS, qvi primus eſt in hiſtoria Nicetæ Choniatæ, qvem & CALOJOHANNEM vocant, patri & victoriis bellicis & opibus longe fuit ſuperior, nec unum triumphum de Turcis, Serviis, Hunnis & Tartaris egit: & cum pecunioſus eſſet, ipſam Antiochiam à Raimundo principe Antiocheno coemit. Ad extremum in venatione manum ſagitta venenata, qvam in aprum direxerat, paululum læſit. Cum igitur remediis nullis curari poſſet, nec manum ſibi à Medicis præcidi vellet, tantum imperium una manu regi poſſe negans, obiit. Filius ejus MANUEL Comnenus perfidia ſua pene gravius ipſis hoſtibus afflixit Conradum imperatorem, cujus cognatam Bertham, comitis de Sulzbach filiam, in matrimonium duxerat, cum in terram ſanctam novas copias educeret. Gypſo enim farinæ mixto magnum militum numerum perdidit: conſilia eorum Turcis prodidit: & præterea Venetorum legatos, qvibuscum tamen paulo ante fœdus inierat, contra omne fas in vincula conjecit, nec niſi indignis tractatos modis dimiſit. Hujus perfidiæ pœnas dedit Rogerio Siciliæ regi, qvi bello illum perſecutus, Corcyra, Ætolia, Acarnania, Corintho captis atq; direptis, claſſem ipſi Byzantio admovit, & ſuburbia flammis injectis exuſſit, ægre ſeſe cum imperii titulo intra mœnia Manuele continente. Pace tandem facta, cum principibus occidentis vires conjunxit, & difficillimis bellis cum

Turcis

Turcis & imprimis cum Sultano Iconii gestis, qvæ Nicetas Choniata vii. libris descripsit, post sextum imperii annum, imperium ALEXIO II. filio commendavit: qvem suus tutor & patruelis ANDRONICUS scelerato nervo post triennium strangulavit, sed Nemesi irata. Nam cum in multos brevi tempore crudeliter desævivisset, ut non immerito nominatus sit lanius, canis sangvinarius, purre libernium, hominum furia, non solum à Wilhelmo Siciliæ rege, injustam Alexii cædem vindicaturo, bello petitus est, sed & ISAACIUS ANGELUS Comnenus, qvem in gratiam paulo ante receperat, cum imperio dejecit, & manu præcisa, resteq; diadematis loco cinctum, oculisq; privatum, per urbem circumvexit, & plebi, in qvam sævierat, excarnificandum dedit. Hic primis imperii annis videbatur res afflictas Byzantinorum aliqvantulum erigere. Exules restituit: urbem reparavit: classem Siculam ad Thessalonicam, qvæ urbi imminebat, dissipavit, captis Richardo & Balduino ducibus. Sed infeliciter bella gessit adversus Wallachos in Mœsia, qvi ab imperio deficientes, diversis cladibus exercitus Græcorum afflixerunt. Prohibiturus etiam Fridericū Barbarossam, imperatorē occidentis, ad Hellespontum aditu & trajectu Asiæ, aliqvot præliis devictus & ad amicitiam compulsus est. Domi tandem occultis qvorundam insidiis impetitus, à variis etiam tyrannis imperium passim lacerantibus vexatus, crudelius agere cœpit. Hinc odio suorum promeritus, à fratre ALEXIO III qvem à Turcis multo ære redemerat, homine plane ignavo & inutili, excæcatus & in vincula datus est. Sed Veneti & Franci, duce BALDUINO Flandriæ comite, auspiciis imprimis Philippi imperatoris, cui Irene filia Isacii nupserat, copias, qvas in Turcos & Saracenos conscripserant, adversus Constantinopolin educunt, eaq; occupata, ipsum & ejus filium ALEXIUM IV. qvi ad proceres occidentis, papamq; Innocentium III. confugerat, & fidem jurejurando dederat, si cum patre imperium recuperaret, se ecclesiam Constantinopolitanam Romanæ subjecturum, in pristinum restituerunt locum. Alexius III. Isacii frater hactenus imperator exauctoratus, clam Byzantio profugus, captus primum à marchione Montisferrati, spoliatusq; omnibus opibus, & nudus dimissus, diu circa Achaiam & Peloponnesum oberravit: cumq; intellexisset, THEODORUM LASCAREM, generum suum, Adrianopoli novum imperium condidisse, non ad eum confugit, sed per mare Ægeum ad principem seu Sultanum Turcorum Jathatinem contendens, suppliciter rogavit, ut in imperium reduceretur. Interim Græcis non placuere imperatores, qvos Ger-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Germani dederant, imprimis qvia hoc prætextu papæ Romani jugum ori-
entalibus ecclesiis videbantur imponere. Ideoq; tumultu plebejo conci-
tato, ALEXIUS V. gener ALEXII III. MURZUFLI ob conjuncta super-
cilia dictus, Augustus proclamatus, utrumq; peremit. Sed à Bal-
duino urbs, factionibus & seditionibus diffidens, denuo oppugnata ca-
pitur. Murzufli de pyramide præcipitatur: imperium victoribus in par-
tes distribuitur. Ipse Balduinus, imperator; Thomas Maurosenus Vene-
tus, Patriarcha Constantinopolitanus salutatur: Veneti omnes Ægæi &
Jonii maris insulas, ipsamq; Cretam obtinent: Gothofredus Francus, Acha-
jæ & Athenarum princeps constituitur: Montisferrati marchio, rex Thes-
saliæ proclamatur: alii alia loca occupant: suosq; jam accipiunt despotas
Servii in veterum Triballorum sede; suos Bulgari in Mœsia. Papa Ro-
manus jam œcumenicus vult haberi, & celebrato Romæ concilio, illuc
evocat patriarchas Hierosolymitanum & Constantinopolitanum. Anti-
ochenus etiam & Alexandrinus legatos mittunt. Theodorus Lascares in-
terim, gener Alexii III. coacta mediocri manu, Nicæa, Epiro & Dyrrachio
occupatis, imperii dignitatem illis in locis contra Balduinum tueri cœpit,
tandemq; Adrianopoli sedem fixit. ALEXIUS vero VI. COMNENUS,
nepos Andronici Comneni ex Manuele, in his turbis contractis opibus,
qvantas potuit, in Cappadocia & Colchide Trapezunti novum imperium
fundavit, qvod nunqvam deinde Byzantino imperio conjungi potuit, sed
continua imperatorum serie perstitit, donec septennio post occupatam à
Turcis Constantinopolin armis etiam Machometi II. expugnaretur.

XXVI. *Qvanta, bone DEus, orientis distractio! Saraceni jam florentissima regna Byzantino imperatori ademerant: & tamen ex tantulis imperii ruinis præter Achajæ principem & regem Thessaliæ, aliosq; duces, tria imperia enata sunt. Qvamdiu autem REGNUM FLANDRORUM CONSTANTINOPOLI duravit?*

Balduinus exiguo tempore fructum imperii percepit. Nam qvi Con-
stantinopoli elapsi, auxilia passim qværebant, per Bulgarorum principem
Johannem, Asanis filium, multas urbes recuperarunt. Qvibus cum ad
Adrianopolin occurreret, per insidias captus, & truncatis manibus pedi-
busq; misere excarnificatus est. Nomen tamen ejus & imperium BER-
TRANDUS, qvod Balduinum facie plane referebat, per aliqvot menses
sibi postea in Gallia vendicavit, donec à Johanna Balduini filia agnitus,
cruci affigeretur, appensis ab utroq; latere canibus. HENRICUS frater
Bal-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Balduini, ſuffragio Latinorum poſt interregnum xvi. menſium imperator electus, itidem à Bulgaris graviter afflictus, pace tandem facta, Bulgariq; principis filia ducta, poſt decennium filiam Jolantam ſeu Volantã nuptum dedit comiti Antiſiodorenſi PETRO, cum dote imperii: qvem Theodorus Laſcares Dyrrachii ſimulata pace contra datam fidem vivum cepit, & poſt diuturnam captivitatem trucidavit. Nam, ut rectè ait Egnatius, fortuna imperatoribus hiſce, pietate ac fortitudine eximiis, haud ſane arriſit, tum qvod rerum diu potiri non eſt datum, tum qvod in tanta imperii novitate obnoxiam, & plane precariam poteſtatem agebant. Eadem prope ſors ROBERTO filio Petri impoſuit, qvi, cum rem optime gereret, Veneti nominis obſervantiſſimus, zelotypia unius ex purpuratis ſuis everſus eſt. Ille enim abductam ſibi ab illo ſponſam iniqve ferens, impotens animi, cum domeſticis in regiam irrupit, dehoneſtatamq; naribus puellam peremit. Qvam injuriam ulturus Robertus, cum Roma, qvo contenderat, eſſet redux, in Achaia morbo deceſſit. Ejus filius BALDUINUS JUNIOR, ultimus fuit ex Flandris Byzantinorum imperator: qvi initio vim reliqvorum Græcorum, ex omni parte ad imperium amiſſum confluentium, auxiliis Venetorum & ſoceri Johannis Brenni, regis Hieroſolymitani, fortiter ſuſtinuit. Sed tandem victus à MICHAELE PALÆOLOGO, imperatore Adrianopolitano, imperioq; exutus, in Eubœam ad Venetos, & inde in Italiam profugit, deſiitq; in oriente imperium Flandrorum, qvod pene LX. annos, etſi exigua poteſtate circumſcriptum, duraverat. Græcæ interim & orientales eccleſiæ circa hoc tempus ab obedientia papæ Romani plane receſſere, graviſſimis ejus rei cauſæ allegatis.

XXVII. Hinc video jam laborem nobis incumbere, ut IMPERATORUM ADRIANOPOLITANORUM ſeriem percenſentes, hiſtoriam orientalis imperii continuemus.

Theodorus Laſcares, qvem ſedem Adrianopoli in Aſia minori cepiſſe diximus, imperii ſui qvalecunq; axioma, qvod parva manu adverſus Jatharinem Turcorum Sultanum, ab ipſo Theodori ſocero Alexio III. excitatum, egregia victoria, qva ſua manu Sultanum peremit, defenderat, ſocerumq; captum ad privatam vitam adegerat, ad JOHANNEM DUCAM generum, virum gravem & magnanimum, tranſmiſit. Hic Theſſaliam & Epirum, qvam poſt diſtractum Conſtantinopoleos imperium primum marchio Montisferrati Bonifacius, deinde Angelorum familia regio tenuerat nomine, armis petivit, & regio illis nomine ademto, tanqvam deſpotis

Thessaliam concessit: egregia classe extructa præcipuas maris Ægæi insulas, ipsamq; Rhodum brevi tempore cepit: ex Asia in Europam trajiciens, multas urbes ex Bulgarorum & Latinorum manu liberavit: Scythas ex Tartaria erumpentes sibi devinxit: cum Turcis fœdus iniit, tandemq; Adrianopoli exactus, diu exul & sine certis sedibus fuit, donec Zacynthi reciperetur. Filius ejus THEODORUS LASCARES JUNIOR titulum imperii, vera potestate orbatum per qvadriennium tenuit, & moriturus, Muzalonem Johanni filio sexenni dedit tutorem, hominem qvidem ignobilem, sed protovestiarium & hactenus sibi fidum. Illum vero malevoli statim è medio sustulerunt. Sic cura pueri & administratio imperii committebatur MICHAELI PALÆOLOGO, Alexii III. ex filia Irene pronepoti, viro in armis strenuo, qvi ingenti animo cum despota Thessaliæ & Epiri Michaele Angelo, cumq; fœderato illi principe Peloponnesi & Achaiæ feliciter bella gessit: & proclamatus à proceribus imperator, Flandris & Venetis proditione agricolarum ipsam Constantinopolin eripuit: filiisq; Theodori Lascaris per summum scelus jugulatis, Eubœam, Lemnum, Chium recepit, sed non retinuit. Genuensibus, Venetis & Pisanis, qvi hactenus qviete Constantinopolin incoluerant, fidemq; imperatori se porro servaturos pollicebantur, Galatam seu Peram urbem habitandam concessit, filiumq; ANDRONICUM SENIOREM in societatem regni adscivit. Ab eo tempore omnia mutare cœperunt. Clades diversæ à Thessalis & Bulgaris terra; ab Italis mari illatæ sunt: & Turci ad latrocinia undeqvaq; in Asia conversi, passim provincias imperii invaserunt. Genealogia Palæologorum hic inserenda.

FAMI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

FAMILIA PALÆOLOGORUM.

ALEXIUS III. ANGELUS COMNENUS SENIOR, imperator, expulsus a Gallis.

IRENE COMNENA, uxor Alexii Paleologi, despota, ante socerum defuncti.

THEODORA PALAEOLOGA, uxor Andronici Paleologi, quem postea Theodorus Lascares, imperator, magni domestici dignitate cohonestavit.

MICHAEL PALAEOLOGUS, imp. qui Constantinopolin recuperavit. — *Johannes.*

ANDRONICUS SENIOR, imp. — *Constantinus Porphyrogenneta.*

MICHAEL IX. imp.

ANDRONICUS JUNIOR imperator.

JOHANNES VI. imp. gener Joh. Cantacuzeni tutoris: alias Calo-Johannes.

Manuel despota. — *Manuel.*

CONSTANTINUS XII. imp. — *Johannes.* — *Theodorus Marchio Montisferrati.* — *Demetrius.*

ANDRONICUS III. excæcatus a patre. — *MANUEL imp.* — *Theodorus.*

JOHANNES VII. imp. — *JOHANNES VIII. imp.* — *CONSTANTINUS imperator ultimus.*

Michael Palæologus, cum variis difficultatibus premeretur, ut auxilia imperii peteret ab ecclesia Romana, in concilio Lugdunensi fidem ejus professus, Græcos suos papæ Romano subjecit. Sed episcopi Græcorum nihil horum ratum habuere: ipseq; imperator irrita fecit, quæ promiserat, & propterea fulmen Martini IV. quod ille tamen parum curavit, in eum est vibratum. Illo defuncto, domesticis bellis vires Constantinopolitanæ passim enervatæ sunt: & civitati ex Asia Turci atq; ex Europa inter se dissidentes Itali uno quasi impetu in reliquias misere dilacerandas incubuerunt, donec Turci, oppressis per partes Palæologis, Servis, Bulgaris; Italis vero exclusis, Græciam omnem edomuerunt. Michaelis filius, Andronicus senior, cum, suadentibus proceribus, in classem & triremes amplius nollet sumtus impendere, quæ hactenus Latinis opponenda fuerat, navesq;, in quibus certum erat imperii præsidium, aut tempore perire, aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

aut in fundum maris demergi, paucis tantum servatis, permisisset, ut est apud Gregoram, Constantinopolitano imperio malorum præbuit principium. Accessit, qvod vano metu fratrem Constantinum Porphyrogenitum & Michaelem Strategopulum, viros fortissimos, in carcerem conjecit, qvi hactenus Turcos ab imperii finibus feliciter averterant, seq; hoc etiam præsidio exuit. Nam eorum loco missi ad Jonicas urbes tuendas Philanthroponus & Libadarius, statim à se dissentire cœperunt: & cum Philanthroponus videretur imperium ipsum affectare, proditione suorum à Libadario captus & oculis privatus est. Ipse postea imperator, diffisus suis, x. millia Massagetarum, qvos Alanos vocant, adversus Turcos eduxit. Sed castris ad Magnesiam positis, cum omnia inordinate administraret, Turcis contra disciplinam militarem strenue adservantibus, facile una cum Massagetis profligatus est. Et hi ipsi posthac pro hostibus se gesserunt. Turci in Iconiensi Sultanatu, inter vii. proceres distributo, gravius incumbebant. Interea Ronzerius Gallus pirata mille Catelanos eqvites ex hominibus sordidis collectos, & totidem pedites, qvos vocavit Amogabaros, qvibuscum hactenus Friderico regi Siciliæ adversus Carolum III. regem Neapolitanum suppetias tulerat, imperatori adduxit in subsidium. Et horum Catelanorum ope Turcos qvidem ab obsidione Philadelphiæ egregia victoria fugavit: illi autem, stipendiis non solutis, statim hostiles induebant animos, & qvaqva pergebant, extrema involvebant agros ruina. Ronzerium igitur ducem eorum jussit in aula per satellites trucidare. Illi, nihil animo fracto, alio duce electo, illorum Turcorum transfugarum ambiere societatem, qvos adsciverat imperator: viribusq; admodum aucti, cum multi undiqvaq; transfugæ ad eos se conferrent, audebant jam aperto Marte cum ipso imperatore ad Apros congredi, illoq; in fugam conjecto, sedes sibi in Thracia constituebant: & inde Macedoniam crebris excursionibus vexabant. Audebant etiam progredi in Thessaliam, cujus princeps nec animo nec corpore valebat. Ideoq; donis eos ad amicitiam invitavit, & ductores illis promisit, qvi eos in Achaiam & Bœotiam introducerent per Thermopylas. Jam octo pene millia eorum numerabantur. Princeps Thebarum & Athenarum, cum se illis opponeret, atrocem passus est cladem. Nam hostis agrum, in qvo ejus eqvites essent pugnaturi, antea multis aqvis, per fossas occultatas introductis, fecerat minus opportunum. Catelani autem Thebas & Athenas cum omnibus opibus facile ceperunt. Eo ipso tempore imperator à Chalete duce Turcorum accepit cla-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

cladem: & nisi Philes Palæologus, agnatus imperatoris, sibi summam rei bellicæ depoposcisset, jam tum fuisset factum. Ille enim manum Turcorum transfugarum in Thracia iteratis victoriis ad internecionem delevit. Catelani etiam tandem direptis Thebis in Italiam remearunt. Bulgari hoc ipso tempore, qvos olim Triballos & Mœsos vocaverunt, ingens sibi in Macedonia & vicinis Europæ locis regnũ condiderunt, sub rege Stephano: qvo tamen defuncto, cum duces ejus singuli regiones singulas retinuere, qvas à vivo acceperant gubernandas, facile etiam in prædam postea Turcis patuere. Interim imperator adsciverat sibi consortem imperii MICHAELEM IX. filium: eoq; mox vita defuncto, alterum filium CONSTANTINUM IX. ad imperii successionem invitaverat. Id Michaelis IX. filius, ANDRONICUS JUNIOR, cujus servi, cum in ædibus meretriculæ esset, per errorem ejus fratrem Manuelem interfecerant, ægre ferens, Genuensium & Bulgarorum auxilio fretus, bello sex amplius annis continuato in avum insurrexit, jusq; omne, excluso illo, ad se rapuit. Sed Veneti seniorem Andronicum in regnum reduxerunt. Pax inter avum & nepotem sæpe conciliata; sæpe dissoluta est, donec seniore insidiose circumvento, &, postqvam usum oculorum morbo amisisset, in monasterium incluso, junior solus imperio potiretur. Ubi notetur, Andronico seniori ex Jolante, filia Bonifacii V. marchionis Montisferrati, filium fuisse Theodorum: qvi est stirps marchionum postremorum Montisferrati: qvorum ultimus ex Palæologis Johannes Georgius anno cIↃIↃxxxiv. extinctus, ducatum Montisferrati, qvi cc. amplius annos in familia Palæologorum fuerat, transmisit ad duces Mantuæ. Andronicus junior, cum Chium insulam, præfecto excluso, & Thessaliæ principatum, ultimo despota sine liberis defuncto, occupasset, Nicæa interim à Turcis expugnata, vita functus, imperium filio xii. annorum JOHANNI VI. PALÆOLOGO, alias CaloJohanni dicto, reliqvit, tutore ei JOHANNE CANTACUZENO, magno domestico, addito. Sed virum hunc egregium aulicæ calumniæ in exilium egerunt. Ideoq; injuriæ impatiens, qvinqvennali bello Constantinopolin fatigavit, donec receptus & imperii particeps factus, filiam Johanni, cujus tutelam antea susceperat, elocaret. Sed regna socium non ferunt: & cito dissiliit male inita inter utrumq; concordia: soceriq; potentiam gener exosus, urbe profugit ad sollicitanda Italorum & Gallorum auxilia. Qvæ ut impetraret, denuo, ut ejus avus Michael Palæologus, religioso inter Græcos & Romanos schismati remedia qværebat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Celebrabatur tunc CONCILIUM, FERRARIÆ incoatum; FLORENTIÆ continuatum. Illuc ipse ibat, adducto secum Josepho, patriarcha Constantinopolitano, aliisq; episcopis. Agebatur imprimis de Spiritus S. ex filio processione: in qva asserenda Græcæ & Romanæ ecclesiæ dissentiunt. Post prolixos episcoporum conflictus imperator cum suis episcopis, excepto Marco Ephesino, in sententiam Eugenii IV. si excipias transsubstantiationem, sacerdotum conjugia, communionem sub utraq; & alios ritus Græcos, concessit, & purgatorium atq; primatum pontificis Romani confessus est, postqvam Josephus patriarcha subita morte extremum obiisset diem, fidem Romanam epistolio antea contestatus. Qvamprimum autem in orientem rediret, omnia irrita sunt facta, præsertim cum in epistola patriarchæ, qvam moriturus dicebatur scripsisse, fraus deprehenderetur. Pontifex post hoc concilium Bessarionem Trapezuntinum Niceæ; & Isidorum Sarmatiæ episcopos, viros doctissimos, in Cardinalium legit numerum, & variis auxit dignitatibus. Interim causam Palæologi susceperunt Genuenses, &, qvia eum restituerant, pro beneficio Lesbum insulam acceperunt. Cantacuzenum vero Veneti defenderunt, variisq; bellis duæ illæ civitates se diu attrivere. Socer tandem cessit in monasterium: sed non nisi cum extrema illius, cui cesserat, pernicie. Cum enim Bulgari & Servii, fines imperii jam misere lacerati ingressi, prædandi non facerent modum, Johannes, ut haberet, qvem illis opponeret, ipse à copiis imparatus, fœdum iniit cum Amurathe Turcorum rege fædus, seq; & regnum in fidem illius tradidit: tributum promisit: filium Theodorum obsidem dedit. Hæc res imperatoribus Byzantinis præter inane nomen nihil reliqvit. Nam nisi hostilem vim experiri vellent, imperata Turcorum erant facienda. Amurathes bona Thraciæ parte potitus, Adrianopolin tandem Turcici regni sedem transtulit. Nec tamen his omnibus insana Græcorum mollities corrigi, aut parricidalis in suos sœvitia mitigari potuit. Nam Johannes imperator ANDRONICUM III. filium, tanqvam imperii invasorem, fervido aceto in oculos infuso, visu privavit. Ille è custodia elapsus, ad Bajazethem, Amurathis filium, profugus, urbe auxiliis Turcicis occupata, cum iterum oculis qvodammodo uti cœpisset, patrem fratremq; MANUELEM in carcerem compegit. In illo pater extinctus est: Manuel vero elapsus, ejusdem Bajazethis auxilio, Andronicum dejecit, & tributum Turcis trium myriadum aureorum in singulos promisit annos, urbemq; in Lydia Philadelphiam iis tradidit. Qvi tamen ipsi Peloponneso jam undiqvaq;

qvaq; oppugnata, Byzantio qvoq; inhiabant, castrisq; ad urbem locatis, eam fame exhaurire conabantur. Sed ab instituto Tamerlanes Turcas avocavit. Ab hoc tempore Manuel unice à nutu imperatorum Turcicorum pependit, & civilibus eorum bellis post fata Bajazethis implicatus, variantem subinde sensit fortunam. Tandem Machometes I. pro qvo adversus fratrem Musam steterat, ei indulsit, ut Isthmum muro hexamilo circumdaret, & Peloponnesiorum duces ad obseqvium retraheret. Hunc ipsum tamen murum post paucos annos diruit Amurathes, & totam Peloponnesum in potestatem redegit. Qvod tamen anteqvam factum, Manuel senex decedens, VII. filios reliqvit: è qvibus post JOHANNEM VII. duo pervenere ad imperium, JOHANNES VIII. & CONSTANTINUS XIV. Andronicus vero accepit Thessalonicam, qvam Venetis vendidit. Theodorus porphyrogenitus despota factus est Peloponnesi, & ducta principis Corinthi, Thebarum & Athenarum, Neri Acciajoli Florentini filia, Corinthum dotis nomine obtinuit. Sed repentina clade ab Amurathe Turcorum rege obrutus, anno CIƆCCCCXLVIII. decessit. Frater ejus Demetrius se suaq; Matchometi dedidit. Thomas autem, frater junior, adducto S. Andreæ Apostoli capite, Romam cum liberis venit, & mortuus est Anconæ anno CIƆCCCCXLIV. Constantinopoli autem post Manuelem, ejus ex fratre nepos, Johannes VII. per triennium, & XXXIV. annos filius Johannes VIII. Byzantino imperio præfuerunt: sed nullis instructi viribus, circumsepti undiq; hostibus. Ultimus Byzantii imperator Christiani nominis, ejusdem nominis fuit, qvo primus imperii orientalis conditor vocatur, Constantinus nempe, qvartus Manuelis filius: vir solers, & ingentis animi princeps. Hujus tempore Machometh II. cum exercitu urbem Constantinopolitanam terra & mari cum exercitu CCCC. millium oppugnavit, cepit, diruit: atq; ipso imperatore, cum fortiter pugnabat, obtruncato, & capite ejus conto per ludibrium affixo, perq; urbem circumvecto, honeste tamen tandem humato, imperium orientis olim florentissimum, postqvam annos CIƆCXXIII. duraverat, superstitioni Machometanæ mancipavit. Post occupatam Constantinopolin Machometes Græciæ duces, mutuis discordiis attritos, neq; amplius qvicqvam sani præ se ferentes, facile evertit: Triballos ad tributum pendendum adegit: Belgradum in Hungaria gravi obsidione, sed frustra, tentavit: omnes Græciæ urbes expugnavit aut deditione cepit: Trapezunticum imperium, Davide imperatore cum tota familia peremto, evertit: Moldaviam, Valachiam & vicina regna ad obseqvium traxit;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Lesbum & alias insulas in potestatem redegit: Venetos Græciæ libertatem allerturos fugavit. Dolor loqvi plura prohibet. Egrediamur in nostram Germaniam: & qva ratione in illa labascenti imperio Romano fulcra supposita sint, porro videamus.

LIBRI SECUNDI
SECTIO V.
de qvinta ætate monarchiæ Romanæ, sub imperatoribus Germanicis.

QV. I. *Rectius me omnia sensi in historiis intelligere, qvoties series eorum, de qvibus dicendum est, præmissa fuit. Ut igitur catalogum & indicem omnium Germaniæ imperatorum præmittas, pervelim.*

Facile, qvæ cupis, impetrabis, dummodo ex hoc catalogo tempus rerum gestarum deinde repetere memineris.

IMPERATORES ROMANO-GERMANICI.

An. Chr.		*An. Reg.*
800.	I. CAROLUS I. M. Pipini F.	14
814.	II. LUDOVICUS I. PIUS F.	26
840.	III. LOTHARIUS I. F.	15
855.	IV. LUDOVICUS II. F.	20
875.	V. CAROLUS II. CALVUS, Ludovici I. F. rex Galliæ.	2
877.	VI. LUDOVICUS III. BALBUS, F. rex Galliæ.	2
879.	VII. CAROLUS III. CRASSUS, Ludovici I. ex filio Ludovico, rege Germaniæ, nepos.	8
887.	VIII. ARNULPHUS, Caroli Crassi ex fratre Carolomanno nepos: cui se in Italia *Berengarius* & *Guido*, Gvidonisq; filius *Lambertus* opposuere.	12
899.	IX. LUDOVICUS IV. F. cui se præter Berengarium in Italia opposuit *Ludovicus*, Bosonis provinciæ reguli fili, Ludovici II. nepos.	12
911.	X. CONRADUS I. dux Franconiæ & Hassiæ: cujus tempore in Italia imperium adhuc usurpavit Berengarius.	8
919.	XI. HENRICUS I AUCEPS, dux Saxoniæ: cujus tempore Italiam sibi asseruere *Rudolphus Burgundus, Hugo Arelatensis*, ejusq; filius *Lotharius*.	17
936.	XII. OTTO I. MAGNUS F. instaurator imperii: cujus tempore	

Hugo

A. C. A. R.

Hugo Arelatensis & *Berengarius II.* cum filio *Adelberto* regnum Italiæ sibi vendicarunt. 37
973. XIII. OTTO II. F. pallida mors Saracenorum appellatus. 10
983. XIV. OTTO III. F. Mirabilia mundi cognominatus. 19
1002. XV. HENRICUS II. SANCTUS seu CLAUDUS, dux Bavariæ, Henrici I. pronepos, Ottonis III. agnatus in tertio gradu: cujus tempore *Ardoinus* marchio Eporædiæ imperium in Italia affectavit. Itali hunc vocant Henricum I. qvia Henricus auceps in Italiam non venit. 22
1024. XVI. CONRADUS II. SALIQVUS, dux Franconiæ. 15
1039. XVII. HENRICUS III. NIGER, F. 17
1056. XVIII. XIX. XX. HENRICUS IV. SENIOR, F. cui papa opposuit *Rudolphum Svevum* & *Hermannum Lûzelburgensem* & filium *Conradum*. 50
1106. XXI. HENRICUS V. JUNIOR, F. 19
1125. XXII. LOTHARIUS II. Saxo. 12
1137. XXIII. CONRADUS III. dux Sveviæ, Henrici V. ex sorore nepos, cum in sacrum bellum proficisceretur, filium HENRICUM in societatem imperii evexit. 15
1152. XXIV. FRIDERICUS I BARBAROSSA seu ÆNOBARBUS, Conradi III. ex fratre nepos. 38
1190. XXV. HENRICUS VI. F. 7
1197. XXVI. XXVII. PHILIPPUS Fr. cui oppositus fuit BERTHOLDUS, dux Zaringiæ. 11
1208. XXVIII. OTTO IV. Saxo, Henrici Leonis F. jam ante Philippo oppositus. 10
1218. XXIX. XXX. FRIDERICUS II. Henrici VI. ex Constantia, herede Siciliæ & Neapolis, jam vetula & L. amplius annorum, filius: qvi filios HENRICUM & CONRADUM in consortium imperii allegavit, & cui oppositus fuit *Henricus, Landgravius Misniæ.* 32
1250. XXXI. XXXII. XXXIII. XXXIV. Interregnum, in qvo titulum imperatoris aliqvamdiu gesserunt CONRADUS IV. Friderici II. filius, & WILHELMUS, comes Hollandiæ, jam ante Friderico II. oppositus. RICHARDUS etiam rex Angliæ & ALPHONSUS rex Hispaniæ ad imperium invitati fuerunt. 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

A.C. A.R.

1273. XXV RUDOLPHUS I. comes Habspurgenſis, ſtirps Auſtriacæ familiæ. 19
1292. XXXVI. ADOLPHUS, Naſſovienſis. 6
1298 XXXVII. ALBERTUS I. Auſtriacus, Rudolphi F. 8
1308. XXXVIII HENRICUS VII. comes Lützelburgenſis. 6
1314. XXXIX. LUDOVICUS V. Bavarus, nepos Rudolphi ex filia, 32 | XL. FRIDERICUS PULCER, Alberti filius. 16
1346. XLI. XLII. XLIII. XLIV. CAROLUS IV. rex Bohemiæ, nepos Henrici VII. ex Johanne rege Bohemiæ: cui oppoſiti fuere EDUARDUS, rex Angliæ: FRIDERICUS marchio Miſniæ: GUNTHERUS comes Schwarzburgenſis. 32
1378. XLV. WENCESLAUS, Caroli IV. F. rex Bohemiæ. 22
1400. XLVI. FRIDERICUS (III) dux Brunsvicenſis, mox per inſidias trucidatus, atq; à paucis inter imperatores numeratus.
1400. XLVII. RUPERTUS, comes Palatinus. 10
1410. XLVIII. JODOCUS marchio Moraviæ, Caroli IV. ex fratre nepos. 6. menſ.
1411. XLIX SIGISMUNDUS rex Bohemiæ & Hungariæ, Caroli IV. F. 27
1438. L. ALBERTUS II. Auſtriacus, Sigismundi gener, Alberti I. abnepos. 2
1540. LI. FRIDERICUS III. (IV.) archidux, Alberti I. abnepos. 53
1493. LII. MAXIMILIANUS I. F. 26
1519. LIII. CAROLUS V. nepos Maximiliani ex filio Philippo. 36
1555. LIV. FERDINANDUS I. Fr. 7
1562. LV. MAXIMILIANUS II. F. 14
1576. LVI. RUDOLPHUS II. F. 36
1612. LVII. MATTHIAS Fr. 7
1619. LVIII. FERDINANDUS II. Ferdinandi I. ex Carolo, archiduce Auſtriæ, nepos. 18
1637. LIX. FERDINANDUS III. F.

II. *Ex qva proſapia oriundus eſt CAROLUS M. qvem primum dixiſti Germanorum imperatorem?*

Aventinus ejus ſtirpem deducit ex priſcis Bavariæ ducibus continua ſerie, in qva ſe ſubſeqvuntur Adalgerius: Theodo I. Utilo: Hugopertus: Aſo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Afopertus: Arnoldus: Anfegifus: Pipinus craffus: Carolus Martellus: Pipinus nanus, rex Galliæ: Carolus M. Sed qvi accuratiores volunt esse, Carolum M. ex Pharamundo, primo Francorum in Gallia rege, deducunt. Ferunt enim, ex ejus filio Clodio Crinito Merovæum regem Galliæ & Albericum, Theodomiri Oftrogothi generum, ducem Alfatiæ, Arduennæ, Mofellanicæ & Brabantiæ, fuiffe progenitos: ex qvorum illo ortum traxerint reges Francorum Merovingi; ex hoc majores Caroli M. adeoq; Carolingi, & qvidem hoc ordine.

MAJORES CAROLI MAGNI.

A. C. *A. R.*

419. I. PHARAMUNDUS, primus ex Germanis rex Galliæ. 8

427. II. CLODIUS CRINITUS, gener Widelphi regis Thuringiæ. 19

446. III. ALBERICUS, dux Brabantiæ, qvi Attilæ militavit, gener Theodomiri, regis Gothorum. 45

491. IV. VAUBERTUS, Aqvitaniæ dynafta, fororius Zenonis imperatoris. 37

MEROVÆUS, ftirps regum Galliæ Merovingorum, pater Childerici; avus Ludovici M. &c.

528. V. ARISBERTUS, marchio ad Scaldin, fenator Romanus à Zenone Ifaurico proclamatus, gener Clotarii M. 42

570. VI. ARNOLDUS, Anchifes etiam vocatus, gener Crunzonis, ducis Sveviæ, marchio ad Scaldin, dux Bullionæus. 31

601. VII. S. ARNULPHUS, primas Auftrafiæ; magifter palatii à Clotario II. factus, poftea epifcopus Metenfis, tutor Dagoberti M. qvi, anteqvam fe facris addiceret, ex Doda filia Wiberti, comitis Boloniæ, filia genuit Anfegifum, S. Clodulphum & Waldgifum. 30

641. VIII. ANSEGISUS, dux Brabantiæ & marchio Antverpiæ per uxorem Beggam, fororem Grimoaldi, filiam Pipini de Landis, neptem fenioris Carolomanni, ducum Brabantiæ: fub Childerico II. major domus Auftrafiæ. 38

S. CLODULPHUS, archiep. Trevir.

WALDGISUS.

679. IX. PIPINUS feu Bübkin craffus, Herftallus, major domus, feu princeps totius Galliæ fub Theodorico I. & Clodovæo III. domitor Frifiorum.

DROGO.

Pipinus, major domus Austrasiae.

35 Grimoaldus, major domus Austrasiae, supplicio affectus, vel in carcere mortuus.

714. Theodoaldus seu Theobaldus, à Pipino patruo institutus et post Plectrudis viduae Pipini favore Major-domus, sed à Carolo Martello victus ac depositus.

714. X. CAROLUS MARTELLUS ex pellice Albæda seu Alpaide susceptus, Major domus sub Childerico II. Clotario III. & Theodorico II. 27

713. GRIMOALDUS, Major domus, ~~à Childeberto II. [illegible] dignitate cum filio Theobaldo, & Leodrira Fri[illegible] interfectus.~~ brevi tempore, vivente suo patre, ante quem mortuus est.

741. XI. PIPINUS nanus seu brevis, rex Galliæ, Burgund. Neustr. post Childericũ stupidum dejectum. 27
CAROLOMANNUS rex Austras. Aleman. & Thuring. tandem monachus.
ÆGIDIUS, ep. Rhotamagus.
GRIFO à fratribus custodiæ mancipatus.

786. XII. CAROLUS MAGNUS, rex & imperator.
CAROLOMANNUS, rex Austrasiæ.
TALANDUS.
BERTHA seu Rothais, uxor Milonis, comitis Anglerii.
ROLANDUS.

Notetur, Anseglsum, S. Arnulphi filium, atavum Caroli M. ducta Begga, filia Pipini de Landis, ducis Brabantiæ titulum & jura Burgundici ducatus obtinuisse, qvia ejus frater Grimoaldus improles decesserat. Hujus Pipini atavus Hortricus cum Childerico I. Merovæi filio, in Brabantiam venerat, & illic locorum laribus fixis amplissima prædia meruerat. Recta linea ab eo descendunt Pipinus: Sigebertus: Carolomannus senior, tempore Clotarii II. Pipinus socer Ansegisi: Begga, uxor Ansegisi: Pipinus crassus: Carolus Martellus: Pipinus nanus: Carolus M.

III. Qva ratione Carolus M. imperium occidentis adeptus est?

Majores ejus, etsi à Merovingis Francorum regibus nonnunqvam graviter afflicti, & sedibus paternis excussi sunt, virtute tamen vim superarunt, & ad totius Galliæ gubernacula tandem admoti, aulæ præfecti seu curiæ & palatii magistri, aut, ut loqvebantur, Majores seu magistri domus facti sunt, usq; inertia & socordia suorum regum, titulo iis relicto, omnem potestatem ipsi usurparunt. Imprimis CAROLUS MARTELLUS seu Tudes, Caroli M. avus, Pipini Crassi, ducis Brabantiæ & principis Austrasiæ, bellatoris egregii filius, regia pene autoritate terras, qvas hereditate adierat, obtinuit. Fuerat ille ex pellice qvidem Albæda seu Alpaide prognatus, & à noverca Plectrude aliqvamdiu in vinculis detentus: sed elapsus custodiã, variis bellis dignitatem paternam recuperavit, qvam Grimo-
aldo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

aldo fratri, ejusq; filio Theobaldo ademptam Childericus II. rex Galliæ, auxilio ducis Frisiorum Radbodi, (qvi jamjam baptisandus, retracto pede maluit cum majoribus esse in inferno, qvam in cœlo cum Christianis) Reginofredo concesserat. Regem deinde à nutu suo penitus suspendit: Saxones, Svevos & Bavaros compescuit: Frisios domitos, rege eorum Radbodo, à qvo Grimoaldus frater Caroli Martelli ad Leodiensem aram erat interfectus, victo & cæso, fidem Christi profiteri coegit: Saracenorum CCCLXXV. millia, qvi ex Hispania in Aqvitaniam ab Edone seu Eudone Aqvitaniæ duce evocati fuerant, uno prælio trucidavit: &, cum denuo redirent, denuo juxta Narbonem profligavit: provinciaq; Edonis occupata, tot tantisq; factis promeruit, ut Galliarum pater diceretur, præsertim qvia omnẽ spem Saracenis invadendi Galliam abstulit. Nomine regio abstinuit. Inter filios ejus, Carolomannum & Pipinum, eorumq; fratrem minorem Grifonem, cum diu bello esset decertatum, Grifo tandem captus & custodiæ perpetuæ traditus est; Carolomannus seculo abrenunciavit. Sic Pipinus rerum solus potitus, rex Galliæ tandem autoritate Zachariæ papæ à proceribus est electus, Childerico rege, qvem sic vocabant, Stupido in monasterium attonso. Hujus Pipini filius fuit CAROLUS M. ex Bertha Heraclii imperatoris Constantinopolitani filia, in Thuringiæ & Saxoniæ confiniis conceptus; Caroloburgi secundum Aventinum in Bavaria natus. Alii Ingelheimii natum dicunt in pago, secundo à Moguntiaco lapide. Patre defuncto, cum Carolomanno fratre regna patria divisit, concessoq; illi Austriæ seu Austrasiæ & Franciæ orientalis regno, sibi Vestriam seu Neustriam cum Aqvitania, Burgundia & Francia occidentali regendam sumsit. Fata illi multum destinaverant. Ideoq; & fratris demortui regnum, exclusis ejus liberis, qvi cum matre ad Desiderium regem Longobardorum frustra confugerant, adiit, & Aqvitaniam cum civitatibus Armoricis, seu, ut hodie vocant, Britannicis, penitus subjugavit, &, qvod in historia Longobardica demonstravimus, Desiderii ultimi Longobardorum regis, soceri sui (cui jam ante bellum filiam toro excussam remiserat, ducta Hildegardi Sveva alia uxore) in Italia regnum occupavit, sibiq; Carolomanni liberos cum matre traditos benigne postea habuit, & Romæ titulum patriciatus, id est, jura principatus & dominatus in Romanas ditiones, tanqvam qvidam exarchus, à proceribus & pontifice, cui liberaliter plures ditiones adjecerat, accepit. Magnam etiam Hispaniæ partem Saracenis ademit, & inter duces suos loca distribuit occupata. Evocatus erat illuc ab Ibnalaraba,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

raba, Cæſarauguſtanorum regulo Saraceno à vicinis pulſo. A Saracenis
tamen exercitus ejus ingentem cladem perpeſſus eſt, qva multa millia peri-
erunt. Præter alios duces ipſe Rolandus, Caroli ex ſorore Bertha nepos,
heroica magnanimitate illuſtris, non ferro, ſed ſiti occubuit. Qvem
qvanti æſtimaverit, ſtatuæ in oppidis Saxonicis in honorem Rolandi,
ceu creditur, erectæ, & hoc ei ſcriptum epicedium teſtatur:

Tu patriam repetis; triſti nos orbe relinqvis:
Te tenet aula nitens; nos lacrimoſa dies.
Sed qvi luſtra geris octo binos ſuper annos,
Ereptus terris juſtus ad aſtra redis.

Rolandum hunc admodum poeſis Germanica celebrat à Ferrarato gigante,
qvem antea peremerat, & à gladio miræ præſtantiæ Durenda. Carolus
poſt expeditionem Hiſpanicam arma vertit in Saxones, finesq; Weſtphalo-
rum ingreſſus, idola & inter illum Crotonem deſtruxit, & collegia Pa-
derbornæ, Monaſterii, Oſnabrugis, Bremæ & alibi erexit, & epiſcopatuum
fundamenta ibi poſuit. Hinc in Italiam progreſſus, LUDOVICUM filium,
regem Aqvitaniæ, & PIPINUM Italiæ inungi à pontifice curavit. Dein-
de altera Italica expeditione Aragiſum, ducem Beneventanum, Deſiderii
regis generum, & Rotgandum ducem ForoJulienſem rebelles domuit.
Reverſus inde, Taſſilonem Bavarum, Deſiderii regis Longobardorum ge-
nerum, ſuperatum monaſterio incluſit. Sorabos ad Albim & Salam; Sla-
vos intra terminos Bohemicos repulſos una cum Bohemis ad leges imperii
obſtrinxit, & marchionatum Landsbergenſem inter Salam & Albim ad-
verſus eorum irruptionem condidit, Marchionesq; Auſtriæ & Styriæ ad-
verſus illos conſtituit. Saxones imprimis continuatis ultra xxx. annos bel-
lis, ad religionem Chriſtianam multis præliis compulit, iisq; tanqvam
Francici imperii civibus aſſumtis, Wittekindum, fœcundiſſimam illam
ducum & comitum in Germania ſtirpem, ſuo imperio adjunxit. Cumq;
in ipſam Holſatiam ad Nordalbingos usq; penetraſſet, tertia expeditione in
Italiam, qva Leonem III. pontificem, qvem nonnulli male tractatum ejece-
rant, reduxit, ut antea patricius, cujus dignitas, ut diximus, erat, ſicut
qvondam exarchorum, ita jam anno DCCC. in ipſis Chriſti natalitiis à po-
pulo Romano, tanqvam à jure Cæſaris Græci libero, & à proceribus ex-
archatus, atq; ab epiſcopis & pontifice, tanqvam civibus primariis, nihil
minus opinatus, ut teſtatur Eginhardus, ſalutatus eſt, ut, qvi jam antea
fuit rex Germanorum, Gallorum & Longobardorum, ab hoc tempore he-
redi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

reditariam & imperatricem haberet poteſtatem in Romano territorio & reliqvis exarchatus oppidis, qvæ ante rebellionem tempore Leonis Iſaurici imperatorum Conſtantinopolitanorum fuerant. Qvi papæ adulantur, ab illo in Germanos tranſlatum fuiſſe imperium dicunt. Sed à qvo hanc poteſtatem accepiſſe papam dicent, qvi humillime & ſuppliciter Carolum in auxilium exul evocavit? Proceres ſane Italiæ, qvi hactenus ſub Græcis imperatoribus de jure fuerant, nunqvam in poteſtatem pontificis ſic conceſſerant, ut illi poteſtas eſſet, ſe ulterius dominatui ſubjiciendi. Sed & ipſi Græci imperatores nunqvam ſuo juri, qvod in occidentem habebant, renunciaverant. qvin potius valida claſſe per Nicetam patricium & Paulum Cephaloniæ præfectum oras Adriatici maris ſubinde fatigabant. Non igitur collocavit papa pro ſua omnipotentia, qvæ orbi erat ignota, Carolum in ſedem imperatoriam, ſed, uti alius qviſpiam epiſcopus alium qvempiam regem, proceribus Italiæ, deſertos ſe ab oriente conſentientibus, electum & confirmatum declaravit. Obtinuit igitur Carolus hereditarium imperium vel triplici jure: belli, ſuffragii, tranſactionis. Illud arma acqviſiverant; iſtud à S. P. Q. R. procerumq; Italiæ voluntate; hoc à conſenſu Græcorum imperatorum dependebat: qvi, qvod propter diſſita loca, bellis etiam inteſtinis & externis defatigati, Italiæ, cujus provinciis occidentalibus pene omnibus jam exciderant, non poterant ſuccurrere, pace cum Carolo ſempiterna conſtituta, omne ei jus in occidente conceſſerunt, ut uterq; imperator Auguſti fratresq; dicerentur: orientis alter; alter occidentis: in Italia hinc à Neapoli; illinc à Siponto qvicqvid ulterioris Italiæ in Calabria inferiore in mare procurrit, cum ſuis è regione inſulis, ut & Liburnia, Iſtria & Dalmatia à Græco; reliqvum à Franco imperatore jura peteret: inter duo imperia medius finalisq; cardo, Venetiæ, imperii majeſtatem pie conſervarent, neutri ſe addicerent, propriis uterentur legibus, utriusq; eſſent imperii amici, & pace & bello neutrius cenſerentur. Fuit alioqvin Carolus princeps longe optimus, pacis & belli artibus inſtructiſſimus. Patrio ſuo regno adjecit in Gallia [Aqvitaniam] & Vaſconiam, agrum Hiſpaniæ ultra Pyrenæos montes usq; ad Iberū, Italiam totam ab Auguſta prætoria in Calabriam inferiorem, ubi Græcorum fines erant, Saxoniæ magnam partem, Pannoniam, Daciam, Iſtriam, [Liburniam], [Dalmatiam]. Id autem, qvod nomine imperii Romani accepit, conſtabat exigua Italiæ parte, ut Roma urbe, ejusq; pomœriis, Pentapoli, exarchatu Ravennate. Reliqva à Longobardis jam jure belli acqviſiverat. Per Alcuinū præceptorem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

D. Bedæ auditorem imprimis religioné constituit: ipse legibus novum imperiũ æqvissimis circumscripsit. In Westphalia, ad reprimendam idololatrarũ superstitionem, judicia, ceu vocant, Bansellorum seu Consciorũ, qvos Germanice Beimheren nominarunt, constituit, qvi, qvemcunq; vel seditiosum vel apostatã in religione deprehenderent, nulla prævia accusatione, laqveo necabant. Dicitur ex qvinq; uxoribus & novem concubinis liberos qvæsivisse; prim⁹ nomina ventis & mensibus Germanica imposuisse; Grammaticis præceptis lingvam vernaculam inclusisse. Qvæ de Hildegardi ejus uxore, ad libidinem & incestum sollicitata, qvæq; de Immæ filiæ regiæ cum Eginhardo notario & historico nuptiis clandestino amore conciliatis, poetice magis, qvam vere feruntur, nota sunt, & à comicis celebrata. Qvæ cum Irene & ejus successore in imperio Constantinopolitano egerit, diximus sectione superiore qv. XXII. Varia illius jussu concilia, ut Moguntiæ, Ratisbonæ, Rhemis, Turone, Cabilone, Parisiis, Arelate, celebrata sunt: & constitutiones in illis factæ ab eo confirmatæ. Imprimis illud memorabile est, qvo Francofurti anno IↃCCXCIV. CCC. Germaniæ, Galliæ & Hispaniæ episcopis præsentibus, initio Elipandus & Felix, episcopi Hispani, adoptioné in filio Dei asserentes; deinde tam synodi Nicænæ II. iconolatria, qva imagines in templis religiose coli jubentur, qvam synodi Constantinopolitanæ VI. iconoclasia, qva imagines è templis ejiciuntur, damnata sunt, qvia non ipsæ in templis imagines, sed eorum cultus est rejiciendus. Qvæ omnia tanti sunt, ut non sine causa Johannes VIII. in concilio Ticinensi dixerit, Carolum religionis statum inter diversorum errorum & pravitatum vepres incultum inventum erudivisse, divina pariter & humana perornavisse, erroribus expurgasse, rectis dogmatibus saginasse, atq; intra brevissimum tempus id industrio pietatis studio egisse, ut novus qvodammodo mundus videretur. Nos ejus posteros ad meliorem historiarum intellectum adjicimus.

CARO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

CAROLUS MAGNUS.

Ludovicus I pius, imp. ex Hildegardi, anno 840. defunctus.

Pipinus, rex Ital. ante patrem defunctus. Bernhardus, rex Italiae, à Ludovico pio dejectus.

Carolus, rex Goman ante patrem. ... triman. Bit. defunctus.

Lotharius, imper. & rex Italiae.

Ludovicus II. imp. Hermingardis, ux. Bosonis, comitis Provinciae. Ludovicus, rex Italiae, contra Berengarium, anno 917. defunctus.

Lotharius II. rex Lotharingiae, qui repudiata Teutberga duxit VValdradam: unde multae turbae.

Hugo nothus ex VValdrada, dux Lothar. à Carolo Crasso dejectus.

Lotharius, comes Provinciae. Hugo contra Berengarium rex. Boso, maritus Tusciae, ab Hugone fratre oculis privatus. Lotharius, rex Ital. anno 948. obiit sine prole.

Conradus, comes Stratlingensis. Rudolphus primus rex Burgund. Transjurensis. Rudolphus II. rex Burg. & Ital.

Carolus, rex Provinciae ἄπαις.

Pipinus rex Hisp. & Aquitaniae. Pipinus, Carolus, duces Aquitaniae à Carolo Calvo dejecti.

Rudolfus.

Conradus, dux Francon. quem alii faciunt fratrem Arnulphi. Conradus I. imp. ob. 919. Conradus, dux Lothar. & Francon.

Eberhardus, stirps primae familiae Austriacae.

Ludovicus IV. imper. obiit 911.

Arnulphus malus, rex Bav. ab Ottone I. dejectus.

Arnulphus, aliis Ludolphus comes Schirensis, stirps ducum Bavariae & electorum Palatinorum.

Bertholdus ἄπαις, post fratrem Arnulphum malum dux Bavariae.

Hermannus, alius VVernerus.

Ludovicus Germanicus rex Francon. & Bav. obiit 876.

Carolomannus rex Bav. Arnulphus imperator post Carolum Crassum.

Ludovicus, rex Francon. & Bavariae. Hugo.

Carolus III Crassus imp. Eberhardus princeps Forojulii. Berengarius, rex Italiae.

Rapoldus, stirps comitum Andechsianorum.

Eberhardus, à quo alii principes Fran.

Ludgardis, ux. Ottonis Henrici aucupis imp. ... ducis Sax.

Otto Magnus imp. Henricus seu Hezelo, dux Bavariae,

Zuldi... apud Reginonem, è bellis cum Rudolpho rege Burgundiae notus.

Carolus I. Calvus, imp. & rex Gall. ob. 877.

Ludovicus III Balbus. Carolus, rex Aquitan. Carolus, monachus ferox.

Ludovicus III. imp. ob. 879?

Ludovicus. Carolomannus. Ludovicus inutilis rex Franciae.

Carolus III. simplex, rex Franc. Ludovicus IV. transmarinus, rex Franc.

Carolus dux Lothar primus. Gerberga, ux. Lamberti comitis Lovanii, stirps Landgraviorum Hassiae. Otto, dux Lothar. ob. 1004.

Lotharius IV. rex Gall. - Ludov. V. rex Gall. ultimus ex stirpe Caroli M.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

IV. Ex Caroli M. filiis intelligo successisse LUDOVICUM I. in imperio. Quid rerum ille gessit?

Diu ante obitum Carolus M. cum adhuc illi superessent Pipinus & Carolus filii, testamento condito, sic regnum diviserat, ut Ludovici essent Aqvitania, Vasconia, Burgundia, Provincia ac Septimania seu Gothia in Hispania citeriore; Pipini Longobardia & Bavaria, sicut eam Thassilo tenuit, & illa in Germania pars, qvæ in Australi Danubii ripa usq; ad Rhenum & Alpes excurrit, ducatumq; Curiensem continet; Caroli Francia, Alemannia reliqva, Austria, Neustria, Turina, Saxonia, Frisia & Nortgoviensis Bavaria. Addidit, unde constat, antiqvos reges non nisi electione populi esse constitutos. Hæc enim verba testamenti sunt: Qvod si talis filius cujuslibet istorum trium fratrum natus fuerit, qvem populus eligere velit, ut patri suo succedat in regni hereditate, volumus, ut in hoc consentiant patrui ipsius pueri, & regnare permittant filium fratris sui in portione regni, qvam pater ejus, eorum frater, habuit. Legitur ipsum testamentum apud Baronium ad annum IↃCCCVI. num. XVII. qvod recens ex bibliotheca Pithœi acceperat. Cæterum ante patrem decessere CAROLUS natu major & PIPINUS: ille sine liberis; hic inter tumultus Venetos, relicto BERNHARDO. Cum igitur ex ultima patris voluntate provinciæ Carolo subjectæ inter LUDOVICUM & Bernhardum Pipini filium essent dividendæ, Bernhardus in Italia causatus, nimis magnam partem per Germaniam, Galliam, Hispaniam & Italiam accrevisse patruo Ludovico imperatori, cum illum difficili adversus Danos bello implicatum cerneret, ut Galliam sibi vendicaret, novis rebus cœpit studere. Sed ille, Danicis motibus compositis, cum exercitu in Italiam advolavit, & frustra supplicem, oculis privatum, Bernhardum monachorum claustris inclusit: ejusq; loco suum filium LOTHARIUM Italiæ præfecit. Triduo postqvam excœcatus fuerat Bernhardus, sive ipse tædio longioris vitæ mortem sibi conscivit, sive ex dolore interiit: tantusq; Ludovicum terror invasit, ut cœtu episcoporum & procerum Attiniaci convocato publicam ageret pœnitentiam. Et hic forte, qvod Helmoldus lib. I cap. IV. testatur factum, sic evexit episcopos, ut regni principes eos legeret, sed magno cum suo & posterorum malo, ut audiemus. Autor vitæ ejus testatur, tres patris naturales filios, Diogenem, Theodoricum & Hugonem, rebellioni & ipsos reos factos, monasterio eum inclusisse. Cæterum Normannum, Britanniæ citerioris præfectum, qvod se regem dixerat, acie victum peremit.

Inde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Inde ad luxum & fastum episcoporum coërcendum conversus, (novis enim dignitatibus videbantur luxuriari) tantum incurrit eorum odium, ut, qvem antea nomine Pii dignum judicarant, qvi & vel hinc illum titulum meruerat, qvod episcopatum Hamburgensem fundavisset, ad eum evertendum jam omnibus nervis contenderent. Ad illud scelus usi sunt ipsis ejus filiis. Tres enim ei nati fuerant ex Hermingardi: LOTHARIUS in Italia; PIPINUS in Aqvitania; LUDOVICUS in Bavaria reges; duo ex Juditha, Guelphi comitis Altorfensis filia, qvam secundis nuptiis duxerat, CAROLUS & RUDOLPHUS. Illis igitur sese sociantes episcopi, qvos numero & robore plus posse videbant, infirmiorem variis calumniis proscinderunt: Carolo & Rudolpho omne parari imperium: novercalibus insidiis incumbere reliqvis exitium: imperatorem senem à Juditha, eaq; adultera, ut qvæ cum Bernhardo Hispano, comite Barcinone, cubiculi præfecto, clandestinis complexibus consvesceret, pendere totum. Credula juvenum ætas facile in patrem armabatur. Et qvanqvam prima incendia pater prudenter restinxit, Bernhardo à se dimisso, & imperatrice Juditha ad tempus in monasterio commorari jussa, tandem tamen à filiis prioris matrimonii captus, aliqvamdiu circumductus, & in monasterium Svessione intrusus est. Juditha cum filiis eandem sortem subiit. Sed proceribus Germaniæ, conventu Neomagi habito, iniqvitatem rei detestantibus, imperator imperio redditus est: qvi paterna indulgentia filios in gratiam recepit, & revocata ab exilio conjuge, filium ejus ex se natum Carolum, frustra reluctantibus reliqvis, regem Neustriæ declaravit. Celtica illa fuit & Lugdunensis Gallia, qvam à tempore Caroli M. Westrichum seu Neustriam, sicuti reliqvas terras, qvæ intra Transilvaniam & Rhenum interjacent, Austriam nominare cœperunt. Qvin & Pipino, rege Aqvitaniæ cum denuo adversus patrem arma corripuisset, defuncto, filiis ejus Pipino & Carolo, præteritis, Aqvitaniam inter Carolum & Lotharium divisit. Qvod cum Ludovicum Bavariæ regem ægerrime haberet, denuo in patrem sese armavit. Sed Ludovicus senior parricidale bellum, qvod episcopi studiose fovebant, morte prævenit, imperioq; Lotharius occupato, fratres, Ludovicum in Bavaria & Carolum in Aqvitania, qvi indigne ferebant, se à justa hereditate excludi, nec fratri tanqvam imperatori parere volebant, armis adortus est. Bellum hoc inter fratres excitatum adeo funestum & cruentum fuit, ut eo omnes pene Francorum vires conciderent. Perierunt in primo prælio ad Fontanedum in Gallia Lugdunensi plus qvam centum millia hominum:

vi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

victusq; Lotharius, cum viribus instauratis denuo ad Argentoratum aleam prælii subiret, fratres altera vice habuit superiores. Pace tandem constituta, tetrarchia anno DCCCXLIII. inita est, qva Ludovico cessit Germania seu regnum orientale; Carolo Gallia seu regnum occidentale; Pipini filiis Aqvitania; Lothario imperium cum Italia & aliqva parte Franciæ, qvæ posthac Lotharingia dici consvevit. Inde Ludovicus motus in Saxonia & Bohemia felicibus victoriis sedavit. Lotharius Saracenorum in Italiam inq; ipsum Latium irruptiones, qvantum potuit, per duces avertit, Romanosq;, qvi consilia clandestina de reddenda Græcis urbe agitabant, compescuit. Carolus vero à Normannis, qvi ex Dania & Norvegia in Gallia per Ligerim advecti, ad ipsam Parisiorum urbem accesserant populabundi, pace redemta, Pipini filios, Aqvitaniæ principatu dejectos, ad sacros ordines relegavit. Nihil jam erat in imperio qvietum, nihil tutum, dissidiis fratrum subinde repullulascentibus. Cumq; Lotharius imperio per XV. annos præfuisset, sponte illo deposito, monasterium ingressus, tribus filiis tria regna concessit: LUDOVICO Italiam cum imperio; CAROLO Galliam Narbonensem; LOTHARIO Lotharingiam. Carolus cito decessit. Lotharius, amoribus pellicis Waldradæ, qvam à tenera jam ætate deperierat, inductus, legitimam conjugem Teutbergam, qvam sibi invito afebat à patre obtrusam, incestuosi adulterii insimulatam, seq; etiam ream confessam repudiavit, autoritate usus episcoporum in concilio Aqvisgranensi: qvi post dimissam adulteram putabant licite cum alia contrahi posse. Sed sententiam episcoporum, ab aliis papæ legatis antea probatam, Nicolaus I. fecit irritam, & Lotharium fulmine petiit: episcopos etiam synodi Metensis, qvi secundum Lothariũ dixerant sententiam, communione & dignitate, qvantũ in ipso fuit, privavit: contra qvam tamen sententiam illi variis scriptis exceperunt. Lotharius, cum à nexu ecclesiastico Romæ solutus esset, expiationi diu non superfuit, sed in itinere peste extinctus obiit. Sic omnia regna paterna solus Ludovicus II. imperator obtinuit, ductoq; in Saracenos exercitu, eos Campania expulit: Capuam, cujus perfidiam expertus fuerat, magna parte delevit: ob idem delictum Adelgisum, Beneventanum principem Italia exegit. Illo sine masculo herede defuncto, inter duos ejus patruos, CAROLUM GALLUM, qvem CALVUM vocant, & LUDOVICUM GERMANICUM de imperio lis oritur: qva tamen ad jus revocata, Carolus, suffragiis episcoporum & procerum Italiæ electus, successit, & ad præsidia imperii qværenda filiam Ludovici II. Her-

ming-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

mingardin Bosoni, qvem regem Provinciæ & Arelatis fecerat, despondit, & Berengarium ac Gvidonem, qvorum ille sangvinem referebat ad Carolum M. tanqvam nepos Caroli Crassi ex filio Eberhardo, hic ad Longobardorum reges, duces creavit: illú Forojuliensem; hunc Spoletanum. Qvo tamen consilio & Italia ab imperio pedetentim abstracta, & stirps Carolina tandem radicitus excisa est, ut jam dicetur.

V. Sum scilicet sæpe consiliis pereunt mortales! Sed qvid rerum Carolus Calvus gessit, & qvis eum exitus mansit?

Plurima habendi cupiditas eum evertit. Nam Ludovico Germanico, qvem fratrem habuit, defuncto, filiis ejus CAROLOMANNO, LUDOVICO & CAROLO CRASSO de paterno regno bellum movit non necessarium. Sed insolens & avarus homo à Ludovico primum ad Andernacum; deinde à Carolomanno & Carolo ad Veronam victus & fugatus; vita demum ipsa post duorum annorum imperium expulsus est. Filius ejus LUDOVICUS BALBUS, rex Galliæ, imperii qvidem titulum pontifice & proceribus Italiæ autoribus usurpavit, sed vix per biennium illo usus, morbo decessit, summamq; potestatem ad patruelem Carolum Crassum, Ludovici Germanici filium, transmisit, ad qvem jam initio proceres inclinaverant. Hic Italiam, qvam pater suo sibi gladio pepererat, jam conjunxerat Germaniæ, duobusq; fratribus Ludovico & Carolomanno solus superstes, potentia summa vires roboraverat, totaq; Italia Saracenos expulerat. Dignus ergo visus, cui habenæ rerum summæ committerentur, imperator salutabatur. Sed qvanta polluerat hactenus autoritate, tantum paulo post incurrit odium. Normannis enim denuo in Galliam irrumpentibus, qvam tutorio nomine pro Carolo Simplice Ludovici II. filio postumo sumserat regendam, cum minus prudenter, minusq; feliciter resisteret, & alteri Normannorum duci Sigfrido Frisiam; alteri Rolloni, Ruperto deinde in baptismate dicto, Neustriam ab hoc tempore Normanniam dictam, concederet, minusq; mente & corpore valeret, jussus à Germanis imperio cedere, successorem accepit suum ex fratre Carolomanno nepotem ARNULPHUM, & paulo post mœrore obiit. Arnulphi imperium fatales exceperunt regnorum mutationes, dum ubiq; spernebatur, qvia illum ferebant ex concubina, nobili Carentana, illegitime natum. Illinc Gallias hinc Germania: isthinc Italia abiit in partes. Alibi Moravi & Slavi limites imperii infestabant: in qvibus reprimendis dũ occupabatur, tumultus undiqvaq; indies augebantur. Odo seu Otto, Andium comes

in Gallia, ex ſtirpe Wittekindi, pueritia Caroli Simplicis regis, cujus tu-
torem ſeſe profitebatur, abuſus, regnum ſibi parabat. Richardus, comes
Auguſtodunenſis, Burgundiæ ducem ſe dixit: Rudolphus, Conradi comitis
Strætlingenſis filius, Hugonis abbatis nepos, adeoq; ex ſtemmate Caroli M.
diadema ſibi in Burgundia ad alpes trans Juram impoſuit: inq; ejus poſte-
ris hoc regnum, qvod complectebatur Sabaudiam, Helvetiam, Briſgoiam;
poſtea etiam Arelatem & Maſſiliam, ab Alpibus ad Rodanum, per annos
CXLII. permanſit usq; ad Rudolphum illum, cujus ſoror regnum Burgundiæ
tranſtulit ad maritũ Conradum II. imp, ducem qvidem Bavariæ, ſed ex Sa-
xonica Ottonum familia. Præterea Normanni Lotharingiam depopulaban-
tur: qvos tamen gravi clade Arnulphus affecit. In Italia præ aliis duo
eminebant, BERENGARIUS dux Veronenſis & ForoJulienſis, nepos
Caroli Craſſi, & GVIDO Spoletanus dux, è ſangvine regum Longobardiæ,
qvorum jam meminimus. Hi, dejecto & defuncto Carolo Craſſo, ob ali-
qvod Adriani III. papæ & procerum decretum, qvod Sigonius libro V. &
VI. allegat, de regno Italiæ tituloq; imperii in ingens certamen dilapſi ſunt.
Decreverant, ut, ſi Craſſus ſine filiis decederet, ne porro in creando ponti-
fice autoritas imperatoris exſpectaretur, regnumq; Italicis principibus una
cum titulo imperii redderetur. Qvantam malorum ſegetem temeraria con-
ſtitutio invexerit, vix dici poteſt. Defuncto enim Craſſo BERENGARI-
US, Eberhardi filius, dux ForoJulienſis, nepos Caroli Craſſi, jure avito re-
gnum Italiæ ſibi vendicavit, & Papiam ingreſſus, corona Longobardiæ Me-
diolani ab antiſtite accepta, regiam ibi ſedem collocavit. GVIDO Spole-
tanus contra, à dejecto patre nullum jus transferri poſſe in poſteros, cauſa-
tus, à ſuis Spoletanis, acclamante pontifice & magna Italiæ parte, adver-
ſus Berengarium rex eſt ſalutatus, & exercitu educto, cum eo ad Trebiam
conflixit. Berengarius deceſſit victus. Refecit qvidem exercitum: ſed de-
nuo in agro Brixiano in acie inferior, ex Italia ad Arnulphum impera-
tem in Germaniam conceſſit. Gvido Papiam occupavit & totam Longo-
bardiam, atq; anno Iɔcccxci. à Stephano pontifice imperator eſt conſecra-
tus. Arnulpus id ægre ferens, cum Berengarius ſe omnibus in rebus obno-
xium fore promiſiſſet, Zvendebaldum filium cum exercitu in Italiam miſit
contra Gvidonem. Fruſtra ille tentavit Papiam. Ideoq; Gvido animo jam
elatior, filium LAMBERTUM imperio adſcivit ſocium. Sed Arnulphus
ipſe poſt biennium adfuit, & fugato tota Longobardia Gvidone, Bereng-
rio Veronam commiſit. Vix Italia egreſſus fuerat, cum Gvido vomitu ſan-
gvinis

gvinis repentini interiit. Berengarius è Verona Papiam se cum exercitu recepit, & regiam denuo occupavit. Sed cum Lambertus collectis ad se Italis, qvi cum ipso sentiebant, vim intentaret Papiæ, Veronam sine certamine rediit. Sic Lambertus denuo rex salutabatur. Sed Arnulphus denuo advolavit, præsertim qvia Sergius & Formosus pontifices in periculoso schismate adversus se invicem tumultuabantur. Roma occupabatur à militibus, qvi leporem ad urbem fugientem inseqventes, mœnia, repentino motu ab incolis deserta, conscendebant. Sic Arnulphus à Formoso imperator inunctus, in sua verba Romanos jurare jussit. Cumq; Gvidonis uxorem ad arcem Camerinam obsideret, venenum ei propinatum est, per qvod corpore in phthiriasin soluto, misere interiit, cum in Germaniam rediisset. Successorem accepit LUDOVICUM IV. filium. Interea Stephanus VII. pontifex omnia Formosi acta rescidit: Arnulphum ab eo imperatorem vitio esse factum decrevit: Lambertum inunxit imperatorem. Qvi tamen paulo post, cum Mangifredus Mediolani comes, & Adelbertus Lucæ marchio, & alii, ejus imperium detrectarent, ab Hugone, Margifredi à Lamberto necati filio, in venatione est peremtus. Sic igitur Berengarius denuo Papiam & regnum Italiæ occupavit: & qvanqvam à LUDOVICO, Provinciæ in Galliis rege, BOSONIS, cujus supra meminimus filio, Ludovici II. imperatoris nepote, à proceribus nonnullis in Italiam evocato, & ab ipso Berengarii genero Adelberto marchione Eporæsiæ adjuto, atq; à Benedicto IV. coronato, altera vice expelleretur, hunc tamen securum, ex insidiis Veronam noctu ingressus, captum oculis privavit,, & regno recuperato, Hungaros populabundos, ipsamq; Papiam petentes, fugavit qvidem, sed, cùm victis effugium nollet aperire, ab illis magnam accepit cladem, nec potuit eos ab Italia prius removere, qvam auro mitigatos. Ecce autem rarum humanæ felicitatis vices variantis exemplum. RUDOLPHUS, qvem supra Burgundiæ regnum invasisse diximus, à nonnullis Italiæ proceribus evocatus, rex q; salutatus Italiæ, Berengarium jam iterum novis gaudentem successibus tertio deturbavit, fugavit, Veronæ occidi curavit: ipse qvoqve brevi felix. Ad lares enim patrios visendos absens, cum Saraceni Italiam denuo infestam tenerent, à rebellibus regno Italiæ dejectus, ejusq; in locum HUGO ARELATENSIS, Lotharii Arelatensis comitis filius, Lotharii regis Lotharingiæ nepos, suffectus est: qvi, ut ultro suo jure cederet Rudolphus, Arelatense regnum illi cessit. Hic MAROZIA, genus ex Ludovico II. imp. ducente, ductâ in uxorem, ejus nomine Tusciæ marchionatum
 obti-

obtinuit, adeoq; jus in ipsam Romam acqvisivit, qvia marchiones Tusciæ simul erant S. Angeli in urbe Romana domini. Marozia illa fuit filia THEODORÆ, nobilis & potentis feminæ, à qva amasius ipsius ad papalem dignitatem nomine Johannis IX. (X) est evectus, filius Landonis. Huic Theodoræ duæ fuere filiæ, Theodora & Marozia seu Maria. Theodora uxor Adelberti, marchionis Tusciæ, mater fuit Alberici, qvi dominatum urbis Romæ tempore Johannis XI. tenuit. Marozia cum ex Sergio III. pontifice concepisset Johannem XII. nupsit primo Gvidoni, filio Adelberti marchionis Tusciæ legitimo, & ex eo sustulit Albericum juniorem. Gvidone defuncto, nupsit prædicto Hugoni Arelatensi, qvem aliqvi pro ipso Gvidonis fratre habent, eumq; dicunt incestas cum fratria nuptias contraxisse. Sic Hugo, excluso Lamberto, Gvidonis filio, Tusciam, Romæq; principatum occupavit, tandemq; rex Italiæ & imperator declaratus est. Cum autem privigno Alberico ob aqvam minus scite administratam alapam inflixisset, curavit ille, ut urbe hic suus vitricus ejiceretur, ipseq; veteri magistratu renovato consul crearetur. Hugo nihilominus regnum Italiæ cum filio LOTHARIO aliqvamdiu administravit, & classem Saracenorum, maritimam Italiæ oram infestantium, Græco igni incensam rejecit. BERENGARIUS II. prioris Berengarii ex filia Gisela & Adelberto Eporegiæ marchione nepos, qvi hactenus apud Svevos latuerat, illum tandem, postqvam xx. annos regno præfuerat, à proceribus jam desertum eo adegit, ut nomine regio contentus, sibi regimen Italiæ concederet. His factis Hugo brevi post è vita cessit, ut & Lotharius. Berengarius postea cum filio Adelberto regno Italiæ ab Ottone imperatore exutus est. Cum enim Adelheidam Lotharii viduam ex civitate Papia, qvam dotis nomine possidebat, ejecisset, ipsamq; captivam detineret, Otto illam, priore defuncta conjuge, sibi sponsam elegit, & Italiam ingressus, non saltem Papiam recepit, sed & Berengarium, ejusq; filium, per Lotharingiæ ducem Conradum generum eo adegit, ut ad victoris clementiam confugiens, regnum ex ejus arbitrio reciperet, Marchia Veronensi & Forojuliensi excepta, qvam Otto Henrico fratri Bavariæ duci attribuerat. Sed mox fidem fallens, Berengarius omnia turbare cœpit. Ideoq; Otto in Italiam regressus, illum ejectum in Bavariam relegavit, sibiq; regnum Italiæ universum partim per uxorem Adelheiden, partim armis vendicavit. Qvæ omnia ut rectius intelligantur, schema regum & imperatorum Italiæ post Carolum Crassum, prout Sigonius illos & alii recensent, apponemus in tabella.

REGES

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

REGES ET IMPERATORES ITALIAE
inter Carolum Crassum & Ottonem I.

A.C. A.R.

891. I. II. GVIDO dux Spoletanus & BERENGARIUS dux Forojuliensis adversis armis. 3. 4.
894. III. LAMBERTUS, Gvidonis F. post expulsum Berengarium. 2.
898. - BERENGARIUS iterum.
900. IV. LUDOVICUS, Bosonis regis Provinciæ seu Arelatensium filius, Ludovici II. imperatoris nepos. 2.
902. - BERENGARIUS tertio. 21.
921. V. RUDOLPHUS rex Burgundiæ post Berengarium, anno seculi xxii. per ministrum Flambertum scelerate occisum. 5.
926. VI. VII. HUGO comes Arelatensis, & ejus filius LOTHARIUS. 24.
950. VIII. IX. BERENGARIUS II. Eporægiæ marchio, nepos Berengarii I. ex filia Gisela & marchione Adelberto: ejusq; filius ADELBERTUS. 12. 11.
962. OTTO I. imperator.
973. OTTO II. &c.

V. Multos enarrasti reges, qvi Italiam sibi adversus Germanorum imperatores vendicarunt: sed ut ad imperatores redeamus, qvid post Arnulphum ultimum ex Carolina stirpe veneno sublatum LUDOVICUS IV.? Qvid CONRADUS? Qvid HENRICUS AUCEPS, qvos ante tres Ottones in catalogo recensuisti?

LUDOVICUS IV. per ætatem nondum erat ad res gerendas idoneus; & qvanqvam ejus & imperii curam susceperant Otto dux Saxoniæ & Hatto archiepiscopus Moguntinus, variis tamen dissidiis [illegible] ra est fenestra. Albertus, aliis dictus Adelbertus, comes Babenbergensis, episcopum Herbipolitanum oppugnabat, &, qvi partes ejus defendendas sumserat, Conradum ducem Franconiæ, patrem Conradi imperatoris, ex insidiis interceptum necaverat. Proscriptus igitur ab imperatore, persvasu Hattonis se in fidem ejus dedidit. Juraverat enim Hatto, se aut gratiam ei imperatoris, si secum ex arce exiret, aut incolumem loco restituturum. Sed egressum statim, ut prandium sumeret, reduxit, & existimans, se vinculo juramenti solutum, imperatori tradidit Albertum, qvi statim securi est percussus. Hic ipse Hatto torqve aurea veneno illita conatus est perimere Henricum aucupem, cum Ottoni patri in ducatu Saxoniæ successisset. Sed fraus auri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

aurifabri pietate detecta frustra fuit. Cæterum tempore Ludovici IV. bella exardescebant in Lotharingia. Et imprimis Hungari ex Pannoniis egressi, Bavariam in prædam petebant. Cum his Ludovicus continuo dierum trium prælio congressus, florentissimam perdidit clade accepta Germanicæ nobilitatis partem, nec nisi auro ab imperio Hungaros avertere potuit. Omnia jam ubiq; locorum injuriis hostium patebant. Saraceni denuo Italiam petebant. Eandem reges varii, qvos supra memoravi, perturbabant. Slavi ex alia parte imminebant. Imprimis Hungari omnes imperii partes non cessabant validissimis irruptionibus fœdare. Qvibus turbis cum remedium Ludovicus invenire haud posset, ægritudine animi sine liberis mortuus est. Proceres de eligendo novo imperatore in partes secesserunt, nonnullis Carolū Simplicem regem Galliæ evocantibus, reliqvis in CONRADUM ducem Franconiæ incumbentibus. Conradus suffragiis superior diadema accepit. Hunc aliqvi, ut Urspergensis, faciunt Ludovici IV. ex fratre Conrado, duce Franconiæ, nepotem; aliqvi Ludovicum illum IV. ultimum esse censent ex stirpe Carlingorum. Cæterum Conradus, pace ab Hungaris annua pensione coemta, adversos sibi proceres proscripsit: Arnulphum Bavaria ejecit: duos fratres ducis Lotharingiæ Giselberti bello captos securi percussit. Sunt, qvi putant, sub hoc imperatore multas præfecturas marchionum & comitum hactenus temporarias, factas esse hereditarias, ut ad posteros jure feudali transmitterentur. Hanc vero animi vehementiam, morbo jam correptus, & morti vicinus, laudabili probitatis exemplo emendavit. Neglectis enim fratribus, & privatis odiis sepositis, ipsum suum adversarium HENRICUM AUCUPEM ducem Saxoniæ, Arnulphi imperatoris ex filia Lutgarda nepotem, virum sapientem & fortem, commendavit proceribus, qvod unum afflictas imperii res erigere posse confidebat. Stirpem duxit secundum aliqvos ex Wittekindi magni fratre Brunone. Aliqvi dicunt, ex ipso Wittekindo eum originem traxisse, nempe qvi faciunt Wigebertum filium Wittekindi, & Brunonem filium Wigeberti.

FAMI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

FAMILIA HENRICI AUCUPIS haec est.

VVernechinus moritur 468. septimus ab Hengiste rege, qui novum regnum condidit in Anglia.

VVitekindus M. 807.

VVigebertus dux Saxon. 843.

Bruno, dux Saxon. 843.

Ludolphus tempore Ludovici pii.

Otto dux Saxon. gener Arnulphi imp.

Henricus I. Auceps imper.

Otto I. magnus, imp.
- *Ludolphus dux Sveviae, patri rebellis. - OTTO dux Sveviae, pater Gregorii V. papae.*
- *Otto II. imp.*
  - *Otto III. imp.*
  - *Hugo dux Saxon. pater Bertholdi, ex quo descendunt duces Sabaudiae.*

Henricus dux Saxon.
- *Henricus seu Hezelo rixosus, dux Bavar.*
  - *Henricus seu Hezelo. - HENRICUS II. Sanctus imp.*
  - *Bruno, marchio Saxoniae & dominus Brunsvigae, stirps marchionum Saxon.*

VVilhelmus, archiep. Mogunt.

Tanquardus nothus ex concubina.

Adelheida, uxor Hugonis magni, comitis Andium & Parisiorum: unde reges Galliae Capetingi.

VValbertus, stirps comitum Altenb. marchionum Montisf.

VVitekindus II.
- *VVitekindus III stirps regum Galliae Capetingorum.*
- *Dilrennus, stirps marchionum Misniae & Landgr. Thur.*

Bruno, dux Angrivariae, stirps ducum inferioris Bavariae.

HENRICUS, AUCEPS cognominatus, quia, cum Eberhardus, dux Franconiae illi nuncium de oblato imperio afferret, illum offendit in aucupio, imperio suscepto, Ludolphum Alemanniae & Arnulphum, quem aliqui Arnoldum vocant, Bavariae duces, imperium affectantes, in gratiam recepit, pacemque cum Bavaro, ab armis ad colloquium & amicitiam deducto, nuptiis liberorum [illegible]. Deinde Henetos aggressus, Brandeburgo illis erepto, marchionatum Brandeburgicum fundavit. Post Danorum rege Gormone devicto, Marchiam Slesvicensem huic genti opposuit: Marchiam item Misnensem, condita Misena, ut & Lusaticam adversus Bohemos & Polonos constituit: quin & ipsos Bohemos, capto duce Wenceslao, fecit imperio tributarios. Et postea ad Martisburgum Hungaros irrumpentes, quibus, cum pensionem annuam sibi à Ludovico IV. & Conrado I. promissam & hactenus datam poscerent, negarat, & scabiosum canem loco tributi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

buti miserat, acri prælio fusos, tota Germania exegit; ludisq; eqvestribus certo legum tenore circumscriptis tandem felix excessit. Hujus imperatoris tempore qvædam civitates Galliæ, qvæ certis tantum conditionibus hactenus Francorum & Burgundorum dominium agnoverant, ad Germanicum imperium respicere cœperunt, sic suæ libertatis se compotes permansuras ratæ. Inter has fuere Geneva, Visontio, Tullum, Tornacum, & inprimis Arelas & Sabaudia, Burgundico regno subtractæ: cujus tractus regii archicancellarium se profitetur archiepiscopus Trevirensis: cuiq; primus comes, è Saxonia oriundus, ab Ottone I. imperatore est impositus: sed in qvo Carolus tandem IV. filium Caroli V. regis Galliarum, vicarium imperialem constituit, castellis illi aliqvot donatis. Cæterum qvomodo comes Altenburgensis Albertus Henrici imperatoris filiam rapuerit, inq; recessibus silvarum Bohemicarum extructa arce cum ea qvinqvennium transegerit, tandemq; bello petitus, cum socero in gratiam redierit, legi potest apud Hagecum ad annum cIɔix. Filius Henrici Aucupis OTTO, à rebus gestis MAGNUS dictus, primis imperii annis motus in Bavaria sedavit: Bohemos sub impio Boleslao adversus Christianos extrema conatos diuturno bello attrivit, regemq;, ut se arbitrio Cæsaris permitteret, adegit: Henricum Hezelonem Bavariæ ducem, suum fratrem, imperium sibi vendicantem, ejusq; confæderatos, Eberhardum Francum, Giselbertum Lotharingum, fratremq; suum nothum Tanqvardum, qvi Geroni marchionatum Brandeburgensem, illi autoritate imperatoria donatum, eripere conabatur, ope Conradi Svevi partim in acie peremit, partim in ordinem redegit: Hugonem Parisiorum comitem, qvi capto regi Ludovico IV. regnum Franciæ præripere audebat, ad saniorem mentem compulit: dumq; id agebat, milites, qvos Hugo stramineos Saxones per ludibrium appellaverat, pileis stramineis ornatos jussit procedere, & fastum Galli sic deprimere: comitem Burgundiæ, ut jam diximus, ea parte, qva Burgundico regno subtracta est, præfecit: Berengario II. Italiæ rege, qvod & ipsum jam diximus, victo, regnum Longobardicum, ducta Adelheida Lotharii regis Italiæ vidua, imperio recuperavit, & imperator Romæ ab Ordinibus renunciatus, & à pontifice inunctus, æterno qvidem fœdere cum Germania junxit Cæsaream dignitatem, regniq; Italici seu Lombardici possessionem, tanqvam hereditariam, sed ut sua utriq; regno & reliqvis imperii Romani membris jura essent illibata, qviq; rex Germanorum esset Aqvisgrani coronatus, idem etiam deinde Papiæ vel Mediolani coronaretur rex Longobardorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

dorum & Romæ imperator. Ab hoc certe tempore Otto una cum Cæsarea dignitate jura antiqvorum Cæsarum tam in eligendo sibi successore, qvam in pontifice creando, inq; archiepiscopis & episcopis pedo episcopali investiendis usurpavit, Romaniq;, dum fidelitatem jurabant, se nunqvam præter consensum & electionem imperatoris papam esse vel electuros vel ordinaturos, promittebant, ut est apud Luitprandum. Qvod juramentum etsi semel atq; iterum posthabuere, ut tamen ipse tumultuantes in ordinem redegit, ita ejus successores usq; ad Henricum IV. eodem jure in urbe sua regia, seu Romani consveverunt vocare, usi sunt, donec Gregorius VII. seu Hiltebrandus tempore Henrici IV. omnia turbaret. Hic ipse Otto episcopo Magdeburgensi primatum Germaniæ concessit, & Lotharingiam imperio redunivit. Ducta igitur Adelheida secunda conjuge, filium ex prioribus nuptiis Ludolphum (qvi ex nuptiis filiæ Hermanni, ducis Sveviæ, ducatum Svevicum acqvisiverat) adeo offendit, ut armis impie arreptis, multisq; principibus ad rebellionem commotis, Hungaris etiam in auxilium evocatis, patrem adoriri non vereretur. Qvin & alter ejus filius Wilhelmus, Moguntiæ archiepiscopus, patrem diris devovit, causatus, qvod, qvia Adelheidis commater ipsi esset, cum ea jus connubii esse non posset. Sed Ludolphus ad Ratisbonam obsessus, & ad veniam petendam compulsus est. Et Otto cum Hungaris ad Lycum amnem congressus, non procul ab Augusta omnem eorum exercitum delevit. Danorum regem, qvi, marchione Slesvicensi peremto, omnem illam oram sibi subjecerat, magno prælio victum ad fidem Christi amplexandam deduxit. Nonnullos etiam ex Slavis & Obotritis ad Balthicum mare armis ad religionem pertraxit. Deinde in Italiam progressus, Berengarium denuo sævientem ad perpetuos carceres damnavit. Pontificem Johannem XIII. sede movit, eiq; Leonem IIX. suffecit. Tumultuantes Romanos urbe capta compescuit. Italos certis legibus circumscripsit. Filio OTTONI II. Theophaniam, imperatoris Byzantini, Romani III. filiam, cum Apuliæ & Calabriæ dote in matrimonium petiit, &, cum Græca fide denegaretur, filio, ut sponsam, armis in Calabriam versis, vi Græcis extorqveret, autor fuit, multisq; fundatis ecclesiis, multis ex superstitione pagana ad religionem veram adductis, piam animam ætate gravis efflavit. Tumulo ejus inscriptum est nobile epitaphium:

Tres luctus causæ sunt sub hoc marmore clausæ.
Rex: decus ecclesiæ: summus honos patriæ.

Otto II. cum defuncto patri ſurrogaretur, invidit ei hanc dignitatem patruelis Henricus, alias Hezelo, Rixoſi Henrici filius, dux Bavariæ: nec ſaltem Lotharingos & epiſcopos in Ottonem armavit, ſed adverſus illum & Danorum, Polonorum & Bohemorum auxilia ſibi aſſociavit. Verum Hezelone facile repreſſo, reliqvi omnes, armis poſitis, cum imperatore in gratiam redierunt. Inde bello Gallico Lotharingiam à Gallis occupatam imperio reddidit. Poſtea in Italiam progreſſus, Romanos proceres ad convivium vocatos ſubito cinxit armis, & qvi hactenus crebro rebellionem moliti fuerant, ſecuri percuſſit: atq; inde Sangvinarii nomen apud Italos meruit. Adverſus Græcos deinde expeditione facta, qvi Saracenorum Siculorum ope Apuliam & Calabriam vi receperant, initio qvidem, Romanis & Beneventanis turpiter aciem deſerentibus, victus, & in extremum diſcrimen adductus eſt, poſtqvam tamen captus in mare deſiliit, & natando elapſus beneficio Græcæ lingvæ, qvam callebat, victorum manus effugit, dilapſis copiarum reliqviis collectis, ita Saracenos afflixit, ut pallida mors Saracenorum diceretur. Huic victoriæ non diu ſuperfuit. Filium ejus OTTONEM III. nondum maturum ad tanti imperii habenas flectendas, confeſtim multæ turbæ involverunt: qvas tamen felici admodum conſilio compeſcuit, nova conſtitutione facta, ut electio imperatoris, excluſis omnibus exteris & peregrinis, ex ſolis Germanis & per ſolos fieret. Miraculoſus & Mirabilia mundi cognominatus eſt, aut ob ſapientiam, aut ob facinora heroica. Puerum adhuc, patre defuncto, tutelæ prætextu abreptum ſecum detinuit Henricus, dux Bavariæ. Sed principes vi eum raptori extorſere. Adultiori præcipuum negotium fuit adverſus Creſcentium Romanum conſulem conficiendum. Hic enim dignitatem urbi tribunitia qvaſi poteſtate redditurus, pontificem urbe pepulerat: & qvanqvam impetraverat veniam, ad ingenium, pontifice prioris ſucceſſore pulſo, redierat. Captus igitur ab imperatore, magnis itineribus ad urbem reverſo, & vili jumento facie averſa impoſitus, perq; urbē vectus, naſo & auribus abſciſſis meritam cum XII. ſeditionis ſociis, inter qvos erat Johannes pontifex, pœnam luit: edictūq;, ut poſthac jus eligendi imperatorem penes ſolos eſſet Germanos. Saraceni hoc tempore Italia repetita in Campaniam delati, Capuam occupaverunt. Qvapropter Otto, coacto exercitu, egregia virtute Saracenis victis, Capuam recuperavit. Genuenſes imprimis & Piſani ſub Ottone III. opibus aucti ſunt: illi Corſica; hi Sardinia à Saracenis recepta. Florentini etiam Feſulis potiti, urbis everſæ potentiam in

ſuam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643


ſuam urbem receperunt. Otto vero tertia vice in Italiam, ad iteratos Romanorum tumultus ſedandos, reverſus, cum ægre ex diſcrimine, in urbe à perfidis obſeſſus, opera Hugonis marchionis Brandeburgici explicatus eſſet, ab uxore Creſcentii, qvam deperibat, venenatis chirothecis infectus periit. De Maria Arragonia, Ottonis hujus uxore, à nonnullis in literas relatum eſt, qvod comitem Mutinenſem, qvem in amorem ſui pellicere non potuiſſet, per calumniam oppreſſerit, & deinde à comitis, jam ad ſupplicium immeritum rapti, conjuge, qvæ, candente lamina portata, mariti innocentiam demonſtrabat, convicta, ultimo ſupplicio fuerit affecta. Qva de re qvisq;, qvod volet, judicet. Lambertus Burchius in Sabaudiæ hiſtoria refert, Beroaldum, Ottonis III. ex fratre Hugone nepotem, hanc patrui uxorem in adulterio deprehenſam una cum adultero, indignitate facinoris permotum, confodiſſe: Renatum, comitem Montenſem, Mariæ propinqvum ob id bello Saxones petiiſſe: nec prius id componi potuiſſe, qvam conditionibus pacis Beroaldus juberetur toto decennio Germania univerſa decedere.

VII. *HENRICUM II. ducem Bavariæ in ſerie imperatorum attigimus: qvem cur qvæſo SANCTUM, & cur CLAUDUM dixere? & qvæ ejus in imperio fata?*

Cur claudus dictus ſit, ipſa vox arguit. Qvia vero cum conjuge Cunigunda, alias Cunelinda, Sigefridi Palatini ad Rhenum filia, cœlibem egit vitam, monachi illum ſanctum cœperunt dicere, &, ut conjugis Cunigundæ ſanctitati cumulus accederet, qva fide neſcio, illam, ut de adulterio ſeſe purgaret, ignitum ferrum portaviſſe. Electus jam imperator Henricus, & qvidem non à VIIviris, qvibus tunc temporis nondum poteſtas hæc conceſſa erat, ſed ab omnibus regni primoribus, Eckhardum marchionem Saxoniæ, & marchionem Auſtriæ Henricum, qvi ſuffragiis reliqvorum non conſenſerant, repreſſit: Henetos ad paganiſmum regreſſos domuit: Bohemos & Polonos ad vetera pacta tuenda armis adegit: Hungaris ſpe nuptiarum, qvas cum Geiſela, imperatoris filia, eorum rex Stephanus ambiebat, religionem Chriſtianam perſvaſit: xxxii. filios Babonis comitis, ex duabus legitimis conjugibus præter ix. ſorores rara fœcunditate natos, patrisq; liberalitate ſibi commendatos, præfecturis, vicis, caſtellis locupletavit: epiſcopatum Bambergenſem, comite Bambergæ ſine herede extincto, fundavit: rebus in Germania conſtitutis, expeditione in Italiam ſuſcepta, Ardoinum Eporægienſem marchionem, qvem nonnulli proceres Italiæ imperatorem conſtituerant, duobus præliis proſtratum evertit:

Græcis cum Africanis Italiæ incumbentibus, ut inde removerent Normannos, Trojam Apuliæ urbem extorsit, eamq; pontificis ditionibus attribuit. Legitur apud Baronium diploma Henrici, qvo beneficia, ecclesiæ Romanæ ab antecessoribus collata, Bonifacio VIII. confirmavit. Sed ex eo ipso diplomate intelligitur, in omnibus regalibus, papæ concessis, imperatorem sibi suam dominationem servavisse integram, nec populos ecclesiasticæ potestati pontificis commissos à subjectione sua excepisse. Defuncto Henrico sancto, in amplissima planitie inter Moguntiæ & Wormatiæ confinia proceres Germaniæ convenere, & castris in utraq; ripa locatis, etsi initio contradicente Chunone seu Conrado juniore, duce Wormatiæ & Franconiæ, unanimi consensu elegere Chunonem seu CONRADUM majorem, junioris patruelem, ducem Franconiæ, cognominatum SALIQVUM: cujus stemma cognoscere licet ex seqventi tabula:

STEMMA IMPERATORUM FRANCONICORUM.



Electione facta (recensebo expressius, ut comparatio temporum fieri qveat, qvæ Wippo, Conrado II. à sacris, de vita ejus annotavit) augustalia defuncti imperatoris uxor Chunegunda, cui ea maritus reliqverat, produxit: & Moguntiæ eum archiepiscopus urbis, Aribo, regem Germanorum unxit & consecravit. Ille omnibus, qvi in eum deliqverant, in gratiam receptis, juramento fidelitatis ab omnibus præstito, & omnium afflictorum causis auditis, præfectisq; constitutis, statim Aqvisgrani è solio Caroli M. regali

temp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

remp. ordinavit, & in publicis comitiis jura divina & humana utiliter distribuit, &, qvanqvam literas ignoraret, omnem tamen clerum cum amabiliter & liberaliter palam, tum convenienti disciplina secreto prudenter instituit, ut loqvitur Wippo: antiqva beneficia militibus confirmavit, novisq; eos sibi obstrinxit, tanta cum laude, ut post Caroli M. tempora crederent, neminem regali sede digniorem: unde etiam proverbium: SELLA CONRADI HABET ASCENSORIA CAROLI. Hinc per Saxoniam, Bavariam, Franciam & Alemanniam pertransiens, omnes provincias composuit. Constantiæ deinde ab optimatibus regni Longobardici homagium sibi fieri curavit. Basileæ episcopum Udalricum constituit, accepta ab illo certa pecuniæ summa: qvod tamen simoniæ crimen ne posthac admitteretur, cavit. Postea Boleslaum, Polonorum ducem, qvi insignia regalia sibi ab Ottone III. concessa noluerat è manu Conradi denuo post fata Henrici II. sumere, eo adegit, ut, relicta Polonia fratri Ottoni, in Bohemiam fugeret, & nomine tetrarchæ post obitum Ottonis, ex insidiis interfecti, contentus esset. Hinc, designato prius per proceres rege ejus filio HENRICO III. expeditionem suscepit in Italiam, & Papienses seu Ticinenses, qvi morte Henrici II. audita, qvasi regem non haberent, arcem apud se regalem destruxerant, toto biennio afflixit & in ordinem redegit: Lucam etiam, cum Reginhero marchione sibi resistentem, ad obseqvium retraxit, & in festo Paschatos à Romanis imperator electus, à papa imperialem benedictionem & nomen Cæsaris & Augusti accepit. Inde in Apuliam processit; & alia loca vi, alia voluntaria deditione sibi submisit: Nortmannis, qvi illinc confluxerant, ad regni terminos adversus versutias Græcorum defendendos, certa loca habitanda concessit: Thasselgarum tyrannum, an prædonem, qvi jam tempore Henrici II. omnia in Italia turbaverat, captum ad patibulum damnavit. Interea in Germania novæ turbæ ciebantur ab Ernesto duce Sveviæ, imperatoris privigno, etsi multis ab illo beneficiis affecto. Geiselæ ille filius erat, qvæ primum nupserat Brunoni, marchioni Saxoniæ; deinde Ernesto, duci Sveviæ, Leopoldi filio, unde hunc Ernestum conceperat; tandem Conrado II. imperatori. Hæc Geisela, qvia erat ultimi regis Burgundiæ Rudolphi neptis ex sorore, qvum regni illius Burgundici hereditatem plures adire conarentur, meruit, ut tandem per avunculum cederetur regnum marito, &, qvem ex eo sustulerat, filio Henrico. Id ægre tulit Ernestus, & jus armis perseqvebatur, sed irrito conatu: ideoq; imperatore ex Italia reduce facto, Ulmæ in comitiis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tanqvam proditor damnatus est ad exilium in rupem Saxoniæ Gibichenstein. Post biennium tamen in gratiam certis conditionibus est receptus, & in ducatum Alemanniæ est restitutus: qvibus cum non staret, imperator eum hostem publicum declaravit, communiq; principum consilio eum cum omnibus justitiæ & pacis osoribus ab episcopis, ut loqvitur Wippo, excommunicari fecit, & patriam ejus possessionem fratri illius Hermanno concessit, cumq; paulo post eum à Manegoldo comite in fuga cæsum audisset, cadaver Constantiam delatum, prius accepta à potestate episcopali pro excommunicatione indulgentia, in templo D. Mariæ sepulturæ tradi curavit, & illud ingeminavit:

Raro canes rabidi faturam multiplicarunt.

Conradus dux Wormariæ, imperatoris patruelis, rebellionis etiam se reum fecerat: sed ille mature resipiscens, Carinthiæ & Histriæ ducatum in beneficium accepit, unde Adelberus cum filiis, reus majestatis factus, ejectus ab imperatore fuerat. Interea defunctus est anno cIɔxxxii. Rudolphus rex Burgundiæ sine liberis. Ille jam antea Henrico II. imperatori, cujus uxori itidem, ut Geiselæ, avunculus erat, spem regni Burgundici adeundi fecerat. Sed eo sine prole defuncto, Rudolphus omne regni jus testamento cessit Conrado, duci Franconiæ, postea imperatori, ejusq; filio Henrico, præterito tertio affine, Ottone, comite Campaniæ, qvi invito Rudolpho per rebellionem regnum adire voluerat. Qvæ res cum variis bellis dederit occasionem, genealogiam Rudolphi, ultimi regis Burgundiæ apponemus.

REGES BURGUNDIAE TRANSJURENSIS ex stirpe CAROLI M.

CAROLUS M. Imp.
LUDOVICUS PIUS, Imp.
LOTHARIUS. Imp.
LOTHARIUS II. rex Lotharingiæ, à Carolo Crasso dejectus.
CONRADUS, comes Strætlingensis, qvi, cum Hugbertum, Lothario II. regi Lotharingiæ, sororio suo, à qvo Burgundiam acceperat, sed qvi uxorem Teutbergam repudiaverat, rebellem interfecisset, illum ipsum ducatum meruit.
I. RUDOLPHUS I. ducatum Burgundiæ à patre acceptum in regnum convertit: idq; invito Arnulpho imperatore, à qvo & ejus filio Zundibaldo diu, sed frustra, est oppugnatus.

II. RU-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

II. RUDOLPHUS II. à Burchardo Alemanniæ duce, adversus qvem eduxerat exercitum, acie victus, pacem impetravit, ducta ejus filia Bertha. Id cum Henrico Aucupi imperatori displiceret, qvi inter hostes hactenus Bernhardum habuerat, lancea, qvæ Constantini M. fuerat, in donum illi oblata, confirmationem in regno Burgundiæ ab eo impetravit. Hinc in Italiam contra Berengarium evocatus, rex qvoq; Italiæ est salutatus. Aliqvamdiu id qvoq; regnum tenuit, & vel tertia expeditione contra hostes defendit. Tandem Itali iterum iterumq; rebelles, in illius locum elegere Hugonem, comitem Arelatensem, cui Rudolphus II. hoc pacto cessit, ut pro jure regni Italici regnum Arelatense acciperet. Interfectus est per sceleratum ministrum Flambertum.

III. CONRADUS, pacificus, Ottonis I. amicus, Hungaros, impetum in Burgundiam facientes, fortiter repressit, gener Lotharii, regis Franc.

Rudolphus III. ignavus ἄπαις. — *Cunigunda, ux. Henrici II. imp.* — *Geisela, ux. Hermanni ducis Sveviæ.* — *NN. uxor Ottonis comitis Campaniæ.*

1. Brunonis, marchionis Saxon. — *2. Ernesti, ducis Sveviæ.* — *3. Conradi II. imp.*

Ernestus. Hermannus. — *duces Sveviæ.*

Henricus III. imp.
Henricus IV. imp.
Henricus V. imp.

Post hæc tempora expeditio erat Conrado per filium Henricum in Slavos ad Albim, & adversus Bohemiam, ejusq; regem Udaricum suscipienda. Ipse etiam, Albi trajecto, ad Lutitios paganos profectus, castrum Werbenum condidit, inq; eo præsidia locavit: qvod qvanqvam post illius discessum pagani occupavere, rediit tamen seqventi anno, & ad tributum eos adegit. Hinc altera vice Italiam cum filio intravit, qvam archiepiscopus Mediolanensis, conjuratione cum aliis facta, turbabat. Illum cum aliis tribus episcopis dejecit, & gravi obsidione pressit Mediolanum: frustra tamen. Tandem cum xv. annis magna cum laude imperio præfuisset, & jura atq; titulum regni Burgundici & Arelatensis imperatoribus peperisset, qvo etiam usq; ad Carolum IV. usi sunt, Trajecti obiit. Cadaver Spiræ conditum est. Conradi filius Henricus III ad negatum tributum pendendum Bohemos impulit: Hungarorum regem Petrum restituit: Gothefridum Lotharingiæ ducem rebellem ad obseqvium retraxit: tres Romanos pontifices uno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

uno tempore in tres factiones monstrosas abeuntes deposuit: juramento Romanos obstrinxit, ne inscio imperatore papam unqvam eligerent. Atq; sic dignitatem imperatoriam adversus pontificiam tyrannidem illibatam felicius conservavit, qvam ipsius posteri. Et qvanqvam Baronius eum hereseos, qvam alii vocant Henricianam, facit autorem, tantum tamen abest, ut hæc hæresis fuerit, ut potius justissima sit jurium imperialium assertio adversus hæresin Hildebrandinam, qva papa omni potestati seculari, tempore primum Henrici IV. qvi Henrico III. filius & successor erat, subduci, eiq; summa potestas in imperatores, reges & principes inaudito conatu vendicari cœpit.

VIII. Num igitur post hæc tempora pontifices adversus imperatores invaluere?

Illorum tyrannis post Henricum III. nimium invaluit. Nam cum ille, nuncio de infelici prælio adversus Slavos in Marchia & Pomerania anno cIↃLVI. accepto, extremum diem paulo post obiisset, HENRICUS IV. puer septennis imperium sub prudente qvidem matre adiit, sed qvidam Germaniæ principes, eo à matre abducto, avare res imperii cœperunt administrare. Hinc incurabiles passim turbæ corpus imperii dilacerabant. Ille jam annos natus XVIII. deferebatur apud nonnullos, tanqvam luxu diffluens: & conjuge Bertha, qvam ante biennium duxerat, consentiente Moguntino dimissa, non prius se papæ & imperii statibus purgavit, qvam repudiatam reciperet. Interea temporis bella passim locorum exardent. Imperator cum Bavaris, Alemannis, Saxonibus & Thuringis ultra XX. annos digladiabatur. Illi episcoporum societate subnixi, ad pontificem rem deferunt, & indignum imperio Henricum proclamant. Id commode accidit Gregorio VII. seu Hildebrando, papæ propudioso, qvi jam episcopis novo decreto, ne ab imperatore imposterum sui confirmationem peterent, edixerat, & pessimis machinationibus dignitatem pontificiam ad summum fastigium evehere conabatur, ne amplius jus creandorum pontificum ad Cæsarum assensum restringeretur. Ideoq; non solum Henrici legatos Romæ in vincula conjectos habuit, sed & novo prorsus exemplo excommunicationis fulmine omnes à juramento ipsi præstito absolvit. Novo, inqvã, exemplo. Nam si cum Ottone Frisingensi episcopo lego & relego Romanorum & imperatorum gesta, nusqvam invenio qvenqvam eorum ante hunc à Romano pontifice per excommunicationem regno suo privatum: nisi forte excipias Græcorum imperatorem Leonem Iconomachum. Henricus, qvia defectionem metuebat principum, ipsorum svasu in Italiam profectus, cum se pon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

pontifici humiliter, regio cultu abjecto, submisisset, ut lib. IX. Sigonii de regno Italiæ legitur, &, ut testatur Helmoldus, in mandatis accepisset, ut anno integro Roma non discederet, eqvum non ascenderet, sed in veste humili limina templorum circumiret, absolutionem qvidem, facta reconciliatione, impetravit: pontifex tamen paulo post, cum imperator Romæ adhuc subsisteret, missis ad hostes Henrici, Forchemii congregatos, legatis, autor illis fuit, ut RUDOLPHUS dux Sveviæ rex renunciaretur, fascibus Henrico ademtis: & denuo in eum fulmen excommunicationis vibravit, coronamq; Rudolpho misit cum hac inscriptione:

Petra dedit Petro; Petrus diadema Rudolpho.

Ille Roma clam dilapsus, jure suo usus, convocato Brixinoræ in Bavaria ex Italia, Gallia & Germania concilio, conqveritur, Hildebrandum papam inconsulto se, qvi tanqvam rex & patricius, ut loqvitur Otto Frisingensis in lib. I. de gestis Friderici I. in electione episcopi, suæ urbis primus esse deberet, à Romanis esse factum pontificem: qvibus tamen non sit ignotum, id illis hactenus non fuisse licitum. Displicebat factum tam principibus, qvi autoritatem regis sui posthaberi ægre ferebant, qvam episcopis, qvi voluntati regis accedebant, inflammati à clericis suis, qvibus recenter jus connubiorum pontifex abstulerat, ut idem Frisingensis loqvitur. Omnibus igitur inclamantibus, electio Hildebrandi, tanqvam pseudomonachi & necromantici, irrita declarabatur, eiq; substitutus est archiepiscopus Ravennas, nomine Clementis III. Rex cum exercitu Italiam ingressus, & à novo pontifice inauguratus, jam tandem nomen imperatoris & Augusti Romæ assumsit, unde secesserat Hildebrandus in tutiora Tusciæ loca ad Malthildem, & inde in Apuliam ad ducem Apuliæ & Calabriæ Robertum Gviscardum Normannum. Ibi diras in Henricum repetiit, & totus fuit in principibus adversus eum concitandis. Hoc ille nihil curans, ut antea Rudolphum, ducem Sveviæ ab hostibus & papa sibi oppositum, qvocum qvatuor præliis concertandum fuit, per triennium fregerat, tandemq; ei, cum in pugna amisisset dexteram, qva fidem non servarat domino juratam, vitam eripuerat: ita jam, cum adversus ipsum HERMANNUS Lützelburgensis à Saxonibus Svevis & reliqvis hostibus Goslariæ in regnum Germaniæ eveheretur, Clemens III. etiam sede papali post discessum exercitus ex Italia dejiceretur, animum non despondit. Tandem eo res redacta est, ut Hermannus, qvem per ludibrium Cæsarem Knoblauchium, (alii scribunt Clufflochium) etsi validis subnixus subsidiis, in Lotharingiam discederet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tantis dispar turbis sedandis. Ferunt eum tandem, cum vigiles tentaret in statione tanqvam hostis, ut eorum fidem exploraret, saxo à femina è turri dejecto occisum. Henricus autem denuo arma victricia in Italia, inq; ipsa Roma circumtulit, & ducatum Sveviæ, Bertolpho genero Rudolphi peremti ademtum, relicto illi titulo ducis Zaringiæ, suo genero Friderico, comiti in Weiblingen & Hohenstaufen, Friderici I. Barbarossæ avo, concessit. Furor hinc pontificius magis magisq; exarsit. Urbanus II. papa, qvem adversa factio elegerat, detestando scelere ipsum imperatoris filium CONRADUM, à patre in Italia relictum, ut Mathildis totam pene Italiam sibi vendicantis conatibus resisteret, in patrem excitavit. Illum facile victum pater abdicavit. Sed nec sic qvievit filius ille perditionis. Alterum enim ejus filium HENRICUM V. audacia plus qvam stygia armavit, ut procerum nonnullorum armis patrem, qvi, teste Egnatio, Marcellum & Cæsarem supergressus, cum hoste bis & sexagies conflixit, in Bohemiam fugaret, mox sub amici colloqvii specie in potestatem redactum, in comitiis, ut omnem imperialem dignitatem depositam sibi cederet, per episcopos cogeret: profugum, Coloniæq; receptum, denuo ad extrema adigeret: paulo post ex mœrore mortuum Leodii, ubi receptus erat ab episcopo, terræq; mandatus, jussu pontificis erueret, & per qvinqvennium extra templum collocari juberet, donec sepultura regia ei concederetur. Recte de illo Poeta cecinit:

Hic, qvi perfidiam Latii; qvi vicerat hostes,
Perfidiam cleri vincere non potuit.

Extant epistolæ pientissimi imperatoris, qvibus papæ, filio, ingratis subditis impietatem exprobrat. Et apud Helmoldum legi potest lib. I. c. XXXII. qvam egregie suam innocentiam episcopis, insignia imperii à se jam sene repetituris, & ea filio Henrico V. tradituris, demonstrarit, qvamq; indigna illorum fuerit pervicacia. Rogabat miser, cum jam exautoratus esset, ab episcopo Spirensi, qvem ad infulam provexerat, ut inter monachos reciperetur: sed nec hæc gratia fieri illi potuit.

IX. *Mira mihi scelera narras: & Henricum V. ob tot injurias parricidales patri illatas vix credo prosperis usum successibus.*

Henricus ille V. errorem tandem agnoscens, cum XXX. millibus Germanorum Italiam ingressus, jus investituræ clericorum à pontifice Paschali in captivitatem redacto, frementibus Italis & frustra arma corripientibus, repetiit, qvod à Carolo ad sua usq; tempora recte arguebat penes imperatorem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

rem fuisse. Sed statim, postqvam Roma abiisset, à cardinalibus & episcopis & ipso deniq; papa Paschali, qvi paulo ante vetera ei jura confirmaverat, excommunicatus est: nec prius vinculis sacris solvi potuit, Adelberto Moguntino & Saxonibus sub Lothario duce diu ei resistentibus & acie congredi ausis, qvam omnem investituræ & episcopatuum conferendorum potestatem remitteret: factumq; est ab hoc tempore, ut majestas imperii pene tota corrueret, & civitates Italiæ, imperatoris arma despicientes, controversias non amplius ex ejus sententia componerent, sed armis disceptarent, & libertatem plurium rerumpub. adornarent. Nec contra Polonos optatis usus est successibus, à Deo dubio procul huic infortunio ob impietatem in patrem subjectus. Memorabile est, qvod ferunt in prælio adversus Saxones sub auspiciis Lotharii ducis Saxoniæ prope Schandersleben contigisse. Cum enim in fugam tandem essent conjecti Cæsareani, & passim cæderentur, interq; eos essent, qvi ex Italia venerant, & exclamarent in extremis: DIO ADJUTE MI! Saxones verba male intellecta, in proverbium ajunt traxisse, & qvoties alicui minarentur, addidisse: *Sic te feriam, ut tibi* JODUTE *exclamandum sit*; statuam etiam, qvam in tropæum in loco victoriæ erigi curaverant, in specie viri armati cum clava & cum insignibus ducum Saxoniæ, pro idolo cœpisse haberi, & Jodute vocari. Henrico V. Frisingensis id dat testimonii, qvod armis fuerit strenuus, totumq; imperium brevi sibi subjecerit, & omnes in Romano orbe positos ad obseqvium traxerit, viciniq; ejus potentiam stupuerint. Usus est imprimis opera FRIDERICI COCLITIS, ducis Svevorum, unde Fridericus I. imperator natus est. Ille qvia omnem ad Rhenum tractum domuit, & ad obseqvium imperatoris variis ibi castris exstructis revocavit, per proverbium dictus est, IN CAUDA EQVI SEMPER TRAHERE CASTRUM. Cæterum tempore hujus imperatoris Henrici V. anno ciↄcxv. MATHILDIS, anno ætatis LXVI. decessit. Fuit illa Bonifacii marchionis Tusciæ & Toleti filia ex Beatrice. Cumq; Bonifacius à sicario esset peremtus, Beatrix secundis votis nupsit Gozeloni Lotharingiæ duci: ejusq; filio Gothofredo filiam Mathildem elocavit. Henricus III. imperator, qvia Lotharingos tunc habebat hostes, nec ignorabat, Gozelonem ad regnum Italiæ adspirare, ægre id tulit, & conatibus feminæ qvacunq; ratione obicem posuit. Beatricis tandem filia Mathildis, cum ejus frater unicus Bonifacius in annis pueritiæ diem obiisset, omnem ejus hereditatem adiit, fuitq; pertinax Hildebrandi seu Gregorii VII. famigerabilis illius in sede pontificia tyranni, adversus Hen-

ricum IV. patrona. Nupsit, defuncto priore marito, Azoni marchioni Atestino, circa annum cIↃLXXX. sed mox conjunctionem sangvinis causata, ab illo autoritate Hildebrandi divortium fecit, &, ut grata esset pontifici, qvicqvid terrarum in Lombardia & Tuscia, (erat autem id magna pars Italiæ) testamento ecclesiæ & pontifici destinavit. Illa defuncta, Henricus V. Parmam & Placentiam sibi vendicavit. Ferraria ad pontificem accessit. De reliqvis ditionibus magnæ contentiones inter pontificem & Cæsarem extitere. Hæc de Mathilde obiter inspergere libuit, tanqvam lumen historiæ additura. Henrico V. defuncto, & Spiræ juxta patrem, avum & proavum tumulato (juxta versiculum marmori qvatuor sepulcrorum Spiræ incisum:

Filius hic; Pater hic; Avus hic; Proavus jacet isthic.)

successit Moguntiæ, à factione Saxonica electus LOTHARIUS SAXO, aleator cognominatus, Gebhardi comitis Qverfurdii filius, qvi ab Henrico IV. ob fideles operas in bello præstitas universam Saxoniam consecutus fuerat. Hic CONRADUM SVEVUM, Henrici V. ex sorore nepotem, validum habuit adversarium. Sed qvod & justitiæ cultor erat, & feliciter imperium administrabat, vir ex probitatis industria omni honore dignus, & reparator decoris imperii, ut vulgo vocatus est, ab omnibus, & imprimis à pontificiis, amatus est: qvibus nimis multa indulsit, & eorum gratia bis exercitum in Italiam duxit: primum, ut juvaret Innocentium II. adversus Anacletum; deinde ut Rogerium Siciliæ regem, qvi bona ecclesiæ invaserat, compesceret. Romanas qvoqꝫ leges Pisæ repertas, ut supra docuimus, per Irnerium, aliosq; viros doctos Bononiæ doceri curavit: qvibus Romani pontifices decreta sua affigere, imo præfigere paulatim cœperunt. Hic nota, qvod Agnes, Henrici IV. imperatoris filia, uxor Friderici, primi ducis Sveviæ, ex secundo matrimonio cum Lupoldo VI. marchione Austriæ, postea genuerit Henricum I. ducem Austriæ, Leopoldum ducem Bavariæ, Ottonem Frisingensem episcopum, nobilissimum historicum, & Conradum Salisburgensem archiepiscopum. Lothario in reditu ex Italia peste sine heredibus masculis defuncto, imperium ad imperatores Svevos ex veterum Gibellinorum & comitum ab Hohenstaufen stemmate devolutum est: qvorum hæc est familia:

GENE-

GENEALOGIA IMPERATORUM SVEVORUM.

- *Fridericus comes in VViblinge & Hohenſtaufen.*
  - *Fridericus, ab Henrico IV. dux Saxoniæ creatus, ejus uxor Agnes filia Henrici IV.*
    - *Conradus III. imp.*
      - *Henricus, ante patrem defunctus.*
      - *Fridericus peſt. ad Romam confectus.*
    - *Fridericus Cocles, dux Sveviæ.*
      - *Conradus, elector Palatinus.*
      - *Fridericus Barbaroſſa imperator.*
        - *Henricus VI. imp. cujus uxor Conſtantia Rogerii I. Siciliæ regis filia.*
          - *Fridericus II. imp.*
            - *Henricus rebellis patri, natus ex Conſtantia Arragonia.*
            - *Conradus IV. imp. natus ex Jole regis Hieroſol. filia.*
              - *Conradinus rex utriusq; Siciliæ per carnificem necatus.*
            - *Manfredus, Tarenti princeps, tandem rex Siciliæ.*
        - *Fridericus ad Ptolemaidem peſte extinctus.*
        - *Otto, Palatinus Burgundiæ.*
        - *Conradus, dux Sveviæ & Spoleti.*
        - *Philippus imperator.*

Primus, qvi ex hac familia faſces imperii ſuſcepit, eſt CONRADUS Confluentiæ electus: qvem jam ante cum Lothario de dignitate certaviſſe diximus. Invidit ei honorem HENRICUS SUPERBUS, Lotharii gener, dux Bavariæ & Saxoniæ, imperii æmulus, apud qvem inſignia regalia detinebantur adhuc, crux nempe, lancea ſacra, corona, gladius, ſceptrum, pomum aureum. Ille dolore repulſæ inſtigatus, cum fratre Gvelpho, coactis copiis ad Auguſtam obſedit Conradum. Sed proſcriptionis tabulis propoſitis, omnes ab eo ſocii diſtracti ſunt, illiusq; provinciæ præcipuæ aliis ſunt in feudum conceſſæ: Saxonia Alberto Urſo; Bavaria Leopoldo Auſtriaco, aliæ aliis. Henrico Superbo defuncto, frater ejus GVELPHUS arma denuo corripuit: ſed concluſus in oppido Winsberga, tandem ſe arbitrio imperatoris permiſit: qvi qvanqvam oppidum militibus dederat diripiendum, & cives neci addixerat, qvia tamen fortiter perſeveraverant, ut, qvicqvid humeris exportare poſſent, ſalvum eſſet, atq; illarum qvæ qvæq; maritum in humeros exceperat & porta extulerat, indignatione in clementiam verſa, civibus ignovit. Cæterum Henricus Superbus fuit ex factione Gvelphorum in hiſtoriis ex perpetuo cum Gibellinis diſſidio notorum: cujus filius HENRICUS LEO, illis temporibus, qvia ſubinde ad bellum ſacrum expeditiones ſuſceptæ ſunt, qvomodo præcipuis provinciis exutus ſit, alibi dicemus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

X. *Qvesnam tu mihi GVELPHOS, & qvos GIBELLINOS narras? qvodq; sacrum bellum?*

In Svevia nata esse Gvelphorum & Gibellinorum nomina, constat. An autem utriq; Svevis debeant originem, ut putat Aventinus,an,ut Gvelphi sunt nationis Svevicæ, ita Gibellini referendi sint ad Francos, ut putat Peuzerus, merito qværitur. Id certum est, Svevos fuisse amplissimam antiqvitus gentem, & majorem Germaniæ partem intra Danubium, Albim, Vistulam, Hercyniam silvam & sinum Codanum obtinuisse: & magno numero in provincias Romanas egressos, magnam avitarum sedium partem dereliqvisse Sarmaticis populis, ut triplex Svevia recenseretur: una in Germania inter Rhenum & Danubium, in qva sunt Rhæmi, Würtenbergenses, Badenses: altera in Rhætiis,ad Italiam pertinens; tertia in Gallia Helvetiorum Celtica, ubi nunc sunt Svitones seu Svizeri. In Svevia Germaniæ duas fuisse familias illustres, dicit Aventinus: unam Altorfinam, è qva prognatus sit,à catulo canis dictus,Welphus, aut,ut Itali pronunciant, Gvelphus, à cujus nomine omnes ejus posteri se vocarunt Gvelphones: alteram ejus æmulam Gibelinam, à vico dictam,in qvo ajunt Conradum III. esse natum, & Fridericum I. educatum, imperatores ex Svevis oriundos. Et factum est, teste Nauclero, anno CIↃCXL. cum Leopoldus Austriacus ope Conradi imperatoris Bavariam invaderet, qvam Gvelphus, Henrici superbi ducis Bavariæ frater, episcoporum Saxoniæ copiis suffultus, defendebat, ut in pugna prope Winsbergam milites ex una parte suum Gvelphum inclamarent; ex altera castrum Weiblingen, in qvo natus fuerat Conradus imperator, personarent. Hæc verba deinde ab Italis ad distingvendos illos fuere adhibita, qvi vel pontifici vel Cæsari adhærebant, ut amici illius dicerentur Gvelphi; hujus Gibellini. Peucerus principio gentis utriusq; altius repetens, Gibellinos putat à Francis procreatos, & Sveviæ, cum Alemannia Francorum armis esset edomita, præesse ac dominari cœpisse: Gvelphos origine seu Svevos seu Alemannos, retinuisse avitas & patrias sedes, ea conditione, ut novis dominis parerent: ex ea vero mutatione nata odia, ac novis subinde injuriis exacerbata magis magisq; atq; adaucta, ita ætate inveterasse, peneq; occalluisse in animis utrorumq;,ut sanari posthac nunqvam potuerint. Imperatores vero horum temporum, cum non possent in Italia versari, ne injurias pontificum nimio cum damno absentes experirentur, globum Germanorum in Italia reliqverunt, qvi imperatoris partes tuerentur, qvibusq; stipendia ex reditibus imperii solverentur,

tur, datiq; sunt aliis certi fundi, qvos beneficio imperatoris possiderent; aliis reditus ex portoriis & tributis. Uno nomine Gibellini dici cœperunt: atq; ex iis prodierunt Vicecomites Mediolanenses, Columnæ, Scaligeri, Ursini. Qvibus eodem consilio & instituto pontifices opposuere Gvelphos, ut sua ab illis dignitas assereretur. Pro Gibellinis in Gallia Albos; pro Gvelphis Nigros dictos esse legimus. In his bellis pontificiis qvæstio summa agitabatur de episcoporum investitura, & de summa in imperio autoritate, qvam pontifices sibi vendicabant, deq; regno Neapolitano & Siculo. Incentor belli præcipuus erat Hildebrandus, dictus Gregorius VII. qvi Heinricum IV. excommunicationi subjectum, regno privare & omni jure voluit, ut diximus: qvemq; imitati successores, idem fulmen subinde in imperatores miserunt, & sangvinaria bella adversus eos qvoqvomodo concitarunt. Nemo autem inter Gibellinos & Gvelphos acerbior fuit, qvam ACTIOLINI, qvos vulgo EZZELINOS vocant. Primus horum, alias Albericus dictus, sive ex Saxonia sive ex Batavia, cum Ottone III. in Italiam profecto, ob res fortiter gestas, in provincia Tarvisana marchionatu, qvem Romanum vocant, donatus, utiles, qvamdiu vixit, operas navavit imperatoribus. Filius ejus fuit Balbus cognominatus, cujus nepos monachus; pronepos tyrannus fuit, qvi vehementer tempore Friderici II. afflixit & tandem in potestatem redegit Tarvisiam, Vincentiam, Veronam: cumq; alia in Longobardia oppida, ipsumq; Mediolanū tentaret, & immaniter in hostes sæviret, pontifex, dux Ferrariæ, & archiepiscopus Ravennas, societatem adversus illum inierunt, eumq; post variam belli fortunam prælio tandem victum in potestatem redegerunt. E vulnere ipse qvidem obiit: frater autē ejus Albericus cum uxore & liberis gravi supplicio affectus est.

XI. *Accingere jam ad BELLUM SACRUM, & ad illam expeditionem enarrandam, qva Germanos nostros à Saracenis terram sanctam repetiisse dixisti.*

HIEROSOLYMA à Vespasiano destructa & excisa, ab Ælio Adriano Æliæ nomine instaurata, sub Heraclio in Persarum primum, deinde in Saracenorum venisse potestatem, aliunde notum est. Singulari autem Dei providentia toto hoc tempore Hierosolymitanus perstitit patriarcha, & peregrinos, variis ex locis ad sese confluentes, excipiebat: ipsiq; Saraceni, Tyrio teste, Christianis, ut templum eo, qvo olim steterat, loco ædificarent, concesserant. Hoc templum aliqvot post annis destruxit Heqvem Ægypti Calypha. Sed Christiani illud anno cIↄxcviii. rursus excitarunt, Græcorum imperatorum apud Heqveni filium intercessionibus & sumtibus usi.

usi. Tandem prævaluere Turci, totoq; fere oriente occupato, Syriam etiam, & in illa Hierosolymam occuparunt. Cumq; miseris Christiani modis à Machometanis haberentur, PETRUS EREMITA, natione Francus, ex civitate Ambiana seu Amiens nobili genere, somniis nescio qvibus concitatus, cum peregrinatione in Syriam suscepta intellexisset ex Hierosolymitano patriarcha, qvam atroci infidelium jugo premeretur oriens, totam pene Europam concionibus assiduis ad bellum hostibus Christi inferendum sollicitavit, tandemq; pontificem Urbanum II. literis à patriarcha Hierosolymitano allatis impulit, ut concilio Claromontano indicto principes Christianos ad recuperandum Domini sepulcrum (sic enim loqvebantur) serio adhortaretur. Pontifices ultro huc inclinabant, qvia hoc prætextu simul dominatum in episcopos & patriarchas orientis diu affectatum videbantur obtenturi. Ante hæc qvidem tempora, anno puta æræ Christianæ cIↄLXIV. versus Hierosolymam septem hominum millia peregrinationem susceperant: sed maxima eorum pars à Saracenis cæsa periit. Nunc autem majore robore res gerebatur. Causa belli suscepti erat speciosa satis, & non tam impia. Ex tyrannide enim Machometana novi Argonautæ, ceu nonnulli eos vocant, ecclesias orientis eripere conabantur, ipsiq; Byzantini imperatores, multis pressi cladibus, ab occidente flagitabant auxilium. Classico à pontifice cantato, dividebatur, ut Tyrius inqvit, maritus ab uxore, uxor à marito, patres à filiis, filii à parentibus: nec erat caritatis vinculum, qvod huic fervori posset præjudicium facere. Nec tamen (sunt ejusdem Tyrii archiepiscopi verba) apud omnes erat in causa Dominus, nec virtutum mater discretio votum excitabat: sed qvidam, ne amicos desererent; qvidam, ne desides haberentur; qvidam sola levitatis causa, aut ut suos creditores eluderent, aliis se adjungebant. Hinc non sine causa Frisingensis in præfatione duorum librorum de gestis Friderici I ex antiqvo aliqvo vaticinio Hesperiam tunc dicit spiritu peregrini Dei ad arma in orientem transferenda afflatum fuisse. Et memorabile est, qvod, anteqvam miles in orientem educeretur, ferociter in Judæos Coloniæ, Moguntiæ & alibi sævierit, eosq; sine sexus & ætatis discrimine ad necem qvæsierit, ut Albertus Aqvensis testatur. Octo exercitibus eodem anno, qvi à nato Christo est cIↄXCVI. expeditio suscepta est. Militiæ peregrinorum, qvos ita vocabant, insigne erat, crux purpurea, dextero humero assuta: unde Cruciatæ nomen factum est.

I. GVALTERUS SENSAVEIR, vir nobilis & in armis strenuus, cum

cum ingenti multitudine pedestrium turmarum, transitu per Hungariam & Bulgariam impetrato, non sine insigni suorum damno, qvod ipsi milites prædationibus suis sibi contraxerunt, pervenit Constantinopolin, dimidia exercitus parte desiderata.

II. PETRUS EREMITA cum xl. millibus ex Lotharingia & Bavaria collectis, eodem itinere perrexit. Sed qvartam exercitus partem Bulgari; reliqvos, cum jam Bosporum, qvod cœperant brachium S. Georgii dicere, transiissent, cum copiis Gvalteri conjunctos, Turci duce Solymanno, Nicææ Sultano, fere omnes perdiderunt, cumq; paucis Petrus evasit, qvi copiis Gothofredi deinde sese conjunxerunt.

III. GODESCALUS PRESBYTER, xv. mille Germanos per eadem loca eduxit: sed qvod indomitis & ipsi prædationibus hospites vexarent, ab Hungaris deleti sunt omnes.

IV. ALIA HOMINUM EX FRANCIA ET BAVARIA MULTITUDO INNUMERABILIS sine certo duce iter ingressa, eandem subiit cladem, anseris cujusdam & capellæ, qvos divino credebant afflatos spiritu, ductu contenta. Hos, cum sæva laniena Judæos passim trucidassent, Hungari penitus attriverunt, multis injuriis transeuntium lacessiti. Emmicho comes Leiningensis iis se tandem ducem adjunxerat: sed nihilo reliqvis melior. Cum iis igitur eadem illi pœna subeunda erat.

V. GOTHOFREDUS BULLIONEUS tandem, Eustachii Boloniæ Belgicæ comitis filius, cujus fratres fuere Eustathius & Balduinus, dux Lotharingiæ, princeps magnanimus & circumspectus, novo fœdere cum Colomanno Hungarorum rege inito, sine injuria Hungariam & Bulgariam tripartito agmine transiit: Alexium imperatorem ad captivos reddendos, qvorum præcipuus fuit Hugo Magnus, Philippi I. regis Galliarum frater, & ad forum venale præbendum, partim precibus, partim armis compulit: transmissoq; Bosporo ad Chalcedonem castra metatus, reliqvas copias adventuras præstolabatur.

VI. BOEMUNDUS, frater Rogerii, ducis Apuliæ, princeps Tarentinus, eodem tempore ex tribus portubus per Adriaticum mare in Græciam cum x. mille peditibus, & plurimis eqvitum copiis transfretavit. Itinere inde pedestri progressus, cum Gothofredo tandem se prope Constantinopolin conjunxit.

VII. RAIMUNDUS comes Tolosanus ex Longobardia per Histriam, Dalmatiam & Macedoniam eodem pervenit.

VIII. Robertus, qvi ultimus iter est ingressus, dux fuit Normanniæ, Angliæ regis filius, & cum eo Tancredus, Roberti ex sorore nepos. Stephanus item comes Blesensis, & Robertus comes Flandriæ, qvi mari transmisso reliqvis exercitibus suas copias conjunxerunt.

Fædere cum imperatore Constantinopoleos inito, ut ille copias in supplementum, armaq; & alia militibus necessaria suggereret; principes Europæi contra qvascunq; urbes Asiæ recuperatas, excepta Hierosolymorum urbe, imperio Constantinopolitano redderent, atq; lustratione & de ectu militum ad Chalcedonem habito, inventa sunt Dc. peditum millia, loricatorum c. millia: qvi sponte militatum profecti, suis stipendiis studio pietatis tam longinqvam & difficilem expeditionem susceperant. Primus eorum impetus fuit in Nicæam, urbem Bithyniæ, qvam feliciter, repulso exercitu Solymanni, post xxvi. dierum obsidionem occuparunt: divisisq; copiis diversas Turcorum acies disjecerunt, & Iconio in Lycaonia, Tarso in Cilicia, Edessa in Comagena, & Armenia minore in potestatem redactis, ad Euphratem usq; progressi, Mesopotamiam sibi subjecerunt, Solymanno ad Persas post cladem dilabente. Difficilior illis fuit Antiochiæ ad Orontem fluvium in Cœlesyria oppugnatio. Novem enim mensibus cum illam obsidione difficili fatigassent, & tandem proditione cepissent, ipsi in illa a Saracenis & Persis, duce Corbagath obsessi, & intoleranda fame tantum non oppressi sunt, auxiliis Græci imperatoris, qvæ promiserat, frustra imploratis. Eruptione tandem facta, ex hoc sese expediere discrimine, & cæsis in prælio ultra centum cIↄ. ductisq; in Palæstinam copiis, belli caput, Hierosolymorum urbem, qvam Turcis Amiras seu princeps & Sultanus Ægypti paulo ante eripuerat, anno cIↄxcix. vi receperunt: omnem Saracenorum multitudinem, nulla ætatis vel sexus habita ratione, peremerunt: Gothofredum, qvi primus muros conscenderat, regem creaverunt. BALDUINUS ejus frater, comitis Edessani; BOEMUNDUS principis Antiocheni titulum; RAIMUNDUS Seleuciam; TANCREDUS Tiberiadis comitatum meruere. Reliqvi, ut Hugo Magnus & alii, in Europam redierunt, novas copias adducturi. Novum hoc Hierosolymitanum regnum novis stabilitum accessionibus, utut intestinis discordiis subinde concussum, non parum succrevit, & limites ejus ultra Euphratem cœperunt extendi; ora etiam Palæstinæ maritima in potestatem redacta. Nos syllabum regum seqventem oculis subjicimus, unde, qvæ intricatissimam faciunt historiam, & qvæ tribus prolixis historiæ orientalis tomis comprehenduntur, distinctius patebunt.

RE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

REGES HIEROSOLYMITANI.

A.C. A.R.

1099. I. GOTHOFREDUS BULLIONÆUS, Lotharingiæ dux, Eustachii ducis Bullonensis & Bononiæ Belgicæ comitis filius, Amira seu Sultano Ægypti, qvi validissimo cum exercitu ccc. millium amissam Hierosolymorum urbem repetebat, ad Ascalonem profligato, & ingenti præda capta, post unius anni imperium peste correptus exspiravit. Hunc ferunt noluisse sibi illo loco diadema imponi, in qvo Christus spineam gessisset coronam. Cavit testamento, ut Daberto, primo patriarchæ ex Latinis, qvarta pars urbis Hierosolymorum cederet, in qva templum resurrectionis Domini præter alias ædes sacras continebatur. 1

1100. II. BALDUINUS Fr. comes Edessanus in Mesopotamia, vario eventu cum Saracenis pugnavit, & præter Tripolin, Assurem, & Cæsaream, aliasq; urbes, Ptolemaiden qvoq; Phœniciæ seu Acconem, qvam anno Christi IↃCXXXVI. Saraceni, duce Homaro, Christianis eripuerant, ut & Sidonem Genuensium & Norvegiorum ope expugnavit, novis ex Gallia & Bavaria copiis adauctus. E Longobardia etiam ingentes copiæ per Bulgariam & Græciam ad eum primo anni regno contenderunt: sed illæ penitus à Turcis sunt contritæ. 18

1118. III. BALDUINUS II. de Burgo, filius Hugonis, comitis de Reitesta, sive nepos prioris Balduini ex sorore, sive consobrinus, cognomine Aculeus, eqvestrem ordinem templariorum, postea Rhodiensem dictum, instituit: Turcos Damascenos aliqvot præliis profligavit: Saracenos Ægyptios repressit. Balac tandem Turcorum rex in prælio eum captum Tyri aliqvamdiu in vinculis detinuit. EUSTACHIUS interim, & eo mortuo, WILHELMUS comes Tiberiados, proreges electi, rem Christianorum in oriente sustinuerunt; & rex auxiliis Venetorum, Tyro expugnata, è vinculis est liberatus. 13

1131. VI. FULCO, gener Balduini II. ex filia Melisenda, comes Andegavensium, in magno procerum dissidio electus, alterum ordinem eqvestrem à S. Johanne dictum instituit, qvem etiam vocant ordinem Hospitaliariorum, præcipuum ex principibus; ipsum etiam imperatorem CaloJohannem propter principatum Antioche-

num sibi habuit adversarium, variisq; exercitus bellis, subita eqvi in venatione ruina extinctus, impuberes filios relhqvit, Balduinum & Almericum. Frater ejus Gothofredus Martellus Barbatus, ducta Mathilde, filia Henrici I. regis Angliæ, procreavit Henricum II. regem Angliæ. 10

1141. V. BALDUINUS III. F. à Conrado imperatore & Ludovico Gallorum rege, alteram ex Europa in orientem expeditionem, monitu Bernhardi, Abbatis Clarevallensis, nescio qvæ oracula & divina monita prodentis, suscipientibus, novas accepit copias: illo terra; hoc mari iter faciente. Conradus, qvocum plures Germaniæ proceres, interq; eos FRIDERICUS BARBAROSSA, postea imperator, belli sacri tesseram acceperunt, cum Henricum filium adhuc puerum per electionem principum Aqvisgrani socium regni constituisset, per Pannoniam, Bulgariam & Thraciam, & inde per Hellespontum, in orientem pervenit. Ludovicus navigiis circa Antiochiam applicuit. Uterq; magnas in itinere clades à tempestatibus perpessus est: uterq; perfidiam Græcorum sensit: uterq; Damasci & Ascalonis oppugnatione frustra tentata, re infecta rediit, & LUDOVICUS, qvem Saraceni ceperant, ægre à Sicula classe per Rogerium Siculum liberatus est. Majori interim felicitate usi Germani alii, Britannis sociati, Saracenis Ulyssiponam extorserunt. Hierosolymis autem Balduinus rex cum matre de regno disceptavit, & Turcis Antiochenos vexandos, imo opprimendos prostituit. Postea non Gazam saltem munivit, sed & armis Templariorum Ascalonem expugnavit, & Noradinum, Damascenum Turcorum principem, Sangvinii filium, qvi Edessam receperat, non una clade affecit. Veneno à Judæo medico propinato periit. 22

1163. VI. ALMERICUS, alias AMALRICUS, Fr. comes Joppensis & Ascalonitanus, in Ægyptum expeditione suscepta, à Sarracone Sultano, fratre Noradini, ejusq; successore & nepote Saladino, magna affectus clade, Cæsaream Philippi amisit. Cumq; illinc à Noradino, Damasci principe; hinc à Saladino Ægypti Sultano vehementer affligeretur, filio impubere relicto decessit. 10

1173. VII. BALDUINUS IV. Fr. administrante clavum comite Tri-

poli-

A. C. A. R.

politano Johanne I. duplici victoria à Saladino, cui jam Damascus & omnes urbes Mesopotamiæ præter Ægyptum accesserant, reportata, cum elephantiasi & lepra corriperetur, infeliciùs agere cœpit. 12

1185. IIX. BALDUINUS V. infans, nepos Almerici ex filia Sibylla, sub tutela comitis Tripolitani Raimundi, veneno, ut creditur, à vitrico Gvidone post octo menses sublatus. 1

1186. IX. GVIDO LUSIGNANUS, vitricus Balduini V. à Raimundo & reliqvis proceribus, tanqvam regni invasor est oppugnatus. His inter Christianos dissensionibus Saladinus excitatus, Templariis primo, deinde regiis copiis fusis, Gvidonem cum magistro militiæ templi Gerhardo vivum cepit, & Ptolemaidem, Ascalonem, ipsaq; Hierosolyma, spacio unius mensis occupavit. Antiochiam etiam proditione cepit. Facta sunt hæc anno post natum Christum clↄlↄxxxvi. cum regni novi Hierosolymitani jam lxxxviii. annus ageretur. Tristi hujus rei nuncio Europæi perculsi, impulsu pontificum, novis copiis sese tertia in orientem expeditione denuo infundebant. In illis erat FRIDERICUS BARBAROSSA imperator cum filio Friderico, PHILIPPUS rex Galliæ, HENRICUS rex Angliæ, PHILIPPUS comes Flandriæ, dux item Austriæ, dux Bavariæ, dux Brabantiæ, comes Hollandiæ & plures alii: qvi tamen anteqvam longinqvum iter confecissent, jam Saladinus Gvidonem dimiserat, juramento obstrictum, ut in Europam reverteretur. Id juramentum episcopi censuerunt irritum. Ideoq; rex, etsi Hierosolymis exutus, copiis qvantuliscunq; contractis, nonnulla loca recuperavit. In hoc paululum renascente rerum successu, statim æmulum invenit Conradum marchionem Montisferrati, qvi ducta, vel potius rapta Isabella Almerici filia, Sibyllæ sorore, regnum, qvanqvam amissum, sibi prætextu uxoris vindicans, Tyro occupata sedem ibi regiam fixit. Sed hunc ejus æmulum paulo post duo Saraceni juvenes in foro trucidarunt. Gvido vero Ptolemaidem firmis munitionibus cinxit, atq; huic obsidioni per biennium incubuit. Illa durante, tertius eqvestris ordo adversus Christi nominis hostes institutus est, qvi vocatur Ordo Teutonicus, D. Mariæ sacer. Interea Fridericus impera-

 pera-

perator per Hungariam, atq; inde, vel invito Græco imperatore Iſacio, per Bulgariam & Thraciam in Aſiam venerat: jamq; capto Iconio, & ſemel atq; iterum proſtratis Turcorum copiis, omnes itineris difficultates ſuperaverat. Sed tantus imperator equo excuſſus, inq; flumen Armeniæ Sarum protractus, miſere ſuffocatus periit, & corpus Tyri in cathedrali eccleſia, ad latus Origenis, magna exeqviarum ſolemnitate depoſitum eſt. Filius ejus FRIDERICUS cum copiis ad Ptolemaidem incolumis pervenit. Eodem cum claſſe pervenit rex Galliæ PHILIPPUS, ut & RICHARDUS rex Angliæ, qvi in itinere Iſaacio Comneno, Cypri tyranno, ob injurias illatas capto, & Cypro expugnata, novum ſibi regnum acqviſiverat. Illud deinde, recepta tandem anno cIↃcXCI. Ptolemaide, pro regni Hieroſolymitani jure Gvidoni permiſit, multisq; in Palæſtina locis Saladino ademtis, in ipſo victoriarum curſu impeditus eſt à rege Galliæ, qvi in regnum ſuum reverſus, Normandiam, Anglorum in Gallia provinciam, invaſit, & ex Palæſtina Richardum retraxit. Qvo facto non Saladinus ſaltem deceſſit, ſeq; absq; omni pompa, prælata ſaltem exigua panni portiuncula, qvam ex omnibus regnis reportaviſſet, ſepeliri curavit, ſed & Gvido de palatii feneſtra procidens, anno cIↃcXCV. expiravit.

1197. X. ALMERICUS, Fr. ducta Conradi Montisferratenſis uxore Iſabella, rex Cypri & Tyri ſalutatus eſt. Hujus tempore BALDUINUS comes Flandriæ expeditionem in terram ſanctam facturus, Conſtantinopoli imperium invaſit, qvod ſupra demonſtravimus. Poſt Almericum JOHANNES DE BREGNA, alias Brennus, Gallus, ducta Volantha, Iſabellæ ex Conrado Montisferratenſi filia, regnum Palæſtinæ & Cypri ſibi aſſeruit, inq; Ægyptum usq; progreſſus, novis copiis ex Hiſpania & Hungaria auctus, & ab ipſo Hungariæ rege ANDREA adjutus, Damiatam, olim Peluſium & Heliopolin dictam, cepit. Sed ob inundantes Nili aqvas in caſtra ipſa influentes, maximas perpeſſus difficultates, pace à Sultano Saphandino, Saladini fratre, iniqvis conditionibus impetrata, tota Ægypto ceſſit. Eadem tempeſtate anno cIↃCCXII. pueri diverſæ ætatis, tanqvam furibundi, ad recuperandam crucem Domini

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

A.C. A.R.

(sic nominabant Hierosolyma) convenerunt in Gallia & Saxonia, & aut frigore, fame, siti extincti aut mari submersi magno perierunt numero. Qvod ipsum contigit post xl. annos opilionibus, vulgo PASTORELLIS vocatis, qvorum sexaginta amplius millia spe recuperandæ terræ sanctæ congressa, misera morte conciderunt. Frustra omnis opera insumta est. Johannes de Bregna, rex Palæstinæ & Cypri, ipse in Europam ad auxilia nova cogenda profectus est, filiaq; Volantha, alias Jole dicta, FRIDERICO II. imperatori elocata, dotis loco ei jus regni Palæstinæ concessit: à qvo titulus & jura omnia regni Hierosolymitani ad reges Siciliæ & Apuliæ Neapolitanos devoluta transierunt. Hic Fridericus II. denuo cruciatam expeditionem suscepit: & ex sola Anglia vel sexaginta hominum millia sese itineri committebant, duobus episcopis ducibus. Sed papa Gregorius IX. virulento in Fridericum II. odio accensus, omnia ejus consilia ita disturbavit, ut ex Palæstina, in qva jam felicissime Hierosolymam, antea à Coradino, Saphandini filio diri tyrannide devastatam, & crucem Christi recuperaverat, pedem retrahere cogeretur. Reliqvit tamen præsidem Palæstinæ REINHARDUM Bavariæ ducem, qvi cum Templariis & Hospitalariis, qvæ pepererat, tueretur. Sed cum hi pontifici; illi imperatori faverent, dissensionibus suis vires hostium auxerunt: &, qvanqvam nondum destiterunt Europæi proceres in orientem excurrere, ipseq; RICHARDUS, regis Angliæ frater, anno ciↄccxl. multis cum copiis advolavit, & LUDOVICUS IX. rex Galliæ novem post annis in Ægyptum profectus, Damiatam seu Pelusium denuo cepit, nullo tamen successu rei gestæ potiuntur. Anglus mox pedem retraxit. Gallus cum duobus fratribus, copiis omnibus amissis, captus est, nec nisi multo auro redimi potuit. Veneti qvidem, Genuenses & Pisani vires Christianorum in Asia confirmarunt, sibiq; ex variis spoliis tantam potentiam pepererunt, ut toto dominarentur mari: sed cum ad augendas sibi opes plus laboris inpenderent, qvam ad liberandos ex jugo Saracenorũ Christianos, atqve ob id suis in se armis desævirent, etsi Tartarorũ rex Haalon ipsis suppetias tulit, redière tamen omnia in potestaté Machometanorum, & Ptolemaide tandem anno ciↄccxci. à Saracenis

renis eorumq; rege Mulechſaperapo vi recepta & funditus everſa, omnes Chriſtiani ex Palæſtina & Syria ejecti ſunt. CYPROS qvidem, qvo centum millia amplius ex Ptolemaide devaſtata fugiſſe dicuntur, ſub poſteris Gvidonis usq; ad annum cIↄcccclxxx. permanſit, & varios inſultus Saracenorum ex Ægypto ſuſtinuit: ſed tandem Veneti haud juſtiore fortaſſe titulo, inqvit Thuanus, qvam Romani olim, illam ſuam fecerunt, vidua regis Jacobi ultimi perſvaſa, ut abdicatum regnum ſibi committeret. Qvod tamen ipſum anni fere currentis ſpacio, memoria noſtrorum patrum, Turci tandem, expugnata Famaguſta, occuparunt. Compendium interim totius hiſtoriæ Cypriæ videri poteſt apud Thuanum libro XLIX. Genealogiam regum Hieroſolymitanorum, ad rectius intelligenda, qvæ dicta ſunt, adjiciemus.

GENEALOGIA REGUM HIEROSOLYMITANORUM & CYPRI.

- *Balduinus II. de Burgo, rex III. Hieroſ.*
  - *Meliſenda, uxor Fulconis, comitis Andegav. rex IV. Hieroſ.*
    - *Balduinus III. rex V. Hieroſ.*
    - *Almericus, rex VI. Hieroſ.*
      - *Iſabella.*
        - *Jole ſeu Volantha ex Iſabella & Conrado Marchione Montisferr. uxor Johannis Brenni, regis XI. Hieroſol.*
          - *Jole, uxor Friderici II.*
            - *Conradus IV. imp.*
              - *Conradinus, decollatus Neapoli.*
        - *Hugo M. rex Cypri ex Iſabella & Almerico II. Gvidonis fratre, rege Hieroſ. X.*
          - *Henricus, rex Cypri.*
          - *Gvido, Coneſtabilis Cypri.*
            - *Hugo II. rex Cypri.*
            - *Gvido II.*
            - *Hugo III.*
              - *Petrus I.*
                - *Petrus II.*
              - *Jacobus rex Cypri poſt Petrum II.*
                - *Janus.*
                  - *Joh. Jacobus.*
                    - *Jacobus nothus, rex Cypri ultimus, poſt qvem Cyprus ceſſit Venetis anno 1480.*
      - *Sibylla, uxor 1. VVilhelmi, ducis Montisfer. unde natus eſt Balduinus V. rex VIII. Hieroſ. 2. Gvidonis Luſign. regis IX. Hieroſ. fratris Almerici II.*
      - *Balduinus IV. rex Hieroſ.*

Reli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Reliqviæ Christianorum in terra sancta vocari postea cœperunt TRUSCI, qvi Maronitis permixti, aliqvamdiu circa Libanum & in vicinis locis Christi nomen professi sunt. Sed tandem majorum pietatem obliti, sectæ Saracenorum sele addixerunt, ita tamen, ut non circumcidantur, neqꝫ vini potu abstineant, & incestas cum filiabus nuptias contrahant, atqꝫ peculiarem Propheram nomine Ismanem habeant. Hi etsi tributum Turcorum imperatori præstant, non tamen sunt in plena Turcici imperii potestate. Qvinqꝫ iis præsunt Amiræ seu præfecti; qvos qvomodo Amurathes III. anno cIↃIↃLXXXV. in ordinem redegerit, recenset Thuanus libro LXXXIV. & Minadous libro III. Id imprimis notetur, qvod, expulsis ex oriente Christianis Europæis, eqvites ORDINIS S. JOHANNIS, unde etiam dicti sunt Johannitæ, in Cyprum prius profugi, post varios tantum labores Rhodum insulam à Saracenis vi occuparint, atqꝫ per CC. amplius annos rem Christianam fortiter defenderint, donec inde ejecti, Melitensem insulam acciperent à Carolo V. qvam hodienum strenue adversus Turcas tuentur. TEMPLARII autem in Galliam & Germaniam se receperunt, ubi paulo post ob fastum, conspirantibus Henrico VII. imperatore Philippo Pulcro, rege Galliæ & Clemente V. pontifice, eodem pene momento interfecti, eorumqꝫ reditus in Gallia regi & pontifici; in Germania eqvitibus S. Johannis & Teutonico ordini, qvi in Borussia firmiores egerat radices, cesserunt.

XII. Stupendos Christianorum in recuperandis Hierosolymis conatus, sed frustraneos & forsan Deo haud gratos, descripsisti. Nunc revertemur ad Svevorum imperatorum historiam.

Conradus III. post expeditionem Hierosolymitanam redux, cum HENRICUS filius ejus, qvem in societatem regni evectum diximus, diem obiisset, non diu superfuit, sed post XV. imperii annum Babenbergæ pie decessit. Illic statim proceres coeuntes, unanimi consensu præfecere sibi ejus ex fratre Friderico Coclite nepotem, FRIDERICUM Svevum, ob barbæ colorem BARBARUSSAM seu ÆNOBARBUM dictum. Causa, qvare in hunc consenserint, fuit, qvod pater ejus, natus è Gibellinorum præcipua stirpe, filiam Henrici Noricorum ducis, qvi eminebat in factione Gvelphorum, duxerat. Et hic ejus filius, utriusqꝫ sangvinis consors, videbatur dissidia inveterata sublaturus. Electus imperator, statim rebus in Germania compositis, & Austria in gratiam Henrici Austriaci titulo ducatus insignita, sublatisqꝫ maximorum bellorũ inter principes causis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

vel ſepties Italiam ingreſſus eſt. In prima expeditione Placentiam & Dertonam cepit deditione, Romæq́ coronam imperii impetraturus, cum pontificis Adriani IV. caſtra ſibi obviam venientis ſtapedem aut prorſus nollet ut ſtrator tenere, aut, ut Helmoldus & alii referunt, ſiniſtrum apprehendiſſet, cum debuiſſet dexterum, non prius illam obtinuit, qvam voluntati pontificis ſatisfaceret, ſeq́ Apuliam, Wilhelmo regi Siciliæ ademtam, Romanæ ſedi acqviſiturum polliceretur. Romanos interim tumultuantes, & jura antiqvæ urbis aſſerere armis auſos compeſcuit, retroq́ greſſus per Longobardiam, Veronenſes aditum ſibi præcludentes ad meritas traxit pœnas: jamq́ in Germaniam redux, in illos, qvi evocati ad iter Italicum noluerant comparere, interq́ illos in archiepiſcopum Moguntinum & Bremenſem, & in Hermannum Palatinum, epiſcopum Halberſtadenſem, & alios, tanqvam reos majeſtatis, animadvertit. Ab hoc tempore Adrianum papam, qvi in dignitatem imperatriciam & omne Germanorum regnum multa conabatur, gravem habuit adverſarium, propterea qvod ſacerdotia ipſe conferret, & fidelitatis juramento ab epiſcopis exacto, nemini permitteret provocare ad pontificem, regalium ſuorum ſtrenuus aſſertor. Cum nihilominus epiſcopus Laudenſis adverſus imperatoris edictum in qvadam cauſa Romam appellaret, & ex itinere in cuſtodiam eſſet retractus ab imperatoris eqvitibus, Adrianus pontifex, miſſis ad imperatorem nunciis, conqverebatur de contumelia epiſcopo illata, & inter alia verba mordaciſſima ſcripſerat, dignitatis & honoris plenitudinem & inſigne imperialis coronæ imperatori eſſe à pontifice collata, nec ſe pœnitere, ſi majora de manu ſua beneficia ſuſcepiſſet. Id indigne tulit imperator, præſertim cum non ignoraret, Romæ affirmari, qvod imperium urbis & regnum Italicum donatione pontificum reges Germaniæ hactenus poſſederint: idq́ non ſolum dictis & ſcriptis, ſed & picturis ad poſteros tranſmitti, qvum imagini Lotharii imperatoris, ad genua pontificis procumbentis, hi verſiculi adſcripti qvondam fuerint:

Rex venit ante fores, jurans prius urbis honores:
Poſt homo fit Papæ, ſumit qvo dante coronam.

Non intellexerant antea Germani, pontificem ſibi arrogare imperium & regnum Italiæ, Lothario collatum, qvoties imperatorem diademate cinxit. Pictura & verſus ſubſcripti mentem pontificis denudabant, qvi ceremonias benedictionis vertit in jus collaturæ beneficiariæ. Imperator qvidem, cum, indignante Ottone Palatino & deinde Cancellario, tumultus ad-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

adversus nuntios pontificis excitaretur, qvi dixerant: A QVO ERGO HABET, SI A DOMINIO PAPA NON HABET IMPERIUM? dimissis illis, ut recta redirent, unde venerant, de arrogantia pontificis literis publicis ad ordines imperii contestatus est, à solo Deo per electionem principum regnum & imperium suum esse. Econtra pontifex aliis literis ad Germaniæ episcopos perscriptis, conqvestus de injuria suis legatis illata, voluit, ut imperatorem ad frugem & ad pœnas de Palatino & Cancellario sumendas revocarent. Responderunt episcopi, se monuisse imperatorem: illum hoc responsi dedisse: debitam se pontifici reverentiam libenter exhibere; liberam vero imperii coronam divino tantum beneficio; electionis primam vocem Moguntino episcopo, & deinde, qvod superest, cœteris secundum ordinem principibus; regalem unctionem Coloniensi; supremam vero, qvæ imperialis est, summo pontifici adscribere: qvicqvid præter hæc est, ex abundanti & à malo esse: se legatos in contemtum pontificis non exegisse, sed, ne pontificis scripta in dedecus imperii per Germaniam spargerent, impediisse; introitum & exitum Italiæ se nullo edicto clausisse: sed illis abusionibus, qvibus omnes ecclesiæ gravatæ sint, & omnes claustrales disciplinæ emortuæ & sepultæ, obviasse: in capite orbis Deum per imperium exaltasse ecclesiam; in capite orbis ecclesiam non per Dei verbum demoliri imperium. Hic imperator, altera expeditione in Italiam suscepta, comitatus ab Henrico Leone Saxoniæ & Bavariæ duce, aliisq; imperii ordinibus, cum alii pontificis legati obviam euntes, literas ejus blandius interpretarentur, illi qvidem reconciliatus est: sed subinde recruduere simultates, præsertim cum Mediolanenses in gratiam recepti, denuo pontificis instinctu cum aliis Longobardiæ civitatibus tumultuari cœpissent. Mediolanum semel atq; iterum obsessum, & in gratiam receptum, post obsidionem diu toleratam, tandem annno CIↃCLXII. vi captum, direptum & funditus eversum & sale conspersum est: Cremonenses, Ravennates, Bononienses & alii graviter attriti, inq; deditionem recepti: imperii jura in Italia renovata: constitutiones imperiales promulgatæ. Hoc tempore duo pontifices in schismate erant electi, Alexander III. & Victor IV. Et qvia Victoris partes fovebat imperator, eumq; in synodo Papiensi legitimum censuerat, Alexandrum per XXIV. annos hostem expertus est: per qvem tota Italia, qvantum in eo fuit, & nonnulli ex principibus Germaniæ, Philippus etiam rex Galliæ, in imperatorem non semel excommunicatum concitati sunt. Omnibus tamen supe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

rior fuit, & poſt Victorem IV. defunctum, contra Alexandrum III. papam conſtituit, Paſchalem III. & poſtea Calixtum III. qvartaq; trans Alpes expeditione ſuſcepta, Ancona recepta, Romæ exercitum admovit, civesq; rebelles in gratiam recepit. Alexander autem elapſus, res magis turbavit: de imperio Græcis reddendo conſilia agitavit: Mediolanum reſtitui & muniri, omnesq; imperatoris amicos Italia ejici aut perimi, & Alexandriã, à nomine ſuo dictam, in Cæſareanorum injuriam exſtrui curavit. Imperator iterum iterumq; in Italiam advolavit: cumq; rebelles omnibus viribus oppugnaret, Henricus Leo, dux Saxoniæ & Bavariæ, cauſatus, Deum excommunicatis reſiſtere, noluit ſe expeditioni aſſociare, aut, ut aliqvi dicunt, relicto in Italia Cæſare, cum magna exercitus parte ex Italia in Germaniam diſceſſit, multosq; proceres in dominum armavit. Imperator, domitis Italis, redux, comitiis celebratis, Henricum accuſavit proditionis & læſæ majeſtatis. Cum non compareret ad cauſam dicendam, vel qvater evocatus, ex conſenſu ordinum ducatum Bavariæ tribuit Ottoni de Wittelsbach; Saxonicum Bernhardo Anhaltino; alia aliis: qvi copiis conſcriptis donatos principatus, fruſtra reluctante Henrico, brevi ſubjugarunt. Leo autem, ſalvo ſibi patrimonio in terra Brunsvicenſi, per triennium exulare juſſus eſt. Fruſtra interim de pace cum Papa Papiæ actum eſt. Copiis Cæſaris ad Ticinum cæſis, ipſe magnam ſociorum jacturam eſt paſſus, qvi ad hoſtes poſt infauſtam pugnam conceſſere. Tandem Venetiis per archiepiſcopos Magdeburgenſem & Moguntinum pax coaluit. Dicunt, certa an fide dubitant multi, Cæſarem denuo novis copiis, cum conditiones pacis negligerentur, Romam veniſſe, & ad Tuſculum xiiclo. Romanorum in acie peremiſſe: inde Alexandrum, Venetias peregrino habitu confugientẽ, olera aliqvamdiu runcaſſe: inventum, ſuisq; indutũ pontificalibus indulgentias populo impertiiſſe: Ottonẽ imperatoris filium à Venetis hoſtem patris repertiiſſe: victum in prælio navali in poteſtatem Venetorum veniſſe: à patre, ut veniret & pontifici reconciliaretur, impetraſſe: illum præſto fuiſſe: imperata ſe facturum recepiſſe: coram pontifice proſtratum & pede calcatum illa audiiſſe: SUPER ASPIDEM ET BASILISCUM AMBULABIS: & regeſſiſſe: NON TIBI, SED PETRO: pontificem ſubjunxiſſe: ET MIHI ET PETRO. Hoc qvidem Georgius Remus diſſertatione edita commentum vocat: conſtanter tamen à pluribus idem aſſeritur. Hinc Conſtantiæ pacem Longobardis indulſit imperator, & nova eos fide obſtrinxit: jamq; ſenex difficillimam in orientem adver-

verſus Saracenos expeditionem ſuſcepit, in qva illum periiſſe ſupra diximus. Duxerat ſecum filium FRIDERICUM, qvi & ipſe ad Ptolemaidem peſte extinctus eſt. Qvos autem filios in Germania reliqverat, illi poſt patrem imperium ſuſceperunt, HENRICUS VI. per ſeptennium, & poſt Henricum PHILIPPUS. Henricus, bellis in Italia & Sicilia adverſus tumultuantes proſpere geſtis, ducta in uxorem Conſtantia, Guilielmi Siciliæ regis conſobrina & herede, regnum Siciliæ obtinuit, & ex ea qvinqvagenaria genuit FRIDERICUM II. ducturusqve copias in Aſiam, Meſſanæ in Sicilia ardenti febri correptus expiravit. Moriturus, infantis unici heredis tutelam fratri Philippo, præſidi Hetruriæ, Conſtantiæ conjugi, & pontifici Romano Innocentio III. commiſit: & jam antea ab ordinibus imperii obtinuerat, ut obſignatis tabulis & jurejurando, ſe illi in imperio filium ſucceſſorem daturos, promitterent. Et ordinum qvidem major pars, defuncto Henrico ejusqve uxore, adminiſtrationem imperii concredebant patruo & tutori infantis Philippo. Sed pontifex Philippo infenſus, qvod diligentius, qvam ex re pontificius eſſet, jura imperii in Hetruria defendiſſet, imperii proceres à fide Henrico de eligendo filio data ſolvit, & graviter Philippum calumniatus, principes imperii nonnullos permovit, ut BERTHOLDUM Zaringiæ ducem deſignarent Cæſarem. Deinde, cum ille Philippo ceſſiſſet, qvod is ſibi in comitiis à pluribus ordinibus prælatus eſſet, impulit principes, ut Philippo à ſe excommunicato opponerent Ottonem IV. ducem Saxoniæ, Henrici Leonis filium, eumqve de more Aqvisgrani coronarent. Magnæ inde turbæ. Qvi epiſcopi Philippo favebant, loco ſuo à pontifice movebantur. Philippus Ottonis amicos dignitatibus pellebat: & erat milite, cauſa & ſucceſſu ſuperior. Omnia in Germania tumultibus, vaſtationibus & cædibus complebantur, donec ſtatus imperii hanc pacem firmarent, ut Otto, qvoad Philippus viveret, titulo imperatoris abſtineret, & deinde imperaret. Cum igitur Philippus per ſummam injuriam à Palatino Ottone Wittelsbachio eſſet peremtus, ſtatim ſucceſſit Otto IV. Saxo: qvi numerum electorum ſeptenarium conſtituiſſe creditur.

XIII. Unde probat, SEPTEMVIROS ſeu electores imperii ante Ottonem IV. non fuiſſe.

Ottonem III. liberis carentem in freqventiſſimis comitiis conſtituiſſe, ut ex ſolis Germanis rex per Germanos eligeretur, poſtea à pontifice conſecrandus, unanimiter omnes ajunt Hiſtorici. Et qvidem imperatores poſtea vel ſunt à principibus omnibus electi, qvemadmodum & ipſe Otto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſic electus erat, vel à patre nominati, usqꝫ ad Heinricum VI. qvi, ut filius ſuus Fridericus, trium annorum puer, eligeretur, conſenſu ordinum ſanxit, ut imperator impoſterum ex ſola ſangvinis ſucceſſione fieret, imperiumqꝫ eſſet hereditarium. Qvem in finem & filium ſuum creavit ſucceſſorem, & regna ſua Siciliæ & Calabriæ, Capuæqꝫ & Spoleti principatus imperio univit, ut, qvicunqꝫ eſſet imperator, hæc regna ſimul haberet. Huic qvidem ſanctioni ſubſcripſerunt LII. principes, qvi imperatorem eligere conſveverant: Henrico autem mortuo, hæc lex una exſpiravit. Nam alii, ut dictum eſt, imperium ad Philippum Heinrici V. fratrem detulere: alii ſvaſu papæ elegerunt ducem Zaringiæ Bertholdum, & poſt eum Ottonem IV. Heinrici Leonis filium: qvi etiam rerum tandem ſolus potitus, anno ciↄccviii. comitiis Francofurti indictis, legē de conſtituendo imperatore ab Heinrico IV. ſancitam his verbis antiqvavit: IMPERATORUM NULLUS HEREDITARIAM DIGNITATEM SIBI VENDICATO. PRINCIPES VI. SACRI ORDINIS TRES; PROFANI TOTIDEM, EUM ELIGUNTO. SI DISCORDES FUERINT, BOHEMIÆ REGEM COOPTANTO. Videatur Goldaſtus in conſtitutionibus imperii. Ad ipſum tamen Ottonem IV. eligendum omnes principes & epiſcopi convenerunt, &, cum ex ſe duodecim elegiſſent, ex qvibus unus præeſſet imperio, poteſtatem fecere Colonienſi, Moguntino, Saxoni & Palatino, ut, qvem hi qvatuor eligerent, eſſet imperator.

XIV. Qvidnam autem rerum geſtum eſt, Ottone IV. ad imperium evecto?

Pontifex, benevolentia erga Ottonem in capitale odium converſa, totus in eo fuit, ut & hunc imperatorem everteret. Ob id illum, qvem antea ad imperii faſtigium promoveri curaverat, Romæ jam inauguratum, in vitæ discrimen vocavit. Ille, ira & indignatione percitus, variis qvidem copiis Italiam depopulatus, magnam partem Campaniæ & Apuliæ, qvæ ſub ditione Friderici II. regis Siciliæ erant, occupavit: ſed propterea ex eccleſiæ ſocietate bis eſt ejectus: & qvanqvam pontifex genti & familiæ Friderici, ut qvi Fridericum I. habuit avum & Heinricum IV. patrem, parum æqvus erat, nullam tamen opprimendi Ottonis expeditiorem ratus occaſionem, ab Ordinibus imperii contendit, ut, deſerto Ottone, Fridericum II. cui infanti imperium ante promiſſum erat, ſibi adſciſcerent Cæſarem. Facile id obtinuit, qvia Otto cœperat, ob neſcio qvod animi faſtidium, diſplicere. Sic Fridericus, in qvo egregiæ virtutes eminebant, qviqꝫ tam ſolerter erat educatus, ut non ſolum Italicam & Germanicam, ſed & Latinam,

Græ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Græcam & Saracenicam lingvam calleret, ad imperium eſt provectus. Otto qvidem multa conabatur adverſus eum, ſed ſpe ſua dejectus, & ab omnibus deſertus, poſt qvinqvennium Brunsvigæ deceſſit. Fridericus, compacata Germania ab Honorio III. Romæ conſecrabatur, cum alia dona, ut Fundanum comitatum, in pontificem ejusq; aulam contulit, tum conſtitutione imperiali ſanxit, ut, qvi à pontifice ob diminutionem eccleſiaſticæ libertatis excommunione eccleſiæ per annum ſegregatus fuiſſet, ſi intra annum non expiaretur, idem ipſo jure civili proſcriptus eſſet, nec ante reciperetur, qvam eſſet ab eccleſia receptus. Scilicet gratificaturus imperator papæ, gladium illis ad ſe jugulandum, & ad imperii dignitatem convellendam illis ipſis in manus porrexit, qvi jam inde à Bonifacio III. dominatum in imperium moliebantur. Hinc enim factum, ut, ſi qvis pro libertate & dignitate imperatoria libidini pontificum reſiſteret, qvaſi contra eccleſiam feciſſet, è ſocietate Chriſtianorum ejiceretur, &, niſi intra annum eſſet in gratiam receptus, pro proſcripto haberetur. Imperator ipſe, qvem hoſtem contra ſe armaſſet, brevi expertus eſt. Poſtqvam enim Siciliam à Saracenis purgaſſet, duce eorum Mirabeto in prælio capto & laqveo enecto, & Thomam atq; Richardum comites Anagninos, Innocentii III. fratres, in regno Neapolitano novis rebus ſtudentes, & læſæ majeſtatis reos, ſuis bonis exuiſſet, pontifex hos & alios perduelles Romæ receptatos fovit, & à fide & obedientia Friderici exemit. Epiſcopos autem, qvi inter illos fuerant dejecti, juſſit officio ſuo reſtitui. Imperator, qvod jus eſt regum aliorum in diſpenſandis eccleſiaſticis muneribus, cum id qvoq; adverſus tyrannidem pontificis tutari vellet, ſtatim ex cœtu eccleſiæ eſt exterminatus. Sed qvia interea ex oriente rex Hieroſolymorum Johannes à Saracenis in maximas difficultates conjectus, auxilium imploraturus, Romam advenerat, & ſpem maximam ſe in imperatore ponere oſtendebat, illius precibus motus pontifex cum Friderico in gratiam rediit, qvi ſecundis nuptiis (prima enim uxor Conſtantia regis Arragoniæ filia deceſſerat, ex qva ſuſtulerat Henricū) recepta in matrimonium Jolanthe vel Volanthe, regis Johannis filia, ut antea diximus, dotis nomine omne jus regni Hieroſolymitani in reges Siciliæ tranſtulit, & ſe propediem in Aſiam adverſus Saracenos expeditionem facturum promiſit. Qvam cum graves ob cauſas paulo diutius differret, Gregorius IX. pontifex ſucceſſor Honorii, ex iis comitibus oriundus, qvos Fridericus perduelliones antea condemnaverat, ut longe removeret Cæſarem ab Italia, d[illegible] & [illegible] minabatur, niſi

niſi qvam celerrime poſſet, in Aſiam proficiſceretur. Ille maximis cum copiis Brunduſio qvidem, anno clɔcccxxvii. ſolvit, ſed cum ad Peloponneſi & Cretæ anguſtias perveniſſet, morbo tentatus ſubito, cum paucis, reliqvis copiis in Palæſtinam miſſis, Brunduſium & inde in Apuliam reverſus eſt: præſertim qvia non ignorabat, regnis ſuis pontificem inſidiari: qvi etiam tam indigne inſperatum ejus reditum tulit, ut fulmine tyrannidis ſuæ eum feriret, falſis criminationibus impetitum. Illas imperator facile diluit, & filio HENRICO, ſub curatore Ludovico Bavaro, Cæſare declarato, nova claſſe, trajecto mari, in Cyprum, & inde Ptolomaidem pervenit: cumq; Saracenis pacem, qva Chriſtianæ rei optime conſultum putabat, in decennium firmavit, hac lege, ut, redditis viciſſim captivis, Hieroſolyma & qvicqvid inter eam & Ptolemaidem interjacet, cum Tyro & Sidone & omnibus locis, qvæ Balduinus IV. in poteſtate ſua habuerat, exceptis paucis arcibus, in poteſtate ſua eſſet. Fecit Fridericus, qvæ imperabat pietas: & diademate in ipſis Hieroſolymis cinctus, muros urbis à Saracenis dejectos & templa diruta refecit, & Nazaretum atq; Joppen, hodie Zaffo dictam, munivit. Sed interea pontifex milites ad bellum ſacrum evocatos, inq; orientem contendentes, qvoqvo modo ab inſtituta profectione prohibuit: homines ſuæ factionis in oriente, uti Patriarcham Hieroſolymitanum & milites ordinis templi & Teutonici, ut imperatori, qvem eo nomine potiſſimum convitiabatur, qvod in templo Hieroſolymitano Machumetanis locum in pacificatione cum Saracenis permiſerat, adverſarentur, inſtigavit: ipſis Saracenorum principibus, ne cum Friderico paciſcerentur, neve ei regnum Hieroſolymitanum redderent, disſvaſit. Et qvia ex partu Volantha Augusta deceſſerat, eam in carcere necatam criminatus, inſtigavit ejus patrem Johannem & alios in Longobardia principes & civitates, ut, acceptis à ſe ſubſidiis, duplici exercitu, qvem vocabat papa militiam Chriſti, ditiones Friderici in Italia aggrederentur. Qvin & Henricum ejus filium, jam Cæſarem renunciatum, pravis conſiliis à patre avertit, cumq; impulit, ut à ſe curatorem & conſiliorum moderatorem Ludovicum Bavarum ſemoveret. Fridericus, his nunciatis, relicto in Aſia Reinaldo cum præſidiis, ſubito cum copiis rediit in Italiam, & non ſaltem brevi tempore omnem ſuam ditionem recuperavit, ſed & progreſſus in Campaniam, Beneventum & qvicqvid erat pontificis, ad Romam usq; occupavit. Cumq; poſſet jure ſuo in pontificem uti, pacis conditiones illi obtulit, & datis xxclɔ. unciis auri expiatus eſt. Ab hoc tempore, qvamqvam fideliter præſtitit, de qvibus con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

convenit, ipsum etiam pontificem contra tumultuantes Romanos armis tuebatur, dum tamen aberat in Sicilia ad rebelles & ibi coercendos (Messana enim & aliæ civitates, duce Martino Ballono, seditionem concitarant) pontifex pacem cum hostibus composuit: &, cum intereà in Germania Fridericus Austriacus & Otto Bavarus, suborto inter illos bello, infestis se mutuo armis peterent, & filius imperatoris Henricus Cæsar Bavarum graviter vexaret, jamq; pene aperte defectionem à patre præ se ferret, ut sibi imperiũ assereret, cum altero filio Conrado in Germaniã, à qva XIV. jam annos abfuerat, profectus, coacto Reginoburgi Ordinũ concilio, filium Henricum læsæ majestatis & parricidii sententia LXX. principũ condemnatũ in vincula compactum relegavit in Apuliam, ubi non longo post tempore in carcere obiit, & in ejus locum CONRADUM II. alterum filium, consensu procerum substituit Cæsarem: Austriacum mandatis non parentem proscripsit, ejusq; provincias sibi subjecit, tertiasq; cum Isabella, Johannis Apuliæ regis filia, nuptias celebravit, & rediens in Italiam cum exercitu, ad pœnam vocare voluit in Longobardia conjuratos, qvi ab ipso & imperio defecerant. Sed pontifex Gregorius, missis obviam legatis, voluit, ut suo arbitrio controversiam permitteret. Qvod cum è re imperii haud esse sciret, & propterea civitates, qvæ defecerant, in ordinem redegisset, clade etiam ingenti Mediolanenses & conjuratos ad Curtem novam affecisset, supremo eorum ductore Petro Teupolo, ducis Venetiarum filio, una cum carocio seu carro amplissimo, qvod qvasi tribunal seu prætoriũ qvoddam mobile erat, multis vexillorum ornamentis conspicuum, capto, & laqveo postea necato, denuo à communione ecclesiæ eum pontifex exclusit, initoq; cum Venetis & Genuensibus fœdere, diplomata per Germaniam misit, qvibus innocentiam Friderici inauditis criminationibus flagellavit, ut omnes à fide & obedientia ejus averteret, eosq;, qvi dicto audientes non essent, iisdem diris submitteret. Traxit in partes Bavarum & Austriacum, reges Bohemiæ & Hungariæ, ducemq; Poloniæ. Austriacus ope Bavari & Bohemi, copiis imperatoris fugatis, Austriam & Sveviam, unde exclusus antea fuerat, recepit: & nuncius Apostolicus episcopos, qvi in ipsa Bavaria causam imperatoris defendebant, variis artibus afflixit. In Italia pontifex Ferrariam, præfecto oppidi ad colloqvium evocato, & contra datam fidem capto, intercepit; & Veneti classem imperatorum attriverunt. Sed imperator, ne ob diras pontificas omnino à milite desereretur, in copias suas Saracenos, qvos antea è regno expulerat, adscivit, & ad ipsas Romæ portas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

milites pontificis cruce notatos profligavit, passimq; victricia arma circumtulit, & qvia cruciatæ erant militiæ, qvatuor illis plagas in modum crucis infligi, aut caput qvadrifariam instar crucis diffindi, coronamq; clericorum notam, ad vivum resecari, crucemq; ei imprimi jussit, ut hæc omnia ex historia Neapolitana Pandulfi Collenutii constant. Non sine causa ob hæc omnia meruit vocari malleus Romanorum. Principes imperii, Ægræ congregati, reconciliatis imperatori hostibus, in imperio Ottonem Bavarum contra remp. fecisse decrevere, & Bohemis atq; Hungaris, qvi pontificis partes seqvebantur, fortiter restitere. Ipse imperator in Italia Asculum, Ravennam, Faventiam, & alia oppida, aut sibi conciliavit, aut expugnavit, classem Genuensium profligavit, & in ea tres legatos pontificis & complures antistites, qvi Romam in concilium convocati fuerant, ut graviora adhuc in imperatorem decernerent, cepit: Mediolanenses in acie per præsidia Ticinensia vicit & fugavit: frustra papæ pertinacia ad pacis conditiones sollicitata, ipsum agrum Romanum depopulatus, ut bellicis sumtibus sufficeret, monetam coriaceam, teste Antonino, cudi curavit, e latere uno effigie sua, ex altero aqvila insignitam, cui valorem aurei Augustalis imposuit, & ex camera fiscali bello finito omnes recepturum aureum promisit, qvi qvicqvam istius monetæ adferrent. Inciderunt hæ turbæ in illa tempora, qvibus Tartari sub duce Batto, ex Sarmatia Asiatica egressi, duobus pene annis, occupata Russia, Polonos, Hungaros & Silesios in prædam habuere. Sed qvo minus imperator à vastatione tanta rempubl. Christianorum liberaret, pontifex Gregorius obstitit, qvi omnes pacis conditiones respuebat, & penitus cupiebat Fridericum eversum. Sed qvia res ipsi cum concilio, qvo odia antistitum in innocentem hostem acuere conabatur, ex voto non succedebant, & imperator in navali contra Genuenses victoria multos papæ proceres, interq; eos tres ejus legatos cepisset, de successu desperans ægritudine animi interiit. Nec Cœlestinus IV. in locum ejus suffectus, XVIII. amplius diebus pontificatui præfuit: & eo defuncto, interregnum fuit in cathedra papæ XXI. amplius mensibus, Cardinalibus creationem pontificis protrahentibus, qvia, qvos antea in classe ceperat Fridericus, nondum dimiserat. Tandem electus est Innocentius IV. qvocum statim de pace actum est: sed frustra. Conscendit propere mutato habitu naves, & Genuam primo, deinde Lugdunum in Gallias navigavit, ibiq; concilio convocato, actoris simul & judicis partes sustinuit, & contra omnia jura divina & humana, principem suum, qvi interea etiã conventum

prin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

principum Veronæ celebravit, falsis calumniis oneratum, indicta causa, frustra contradicente Thaddæo, imperatoris procuratore, imperio, regnis & Christianorum communione spoliavit. Econtra imperator apologiis variis strenue se defendit, inq; Longobardiam reversus, Mediolanensium fines vastavit; Florentiam in fidem imperii recepit; plures, qvi in necem suam instinctu pontificis conjuraverant, sustulit. Sic tamen fascinavit pontificis autoritas nonnullos in imperio proceres, ut de novo imperatore creando consilia agitarent. Episcopi qvidam sub Brabantino duce & aliis qvibusdam, per legatum pontificium persvasi, elegere HENRICUM, Thuringiæ & Misniæ Landgravium. Sed is cum Conrado Cæsare, imperatoris filio, in acie vulnere accepto occubuit. Ipse etiam Fridericus imperator, tot hactenus cum malis luctatus, in Italia fatis concessit. Aliqvi eum dicunt conjecta in os à filio Manfredo stragula esse suffocatum, ut apud Jovium legitur. Sed ex certioribus documentis constat, eum febri correptum, inter manus episcopi Panormitani pie expirasse. Testimonium sane à Meynardino, Imolensi episcopo, accepit, qvod electum Dei vas & organum fuerit. Condidit testamentum, in qvo multa ad pios usus liberaliter convertit: omnibus rebellibus clementer ignovit: proditores tamen rigori justitiæ commisit: captivos dimitti jussit: CONRADO filio imperium & Neapolin; HENRICO II. alteri filio Siciliam; FRIDERICO nepoti, qvi ex filio majori Henrico in carcere defuncto natus erat, Austriam; MANFREDO filio naturali Tarentinum principatum reliqvit sub hac conditione, ut omnes Conrado imperatori fide essent adstricti. Ferunt, responsum à nescio qvo illum accepisse, fore, ut in agro Florentino moreretur. Sed dum Florentiam in Campania vitabat, in arce, qvam Florentinam in Apulia vocabant, sex milliaribus à Luceria expirasse. Papæ adulatoribus hic Fridericus semper atro carbone notatus legitur: sed pietati & justitiæ ejus autores omni exceptione majores luculenta dant testimonia: interq; eos Petrus de Vineis, ejus cancellarius, cujus sex epistolarum libri nomine imperatoris conscripti extant, editi à Simone Schardio, digni, qvi ad rectius cognoscenda hæc tempora legantur. Idem loqvitur ejus epitaphium:

Si probitas, sensus, virtutis gratia, census,
Nobilitas orti possent subsistere morti,
Non foret extinctus Fridericus, qvi jacet intus.

Et vel hinc constat, qvid formulæ depositionis Friderici, qvæ lib. VI. De-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

cretorum c. ad apostolicæ, extat, tribuendum. Nam & fides historica, & jura atq; libertas ei reclamat. Taceo, qvod mutilatim ibi sit posita. Integre descriptam ex vetusto qvodam codice recensuit Schardius, & epistolis Petri de Vineis præfixit. Memorabile est, qvod refert Matthæus Parisiensis Anglus, cum in concilio Lugdunensi Fridericus II. per papæ tyrannidem esset excommunicatus, papam à septem electoribus contendisse, ut alium sibi imperatorem eligerent: illos autem, monitis papæ nihil curatis, in fide ejus perstitisse. Recenset inter electores Laicos, duces Austriæ, Bavariæ, Saxonum & Brabantiæ; inter Prælatos Coloniensem, Moguntinum & Salisburgensem. Successu autem temporis pro Austriæ, Bavariæ & Brabantiæ ducibus, successere Palatinus Rheni, Marchio Brandeburgensis, & qvi non tam eligit, qvam discrepantibus electorum sententiis definit, rex Bohemiæ, ut patet ex Alberto Abbate Stadensi & Martino Polono. CONRADUS, qvi jam se pro imperatore gerebat, ut antea episcopi Reginoburgensis & complicum insidias effugerat, qvi in cubiculum ejus clam irruperant, necē illi intentaturi, ita nuncio de patris morte accepto, ad paterna regna, Neapolitanum & Siculum, occupanda, qvæ Innocentius IV. partim regis Angliæ filio concesserat, partim in suam fidem receperat, cum exercitu contendit, & sua sibi asseruit. Cum autem paulo post veneno esset sublatus, & unicum filium Conradum, qvem Itali CONRADINUM vocant, nuper ex Elisabetha Bavara in Germania natum, reliqvisset, pontifex regnum invasit Neapolitanum. Asseruit illud initio pro infante patruus MANFREDUS, Friderici II. nothus, Tarenti princeps. Sed dulcedine imperandi illectus, nunciis subornatis, prodidit apud Neapolitanos & Siculos, infantem heredem in Germania diem obiisse. Et ferunt, munuscula illuc veneno infecta fuisse missa, sed per matris prudentiam alium infantem substitutum, qvi per venenata dona exanimatus sit. Sic Manfredus sceptro regniq; corona ipse insignitus est. Pontifices post Innocentium IV. Alexander IV. & Urbanus IV. id ægre ferentes, cum à se id regnum pendere dicerent, sacrum bellum adversus Manfredum proclamavere, & milites cruce notatos, tanqvam adversus Christiani nominis hostem, eduxere sub auspiciis Roberti Flandri & Caroli Andegavensis. Huic CAROLO, Ludovici V. regis Galliarum fratri, posthabito vero regnorum herede Conradino, qvem vivere non ignorabat Urbanus IV. regna Neapolis & Siciliæ beneficii nomine detulit, hac lege, ut qvotannis XLVIIIclↃ. aureorum & triennis singulis album eqvum pro vectigali penderet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ret, neve ipse, nec successores imperii administrationem susciperent. Et progresso in regnum Neapolitanum Carolo, ad prælium se statim temere objecit Manfredus, & in eo occubuit. Carolus autem à pontifice imperii in Italia constitutus est Vicarius. Interea pubertatis annos excesserat Conradinus, apud avunculos in Bavaria, & ad recuperanda avita & paterna regna, cum magno copiarum apparatu, comitante Friderico Austriaco, in Italiam expeditionem suscepit. Initia ibi læta: sed cum jam transitu per ipsam Romam facto finibus regni Neapolitani propinqvaret, occurrit ei in campis Marsorum Carolus. Penes hunc stetit victoria, & Conradinus profugus, agnitus ex anulo, qvem Asturam miserat ad victum emendum, è fuga retractus, cum Friderico, ultimo masculo herede ducatus Austriaci, & Gerhardo comite Pisano, postqvam annum in carcere esset detentus, Neapoli in foro decollatus est: alii qvatuor barones in furca suspensi. Carnifex etiam, ne gloriaretur de generoso sangvine effuso, decollatus. Annus agebatur clↄcclxviii. Dicitur moriturus detractam de manu alteram chirothecam in populum abjectam, ceu translatæ possessionis jurisq́; sui signum, Petro Arragoniæ regi, cui Constantia Manfredi filia patruelis sua nupserat, legasse: & eam à qvodam eqvite ad Petrum ferunt allatam. Alii eum dicunt anulum signatorium Petro misisse. Pontifex Clemens IV. Carolo, qvid sibi in captivos statuendum esset, sciscitanti, respondisse traditur: VITAM CONRADINI ESSE MORTEM CAROLI; MORTEM CONRADINI VITAM CAROLI. Et sic Carolus causam dedit aliqvot in Italia JCtis dijudicandam. Ecce autem in hanc Gallorum sævitiam Nemesin divinam! Siculi xv annis post, facta conspiratione, ad signum æneæ campanæ, omnes Gallos, nulla habita ætatis, sexus vel ordinis ratione obtruncaverunt, & Petro Arragoniæ regi evocato Siciliam commiserunt.

XV. Qvis autem post fata Friderici II in imperio Germanico rebus præfuit?

Postqvam ille fatis cessisset, filius ejus Conradus IV, hactenus, dum pater vixit, Cæsar, se qvidem pro Augusto gessit, & nomen Augusti usurpavit: sed non diu superstes, qvia, qvod diximus, in Italiam contendens ad regna paterna, veneno periit. Hinc in Germania INTERREGNUM XXII. ANNORUM, in qvo RICHARDUS, regis Angliæ frater, & postea ALPHONSUS rex Hispaniæ, à nonnullis proceribus ad imperium invitati sunt. Qvia autem res imperii parum curarunt, in comitiis tandem Francofurtensibus RUDOLPHUS comes Habsburgensis, absens electus, imperii fasces suscepit. Stirps hic est illustris familiæ Austriacæ, qvæ nunc temporis toti mundo ter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

terribilis eſt. Qvamprimum imperii curam ſuſcepit, PSEUDO-FRIDERICUM, qvi nomen Friderici II. mentitus jam multis impoſuerat, in aula imperatoris, cujus axioma qværebat, nomine Tile Kolupii verſatus fuerat, captum Noveſii combuſſit: Ottocarum, Bohemiæ regem, cui antea militaverat, ter prælio congreſſus, vicit, & ademta ei Auſtria, qvam ob nuptias cum poſtremi ducis Auſtriæ ſorore ſibi vendicarat, ad præſtandum ſibi homagium adegit. Fiebat id ſub tentorio ita formato, ut, cum ille genibus flexis, regio tamen habitu ornatus, regnum ſuum à Rudolpho, ea veſte, qvam ſæpius riſerat Ottocarus, induto, jure beneficiario acciperet, ſubito ante omnium oculos disjiceretur. Italiam Rudolphus prorſus neglexit, utq; privatæ potius, qvam publicæ conſuleret tranqvillitati, exarchatum pontifici ceſſit: jura imperii civitatibus Italicis vendidit: opimiores & potiores Germaniæ provincias, qvas unqvam potuit, ſibi vendicavit: princeps alioqvin ſapiens & felix, qvi prope reſtincti bellis civilibus, Germaniam in ſtatum longe tranqvilliorem repoſuit. Sub eo Siculæ Veſperæ contigerunt, qvibus Gallorum octo millia duarum horarum ſpacio miſere trucidata ſunt. Nam, cum, ut dictum eſt, Sicilia occiſo Conradino, fratri regis Galliarum Carolo ſubjiceretur, Siculi, ejus imperium ſuſtinere nolentes, ſtrage hac edita, Petro Arragoniæ regi inſulam ſubjecere. Defuncto Rudolpho, ADOLPHUS, comes Naſſavienſis, imperator declaratus, privati commodi gratia, neglecto imperio, bella traxit adverſus Miſniæ Landgravios: qvi concedere nolebant, ut imperatori Thuringia venderetur. Inprimis vitio datum, qvod centum millia marcarum argenti, qvæ à rege Angliæ acceperat, ut contra Galliæ regem militem educeret, ſibi ſervaverit, & copias ſine ſtipendio in Flandriam ſpe prædæ miſerit, XL. præcipuæ nobilitatis viros Fribergæ proditione captæ ſecuri percuſſerit. Depoſitus ergo à Statibus Moguntiæ congregatis, ut imperio indignus, cum nihilominus vi & armis omnia ageret, in prælio, manu ALBERTI ſucceſſoris confoſſus, occubuit. Hic Albertus monoculus dictus, qvod in juventute ob epotum venenum alterum oculum amiſerat, Rudolphi primi filius, pauca publico; multa privato qvæſiit commodo: Auſtriam, Carniolam atq; Styriam hereditariam fecit. Bella qvidem geſſit, ſed ut Bohemiam, qvæ jam primum externis aſſveſcebat parere regibus, filio ſuo acqvireret. Tandem per fratris Rudolphi filium Johannem, pravorum ſodalium conſilio ſeductum, qvi eum vocabant ducem ſine terra, interfectus eſt. Cauſam ille prætendebat, qvod ſuum in Svevia ducatum tu-

torio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

torio nomine justo diutius obtinuisset. Non possum facere, qvin hic verba Benevenuti de Rambaldis ex libro Augustali, qvi legitur in primo Tomo operum Petrarchæ adscribam: Alberto, inqvit, cum coronationem à Bonifacio, magnanimo sacerdotum tyranno, peteret, respondit ille, ipsum indignum imperio, qvia occiderat proditione dominum suum Adolphum in prælio: & tenens coronam in capite & spatum ad latus, dixit: Ego sum Cæsar. Postea tamen, orta gravissima discordia inter Philippum regem Franciæ & se, confirmavit Albertum. Alberto HENRICUS VII. comes Luzelburgensis successit: imperator optimus, qvi ultimus fere in Italia, qvæ pene [illegible]. annis imperatorem non viderat, imperatoriam majestatem asseruit: pontifici juramentum, cum inauguraretur, negavit, indignum ratus, principem principum, orbisq; terrarum dominum, servo servorum sacramentum dicere: præsides vicarios urbibus veteri more imposuit: Gvelphos, qvorum adversus Gibellinos factio præcipuas civitates ad vastitatem fere & solitudinem conjecerat, in ordinem redegit: ab ipsis Romanis tanqvam dominus receptus est: Robertum regem Neapolitanum, ad imperatorium tribunal ob intentatam sibi necem evocatum, cum non compareret, criminis majestatis condemnavit. Cum autem Florentinos obsidione premeret, & jam Neapolitanis immineret, à Bernhardino Politiano, monacho Jacobita, [illegible]. florenis ad id flagitium invitato, Bonconventi in ditione Senensum in eucharistia, consecrato pane venenato sublatus est, venenis jam antea non semel tentatus.

XVI. *Scelus mihi narras, ad qvod terra contremiscat. Sed qvid post Henricum VII. duo illi Cæsares Ludovicus V. & Fridericus Pulcer, qvos in catalogo imperatorum eodem tempore electos esse intelligo?*

Funestum Germaniæ bellum per LUDOVICI V. & FRIDERICI PULCRI ambitum denuo excitatum est. Illum Moguntinus, Trevir, Bohemus, Brandeburgensis elegerunt imperatorem: in hunc Coloniensis, Palatinus, Saxo incubuerunt. Uterq; coronari se curavit, qvanqvam Bavarus numero suffragiorum vicerat. Duravit discordia totos octo annos, & Germania in duas partes discedente, justis præliis qvinqvies dimicatum est. Tandem pacificatio hæc facta, ut veteri more collegæ essent pari autoritate, & uterq; nomen haberet imperatoris. Sed mox papa furialibus ausis qvæ [illegible] imperatores denuo concitavit, belloq; recrudescente Fridericus victus, captus, & tandem philtro extinctus est. Ægre habuit pontificem, edicta in imperio de pace proponi, amnestiam omnium injuri-

arum

arum fanciri, fuis decretis fpretis Ludovicum fe pro imperatore gerere. Ideoq; in eum fulmen dirum conjecit. Hac occaſione uſi in Italia viri apud ſuos potentes, conjuratione facta, dominatum per civitates occupabant, Scaligeri Veronæ; Eſtenſes Ferrariæ; Gonzagæ Mantuæ: qvibus deinde legitimam poteſtatem contra imperatores permiſit papa. Ludovicus interea, fulmen brutum exiſtimans, aliqvoties comitia coegit imperii, ſtatuitq; & decrevit, pontificis in imperatorem jus prorſus eſſe nullum: & civitatibus in Italia citeriore, qvæ ab obſeqvio imperatoris receſſerant, in deditionem receptis, Romam contendit, & à Stephano de Columna & Nicolao ſenatoribus coronatus, Johannem XXII. ex concilii decreto, tanqvam hæreticum & turbatorem ſede pontificia dejecit, inq; ejus locum Nicolaum V. ſurrogavit. Qvanqvam autem fortiter ita ſeſe tyrannidi ſacræ opponebat, Clemens VI. tamen nonnullis principibus Germaniæ perſvaſit, ut alium eligerent imperatorem. Et hi imperium detulerunt ad CAROLUM IV. Luzelburgicum, regem Bohemorum, filium Johannis regis Bohemorum, nepotem Henrici VII. marchionem Moraviæ, virum qvinq; lingvarum & literarum peritiſſimum: qvi ipſe non ineleganter vitam ſuam libro deſcripſit, qvi adhuc extat:

STIRPS LUCELBURGICA, UNDE CAROLUS IV. eſt editus, hæc eſt.

- *Henricus, comes Lucelburgi, in prælio à Joh. I. Brab. duce interfectus.*
  - *Henricus VII. imperator.*
    - *Johannes, cujus conjux Eliſabeth, regis Bohem. VVenceslai II. filia.*
      - *Carolus IV. imperator.*
        - *Sigismundus imperator & rex Boh. & Hung.*
        - *VVenceslaus ignavus, imperator & rex Boh.*
        - *Johannes, marchio Moraviæ, ſine liberis defunctus.*
      - *Joh. Henricus, marchio Moraviæ.*
        - *Procopius, marchio Moraviæ, à fratre hereditate ſpoliatus, aliqvamdiu regni Bohemiæ pro ignavo VVenceslao adminiſtrator.*
        - *Jodocus barbatus, marchio Moraviæ & Brandeburgi, anno 1410 imperator electus.*
      - *Johannes, dux Carinthiæ, poſtea pulſus.*
  - *VValleranus I. ſtirps comitum fani S. Pauli ac Lignii, dominorum Fiennæ.*
    - *VValleranus II.*
    - *Johannes.*
    - *Gvido.*
    - *Johannes.*
    - *Petrus.*
      - *Theobaldus.*
      - *Jacobus.*
      - *Jacobus.*
      - *Franciſca, uxor Joh. Egmondani.*
      - *Lamorales, comes Egmundæ, Gaveræ princeps.*
      - *Ludovicus. Coneſtabilis Franciæ.*
      - *Petrus.*

Educatus est Carolus Lucelburgicus in Gallia apud Carolum IV. regem, à quo etiam Caroli nomen assumsit, cum antea dictus esset Wenceslaus. Deinde difficillimis bellis interfuit, qvæ pater ejus Johannes rex Bohemiæ partim adversus Italos gessit, qvi se ab obseqvio imperatorum Germaniæ extricare conabantur, partim adversus Polonos, Austrios & alios. Imperator electus, vivo Ludovico, fere nihil pro imperio egit, & mortuo, non unum invenit adversarium. Electorum nonnulli imperium obtulerunt: EDVARDO REGI ANGLIÆ, & cum Augustalia non reciperet, FRIDERICO MARCHIONI MISNIÆ, tandemq; cum ille pecuniam à Carolo, ut cederet, accepisset, GUNTHERO COMITI SCHWARTZBURGENSI: qvi qvidem suscepit imperium, sed veneno paulo post per medicum pecunia æmuli corruptum porrecto ita debilitatus est, ut ad res gerendas esset inhabilis. Vita itaq; desperata, acceptis in expensarum compensationem xxii M. marcis argenti, & duobus insuper in Thuringia oppidis, Carolum permisit salutari regem, & brevi post in vita esse desiit. Memorabile est, cum partem veneni epotasset & vim ejus sentiret, medicum bibere reliqvam partem jussum statim concidisse: ipsum qvidem per vomitum maximam veneni partem rejecisse, sed nec sic venenum cessasse. Carolus rerum potitus, licet in multis non esset vituperandus, & Pragensis Academiæ fundatione, ut & aureæ bullæ promulgatione, non literis solum, sed & tranqvillitati publicæ consuleret, imperio tamen immane qvantum nocuit: patrimonia ejus, aqvila deplumata, diminuit: jus regni Arelatensis, qvod complectitur Delphinatum, Sabaudiam & comitatum Burgundiæ seu tractum Seqvanensem ab imperio alienatum Gallo concessit: privatis commodis plus, qvam utilitati imperii studuit: filium suum degenerem WENCESLAUM per ambitum imperatorem designari curavit, nonnullis ex electoribus eum in finem auro corruptis & reditibus imperii loco stipulatæ pecuniæ illis adsignatis. Benevenutus, qvi circa hæc tempora vixit, cujusq; antea feci mentionem, sic eum describit: Fuit vir peritus literarum & multarum lingvarum, astutus & sagax, qvi regnum Bohemiæ optime reformavit, sed in Italia victrices Harpyas præ se ferens loco aqvilarum, & Baccho immolans, nihil memorabile gessit. Nam cum maximo potentatu, ut loqvitur Benevenutus, veniens, opera & favore Urbani V. terribilis omnibus primo apparuit, sed cito cum magna pecunia, sed majore infamia reversus est ad patriam. Wenceslaus ejus filius qvalis futurus esset, vel hac re præsignificatum est, qvod matrem, cum

nasceretur, suffocaret: cumq; baptisandus esset, aqvam consecratam polluerct: qvodq; eo ipso etiam tempore domus, in qva sacra aqva abluebatur, conflagraret, qvin &, cum infans adhuc coronabatur, aram stercore suo contaminaret. Nec abludebant à re omina. Fuit autem Wenceslaus ingenio hebeti ac sordido, nullarum rerum, nisi voluptatum & venationis intelligente, animo non à rep. tantum, sed pene ab omni honestate alieno, sævo, truculento, ipse omnium ignavissimus. Qvod igitur administrationem regni negligebat, & latrociniis atq; grassatorum injuriis omnia exponebat; ter à Bohemis captus, bis vel ter miris modis liber evasit, tandemq; post annum imperii xxii. ab electoribus depositus, imperium FRIDERICO BRUNSVICENSI cessit, qvi mox fraude Moguntini periit, & à paucis in numerum imperatorum refertur. Post illum RUPERTUS, dux Bavariæ & Palatinus Rheni, vir ingenio acer, corpore parvus, sed ingens animo, imperium suscepit: qvi, ne proverbium nuper in lapide inventum, qvo Moguntia ab antiqvo neqvam dicebatur, fide careret, confestim Moguntini insidias & molitiones expertus est. Cum enim ad expeditionem Italicam, permissu pontificis, decimas exigeret, à sacerdotibus Moguntinus ne qvid impetraret, effecit, & socios expeditionis ab eo distraxit: ipseq; Rupertus, cũ Galeacii Mediolanensis copiis infeliciter congressus, clade non levi accepta retrocessit, Italisq; missis, qvanqvam perpetuis digladiationibus in seipsos sævientibus, ad Germaniam se suam convertit, & domi tranqvillam tandem mortem obiit. Post illum imperialis dignitas JODOCO, Caroli IV. ex fratre nepoti, marchioni Moraviæ oblata est, qvi nihil memoratu dignum edidit. SIGISMUNDUS vero, alter Caroli IV. filius, rex Hungariæ & Bohemiæ, omnibus virtutibus illustris & satis felix, imperio suscepto, cum labem Christiano nomini inustam eluere, & Turcas, à qvibus cladem ingentem passus fuerat, novis viribus aggredi parasset, adversus Hussitas, qvibus tyrannis pontificia, cum in concilio Constantiensi Joh. Hussius & Hieronymus Pragensis essent combusti, justam bilem moverat, arma vertit. Sed inferior semper ex præliis discessit: & Bohemia, vel qvinqvies tentata, castris hostes qvinqvies exuit, atq; duce Zisca rabiem pontificum, à qvibus adversus Hussitas universum imperium armabatur, feliciter sustinuit. Præfuit adhuc Wenceslaus ignavus Bohemis, cum bellum hoc Hussiticum coibat: eoq; connivente, cum in concilio prædicto, cui ipse Sigismundus interfuit, calicis usus Laicis in Bohemia petentibus interdiceretur, Zisca, collecta ad se multitudine, confluentibus
undiq;

aliisq; viris nobilibus, primum arcem Taborem condidit, unde postea Taboritæ dicti, qvi à partibus ejus stabant: monasteria deinde per totum regnum diripuit & vastavit: ipsam Pragam præter alia oppida in partes traxit. Sub primis belli initiis diem obiit. Wenceslaus anno cIↃcccxviii. apoplexia est extinctus. Sigismundus imperator, fratri in regno Bohemiæ succedens, à papa Martino V. instigatus, milite ex Germania, coacto adversus Hussitas, jam diris ab archiepiscopo devotos, arma mox induit: qvibus jam præter Ziscam alii duces militabant Hussineccius, Buchovius, Chualus. Illis fidam opem navabant Cuthnenses rustici, qvibus in silvis Bohemicis præter regem non est dominus, ut & magnus militum è Moravia numerus, qvi se novos Taboritas vocavere. Picardi autem, qvi è Gallia advenientes, minus recte de sacra cœna, qvasi in illa nihil nisi panis exhiberetur, sensere, à Pragensibus qvidem recepti sunt, sed non à Zisca. fuitq; illis postea peculiaris dux Johannes Præmonstratensis monachus, sed capite à Zisca plexus. Sigismundo abdicato, Coributus, Vitoldi ducis Lithuaniæ filius, in ejus locum est rex electus, & IV. capitibus res religionis comprehensa de verbo Dei per eos, qvibus commissum est, libere prædicando, cœna sub utraq; specie sumenda, potestate politica religiosis adimenda, deq; manifestis peccatis per magistratum politicum rite puniendis. Cum Coributus è Lithvania cum qvinq; eqvitum millibus advenisset, pleriq; è proceribus cum ob alias causas, tum qvod non esset Romanæ, sed Græcæ religionis, eum recusabant. Sigismundus autem, ut generum ALBERTUM AUSTRIACUM, qvi Bohemis favere videbatur, sibi obstringeret, illi marchionatum Moraviensem hac lege donavit, ut eum armis sibi acqvireret. Varii inde conflictus &c. cum anno cIↃcccxxiv. Zisca, utroq; in bellis oculo privatus, tandem morbo decessisset, Procopius Rasus qvidem, qvem sibi substituerat, strenue rem cœpit agere: sed Taboritæ statim in factiones abiere, cum pars se orphanos, qvasi duce destitutos, & postea Boleslavienses dicerent, & se in agris continerent; pars Procopium seqveretur, nomine Taboritarum [illegible]; pars nomine Pragensium & Hussitarum veniret: qvibus omnibus qvi se opponebant, dici voluere Catholici. Junctis tamen tandem viribus Hussitæ, qvicqvid copiarum è Germania aderat, non semel profligarunt. Qvo facto tantum aberat, ut concordes agerent, ut potius Pragenses non tantum, Taboritas & Orphanos urbe cedere juberent, sed & inter se in nova & veteri urbe dissiderent, & Coributum in turrim captivum ducerent. Hic ipse tamen Coributus, qvia

videbatur materia litis, dimiſſus eſt ad ſua, poſtqvam diadema ejuraſſet Bohemicum. Cumq; illinc papa vel tertia vice crucem, ceu loqvuntur, in Bohemos propoſuiſſet; iſthinc ex Sileſia & Miſnia hoſtes ingruerent; hinc tumultus interni turbarent; è Baſilea etiam novum concilium terreret, nihilominus qvatuor fidei Chriſtianæ capita de cœna ſub utraq; adminiſtranda, verbo Dei pure docendo, religioſis à poteſtate politica removendis, & magiſtratu recte contra delinqventes conſtituendo, in ipſo concilio urſerunt, ipſiq; Cardinali Juliano, cum armatus irrumperet, maſcule ſe oppoſuerunt. Conciliũ Baſilienſe illud eſt, in qvo diſputabatur, ſitne papa concilio; an concilium papa ſuperius. Et qvanqvam pro concilio concluſum eſt, & Gerſon ſcriptis id demonſtravit, diſplicuit tamen poſtea ſanctio pontificibus, & Gerſon ab hoc tempore habuit eos infenſos. Bohemi interim non deſtiterunt indignari, qvod contra fidem publicam ſui miniſtri eſſent Conſtantiæ exuſti, ipſiq; hæreſeos nõ convicti damnarentur. Tandem qvia ſubinde internis motibus diſtrahebantur, & dynaſtæ contra Procopium conſurgentes, ipſo in acie cæſo, cum imperatore Sigismundo, rege ſuo, ad conditiones pacis deſcenderent, hæc ſanctio conſtituebatur, qva tranſactum eſt, ut qvatuor Bohemorum capita præmemorata, quia jam eſſent ipſis à concilio Baſilienſi conceſſa, Sigismundus confirmaret, nec ab hoc tempore Huſſitæ, diris ſoluti, turbarentur, & omnia oblivione ſepelirentur. Hic fuit belli Huſſitici finis, qvo libertas cœnam ſub una ſeu utraq;, ceu loqvuntur, ſpecie ſumendi ſancita eſt: qvodq; copioſe à Zacharia Theobaldo eſt deſcriptum. Et qvanqvam, cum Sigismundus in Bohemiam receptus, paſſim per Philibertum, novum archiepiſcopum, monachis templa & monaſteria reſtitueret, à nonnullis & imprimis à Rohatezio rei denuo turbabantur, facile tamen hi motus qvieverunt, cum conſiſtorium ſeu judicium eccleſiaſticum Huſſitis indulgeretur. Paulo poſt Sigismundo cœperunt extrema per morbum imminere. Id ſentiens uxor ejus ex ſecundis nuptiis Barbara, per cujus patrem regnum Hungariæ ſibi contra Carolum Neapolitanum aſſeruerat, ſi Æneæ Silvio credendum, etſi jam anus, novum conjugium mente complexa, filiã Eliſabetham, qvæ in ſpem regni ſuccreverat, & Alberto duci Auſtriæ nupſerat, ex animo dimovit, & clandeſtina cum Huſſitarum proceribus egit de ſe ad regnum Bohemiæ poſt fata mariti evehenda. Alii putant, Barbaram illam Huſſitarum religioni fuiſſe addictam, & propterea metum marito ejus injectum. Sigismundus, qvanqvam ægrotus, curavit ſe in Moraviam deferri, & cuſtodibus uxori additis, ſubi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

subito jussit generum Albertum adesse, eoq; Ordinibus Hungariæ & Bohemiæ commendato, ad plures anno clↃ ccccxxxvii. jam septuagenarius abiit. Hic est ille imperator, qvi ministrum, cum herum comparasset eqvo, urinam non prius reddenti, qvam cum flumen intrasset, idemq; dixisset herum facere, qvia non nisi in opulentos liberalis esset, jussit fortunam in duabus pyxidibus, qvarum altera plumbo erat repleta; altera auro, periclitari, eumq;, cum plumbeam arripuisset, non hero, sed inclementiæ fortunæ egestatem suam adscribere. Vix sexennis acceperat á patre Carolo IV. Marchiam Brandenburgensem. Anno ætatis xviii. Mariam Ludovici I. regis Hungariæ filiam in matrimonium, & cum illa regnum accepit. Inde post xxiv. annos imperator electus, varia, qvamdiu vixit, fortuna est usus. Gener ejus ALBERTUS AUSTRIACUS post eum triplici diademate uno anno cinctus est. Hungari omnium primi eum susceperunt, sed hac conditione, ne, si offerretur ipsi in Germania imperium, illud acciperet, rati, eum in varia distractum, minus sibi contra Turcos præsto futurum. Multi Bohemorum, ne viderentur regem ex testamento Sigismundi in præjudicium libertatis suæ accepisse, elegerunt qvidem Casimirum ducem Lithuaniæ, regis Poloniæ fratrem: sed Polonis è Thabore, qvam defendendam susceperant, cum Alberto undeqvaq; subsidia adessent, profugis, pars Bohemiæ, a reliqvis diffidens, facile in obseqvium tracta, & factio adversa penitus attrita est. Septemviri tandem in Germania ei axioma imperii detulerunt: qvod tamen acceptare prius noluit, qvam consensissent Hungari, in spem erecti fore, ut certiora posthac è Germania adversus Turcos subsidia mitterentur. Cumq; accersitis undiqvaq; copiis expeditionem adversus Turcos adornaret, despotam Bulgariæ Georgium ab eorum tyrannorum invasione liberaturus, morte præventus, Sinderoviam & Bulgariam hostis injuriis, uxorem autem gravidam liberis incertæ fortunæ reliqvit. Alberti patruelis & successor FRIDERICUS AUSTRIACUS, cunctator maximus. Varnensem cladem, qva Ladislaus rex Hungariæ, induciarum, qvas cum Turca fecerat, svasu pontificis immemor, succubuit, multasq; alias turbas in imperio vidit, &, cum tot malis remederi non posset, sic patienter tulit, ut Constantinopolis adeoq; totus oriens in Turcorum potestatem perveniret: Helvetia à Gallis diriperetur, & sui juris fieret: Borussia regno Poloniæ adjungeretur: Moguntinus archiepiscopus Dietericus Isenburgius à pontifice dejiceretur: archiepiscopus Moguntinus Adolphus Nassaviensis a Friderico palatino oppugnaretur: Albertus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Brandeburgensis, Achilles Germanicus, cum Noribergensibus novem prœliis, uno victus; octo victor concurreret: Fridericus dux Brunsvicensis civitates Hansaticas vexaret: comites Wirtenbergici & Eberstemi inter se digladiarentur: Fridericus II. Brandeburgensis Pomeranos diu affligeret: in bello qvoq; Hildeshemensi & Halberstadiensi episcopi rixarentur; duces Bavariæ cruento bello inter se conflictarentur: Rostochienses integrum qvinqvennium cum duce suo Megapolitano bella gererent. Ab Hungaris, Bohemis & ipsis Austriis ipsi multæ molestiæ sunt creatæ, qvia Vladislaum posthumum, cujus tutelam in se susceperat, singulis poscentibus, nulli nationi ante adultos ejus annos concredere voluit: consiliis tamen Æneæ Silvii, postea papæ, nomine Pii II. se ex variis difficultatibus expedivit: anno cIↄ ccccLII. Romam profectus, coronari à Papa voluit. Absente eo, Austrii cœperunt, autore Ulrico, comite Ciliæ, tumultuari, propter legitimum suum dominum Vladislaum, posthumum Alberti imperatoris filium sibi hactenus negatum & qvasi captivum habitum: pulsisq; Alberti imperatoris præfectis, sibi alios gubernatores præfecerunt. Bohemorum nonnulli, ut & Hungari, adfuere subsidio Austriis; Germanorum nonnulli suo imperatori. Bellum finitum est, cum imperator Vladislaum posthumum anno ætatis XIII. traderet Austriis: qvi statim ipsi homagium Viennæ præstitere, eumq; comitati sunt in Bohemiam, ubi diadema magna ei solemnitate impositum est. Illo ipso tempore Vladislaus regnum Hungariæ adiit. Post ejus obitum cœperunt denuo Austrii tumultuari, qvia, cum Fridericus III. imperator sibi soli hereditatem ejus in Austria posceret; frater ejus Albertus mitis, & agnatus Sigismundus se non excludi posse ajebant. Juste id illos petiisse, patet ex seqventi Genealogiæ Austriacæ tabula.

Albertus I. imperator.
Albertus II. senior.

Leopoldus probus.
Ernestus ferreus. — *Fridericus senior.*
Fridericus III. imperator. — *Albertus mitis.* — *Sigismundus.*

Albertus III.
Albertus IV.
Albertus V. imperator.
Vladislaus posthumus, rex Hung. & Boh.

Transactio qvidem inter archiduces facta est: sed materia litis non sublata: ipsiq; Viennenses imperatorem in arce adhibitis tormentis oppugnaverunt. Sed Georgius Podiebracius rex Bohemiæ, milite ad urbem ad-

mota

moro, illum è periculo liberavit: & qvia illo ipso tempore Albertus ejus frater obiit, facilius jam cum Sigismundo transigi potuit. Post aliqvot annos Matthias Corvinus rex Hungariæ imperatorem tota pene Austria expulit, ipsa Vienna occupata. Causa, qvia à pontifice & imperatore rex Bohemiæ contra Podiebracium renunciatus fuerat, & nihilominus postea illud regnum ab imperatore, Ludovico Polono, Casimiri fratri, concessum erat. Sed Albertus Saxo, milite adversus Matthiam educto, amissa imperatori restituit præter Viennam, qvæ non nisi post obitum Matthiæ recuperari poterat. Tunc enim MAXIMILIANUS, imperatoris filius, jam rex Romanorum designatus, Saxonicis & Bavaricis armis adjutus, non tantum Viennam: sed & progressus in ipsam Hungariam, præcipuas arces in potestatem redegit. Eo imprimis consilio Fridericus familiæ consuluit, qvod illi omnes Caroli divitis, Burgundiæ ducis, ab Helvetiis cæsi, qvo cum bella & ipse gesserat, provincias acqvisceret, filia ejus unica, omnium provinciarum herede, Maria, à qvamplurimis procis petita, Maximiliano filio impetrata. Ille Maximilianus in infantia ad annum fere duodecimum lingvæ impeditæ fuerat: sed postea facundissimus omnium evasit, & imperator anno cIↃCCCCXCIII. creatus, Gallis eripuit Cameracum, Atrebatum Artesiæ metropolin, Tornacum & magnam partem Hannoniæ & Burgundiæ: ut ex matrimonio primo cum Maria Burgundica opulentissimas Belgarum & Seqvanorum ditiones acqvisivit; ita ex secundo cum Blanca Maria, principis Mediolani filia, ducatum Mediolanensem ad imperii obedientiam reduxit: Venetos, qvi ipsi, cum Romam contenderet cum exercitu ad coronam à pontifice obtinendam, transitum negaverant, post nonnulla damna in Foro Julio accepta, auxiliis Gallicis & pontificiis ad pacem petendam adegit: Viennam, qvæ cum Austria inferiore in potestatem Matthiæ Hungariæ regis devenerat, intra trium mensium spacium recuperavit: Albam regalem expugnavit: Turcos ex Croatia & Slavonia ejecit: Carolum VIII. regem Galliæ ad regnum Neapolitanum deserendum adegit: posteris regnorum Hispaniæ successionem, conciliatis inter filium Philippum & inter Johannam Ferdinandi Catholici filiam nuptiis, aditum fecit: Bohemos à Bavaria avertit: nepotibus per matrimonia ad regna Bohemiæ & Hungariæ viam stravit: Carolum Geldriæ ducem, Arnhemio capto, ad arbitrium disposuit. Imprimis memorabile factum est, qvo judicium cameræ Cæsareæ imperialis, qvod hactenus aulam seqvi consueverat, ita institutum, ut certo loco per certos judices à se simul & principibus consti-

tuen-

tuendos posthac haberetur. Camera igitur imperialis primo Francofurti anno cIↃ[illegible]xcv. subsistit: deinde post biennium à Statibus Wormatiam evocabatur: inde Augustæ post triennium, postqvam ob salariorum defectum fere collapsa fuisset, denuo constituta est: postea jam Noribergæ, jam Ratisbonæ, Spiræ, Eslingæ, jam alibi, difficultatibus variis objecta est, donec tandem sub Carolo V. Spiræ anno cIↃ[illegible]XXVII. fixam sedem obtinuit. Ipse Maximilianus variis laboribus exantlatis multorumque injuriis toleratis (nam & Bruxellis, anteqvam imperii administrationem susceperat, captus, perque novem menses detentus fuit: & à Carolo IIX. Galliarum rege, cum jam imperator esset, sponsa ejus Anna, heres minoris Britanniæ, rapta, filiaque ejusdem Margareta ab eodem rege Galliarum repudiata est) anno cIↃ[illegible]X placide expiravit, cum pharmacum incertæ potestatis adversus morbum, qvem sibi imminere putabat, hausisset. Phinzingius vitam & acta ejus operoso schemate poetico sub nomine Tewrdanck prodidit.

XVII. *Qvia jam ad tempora propiora, & ad Caroli V. imperium pervenimus, qvem scio Maximiliano successisse, age colophonem historiæ Romanæ imponimus, & qvid hoc & superiori seculo memoratu dignum, in historias relatum sit, videamus.*

Electores defuncto Maximiliano, cum competitores in comitiis essent Carolus Hispaniarum rex & Franciscus rex Galliæ, imperium qvidem Friderico Saxoni sapienti cognominato obtulerunt: sed ille senium causatus, CAROLUM HISPANIARUM REGEM, Maximiliani ex Philippo nepotem, sibi prætulit. Hic est magnus ille heros, ejus nominis qvintus, qvi statim auxilio pontificis Leonis X. Franciscum regem Galliæ ducatu Mediolanensi, unde expulsus fuerat Franciscus Sfortia, ejecit, & fugatis Gallis, Insubriam & reliqvas Italiæ provincias, Parmam & Placentiam, illis ereptas recuperavit, perque duces Prosperum, Columnam, Piscarium & Antonium Lævam res prosperrime gessit, & ipsum tandem Gallorum regem ad Ticinum seu Papiam ingenti prælio superatum cepit, cumque post clementissimam anni captivitatem non tantum regno restituit, sed & nova affinitate, sorore Leonora, vidua Emanuelis Portugalliæ regis, illi elocata, implicuit. Sed paulo post pontifex, Gallus & Veneti, fœdere adversus Carolum icto, causas illi præbuere, ut arma victricia denuo Italiæ inferret: ipsam Romam per Carolum Borbonium, qvi à Gallorum rege defecerat, postridie, cum eo venisset, occuparet & diriperet: pontificem Clementem ad VII. stipendia militibus solvenda adigeret: Gallū confœderatione nova

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

nova Anglorum insultantem, iterum iterumq; reprimeret, & ad pacem tandem Cameraci firmandam adigeret. Solimanni Turcorum imperatoris exercitum numerosum, à qvo ipsa jam Vienna obsidebatur, jam Austria in prædam petebatur, magnanimus rex felicissimis expeditionibus repressit: ingressus mare, Tunetanas fauces, ubi Carthago olim floruit, expugnavit, & xxiv. millibus Christianorum liberatis Muleassem Maurum, qvem Ænobarbus seu Barbarossa, ex archipirata Algerii rex factus, expulerat, & regnum Tunetanum in Solimanni Turcorum imperatoris potestatem redegerat, in regnum reduxit, sibiq; anno seculi xxxv. vectigalem fecit. Sub hoc imperatore Franciscus à Sickingen Trevirensem episcopatum graviter afflixit, ab hostibus tandem in arce Landstat obsessus, & trabe per tormentum dejecta lethaliter vulneratus, exspiravit: Johannes Fridericus Saxo & Evangelici confœderati in gratiam Goslariensium Henricum ducem Brunsvicensem clade victum ceperunt: rustici in Svevia, Franconia, Alsatia & Thuringia tumultuati sunt: Anabaptistæ monasterii in Westphalia in scelestissimis conatibus perierunt: reformatio ecclesiarum per Lutherum Megalandrum magna sumsit incrementa: Augustana confessio solenniter à Protestantibus exhibita, ingens Lutheranis ecclesiis incrementum peperit. Et qvanqvam bellum deinde Germanicum, qvo Saxoniæ elector Johannes Fridericus cum Philippo Hassiæ Landgravio captus est, exarsit, Magdeburgum etiam anno diutius obsidione cinctum est, Mauritius tamen, Johannis Friderici cognatus, novus elector, ad id adegit imperatorem, ut, captivis dimissis & libertate religionis principibus Germaniæ protestantibus concessa, postqvam Metim civitatem Mediomatricum, qvam ex vi fœderis cum Mauritio electore una cum Tullo & Verduno ceperat, frustra obsedisset, resignato imperio non in papæ, sed in electorum manus, laborum pertæsus, monasterium S. Justi in Bœtica, servata tantum annua c. aureorum clɔ. pensione, ingrederetur. Sic vivus adhuc FERDINANDO fratri, qvem contra suffragia Saxonis electores jam anno seculi xxi. regem Romanorum elegerant, imperium; regna vero & provincias filio Philippo reliqvit. Qvæ sub eo acta sunt, Schardius in Tomum II. Germaniæ illustratæ congessit; sicuti res gestas Ferdinandi & Maximiliani in Tomum III. & IV. Bellum in primis Smalkaldicum duobus tomis persecutus est condistissime Hortlederus. Ferdinandus pacis concordiæq; publicæ fuit amantissimus: cujus etiam amore, Carolo adhuc vivo, pacem religionis in Passaviensi transactione sancivit. Sed Turcos hostes

fensit infestissimos, nimisq; felices: qvibus etsi sese impetu heroico objecavit, munitissima tamen Pannoniæ propugnacula, Strigonium, Qvinqvecclesiam, ipsam etiam Budam amisit. Nam cum Johannis Zepusii comitis, qvem regem aliqvi creaverant, viduam, qvæ filiolo Stephano Solimannum Turcorum imperatorem tutorem præfecerat, Budæq; commorabatur, obsideret, Turci in auxilium vocati, Ferdinando repulso, ipsam Budam vi & fraude occuparunt. Ferdinandus cum ætate gravis decessisset, surrogatus illi est filius MAXIMILIANUS II. qvi per Lazarum Schwendium qvamplurima oppida & arces à Turcis recepit, finibusq; Hungariæ ultra XL. milliaria prorogatis, damnum, qvo Zigethum perdidit, egregie compensavit. Grumbachianam etiam factionem armis Augusti electoris Saxoniæ est persecutus, & Gotham in Thuringia solo æqvavit: cumq; ex Maria Caroli V. filia XV. liberos sustulisset, Ratisbonæ, in ipsis comitiis adversus Turcâ celebratis, expiravit. Filius ejus RUDOLPHUS II. multarum turbarum aut spectator fuit aut pacificus arbiter. Sub eo enim Colonienses archiepiscopi, Salentinus & Gebhardus, ductis uxoribus religionem Lutheranam professi sunt: atq; ille qvidem sua sponte episcopatum resignavit; hic vi dejectus est. Deinde cum Calendarium novum Gregorianum non sine multis turbis esset introductum, Argentinenses in factiones abeuntes, qvorum alii Joannem Georgium Brandeburgensem; alii Carolum Lotharingum, episcopum elegerant & armis defenderant, ut & Henricum Julium dolo & vi Brunsvigum lacessentem, arbitrio suo interposito compescuit. Contra Turcos varia fortuna bellum per Ernestum & Matthiam fratres, Ruffwurmium, Schwartzenburgum, Zerinium & alios administravit: & qvamvis Turci Siseccum, Vesprinum, Palotam, Jaurinum seu Rabam, Canisium, partim vi, partim dolo expugnabant, egregia tamen felicitate Filleccum, Novigradum, Strigonium seu Graanam, Hutrianum, Albam regalem seu Stuelweissenburg & Pestum recepit. Qvin & ipsam Rabam seu Jaurinum anno cIↄIↄXCVIII recuperavit. Alba autem regalis, Strigonium & Pestum contra vim hostilem diu retineri non poterant. Interea Sigismundum Bathoræum Transsilvaniæ principem sibi adversus Turcos adjunxit, & ipsam ab eo Transsilvaniam accepit, promissis L. millibus aureis & duobus in Silesia ducatibus: qvi cum Sigismundo non placerent, rediit qvidem in Transsilvaniam, sed à Rudolphi ducibus, & imprimis à Michaele Waiwoda magnis cladibus affectus, atq; ad homagium imperatori præstandum impul-
sus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

fuit est. Vix Bathoræi tumultus sedati erant, cum Botscajus anno clɔlɔcIV. Transsilvaniam Rudolpho rursus extorqveret, & libertatem religioni procuraret. Idem tamen, cum pax ei data esset, biennio post id egit, ut pax Turcica cum imperio in xx. annos firmaretur. Hinc MATTHIAS, qvem jam gubernatorem Belgæ & ducem adversus Turcos Hungari habuerant, armis in ipsam Bohemiam & sedē imperatoris fratris illatis, anno clɔlɔcVIII. regnum Hungaricum obtinuit. Post triennium exercitus Passaviensis Leopoldi non saltem Budeweisium stratagemate occupavit, sed & Pragam ipsam in Bacchanalibus diripuit: nec tumultuari prius desiit, qvam Matthias turbis superveniens à Bohemis rex salutaretur. Idem, cum seqventi anno, qvi fuit post natum Christum clɔlɔcXIII. Rudolphus fatis cederet, præsentibus XXVII. principibus ab electoribus caput sacrosancti imperii Romani constitutus est, & septem annos rebus jam maxime turbatis præfuit. Nam & unionis inter principes Germaniæ fundamenta, jam tempore Rudolphi anno seculi x. Halæ Svevorum jacta, altius surrexerunt: & Liga Romano-Catholicorum Herbipoli coiit: & Juliacensis ducatus, pro qvo illa unio facta erat, cum illum episcopus Argentinensis, Leopoldus Austriacus, occupaverat, herede masculo destitutus, plures spe inani lactatos illusit: & Aqvisgranenses senatu deposito imperatoriæ majestatis animadversionem incurrerunt, ut proscripti, executione Alberto mandata, per Spinulam in ordinem redigerentur. Hujus qvoq; arma Vesalia sensit & Mulheimenses, qvorum propugnacula paulo ante erecta, edicto Cæsaris dejecta & eversa sunt. Interea cum post Botscajum Transsilvaniæ præesset Gabriel Bathoræus, nec Turcorum nec nostro imperatori fidus socius, Bethlehenus Gabor, qvi hactenus in exilio vixerat, illo apud Turcos incusato, & promissa Lippa aliisq; propugnaculis, exercitum sibi adjunxit Turcicum, atq; Bathoræo profligato, sibi principatum Transsilvaniæ comparavit. Sed ecce tandem majorem belli molem, qvod Bohemiam primum & Moraviam & Austriam atq; Silesiam obruit, deinde totam Germaniam & Daniam concussit, tandem Svecos in imperium attraxit, Gallosq;, Hispanos & omnes Europæ reges involvit, nec ante XXX. annum finiri potuit.

XVIII. *Qvod si res longe ante nostra tempora gestas fideliter explicuisti: hoc qvæso etiam in te oneris suscipito, & de bellis nostris (qvis enim nostra esse insigni cum damno non sensit?) aliqva adjungito.*

Etsi tutius esse scio, digitum in tempora præterita intendere, qvam in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

præſentia; qvæ tamen fama publica edocti accepimus, more noſtro pauciſſimis explicabimus. Rudolphus imperator interceſſione electoris Saxoniæ, anno clɔlɔcix. Bohemis, Sileſiis & Moravis libertatem religionis literis, qvas ſic vocant, majeſtatis conceſſerat. Idem poſt triennium fecerat Matthias. Ideoq; ad pietatis exercitium à Bohemis, repurgatam religionem profitentibus, qvi ſub utraq;, ut loqvimur, ſpecie euchariſtiæ Dominicæ fiunt participes, cum alia in procerum ditionibus, tum duo templa Brunovii & Cloſtergrabii ſunt erecta. Abbas Brunovienſis & archiepiſcopus Pragenſis, non licere hoc parochialibus ſuis cauſati, Cæſaris judicio, alterius templi demolitionem; alterius poſſeſſionem impetrabant: & jam pontificii religionem ſaniorem, nullius penſi Bohemorum privilegiis habitis, extirpaturi videbantur: præſertim qvum diſſidentibus in religione non paterent amplius aditus ad dignitates, & eorum multi ab officiis dimoverentur. Ideoq; proceres, interq; eos præcipuus Henricus Matthæus, comes Turrianus, abſente Praga Cæſare, congreſſi in collegio Carolino, poſt habitam de privilegiis tuendis deliberationem, ſupplice libello à Cæſare remedia cauſæ ſuæ petebant. Reſponſo minus grato accepto, qverelas detulerunt ad ſupremum regni Burgravium Sternenbergium: qvumq; ſibi obſtare cenſerent Slabatam conſilii præſidem, Smiſantium comitem, & Philippum Fabricium ſecretarium, eos per feneſtram, absq; tamen vitæ jactura, præcipites egerunt: regnoq; xxx. directoribus commiſſo, miniſtros Cæſaris loco moverunt: Jeſuitas regno expulerunt: milites conſcripſerunt: Anhaltinum illis præfecerunt: vicinas provincias de auxiliis ſollicitarunt. Id factum, cum componi nullis transactionibus, qvæ tentabantur, poſſent, imperator graviter vindicare aggreſſus eo anno, qvo ingens cometa & oppidum Plueretum juxta Clavennam in Rhætia, montis impendentis lapſu abſorptū, horrenda mala Germaniæ præſagiere, exercitu ſub Henrico Tampierio in Bohemiam compeſcendam miſſo, atq; comite Bucqvoio, Carolo Longevallio, pone ſeqvi juſſo, rem armis agere cœpit. Factæ ſunt aliqvæ pugnæ & velitationes ad Saslaviam, Budwiſium & aliis locis. Neuhuſium à Cæſareanis, vel ter applicatis ad urbem copiis, aperiri jubetur: Pilſna contra ab Erneſto Mansfeldio, Petri Erneſti, Belgii qvondam gubernatoris, filio expugnatur: Auſtria à Joachimo Erneſto, comite Slickio, Bohemorum directore, & à Turriano infeſto milite petitur: omnia incendiis ac direptionibus deformantur: Moravia, Auſtria, Sileſia bello implicantur, & Turrianus, ipſo Viennæ ſuburbio occupa-

cupa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Lopate, machina bellica palatium impetit Cæsareum. Interim imperator Matthias, ne turbis hisce superesset, ad plures abiit, & antequam Ferdinandus II. suffragia electorum obtineret, Bucqvojus atque Tampierius cruenta pugna ad Nadritiam in fugam Mansfeldium conjecerunt. Victorias etiam ad Longelosum & Sitsendorfum obtinuerunt. Et qvamvis paulo post Tampierius ad Niclasburgum in Moravia clade accepta repulsus est, Bucqvojus tamen, illi ferens suppetias, qvamplurima in Bohemia loca & oppida invasit & expugnavit. Bohemi interim novum sibi regem FRIDERICUM V. electorem Palatinum præfecerunt regem, & qvidem octavo post die, qvam FERDINANDO II. non dissentiente Palatino, imperium commissum erat. Ab hoc tempore omnes cruento Marti habenæ sunt laxatæ. Ferdinandus, conventu electorum Mulhusium indicto, vindictam sui Saxoniæ electori Johanni Georgio & duci Bavariæ Maximiliano commisit. Eodem fere tempore Ambrosius Spinula cum milite Hispano ex Belgio irrupit in Palatinatum inferiorem; Saxo in Lusatiam; Bavarus cum Joh. Tserclajo, vulgo Tillio dicto, qvia comes Tilli erat, per Austriam ex itinere in ordinem redactam in Bohemiam. Et licet Gabor Bethlehenus, princeps Transilvaniæ, Bohemis fœderatus, qvibus jam exercitum submiserat, Hungaros in partes trahere, ipsumque adeo eorum sceptrum corripere conaretur, & jam Cassoviam, Posonium & omnem superiorem Hungariam occupasset, imperator tamen victoriam ab eo, a Polonis adjutus, reportavit, & ad inducias illum compulit. Saxo, nihil moratus marchionem Jegerndorfium, expugnavit Budissinam, totamque Lusatiam & Silesiam Cæsari subjecit. Et postqvam Spinula copias, sub nomine unionis collectas, disjecisset, jamque in Palatinatus visceribus hæreret, Bavarus, sibi Bucqvojo & Cæsareanis copiis junctis, in ipsius Pragæ conspectu intra unam horam ab Anhaltino & omnibus Bohemorum copiis, cum auxilia ex Hungaria initium fugæ fecissent, memorabilem reportavit victoriam, Pragaque occupata, cum Fridericus per Vratislaviam & Germaniam in Belgium se recepisset, sibi aditum ad electoratum patefecit. Teufenbachius, Moravici exercitus ductor, Slickius, & multi alii, ultimo supplicio affecti: Evangelici doctores, ex qvibusvis Cæsaris provinciis undique expulsi: Moravia per Bucqvojum ad obseqvium retracta: omnium rerum conversio facta. Nec in Hungaria res imperatoris pejorem sortiebantur successum, utut Tampierio primum, dum per insidias tentabat Posonium; deinde Bucqvojo, dum intercepto Posonio Neosolium oppugnabat, vulneribus confectis.

Nam etſi Bethlehenus, juncto ſibi Jegerndorfio, obſidionem Neoſolii diſſolvit, fervor tamen ejus tractu temporis ſubſedit, ut in hiſtoria Transſilvaniæ dicemus: paxq; inter illum & Cæſarem coaluit, præſertim, cum illi Eſterhaſius, Wallenſteinius & alii opponerentur. Palatinatus interim totus, nec à munitiſſimis Heidelbergæ, Manheimii & Franckenthalii arcibus & mœnibus, nec à XL. eqvitum turmis, qvas in auxilium Henricus Fridericus è Batavia, Mauritii Naſſovienſis frater, adduxerat, defenſus, ſe ad arbitrium victoris compoſuit. Idem fecere Haſſus, Würtenburgicus, Anſpacenſes & urbes imperiales. Georgius Fridericus, marchio Badenſis Durlacenſis, res eorum collapſas erecturus, Cæſareanorum vires ad Wimphenam clade ſua, qvam anno XXII. à Tillio accepit, auxit, & unionis Evangelicorum jamdudum initæ vinculo prorſus diſrupto, rumpi ſuas qvoq; vires vidit. Mansfeldius, qvi à marchione Badenſi jam parum ſubſidii expectare poterat, nihil remiſſior factus, ut antea Tillium cum Bavarico exercitu ad Mingelshemium prælio fuderat, ita jam ex pluribus in Palatinatu locis Hiſpanos ejecit, Leopoldum, dum Hagenoam obſidione premebat, fugavit, Darmſtadium cepit, Tabernasq; jam Alſatiæ oppugnabat. Chriſtianus contra dux Brunſvicenſis, epiſcopus Halberſtadenſis, fiducia Batavorum cauſam Bohemicam facturus ſuam, poſt prædas late actas, prope Hoechſtum ad ripas Mœni à Tillio & Conſalvo de Corduba, & Joh. Jac. Anhaldino comite fuſus fugatusq; ad Mansfeldium cum reliqviis exercitus ſe recepit. Pro Palatino tunc præter Electores, Daniæ & Angliæ reges interceſſere: cumq;, ſi dimitteret militem, qvem pro eo ducebant Mansfeldius & Halberſtadenſis, gratia Cæſaris ipſi promitteretur, nihilominus, cum id feciſſet, & hos ſuos propugnatores cum univerſa militia dimiſiſſet, adverſa ſibi ſenſit omnia. Mansfeldius & Halberſtadenſis à Palatino exauctorati, obſidione Tabernarum ſoluta, Galliæ fines pene cum XX. millibus armatorum obliqvato itinere in Bavariam, acciti ab Ordinibus Belgii, per Brabantiam contendentes, invito Cordubenſi, cum XXV. millibus iter ipſis intercludente, victoriam dubiam ad Floreacum ſeu Fleurium oppidum, non procul à Namurco conſecuti, operam Bergæ ad Somam ab obſidione Hiſpanica liberandæ locarunt. In hoc ad Floreacum prælio Halberſtadenſis ſiniſtrum amiſit brachium. Palatini interim res, dimiſſo exercitu, ruebant in pejus: pacis tractatio Bruxellis promiſſa intermittebatur: qvicqvid reliqvum erat in Palatinatu, ceſſit Leopoldo & Tillio, ipſaq; adeo Heidelberga. Jus electoratus in comitiis electoralibus Ratisbonenſibus devolvebatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tur in Bavarum: Franckenthalium rex Angliæ per modum depositi tradebat gubernatrici Belgii: Lusatia conferebatur Saxoni: Tillius, quasi persecuturus Halberstadensem, movebat in Saxoniam inferiorem, & cælo illo gravi ad Stathloam pugna, non procul à Monasterio, exercitum ibi detinebat. Sic Daniæ rex cum circulo Saxoniæ inferiore in causam trahebatur: qvem Jacobus rex Angliæ amplissimis instigabat promissis, licet ipse paulo post defunctus omnia relinqveret inexpedita. Mansfeldius qvidem redibat ex Belgio in Germaniam per Frisiam: sed Tillius, occupato ad Huxariam munimento, per Visurgim transiit in agrum Brunsvicensem, atq; explicatis ad Hannobriam seu Hannoveram copiis, Danicum exercitum profligavit, cæsis Friderico Altenburgensi & Obertrautio ducibus. Non desitum est interea de pace tractari. Sed omnia frustra. Danus occupavit Osnabrugas & Monasterium. Halberstadensis auctior jam copiis Gallicis, in Hassiæ finibus & circa Gottingam, pluribus oppidis præsidia imposuit. Albertus Wenceslaus Eusebius Wallensteinius hoc tempore novo exercitu collecto incumbebat Magdeburgensibus & vicinis: Albiq; ad pontem Dessaviensem imposito milite transitum, minabatur. Mansfeldius novis & ipse ex Anglia copiis auctus, præsidium à ponte conabatur removere. Sed Wallensteinius eum acri prælio fugavit, & toto peditatu exuit. Cum eqvitatu igitur in Marchiam, & inde in Silesiam concessit, seq; ibi junxit Ernesto duci Vinariensi, & Bethlehenum denuo nomine Dani ad arma secum contra imperatorem sumenda instigavit. Interim Tillius plurimis circa Fuldam & Veseram locis in potestatem redactis, magnoq; labore ipsa Minda expugnata, & jam castris ad Gottingam positis, partem copiarum Danicarum ad Calenbergam per Fürstenbergium fudit, & paulo post celebriorem ipse ad Lutteram in ducatu Brunsvicensi anno seculi xxvi. reportavit victoriam, in qva præcipuus copiarum Danicarum dux Philippus Fuchsius cum Philippo Landgravio Hassiæ occubuit. Rex ipse, cum Halberstadensis, Tillio ab obsidione Northemii paulo ante remoto, febri ardente obiisset, ex fuga suos circa Wolffenbuttelium collegit, & trajecto Albi Hoyam arcem obsedit & per deditionem recepit. Tillius vero victoriam persequens, Neostadiũ, Hannoveram, Verdam & totum fere episcopatum Bremensem inferioremq; Saxoniam occupavit. In fidem Cæsaris Georgius Hassus cum Brunsvigæ & Lunæburgæ ducibus sese recepit. Hac clade audita Bethlehenus, cum subsidia pecuniaria à Batavis & Anglis non mitterentur, etsi jam totam Hungariam commoverat, obsidionem Novigra-

vigra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

vigradiæ ſolvens, Eſterhaſio Palatino Hungariæ id curante, cum Wallenſteinio, qvi cum copiis illuc advenerat Mansfeldium, inſecutus, tranſegit. Sic Mansfeldius, qvi non tantum in Sileſia & in Moravia plura oppida in poteſtatem redegerat, ſed & Cæſareanis primum ad Oppeliam; deinde in territorio Poſonienſi cæſis, aditum ſibi in Hungariam fecerat, reſiliente jam à fœdere Bethleheno, tormentis & inſtrumentis bellicis præfecto Turcorum Budenſi divenditis, cū per provincias Turcorum fines Venetorum attigiſſet, morbo interiit. Diem etiam obiit Erneſtus Vinarienſis, poſtqvam jam nomine Dani, profligato copiarum ductore Annibale, magnos progreſſus in Sileſia fecerat. Baudiſius, Mitzlavus, Holkius & Ranzovius cum copiis reliqvis ægre in Marchiam & Poloniam evaſere, qvos comes Merodius & Bechmannus Bernſteinii tandem aſſecuti disjecerunt. Qvi ſupererant, per vicina loca ad Danum ſe receperunt. Ruſtica interim plebs ad Onaſum in Auſtria arma corripuit pro religione puriore aſſerenda, cujus profeſſio vi ipſis interdicebatur. LXXX. millia coierant, & pluribus oppidis occupatis, jam caſtris inſtructis Linzium obſidebant. Audebant etiam prælio adverſus legiones Bavaricas prope Velſiam certare, & vincebant. Tandem Gothofridus, comes Pappenheimius disjecit eos, & multis cladibus attritos domuit. Cum XXVII. ſeculi annus adeſſet, Wallenſtenius, ex Sileſia jam pacata in Saxoniam reverſus, expugnabat, qvicqvid audebat reſiſtere, & per comitem Slickium novis cladibus Danicas proſtravit copias, profligato primum Rensburgi in Holſatia marchione Durlacenſi, deinde ad Wiburgum Kallenbergio capto, & Baudiſio, qvi per Marchiam illic ſe reliqvis junxerat, fugato: inq; ipſas freti Danici anguſtias armis translatis, obvia qvæq; expugnabat. Pro tantis meritis ducatum Mechlenburgenſem in præmium accepit cum libera omnia diſponendi facultate: ducibus antiqvis, qvi ſocia arma cum Danis junxerant, per edictum Cæſareum criminis læſæ majeſtatis & perduellionis reis factis. Tillius non ſegnior, Nienburgo, Northemio & Stada, qvam Carolus Morganius ab Anglo miſſus defendebat, armis; Wolffenbüttelio autem aqva in urbem immiſſa ad deditionem adactis, jam una cum Wallenſteinio claſſem validam in mare educendam meditabatur. Et milites Cæſarei, qvi jam magno numero in Pomeraniam, tanqvam in ſtationes, adducti fuerant, cum Stralſundenſes libidinis ſuæ ſervos non invenirent, non eorum ſaltem urbem valida preſſerunt obſidione, ſed & alias paſſim civitates, delubra, arces, pagos extreme devaſtarunt, nec annonam ſaltem

omnem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

omnem consumserunt, sed &, qvicqvid tot annis nullo bello turbati incolæ compararant, variis tributis imperatis & exactis, exiguo tempore diripuerunt, tantaq; vi in hanc provinciam incubuerunt, ut aliqvamdiu in ea ultra triginta millia, nec lixis supputatis nec feminis, numerati sint. Hæc omnia tamen non tam ægre in Germania ferebantur, qvam qvod edicto tandem Cæsareo, qvo XIV. episcopatus & multæ aliæ prælaturæ in sacrificium missaticum anno XIX. repetebantur, Romanæq; curiæ ministris & monachis fundi opimi, qvos Protestantes in puriorem religionem impendunt, restituere jubebantur. Cumq; miseris nullam liceret sperare salutem, rex Seciæ, GUSTAVUS ADOLPHUS, ab illis ipsis, à qvibus Germania premebatur, ad pristinum Germanicæ libertatis decorem tuendum provocari videbatur. Insidias ille sibi suoq; regno & religioni per nostra latera sensit parari. Nuncios illius violarant: hostes in eum armaverant: suas aqvilas in eum, licet nondum hostem declaratum, direxerant. Aditum ei primum Stralsundenses fecerunt, qvi ipsa imperatoris voce innocentes pronunciati, arctissima tamen obsidione hac tantum causa premebantur, qvod præsidia imperata, hoc est, urbis suæ perniciem, ut putabant, non recepissent. Hi Danica prius subsidia qvæsiverant: sed ne viderentur imperatoris hostibus associati, (nondum enim pax tunc temporis coaluerat inter regem Daniæ & Cæsareanos) in tutelam Gustavi Adolphi sese commisere. Danus interim in Pomeranicam insulam Usedomiam navibus tran vectus, Wolgastum inde evasit. Sed à Cæsareanis rejectus, ad æqvas tandem pacis conditiones anno seculi XXIX. Lubecæ descendit, qvibus conventum est, ut rex imperio; imperator Holsatia & Dania abstineret. Miseratus autem rex Sveciæ calamitatem vicinorum, non Stralsundenses saltem, sed & Pomeraniam, qvin & universam Germaniam prosperis successibus in spem libertatis erexit, qvæ à militibus tota insidebatur. Principes Germaniæ Augustanæ confessionis, qvia imperator edictum de restitutione bonorum ecclesiasticorum, ut diximus, promulgaverat, postqvam comitia Ratisbonensia essent sine spe pacis coituræ soluta, nec ullæ apud imperatorem preces valerent, qvibus, ut edictum revocaret, à Saxone & aliis rogabatur, præjudicium causæ suæ factum rati, in conventu Lipsiæ in arctius fædus coiere, & ad amicitiam cum rege Sveciæ ineundam inclinabant. Ipse etiam REX GALLIÆ fædus cum eodem pro restituenda in pristinum statum Germania in qvinqvennium conciliavit, qvo Gallus promittebat annuatim qvadringenta millia imperialium; Svecus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

xxxvi. millia militum. Rex Angliæ qvoq; collectas sub Hameltonio copias in subsidium mari in Pomeraniam vectas submisit. Et nunc tandem principes Lipsiensi fœdere consociati arma sumserunt, ut una cum milite rigorem ecclesiasticæ executionis è suis finibus exterminarent. Tillius econtra, postqvam suprema præfectura militaris Wallensteinio, odiis omnium principum Germaniæ, ipsiusq; Bavari, ob tributorum nimiorum exactionem succumbenti, esset ab imperatore abrogata, relicto Pappenheimio in castris ad Magdeburgum, qvod Cæsar ex edicto pontificiis sacris reddi volebat, & filio suo archiepiscopatum à pontifice procuraverat, licet Canonici communibus suffragiis eum Augusto electoris Saxoniæ filio detulissent, per Neomarchiam in Mechlenburgium usq; transiit. Illic NeoBrandeburgum, cæsis præsidiis, vi cepit: regressus Magdeburgum, qvod frustra defendebat Christianus Wilhelmus Brandenburgicus, administrator à Cæsare proscriptus, & cum eo Theodorus Falckenburgius, Svecicus legatus, vi expugnavit & igne fœdo vastavit, missoq; ad Cæsarem archiepiscopatus administratore per vim capto, in Saxoniam atq; Hassiam, ut fœderatorum exercitus, anteqvam Svecicis jungerentur, dissiparet, copias duxit, & occupato Martisburgo, Weissenfelso & Friburgo, ipsi Lipsiæ præsidia imposuit. Novus etiam exercitus ex Italia, post pacem cum duce Mantuano conclusam, à comite Fürstenbergio & Aldringero in superiorem Germaniam adversus fœderatos ducebatur: à qvo Memminga, Campodunum, Würtenbergicus, Ulmenses, Francones in fidem Cæsaris recipiebantur: cujus res a Liga, ceu vocabant, Catholica Dünckelspulii sociata valde stabiliebantur. Altera parte rex Sveciæ, occupatis Pomeranorum portubus, & certo fœdere cum ultimo eorundem duce Bogislao XIV. inito, postqvam præsidia ejus Stetini & alibi essent recepta, Garzio & Greifenhagio, limitaneis ad Oderam Pomeraniæ oppidis, qvæ Cæsareani sub duce Torqvato de Comitibus, castris in vicinia positis, tenebant, expugnatis, Francofurtum & Landsbergium in Neomarchia, ejectis inde robustis Cæsaris sub Tiffenbachio & Schaumburgio copiis, ad se traxit, Crosnæq; & deinde Spandoviæ, qvam Elector Brandeburgensis cesserat, ut Berolinum servaret, ut & Brandeburgo veteri præsidiis impositis, circa Ratenoviam trajecto Albi, Tangermundiam & Havelsbergum in suam potestatem redegit. Hinc circa Werbenam castris formatis, & paulo post copiis inde promotis & prope Wittebergam perductis, Dibenæ cum Electore

Sa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Saxoniæ fœdus firmavit, suasq; copiis illius junxit, & nobilem victoriam à Tillio in vicinia Lipsiæ reportavit. Duo primum millia eqvitum sub Pappenheimio, qvi ad castra ejus exploranda præiverant, fudit: deinde alia duo millia submissa in angustias redegit. Cum robustam hanc exercitus partem Tillius nollet deserere, ad prælii necessitatem est compulsus. Electori post receptam Lipsiam commisit rex Bohemiam oppugnandam: ipse, profligatis ad Martisburgum Cæsareanis ex fuga congregatis, Erfordiam in Thuringia, Sveinfurtum & Herbipolin in Franconia, & alia loca, qvæ direptionem non redimebant, cepit: Norimbergæ præsidia imposuit: relicto pro defendendis hisce locis Gustavo Hornio, Hannoviam & alia loca intercepit, ripisq; Mœni insistens, ab ipsis Francofurtensibus gratus hospes recipiebatur, & apud ipsos Landgraviun Hassiæ in partes traxit. Inde in Palatinatū contra Bavaros & Hispanos viversa, Rhenum ad Oppenhemium sine ponte transgressus, Moguntiam ad deditionem adegit, & Crucenacum vi Hispanis extorsit. Alio loco Bernhardus dux Vinariensis & Hornius Manhemium, Spiram, Fridebergam; Landgravius Mindam & Padebornensem episcopatum; Bannierius Halberstadium; Saxo, nihil moratus Tiefenbachium & Buttlerum, Pragam, Ægram, Lusatiam & alia oppida & regiones vi aut minis intercepere. Cumq; Tillius, relicto ad Visurgim Grönsfeldio & Pappenheimio, aliqvot oppida recepisset, & Magdeburgum, qvod Bannierius obsidione premebat, liberasset, atq; recollecto exercitu in Franconia & superiore Palatinatu sese denuo sistere videretur, rex, convocatis ad se Hornii & Bannierii legionbus, eum persеqvi cœpit, & Donawerda, frustra Rudolpho inferioris Saxoniæ duce repugnante, potitus, transmisso Danubio ad Raynam, juxta amnem Lycum armis Tillium est assecutus. Tormentis ibi initio ex adversis ripis pugnatum, & pons in conspectu hostis intra biduum amni impositus. Pedite per illum & eqvite vado transmisso, dum prælium fervebat, Tillius in femore sauciatus, lethale accepit vulnus. Bavarus, qvi se Tillio junxerat, Neoburgum primo, inde Ingolstadium fuga se recepit: Augusta Vindelicorum, non procul à Lyco, dedita regi, & purior in ea religio restaurata. Ingolstadium frustra, & non sine ingenti regis periculo, tentatum. Eqvus enim, qvo vehebatur, &, qvi latus ejus claudebat, Christophorus marchio Badensis, tormento prostrati sunt. Omissum igitur Ingolstadium: sed Mosburgum, Landshutum, Frisinga, ipsumq; Monachium occupata: ubiq; tributa imperata: tota Bavaria vastata. Treverensis elector patrocinio Galli sub-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

missus: Pappenhemius à Stada & tractu Bremensi retractus: occupata in Palatinatu exuli Bohemiæ regi restituta. Imperator interea, dum electoris Saxoniæ copiæ Pragæ hærebant, in Austria vires instauravit. Wallensteinius, cui militaris summa de novo cum speciosis promissis offerebatur, cum exercitu ingenti celeriter collecto in Bohemia, omnia amissa, ipsamq; Pilsnam & Pragam ejectis Saxonibus recepit, junctusq; duci Bavariæ, Sulzbachi castra locavit, consilia regis observaturus. Ille, cura Augustæ & aliorum in Bavaria locorum interceptorum Hornio commissa, & junctis sibi Vinariensi & Bannierio, ut & Hassiacis & Saxonicis auxiliis, prope Noribergã substitit. Tendebat & huc cum Bavaro Wallensteinius, & juxta Pegnesum fluvium in monte, qvem vocant veterem, castra locavit. Uterq; exercitus toto mense ex adverso in castris munitis sedem fixit. Tandem, cum rex binis vicibus in actione Furthiana frustra hostis castra in veteri monte, qvippe iniqvo loco, oppugnasset, & ille resisteret acriter, utrinq; plures desiderati sunt. Cæsi ex Cæsareanis Caraffa & Aldobrandinus tribuni: Wallensteinius & Vinariensis vulnerati: captus Leonhardus Torstensohnius, generalis armamentarii præfectus: qvem & Bannerium rex solebat alteram suam manum vocare. Elici tamen ad apertam Martis aleam subeundam Wallensteinius non potuit. Levioribus tantum velitationibus res est acta. Commeatus utrinq; jam deficiebant. In diversa igitur hostiles exercitus discessere: regius Neostadium & in Bavariam atq; Franconiam; Cæsareus Forchemium. Wallensteinius, Bavaro Ratisbonam ad sua tutanda dimisso, præmissoq; Galassio, postqvam frustra Coburgum oppugnasset, subito in Saxoniam movit electoralem, omnibus præsidiis vacuam, qvia electoris exercitus, occupata Vratislavia, circa Glogoviam sub Arnhemio hærebat. Rex, ne Albis, Saxonia occupata, sibi intercluderetur, magnis itineribus, accito solo Vinariensi, per Thuringiam contendit. Wallensteinius econtra ad se ex Bohemia receperat Holqvium & è Germania inferiore Pappenhemium, qvi ad Visurgim hactenus relictus, Hassum & Lunæburgensem, ducemq; ibi Svecicum Baudisium admodum fatigaverat, eosq; sibi animos sumserat, ut, cum Ordines Belgii Trajectum ad Mosam obsiderent, se Hispanis jungere, & castra eorum, sed irrito conatu, oppugnare auderet. Hujus & aliorum copiis auctus Wallensteinius, jam Lipsiam cum plurimis oppidis electori eripuerat. Rex contra Naumburgum vi cepit, &, cum hostem intelligeret, Lipsia relicta, dimisso ad intercipiendam Halam Saxonum Pappenhemio, subsistere ad Luzam, illuc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

illuc qvoq; cum exercitu contendit. Acerrime pugnatum, anteqvam Pappenhemius adesset revocatus. Rex primo impetu vulneratus occubuit. Nec tamen animum despondebat Vinariensis, inq; se devolutis summi imperatoris partibus, tam fortiter egit, ut Cæsareani jam fugam meditarentur. Prælium tamen Pappenhemius superveniens restituit: sed ut ipse occubuit, ita Wallensteinius, nocte jam ingruente, Svecis locum, tormenta & victoriam concessit, cladem solatus regis sangvine: non ignarus, sui nominis famam cum commemoratione tanti regis semper esse jungendam. Obiit eodem pene tempore Fridericus Palatinus, rex exul, qvi primas in hac tragœdia partes egerat, ut & Leopoldus Austriacus, & Carolus regis Hispaniarum frater. Post pugnam, Lipsia & reliqva oppida Saxoniæ cessere Svecis, qvi nihil de cura belli proseqvendi intermisere. Interea temporis alio loco Beenfeldum, Selestadium, Molshemium, Colmaria, Hagenoa, Friburgum ad deditionem à Svecis sunt adacta. Hornius enim, Bannierius, dux Wurtenbergicus, Christianus comes Palatinus Birckenfeldensis, Johannes Philippus & Otto Ludovicus, Rheni & Silvæ comites, aliiq; duces in Svevia, Alsatia, Marchia Badensi, Bavaria, Palatinatu & Franconia, res prospere gessere. Ex munitissimo etiam Frankenthalio præsidia Hispanica sunt ejecta. Baudisius, intercepto Siburgo in ducatu Montensi graviter divexavit Coloniensem archiepiscopatum, Linzamq; & Andernacum expugnavit. Sed dum aggredi etiam audebat Tuitium, non sine clade est rejectus. Georgius dux Lunæburgensis cum Kniphusio circa Rintelium & Hameliam incubuit Cæsareis. Arnhemius cum copiis Saxonicis, qvæ sese Svecis juncturæ tertio post pugnam die advenerant, rediit in Lusatiam & Silesiam, easq; oras ad arbitrium vocavit. Hisce annus seculi XXXII. circumactus est. Subseqventi elector Trevirensis ad partes Galli, tradito illi Ehrenbreitstenio, sese recepit: ipsaq; Trevirorum Augusta à Gallis capta & præsidio firmata est. Fœdus etiam arctius inter Galliæ & Sveciæ regna Heilbronnæ, procurante illud hinc archicancellario, illinc Feqverio, pangebatur, & subinde renovatum novis conditionibus firmabatur: Principes qvoq; & civitates qvatuor Germaniæ superioris circulorum, nempe electoralis, Franconici, Svevici & Rhenani, amisso rege, rerum suarum præsidio, arctius Heilbrunnæ fœdus iniere, & donec libertas Germaniæ redderetur, regnoq; Sveciæ satisfieret, summam consiliorum & directionem confœderatorum Axelio Oxenstiernæ, regni senatori & cancellario supremo; præfecturas autem militares Vinariensi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Bannierio, Hornio commiserunt. His ita res successere, ut, cum frustra se Bavarici exercitus summus præfectus Aldringerus opponeret, & capta per deditionem Memminga; vi autem occupato & ignibus pene deleto Campiduno, & profligato, captoq; Forbesio, qvi se ei opposuerat, majora conaretur, Heidelbergam totumq; Palatinatum inferiorem recuperarent, ejectis inde præsidiis Hispanicis & Bavaricis. Philippiburgum etiam, alias Udenheimium, post diuturnam obsidionem, ut & Memmingam in potestatem redegerunt, & Constantiam tentarunt, qvanqvam frustra, qvia dux Ferianus, gubernator Mediolanensis, mature aderat. Dux Lotharingiæ qvidem Carolus IV. à partibus Cæsaris stare cœpit: sed Palatinus Christianus Birckenfeldensis acie victum & fugatum ab obsidione Pfaffenhovi in Alsatia dejecit. Sic Lotharingus, in sua reversus, postea à Gallis, qvi Nancejum præcipuum ejus oppidũ occupaverant, in conditiones præscriptas vi pertractus est. Elector interim Saxoniæ, impetu per Arnhemium in Silesiam facto, occupatisq; Budissina, Gorlizio, Grosglovio ad Ligniziam cædit Cæsareos, junctisq; cum Bannierio copiis in ipsam Bohemiam arma transfert. Nec tamen remissius dux Bavariæ & socii Ligæ rerum suarum satagebant, & dux Ferianus, Altringero jam junctus, summam belli sustinuit. Paulo tamẽ post morbo est absumtus. Interim Vinariensis, occupata in Franconia Bamberga, & Hornius, sociatis exercitibus, Neoburgum ad Danubium; postea etiam ipsam Ratisbonam occupavere: Straubingam & plures ad Lycum amnem & lacum Constantiensem civitates intercepere: & ipsi Austriæ jam imminebant. Illis Johannes Verdanus fortiter sese opposuit; cladem etiam aliqvando Vinariensi intulit, è Belgio ad Bavarum digressus. Alio loco dux Lunæburgensis & Kniphusius episcoparum Osnabrugensem in potestatem redegere, Visurgiq; trajecto, Hameliam urbem, qvem Schelhammerus virtute egregia tuebatur, gravi obsidione ad obseqvium vocavere: qvod tamen anteqvam factum, junctis sibi copiis sub Melandro Hassiacis, conflixere ad Oldendorffium cum Ligistarum ducibus Merodio Italo, Qvadio de Olzbach, Herbipolensis ducis Franconiæ sororio, Bonichhusio & Grunsfeldero, & egregiam reportavere anno seculi XXXIII. victoriam, ipso Merodio & Qvadio cæsis. Cessit Wilhelmo Landgravio Hassiæ Monasterium. Osnabruga Gustavum Gustavi accepit administratorem: Hammium & Hildesia ad deditionem compulsa. Interea cura Oxenstiernæ fœdus Gallo-Svecicum percutitur: & nunc demum Galli eundem cum Svecis hostem habere cœperunt. Eodem tempore Wallensteinius,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſteinius, dux Fridlandiæ, pertractis ad ſupplicium iis, qvi in Lützenſi prælio locum deſeruerant, fruſtra tentata Svidnizii oppugnatione, cum Saxonis, Brandeburgenſis & Svecorum copias deprehenderet præter ſpem potentiores, ſimulatis pacis tractatibus, qvos cum Saxone per Arnhemium, qvondam comitem, nunc hoſtem ſuſcepit, qvibusq; durantibus Uldaricus, regis Daniæ ſecundo-genitus, incerto tormentorum ictu occubuit, tempus lucratus, ſic diſtraxit hoſtium vires, ut, cum videretur cum Holckio & Gallaſio omnem exercitum in Saxoniam deducturus, Arnhemius illuc qvoq; ad tuendas electoris provincias cum præcipua copiarum parte contenderet, relictis ad Steinaviam cum VIII. millibus comite Turriano & Dubaldio: qvos Wallenſteinius, converſo curſu in Sileſiam, facile ſuperatos oppreſſit. Hinc progreſſus, domita Sileſia, ipſum in Marchia Brandeburgenſi Francofurtum ad Oderam atq; Landsbergam occupavit. Sed Sveci & Saxones nova vi ſub Bannierio, Wilhelmo Vinarienſi & Arnhemio armati, damnum illud propediem compenſabant. Cum jam ipſe Wallenſteinius odiis aulicorum & ducum Cæſareanorum damnatus, in ſuſpicionem traheretur, qvaſi in Evangelicorum partes propenderet, & ſibi dominatum per proditionem qværeret, una cum Illoo, Terzkio & Kinzkio, à Butlero, Cordone & Leslæo, tribunis Cæſaris, Ægræ per inſidias trucidatus eſt. Imperium qvidem militare Ferdinandus, rex Hungariæ, Cæſaris filius, cœpit ipſe adminiſtrare: ſed Bannierius & Arnhemius ad Lignizium Cæſareanos in fugam converterunt, locisq; plurimis in Sileſia recuperatis, ipſam Pragam, qvam Lambojus defendebat, gravi preſſerunt obſidione. Gallaſio autem cum valido exercitu appropinqvante, diſcedendum erat. Interea XXXIV. annus agi cœpit, & Ferdinandus, fruſtra renitente fortiſſimo præſidio, Ratisbonam Svecis extorſit, &, licet Aldringerus ad Landshutum à Vinarienſi & Hornio eſſet cæſus; Salmenſis etiam comes in Alſatia ſuperiore cum copiis Lotharingicis in Wattweiliana pugna à Reingravio Ottone Ludovico fugatus, Donawerta cum aliis locis recepta, in Sveviam contendit, atq; ad Nordlingam illic oppugnandam conſedit: ubi ſe illi Hiſpanicæ copiæ ſub gubernatore Belgii, Cardinale Ferdinando, regis Hiſpaniarum fratre, conjunxere: præſtoq; erant Lotharingus, Hazfeldius, Verdanus. Econtra Vinarienſis, Hornius, Würtenbergenſis, Onolzbacenſis, Haſſus & Otto Ludovicus comes Rheni, & alii duces, militem ad Nordlingam ab obſidione liberandam contraxere: ſed hic cladem illam paſſi ſunt, poſtqvam omnes res in Germania aliam induebant faciem.
Hor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Hornius, Crazius, Rostemius, Schnedumus & XIV. tribuni capti: Onolzensis cum Hoffkirchio cæsus: Nordlinga in gratiam recepta: tota pene Germania ad obseqvium imperatoris retracta. Comes Rheni, disperso milite ad se qvoqvo modo recepto, in Alsatia vires reparabat. Idem circa Francofurtum agebat Vinariensis: qvi denuo à qvatuor Germaniæ circulis dux generalis exercituum est renunciatus: spesqꝫ novæ Bannierio, ex Bohemia in Germaniam superiorem profecto, affulgebant. Oxenstierna etiam, conventu cum fæderatis Francofurti ad Mœnum celebrato, & itinere in Gallias suscepto, novis consiliis vulnus acceptum solidare conabatur. Philippiburgum nihilominus, Svecorum opera antea captum, & Gallis, qvi opem promiserant, traditum, per strategema in manus Hispanorum rediit: Carolus Lotharingus cum Italis Alsatiam invasit: Herbipolis, Conigshovium, Spira, Augusta Vindelicorum, Coburgum, vi & deditione Cæsareanis aut Bavaris cessere: Wurtenburgicus item ducatus & tota Svevia exitiali implicabatur ruina. Interim negotium pacis primum Leutmerizii; deinde Pirnæ; tandem Pragæ, à Cæsare & à Saxone, qvi ab obsidione Pragæ actutum suos evocarat, anno seculi XXXV. his conditionibus conclusum est, ut bonorum ecclesiasticorum restitutio per annos XL. suspenderetur: Magdeburgum cederetur Augusto Saxonis filio; Halberstadium Leopoldo filio Cæsaris: principes Germaniæ sua retinerent & reciperent: Mechlenburgenses restituerentur: omnes, qvi frui hac pace vellent, intra decendium subscriberent, & qvicunqꝫ aliis operam dabant, inter exercitus, avocatoriis mandatis coercerentur. Pleriqꝫ salutem hinc sperabant Germaniæ, & læti ibant in conditiones pacis. Nec dubitabant se illis imperiales civitates submittere. Credebant, se jam imperatori reconciliatos atqꝫ à turbis liberatos, & æqvis rationibus satisfactum iri fæderatis. Sic ad Cæsarem, dimissis præsidiis Svecicis, rediere sponte Norinberga, Ulma, Wormatia, Francofurtum. Vi receptæ sunt Tabernæ Alsaticæ, Frankenthalium, Moguntia. Gozius, invito Hasso, Paderbornam, Tremoniam & alia in Westphalia loca Cæsari reddidit, & ad Dorstenam Melandrum fugavit. Hassus contra & Vinariensis, pauciqꝫ alii, his pactis putabant Evangelicis dari breves XL. annorum inducias; imperatori perpetuam & absolutam monarchiam. Et qvia sine consensu regum Galliæ & Sveciæ transactum erat, graviores motus frustra creditam tranqvillitatem exceperunt. Non cessere Sveci; non Galli ex arcibus & oppidis munitioribus: suis viribus & securitati minus con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

consultum rati. Anglus etiam propter sororium testabatur dissensum. Hinc belli gravioris procellæ. Oxenstierna causabatur, nullam Svecorum habitam rationem: merita pii regis posthabita: bellum pene suæ genti indictum, ut qvæ juberetur occupata restituere & Germania excedere: plures evangelicorum statuum in Germania aut prægravatos aut præteritos. Saxo qvidem conabatur cum Svecis transigere, & aurum, unde illis satisfieret, polliceri: cum vero nihil proficeretur, cum Cæsareanis, qvos Marazinus ducebat, copias sub Baudisio junxit: idq; egit, ut ad mare Balthicum Sveci removerentur: qvibus etiam Halberstadium, & multa alia loca adempta sunt. Illis tamen exercitus supererant partim in Westphalia, ubi Mindam in potestatem redegerant, partim in Saxonia sub Bannierio, & in Alsatia sub Vinariensi. Bannierius imprimis, cujus exercitus novis ex Svecia copiis augebatur, bis cæsis ad Domitium & Kirizium Saxonicis, & rebus varie tentatis, atq; Martisburgo, Wassenfelsa, Jena & Naumburgo ad se retractis, cladem etiam apud Servestam & Tangermundam passus ab Hazfeldio, amisso qvoq; Magdeburgo, Brandeburgo, Havelberga & Werbeno fortalitio, tamdiu res labantes sustinuit, nihil moratus, qvod in ipsam qvoq; nostram Pomeraniam arma hostiliter penetrabant, donec nobilem victoriam anno xxxvi. ad Witstochium Hazfeldio & Saxonicis copiis extorqveret. Hinc trajecto ad Werbenam recuperatam Albi, movit in Thuringiam: Erfurtum eripuit Saxoni, tutum postea Svecis usq; ad belli exitum asylum & propugnaculum, ut & Torgoviam: Lipsiam irrito oppugnavit conatu. Sed paulo post, cum interea, Ferdinando II. imperatore defuncto, filius ejus Ferdinandus III. clavum imperii anno seculi xxxvii. arripuisset, coeuntibus sub Gallasio, Hazfeldio & Marazino hostibus, retro cessit per Marchiam in Pomeraniam. Cæsareani pone seqventes, per Landsbergam & Garzium simul irrupere: Anclamum frustra tentavere: Tribsesium, Wolgastum, Demminum, Usedomium occupavere: ad Tribsesium etiam aliqvas cohortes cæcidere. Hæc tamen loca non magno labore extorsere denuo Cæsareanis Sveci, & ex Pomerania arma promovere. Wrangelius in veterem Marchiam; Bannierius in Neo-Marchiam duxit militem & Landsbergam recuperavit. Interea Landgravius Wilhelmus, amissis Susato & Paderbornio, qvæ Gotzius expugnaverat, postqvam in Frisiam orientalem arma transtulit, res suas adversus Cæsareanos, ut potuit, sustinebat. Illo paulo post, cum liberorum tutelam Gallo commisisset, defuncto, Hassia variis calamitatibus exposita

est, cum illius visceribus Gotzius inhæreret. Udenhemium etiam seu Philippopolis, arx in electoratu Treverensi munitissima, qvæ à Svecis occupata & Gallis tradita fuerat, per insidias Casparis Bambergii illis eripiebatur. In ipsa qvoq; Treveri strategemate capta, elector Treverensis in potestatem redactus, Bruxellas mittebatur captivus. Pax enim inter Austriacam domum & Gallos jam manifeste occasione belli Germanici rupta erat: eq; Gallia Chastillonius & Bresæus, atq; è Batavia Auriacus irrumpentes, egregiam ad Namurcum victoriam à Thoma Sabaudo meruerunt: in qva dux Feriæ, Landronius & Sfondrata cum plurimis signis in captivitatem rapti sunt. Inde Thenæ destructæ: Dilla seu Dola in Burgundiæ comitatu per Condæum frustra tentata. Econtra Ferdinandus propugnaculum Schenkianum intercepit, & subito impetu Joh. Verdanum cum exercitu, qvi hactenus, magnis in superiori Germania progressibus factis, undiqvaq; Gallis & Vinariensibus incubuerat, in ipsam Picardiam, Gallorum provinciam, ad prædas agendas misit, eamq; misere fœdavit, lapidemq; Hermonium, arcem alias insuperabilem, per triennium obsessam, fame expugnavit. Galli vicissim duce Longevillio Burgundiam ingressi, urbem S. Amandi intercepere. Alio tempore Artesiam & Hannoniam infestavere. Sed dum oppugnabant Landresium, Hispani Rüremundam & Venloam ad sese traxere. Qvod damnum statim compensabant cum Batavi, tum Galli. Illis enim cessit Breda, &, cum ab obsidione Theonisvillæ essent dejecti, Hesdinum & Arrasium in Artesia; istis Landresium in Belgio & in ducatu Lüzenburgico Damvillerium, ut & in Burgundia Polygnium. Paulo tamen post, cum Batavi Calloanum munimentum circa Antverpiam oppugnarent, gravi clade accepta, omni spe dejecti recesserunt. Dum sic bellum ardet in provinciis Belgicis, Vinariensis Gallorum auxiliis, captis prius Tabernis Alsaticis, ad Rheinfeldum prope Basileam, post qvotidianos conflictus varios, tandem egregiam victoriam reportavit, & Sabellium, Verdanum, Enckefordium & Speerreuterum captos regi Parisios misit: Seckingam, Laufenburgum, Colmariam, Friburgum, & post longam obsidionem ipsum Brisacum, Brisgojæ caput, occupavit, fugatis non semel suppetiis, qvas Cæsari Bavarus & Lotharingus submittebant sub Sabellio, qvi è Parisiensi custodia elapsus fuerat, Gotzio, Lambojo, Mercio. Inter has victorias præprimis celebratur Wittenweieriana in Brisgoia, qva Vinariensis Sabellium & Gotzium profligavit. Tandem excursione in Burgundiam facta, cum in Alsatiam regrederetur,
Neo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Neoburgi extremum diem obiit, & qvatuor præfectis, Erlachio, Ochmio, Nallovio & Reinholdo Rosæ, imperium militare commisit: qvi deinde in verba regis Galliæ jurarunt, Brisaco illi tradito: duci deinde Longevillano parere jussi, Crucenaco, Bingio, Oppenhemio, Alcæa potiti sunt. Interea Carolus Ludovicus & Rupertus Palatini, ejecti è Bohemiæ regis filii, qvibus antea Vehlemius Meppenam vi eripuerat, coactis copiis è Belgio & Anglia impetum in Westphaliam fecere, sed conatu irrito. Hazfeldius enim, profligatis illis in pugna Blotensi ad Lemgaviam, Rupertum cepit vivum & ad Bavarum misit captum. Felicius rem gessere Hassi & Bannierius. Illi recepere Giessam, Susatum, Paderbornam: expugnavere etiam Caminium. Hic novis auctus è Svecia copiis, Albim repetens, Marazino frustra renitente, Domizium occupavit: per Halberstadiensem episcopatum in Misniam irrupit: Salisium & Marazinum ad Kemnizium; Schlickium ad Rottenhausum; Hoffkirchium ad Kostelizium profligavit. Idem, qvanqvam frustra Freiburgum tentabat, Zwickaviam tamen, Kemnizium, inqve ipsa Bohemia Leutmarizium, Budweisium, Brandeisium & Konigsgräzium occupavit & ad ipsam Pragam militem in acie, inspectante Leopoldi archiducis exercitu, explicuit. Sed cum per Hazfeldium & Piccolomineum Cæsareanis nova subsidia adducerentur, & Baro de Breda in Voitlandia in Blawiana pugna superior extitisset, retrocedens, Bohemiam totam hostibus reliqvit, & per Misniam & Thuringiam ad Erfordiam usqve se recepit, acceptisqve illic ad se copiis Brunsvicensibus, Vinariensibus & Hassiacis, vim hostilem aliqvamdiu sustinuit, tandemqve in Hassia ad Wildungiam consedit. Archidux pone secutus, opposuit illi castra ad Frizlariam. Hinc certatum de Brunsvicensi ducatu. Sed Cæsareanis impetus non successit. Cumqve in hiberna essent secessuri; Slangius cum Hazfeldio in Westphalia; Reinholdus Rosa cum Barone de Breda ad Ziegenheimum conflixit: hic tamen illo felicior. Ineunte novo anno Bannierius repetiit magna cum celeritate Bohemiam, & obsidionem Zwickaviensem dissolvit: deinde, Vinariensibus in Franconia infestandam missis, juncto sibi in Silesia Stalhanfio, in Palatinatum superiorem impetum fecit, & Chambio occupato, ad ipsam usqve Ratisbonam excurrit, ubi in alterum usqve annum conventus in pacis negotio tractando continuabatur. Sed cum jam instaret Piccolomineus, retraxit pedem in Bohemiam, & inde in Misniam, amissa exercitus parte sub Slangio, qvem ad Neoburgum Piccolomineus profligatum in potestatem redegit. Institere undiqvaqve Cæsareani, & in maximas angustias Sve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

cicum exercitum redegere, præsertim cum Bannierius ad Salam insequente Gelenio se recepisset, & Halberstadii diem obiisset, atque pleraque loca recepta essent à Piccolomineo & Saxone. Uniti interea principes, qui stabant à partibus Svecorum, duce Königsmarchio, ad Wolffenbuttelium, qvod fortiter defendit Reuschenbergius, expugnandum armis & aqvis multa tentabant: cumque omnia extrema conati essent, manus etiam fortiter & cum insigni victoria conseruissent, defuncto Georgio Lunæburgensi, obsidionem solverunt. Paulo tamen post Brunsvicensis in Cæsaris gratiam rediit, certisque conditionibus Wulfenbuttelium illi tradidit: & Dorstena in Westphalia ab Hazfeldio magna vi ad deditionem est compulsa. Hassiaci & Vinarienses interim, sub Eberstenio, Gebriano & Rosa ducibus, in pugna Antoniana rem prospere adversus Lambojum egerunt, Rhenoque transmisso eum in campo Antoniano non procul à Campoduno, egregia potiti victoria, vivum ceperunt, Novesiumque, Campodunum & alia loca Coloniensi archiepiscopo extorserunt. Königsmarchius etiam qvatuor legionibus Cæsareanis inter Halberstadium & Ascherslebiam repulsis, & liberata ab obsidione Mansfeldica arce, virtutem probavit. Torstensohnius tandem dux generalis novo cum milite ex Svecia advolans, Svecicum exercitum, cui hactenus Wrangelius, Königsmarchius, Phulius, Wittenbergius præfuerant, ingenti spe erexit, & expeditione in Silesiam facta, junctoque sibi Staalhansio, Grosgloviam facili negotio in potestatem cum magno commeatu redegit: Franciscum Albertum ducem Saxoniæ ad Sweinitzium ingenti prælio superavit, in qvo ipse dux vulneratus occubuit: inde Opelio, Ratiboria, Nissa occupatis, ipsi Vratislaviæ aliqvamdiu incubuit, & in Moraviam iter flectens, Troppaviam & Olmuzium, Moraviæ metropolin, expugnavit, validoque ibi præsidio relicto, rediit in Silesiam; inde in Misniam: & castris ad Lipsiam positis, cum Archiduce Leopoldo Wilhelmo & Piccolomineo inseqventibus ingenti prælio conflixit, eodem pene loco, qvo ante XI. annos rex Tillium fuderat. Victoria stetit penes Svecos. Hinc Lipsia occupata: frustra Freiburgum oppugnatum: frustra etiam Vinariensium & Hassiacorum impetus è Westphalia in Franconiam sub Gebriano factus. Nam Verdanus, cum auxilio ipsi tandem Hazfeldius cum Bavaricis & Lotharingicis copiis venisset, illos in prælio Dutlingiano repressit, cæcidit, ad deditionem compulit, postqvam paulo ante Gebrianus, dux Vinariensium ad Rotweilam, qvam oppugnabat, brachium, & ex vulnere vitam amisisset. Rosa cum paucis fuga evasit. Torstensohnius anno XLIV. copiis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

copiis novis auctior, ab Albi in Moraviā novum impetum fecit, ut solveret obsidionem Olmutzianam. Præstitit id feliciter, & magnam partem Moraviæ sui fecit juris, atq; ad ipsa Viennæ suburbia penetravit, rediensq; in Silesiam, suburbia Vratislaviæ in prædam habuit. Interea Gallasio erat exercitus Cæsareus commissus. Ille Cracovium vigiliarum præfectum cum parte copiarum misit in Pomeraniam, ut Svecorum vires distraheret. Sed Königsmarchius pone secutus, castra castris ad Belgardum opposuit, donec Cracovius militem admodum attritum subito per Poloniam reduceret in Silesiam. Ibi cum satis felices progressus fecisset Torstensohnius, inopinato exercitum duxit in Holsatiam adversus regem Daniæ: qvi, etsi pacis negotium jam ab anno xxxix. ursisset, & Cæsareanis atq; Svecis se mediatorem interposuisset, interea tamen Svecorum incrementa passim impedire, & ad eorum potentiam minuendam varia consilia suscipere visus est. Naves etiam qvasdam Svecicas detinuerat. Propterea Sveci, illato ipsi bello, ejus conatus prævenere: & priusqvam se ad bellum præparasset, Hornius, jam demum ex diuturna apud Cæsareanos custodia liberatus, è Norvegia; Torstensohnius è Germania provincias ejus invaserunt. Königsmarchius etiam, ne Archiepiscopus Bremensis, filius regis Daniæ, patri opem ferret, archiepiscopatum fere omnem in obseqvium vi traxit. Mari qvoq; res agebatur: & qvanqvam xxvi. navigia, in Belgio à Svecis conducta, initio parum in Oceano proficiebant, evigilante adversus ea rege Daniæ, ne ultro prodirent, classis tamen Svecica in mari Balthico, utut aliqvandiu obsessa premebatur à Danis, & supremum præfectum Flemingium è vulnere defunctum desiderabat, viam sibi fecit, & receptis Belgicis navibus, fauces maris perrumpentibus, victoriam egregiam, duce Carolo Gustavo Wrangelio, à Danis reportavit. Interea Dano subsidia à Cæsare sub auspiciis Gallasii in Holsatiam missa, junctis sibi Danicis copiis, ad Torstensohnium in angustias redigendum omnia tentabant. Sed ille, expeditis ad aciem militibus, cum Dani sua repeterent; Gallasius pone seqveretur, ad Oldeslohum & Razenburgum vim fortiter sustinuit, tandemq; ad Bötzenburgum Albi trajecto, Bernburgi ad Saalam constitit. Illuc etiam contendit Gallasius. Cum commeatu utraq; pars laboraret, Cæsareani Magdeburgum se receperunt. Inseqvebantur Sveci, & eqvitatui hostili, qvem ducebat Brojus & Enckefordius, non parvam cladem intulerunt. Pervenere reliqviæ eqvitum Cæsareanorum in Bohemiam. Torstensohnius per Misniam illuc etiam contendit: nec poterant à se partes divelli, jam inse-

qventes; jam fugatæ, donec ad Jancoviam, cum Hazfeldius, Verdanus & Reuschenbergius se Gallaso conjunxissent, anno XLV. acie confligerent. Victoria, ante dubia, tandem saucio & cum multis aliis ducibus capto Hazfeldio, & Götzio occiso, stetit penes Svecos: qvi postea Iglaviam, Znaymam & Niclasburgum in Moravia, & Cremsam in Austria ceperunt, & pontem Danubio ad Viennam impositum dejecerunt, ibiq; validum præsidium collocaverunt. Aliis jam locis occupatis, frustra Brinnam, qvod unicum propugnaculum in Moravia Cæsari restabat, tentarunt. Bellum interim inter Svecos & Danos cura Brandeburgici electoris & Ordinum Belgii compositum est. Qvo durante, Georgius Ragotzius Transilvanus res denuo in Hungaria, ut a Svecis, in expeditione Danica occupatis, vim majorem averteret, aliqvandiu turbavit, & reverso ex Holsatia Torstensohnio auxiliares copias in Bohemiam misit: nec prius cessavit, qvam à Turcorum imperatore, sub cujus clientela vivit, avocaretur, & in fœdera pacis cum imperatore coiret. Eodem etiam tempore Galli, progressum Bavari, qvi interea per Franciscum Mercium Uberlingam & Friburgum recuperaverat, impedituri, militem in Germaniam sub ducibus Turenio & Angvinio expediebant. Turenius cum Vinariensibus, in pugna Herbsthusiana in Franconia ad Mergenthemium, à Mercio est profligatus, & in Hassiam cum dispersis copiis retroactus. Angvinio res fluxere felicius, præsertim cum non tantum Königsmarchius (qvi hactenus ex archiepiscopatu Bremensi provincias Saxonicas tantisper afflixerat, donec elector Saxo ad inducias cum Svecis animum induceret, hac in parte Brandenburgicum imitatus) sed & Turenius cum milite denuo collecto se ei sociavit. Traxerunt enim ad se partim vi, partim certis deditionis legibus Germersheimium, Wormatiam, Spiram, Bingium, Crucenacum, Moguntiacum, ipsumq; Philippiburgum, & Gallorum res non parum firmaverunt. Königsmarchio in Bohemiam à Torstensohnio revocato, Angvinius cum Vinariensibus & Hassis, Wimpfena subito occupata, prælio, qvod vocant Allerheimianum, inter Nordlingam & Donawerdam decertavit: in qvo etsi Gelenius, qvi Westphalica subsidia duxerat, captus est, cæso Mercio victor factus Nordlingam & Dünckelspülam facile occupavit. Heilbronnam frustra tentavit. Brevi tamen post, cum hinc discessisset, Bavari Wimpfenam receperunt. Hoc tempore Treverensi electori, à Cæsare dimisso, restituta est Treveris, & delegati Cæsaris, Svecorum & Ordinum, omniumq; eorum, qvorum intererat, Osnabrugis & Monasterii ad pacem tra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tractandam coiere. Frustra interim in Moravia, Brinna; frustra etiam Königsgraecia à Torstensohnio ad deditionem sollicitabatur. Fridlandia tamen & Leutmerizia illi cessit. Qvo facto propter corporis invaletudinem supremam exercitus curam cessit Wrangelio. Ille ad Visurgim statim militem duxit, & flumine ad Huxteram transmisso, in Hassia superiore, cui imminebat omne robur hostile, sub Melandro ad Homburgum contractum, ad Kircheimum castra fixit, & copias undiqvaq; auxit, Gallis etiam in subsidium venientibus. Sic Cæsareani, qvibuscum subinde velitationes faciendæ fuerant, pedem ex Hassia retraxerunt, ut sedem belli inde alio transferrent in Wetteraviam. Sed Sveci post Padebornam, Lemgoviam & Statbergam in Westphalia primo impetu occupata, in Franconiã concesserunt, & inde, receptis Nordlinga & Donawerda, Danubio trajecto, & transitu sibi per Raynam expugnatam in Bavariam facto, ipsam Vindelicorum Augustam gravi premebant obsidione. Frustra: subsidio urbi venientibus Cæsareanis. Sedes belli deinde constituta est in Svevia & Bavaria: & Sveci contenderunt ad confinia lacus Brigantini, ipsoq; Brigantio & Menavia insula occupatis, Lindaviam premebant, qvam Maximilianus Wilibaldus Wolfeggius sic defendebat, ut post duorum mensium obsidionem Torstensohnius, re cum Helvetiis composita, transmisso denuo Danubio, in Franconiam remearet. Inde, tracto ad se Svinfurto, movit in Bohemiam: ubi Melandro, qvem vocant etiam Holtzapfelium, Cæsar coram tradidit exercitum. Königsmarchius autem rediit cum copiis in Westphaliam. Dum hæc fiebant, Bavarus cum Gallis & Svecis inducias fecit, & Gallis Heilbronnam cessit. Ægre id tulit Cæsar, & edicto publico jussit à Bavaro copias imperiales abscedere. Parebat summus Bavarici exercitus præfectus Verdanus, & ob id sive serio, sive simulato rescripto Bavari damnatus est. Ipse tamen Bavarus paulo post ab induciis rediit ad arma. Hinc varii conflictus Wrangelii, ad Ægram, qvam Bohemiæ clavem tandem occupavit, cum Melandro: Königsmarchii cum Lambojo in inferiore Germania, cum reliqvias Vinarientium, amplius Gallorum duci Turenio ob non soluta stipendia militare per tumultum nolentium, ad se recepisset, & duces illis præfecisset ex Germanis: & Wittenbergii in Silesia cum Buchemio. Facta sunt hæc anno XLVII. qvo exeunte Cæsareani sub Melandro impetum fecerunt in Hassiam, & Marpurgum Landgravio subtraxerunt, nec tamen sine vulnere Melandri, qvi diu antea Landgravio operam navaverat, & nunc hostis erat. Interim Wrangelius ex Bohe-

mia

mia in Misniam & Thuringiam rediit, & inde, refectis in agro Brunsvicensi & Lunæburgensi copiis, cum Königsmarchio Franconiam ingressus, denuo irrupit in Bavariam: cujus dux ab induciarum fœdere recesserat, & Memmingam in potestatem redegerat. Jam qvoqve junxerat Svecis Gallos Turenius. Opposuit se illis Melander, dux Cæsaris, cum Justo Maximiliano Gronsfeldio: factusqve est non procul Augusta Vindelicorum tam felix Königsmarchii, à Torstensohnio cum VIII. eqvitum millibus præmissi, cum Melandro conflictus, ut ipse Melander lethaliter vulneratus, victoriam cederet, eoqve paulo post extincto, exercitus totus in hac pugna, qvam vocant Susmarshusianam, profligatus in Bavariam fugam capesseret: qvem Wrangelius insecutus, transmisso Lyco & Isera, Frisingaqve & aliis locis aut expugnatis aut deditione acceptis, totam intra Oenum Bavariam in prædam habuit. Oeni qvidem transitum etiam tentavit: sed Piccolomineus, Melandro cæso & Groensfeldio à prætura remoto, in utroqve imperio suffectus, collatis ibi castris contra Svecos consedit. Königsmarchius autem per Palatinatum superiorem in Bohemiam regressus, ipsam Pragensem arcem cum tertia urbis parte intercepit. Cum reliqvas qvoqve ejus partes, qvas Muldavia à tertia separat, tentaret, eumqve in finem Wittenbergium cum copiis ex Silesia evocasset, Carolus Gustavus etiam, Palatinus Rheni, regis Sveciæ ex sorore nepos, exercituum Generalis imperator, cum novo ex Svecia milite adesset, Colloredius & Buchemius comites cum civibus & studiosis tamdiu restitere, donec, pace universali Osnabrugis publicata, ab armis omnes cessare juberentur. Illo ipso tempore, cum Lambojus in Hassia & Westphalia jam victor, jam victus, & imprimis in pugna Grevenbrokiana in Juliaco à Geysio profligatus, varia utebatur fortuna, ab armis & ipse jussus est per leges transactionis publicæ cessare. Jussi sunt & reliqvi. Convenit primum mense Januario anno seculi XLVIII. Monasterii inter Hispanum & fœderatos Belgas, qvi jam LXXX. pene annis bellum gesserant: deinde mense Octobri Osnabrugis tricennale imperii bellum compositum est, postqvam in pragmatica de pace sanctione conficienda Commissarii Cæsarei & Svecici ultra qvinqvennium desudarant. Norібergæ seqventi anno qvoad exauctorationem militum conditiones pacis executioni sunt datæ: inter qvas præcipuæ sunt, qvas præ aliis putamus spectare ad historiæ cognitionem, ut pax sit perpetua: ut omnes & singuli in eum statum, qvo ante destitutionem gavisi sunt, secundum præscriptum tenorem restituantur: ut dignitas Electoralis & Palatinatus superior permaneat

neat penes Bavarum ejusq; masculos heredes: ut electoratus octavus cum Palatinatu inferiore indulgeatur Carolo Ludovico, Friderici V. ejecti è Bohemia regis filio, ejusq; heredibus: ut transactio Passaviensis & pax religionis inviolabiliter servetur: ut terminus restitutionis in ecclesiasticis sit dies prima Januarii anni cIↄIↄcxxiv: ut reginæ Sveciæ pro locorum bello occupatorum restitutione, præter Stetinum & nonnulla alia Pomeraniæ ulterioris oppida & præfecturas, concedatur tota Pomerania citerior cum insula Rugia; Wismaria; archiepiscopatus Bremensis; episcopatus Verdensis; locus in collegio principum scamno seculari qvintus; privilegium de non appellando: ut pro compensatione electori Brandenburgico & heredibus, qvod juribus suis in dictas partes Pomeraniæ cessere, tradatur statim episcopatus Halberstadiensis, Mindensis & Camminensis; postea etiam archiepiscopatus Magdeburgensis, qvamprimum inde sive fato sive alia ratione administrator decesserit: ut duci Mechlenburgensi, qvia decessit Wismaria, præter alias concessiones comperat episcopatus Sverinensis & Razenbergensis: ut domus Brunsvicensis & Lunæburgensis, qvia cessit coadjutoriis in episcopatibus diversis, alternative cum pontificiis det ex se episcopum Osnabrugis, & nonnullas prælaturas atq; pensiones recipiat: ut Christiano Wilhelmo marchioni, administratori qvondam Magdeburgico, certæ præfecturæ in agro Magdeburgensi cedantur: ut domui Hasso-Cassellanæ pro occupatorum restitutione solvantur ab episcopis vicinis sexcentena millia imperialium, & cedatur Abbatia Hirsfeldensis: ut pro militiæ Sveciæ exauctoratione à septem circulis imperii qvinq; myriades imperialium intra certum tempus solvantur: ut intra semestre spacium post pacem confirmatam comitia celebrentur, in qvibus, qvæ nondum decisa sunt, componantur. In hac pace, qvia ratio non potuit haberi eorum, qvi in hereditariis Cæsaris provinciis puriorem evangelii doctrinam profitentur, post dimissos ubiq; exercitus, eorum pleriq; sacris pontificiis se addicere, aut alio se recipere jussi sunt. Et memorabile est, qvod biennio ante solemnem hanc & diu desideratam pacificationem Hornhusii in pago, inter Halberstadium & Ascherslebiam sito, diversi fontes salubrium aqvarum erupere: ad qvos multa hominum millia confluxere, cum admirandos fontium effectus in morbis omnium generum depellendis sensissent. Memorabile & hoc est, qvod, cum milites pace firmata dimittebantur, Svecis in Germania fuerint LX. legiones peditum, & LV. eqvitum: qvibus si accenseas XI. legiones peditum, XIV. eqvitum à confæderatis Gallis, & XIII.

peditum; v. eqvitum ab Haſſis: ſumma legionum fuit CLVIII. inq; iis Iↄcccc XLIX. cohortes peditum, & Iↄxxv. turmæ eqvitum. Tantis exercitibus indigebant non tantum in expeditionibus, ſed etiam ad præſidia urbium & arcium, qvas paſſim occupaverant plurimas. Patebant ipſorum armis, ut ex actis publicis præcipua tantum oppida referam, in Svevia, Uberlingum, Donawerta, Nordlinga, Dünkelſpiel, & tres aliæ urbes imperiales: in Alſatia, Beenfeldum: in Palatinatu ſuperiore Weidenum, præter IV. arces: in Franconia Sweinfurtum & Winsheimum: in Bohemia duæ partes Pragæ, Leutmerizium, Taborium, Egra, & XIV. alia munita loca: in Moravia Olmuzium, Neoſtadia, Eulenberga: in Sileſia Jägerndorfum, Olavia, Jaworia, Glogavia: in Miſnia & Thuringia Lipſia, Erfurtum, Halberſtadium, Qverfurtum: in Marchia Brandeburgenſi Landsberga, Gardelebium, Wolfsburgum, Drieſena: in Mechlenburgio Wiſmaria: in Weſtphalia Mindenſis epiſcopatus: in archiepiſcopatu Bremenſi Stada & Buxtehudum: in Pomerania XXV. loca excubiis militum qvotidianis defenſata. Gallorum erant, in Moguntinenſi epiſcopatu Moguntiacum, Bingium, Höchſtum, Hoffheimum: in Svevia Heilbronna, Lawinga, Erbachium, Hohenrechbergium: in ducatu Badenſi Stolhofen, Graben: in Palatinatu inferiore Germersheim, Neoſtadium, Oppenheim, Alzen, Bacharach: in Alſatia Tabernæ, Hagenovia, Colmaria, Sletſtadia, Landavia, Mompelgartum: ad Rhenum, Wormatia, Spira, Crucenacum, Sarbrugum. Haſſorum etiam præſidiis in Haſſia, Wetteravia, epiſcopatu Colonienſi, Fuldenſi Abbatia, Weſtphalia, Juliaco, Oſtfriſia, tenebantur XXXIX. loca munita, ſicuti præſidiis Gallicis parebant XLVI. oppida & arces; Svecicis CXXV. Nec hoc prætermittendum eſt, qvod, qvi curioſius omnia ſcrutati ſunt, deprehenderint, intra XVII. annos à tranſitu regis Sveciæ in Germaniam, ſepties præliis ingentibus: ter & decies minoribus qvidem, ſed & ipſis acerrimis, eſſe decertatum. Majora prælia ſunt, Lipſienſis anno ſeculi XXXI. VII. Sept. Lüzenſis anno XXXII. VI. Nov. Oldendorferana in Weſtphalia anno ſeqventi, XXVIII. Jun. Nordlingenſis anno XXIV. VI. Sept. Widſtochiana anno XXXVI. XXIV. Sept. Altera Lipſienſis anno XLII. II. Nov. Janckoviana anno XLV. XXIV. Febr. Tredecim reliqvæ pugnæ ſunt Furthiana in veteri monte anno XXXII. ubi rex Wallenſteinium in caſtris munitis usq; ad ſeram noctem oppugnavit, qvanqvam irrito conatu: Ligniziana in Sileſia ſub auſpiciis Arnhemii contra Cæſareos: Reinfeldiana prope Baſileam anno XXXVIII. ſub duce Vinarienſi Bernhardo contra Sabellium & Johannem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

hannem Verdanum: Wittenwejeriana in Brisgoja anno XXXVIII. sub eodem Vinariensi duce contra eundem Sabellium & Götzium: Chemniziana anno [illegible] in Misnia sub Bannierio contra Salisium. Wolfenbütteliana anno [illegible] inter Sveco-Vinarienses, qvi Wolfenbüttelium oppugnabant, & inter Cæsareo Bavaros. Antoniana in archiepiscopatu Coloniensi anno [illegible] sub Gvebriano pro Gallo, Vinariensi & Hasso contra Lambojum: Schweinitziana in Silesia eodem anno sub Torstensohnio, contra Franciscum Albertum ducem Saxoniæ Lawenburgensem: Dutlingiana in Svevia anno [illegible] sub Hatzfeldio & Verdano contra Turenium Gallum: Herbsthusiana in Franconia anno [illegible] sub Mercio contra eundem Turenium: Allerheimiana in Svevia eodem anno sub Angvinio Gallorum duce contra Mercium: Susmerhusiana anno XLVIII. prope Augustam Vindelicorum sub Wrangelio & Turenio contra Melandrum: Grevenbrokiana in Juliaco eodem anno sub Joh. Geyso duce Hassiaci exercitus contra Lambojum. In Nordlingensi, Dutlingiana, & Herbsthusiana superiores fuere Bavaro Cæsarei: in reliqvis Sveci eorumq; confæderati: qvanqvam in Lützensi rex victoriam morte obsignavit, & in actione Furthiana nihil contra castra Fridlandii obtentum. His interim pugnis non accensui dimicationem Phaffenhovianam in Alsatia anno XXXIII. in qva Christianus Palatinus Birkenfeldianus vicit Lotharingos: nec Watweilianam in Alsatia anno XXXVIII. in comitatu Lippano, in qva Hazfeldius copias Caroli Ludovici Palatini super collectas disjecit: nec Blavianam anno XL. in Voitlandia, in qva Sveci sunt victi à barone de Breda: nec Ziegenheimianam, in qva eodem anno Cæsareum eqvitatum Rosa dispersit: nec innumeras alias velitationes. Cæterum Ferdinandus III. tres duxit uxores: unam Mariam Philippi III. regis Hispaniarum filiam, è qva nati sunt Ferdinandus rex Hungariæ & Bohemiæ, & Maria Anna, nupta Philippo IV. regi Hispaniarum: alteram Mariam Leopoldinam, Leopoldi Archiducis Austriæ filiam, unde natus est Carolus Josephus & Leopoldus Ignatius: tertiam Eleonoram, Caroli II. ducis Mantuani sororem. Ut autem, qvæcunq; inter Germanos adhuc materiam litis præbere possunt, radicitus tollantur, imperator & Ordines anno seculi [illegible] Ratisbonæ in comitiis coivere, & hoc ipso anno [illegible] adhuc sunt congregati. Qvumq; statim sub solennioris hujus congressus auspiciis cometa, tanqvam novorum malorum prænuncius, exarserit, cum regio Psalmographo votis & precibus prosperiores successus impetrabimus:

Alme parens, bonitate tua complectere fessos,
Speratæq; diu jam fructum ostende salutis.
- - Lis, visq; dolusq;
Deserat afflictas per tot jam secula terras.

Interim divisa hactenus in se Germania, cum tandem ipsa senserit, se sua culpa aliis prædam esse factam, & ob id arma jam posuerit, nec amplius in sua ipsius viscera desæviat, cogitet, qvibus olim moribus, qvaq; animi constantia, & qvam rigido virtutis studio vicinis fuerit terribilis, & ex se ipsa sapere discat. Aut si tam sui oblita est, ut ulterius se haud noverit, apud Tacitum, gravissimum autorem, priscas suas virtutes intuita, qvod imitetur, ex seipsa capiat. Sic autem ille in libro de moribus Germanorum:

Rex vel Princeps, prout ætas cuiq;, prout nobilitas, prout facundia est, audiuntur, auctoritate svadendi magis, qvam jubendi potestate. Si displicuit sententia, fremitu aspernantur: sin placuit, frameas concutiunt. Honoratissimum assensus genus est, armis laudare. Licet apud concilium accusare qvoq;, & discrimen capitis intendere. Distinctio pœnarum ex delicto. Proditores & transfugas arboribus suspendunt. Ignavos & imbelles & corpore infames cœno ac palude, injecta insuper crate, mergunt. Diversitas supplicii illuc respicit, tanqvam scelera ostendi oporteat, dum puniuntur; flagitia abscondi. Sed & levioribus delictis, pro modo pœnarum, eqvorum pecorumq; numero convicti multantur. Pars multæ regi vel civitati, pars ipsi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ipsi, qvi vindicatur, vel propinqvis ejus exsolvitur. Eliguntur in iisdem conciliis & principes, qvi jura per pagos vicosq; reddunt. Centeni singulis ex plebe comites, consilium simul & auctoritas, adsunt. Nihil autem neq; publicæ neq; privatæ rei, nisi armati agunt. Sed arma sumere non ante cuiqvam moris, qvam civitas suffecturum probaverit. Tum in ipso concilio vel principum aliqvis, vel pater, vel propinqvus scuto frameaq; juvenem ornant. Hæc apud illos toga, hic primus juventæ honos: ante hoc domus pars videntur, mox reipublicæ. Insignis nobilitas aut magna patrum merita, principis dignationem etiam adolescentulis assignat. Cæteris robustioribus ac jampridem probatis aggregantur: nec rubor inter comites aspici. Gradus qvinetiam & ipse comitatus habet, judicio ejus qvem sectantur. Magnaq; & comitum æmulatio, qvibus apud principem suum locus; & principum, cui plurimi & acerrimi comites. Hæc dignitas, hæ vires, magno semper electorum juvenum globo circumdari, in pace decus, in bello præsidium. Nec solum in sua gente cuiq;, sed apud finitimas qvoq; civitates, id nomen, ea gloria est, si numero ac virtute comitatus emi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

emineat. Expetuntur enim legationibus & muneribus ornantur, & ipſa plerumq; fama bella profligant. Cum ventum in aciem, turpe principi, virtute vinci; turpe comitatui, virtutem principis non adæqvare. Jam vero infame in omnem vitam ac probroſum, ſuperſtitem principi ſuo ex acie receſſiſſe. Illũ defendere, tueri, ſua qvoq; fortia facta gloriæ ejus aſſignare, præcipuum ſacramentum eſt. Principes pro victoria pugnant; comites pro principe. Si civitas, in qva orti ſunt, longa pace & ocio torpeat, pleriq; nobilium adoleſcentiũ petunt ultro eas nationes, qvæ tum bellum aliqvod gerunt; qvia & ingrata genti qvies, & facilius inter ancipitia clareſcunt, magnũq; comitatum non niſi vi belloq; tueantur. Exigunt enim principis ſui liberalitate illum bellatorem equvum, illam cruentam victricemq; frameam. Nam epulæ, & qvanqvam incomti, largi tamen apparatus, pro ſtipendio cedunt. Materia munificentiæ per bella & raptus. Nec arare terram, aut expectare annum tam facile perſvaſeris, qvam vocare hoſtes & vulnera mereri. Pigrum qvinimo & iners videtur, ſudore acqvirere, qvod poſſis ſangvine parare. *Et paulo poſt:* Severa illic matrimonia. Nec ullam morum partem

magis

magis laudaveris. Nam prope soli barbarorũ singulis uxoribus contenti sunt, exceptis admodũ paucis, qvi non libidine, sed ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiuntur. Dotem non uxor marito, sed uxori maritus offert. Intersunt parentes & propinqvi, ac munera probant: munera non ad delicias muliebres qvæsita, nec qvibus nova nupta comatur, sed boves & frenatum eqvum cum framea gladioq̀;. In hæc munera uxor accipitur, atq; invicem ipsa armorum aliqvid viro affert. Hoc maximum vinculũ, hæc arcana sacra, hos conjugales Deos arbitrantur. Ne se mulier extra virtutum cogitationes, extraq̀; bellorũ casus putet, ipsis incipientis matrimonii auspiciis admonetur, venire se laborum periculorumq̀; sociam, idem in pace, idem in prælio passuram ausuramq̀;. Hoc juncti boves, hoc paratus eqvus, hoc data arma denuntiant. Sic vivendum, sic pereundum: accipere se, qvæ liberis inviolata ac digna reddat, qvæ nurus accipiant, rursusq̀; ad nepotes referant. Ergo septa pudicitia agunt, nullis conviviorum irritationibus corruptæ. Literarum secreta viri pariter ac feminæ ignorant. Paucissima in tam numerosa gente adulteria, qvorum pœna præsens & maritis permissa. Acci-

sis

ſis crinibus nudatam coram propinqvis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit. Publicatæ enim pudicitiæ nulla venia, non forma, non ætate, non opibus maritum invenerit. Nemo enim illic vitia ridet: nec corrumpere & corrumpi, ſæculũ vocatur. Melius qvidem adhuc eæ civitates, in qvibus tantum virgines nubunt, & cum ſpe votoq; uxoris ſemel transigitur. Sic unum accipiunt maritum, qvo modo unum corpus, unamq; vitam: ne ulla cogitatio ultra, ne longior cupiditas, ne tanqvam meritum, ſed tanqvam matrimonium ament. Numerum liberorum finire, aut qvemqvam ex agnatis necare, flagitiũ habetur, plusq; ibi boni mores valent, qvam alibi bonæ leges. In omni domo nudi ac ſordidi in hos artus, in hæc corpora, qvæ miramur, excreſcunt. Sua qvemq; mater uberibus alit, nec ancillis ac nutricibus delegantur. Dominũ ac ſervum nullis educationis deliciis dignoſcas. Inter eadem pecora, in eadem humo degunt: donec ætas ſeparet ingenuos, virtus agnoſcat. Sera juvenum Venus, eoq; inexhauſta pubertas. Nec virgines feſtinantur. Eadẽ juventa, ſimilis proceritas. Pares validiq; miſcentur, ac robora parentum liberi referunt.

SOLI DEO GLORIA.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643



LIBRI TERTII
SECTIO I.
de regnis & provinciis Italiæ.

Qvæstio I. *Inprimis studii historici initiis me misere hærere fateor, si præter res ab imperatoribus gestas, aliorum regnorum & provinciarum historiæ eodem tenore non explicantur: ideoq; optime mihi ultimo hoc libro profuturus videris.*

SEd tu amabo memineris, tot tamq; variarum rerum immensas varietates non posse à nobis tam exiguis pagellis, fuso dicendi genere, explicari. Delibabimus igitur summa rerum capita, &, ne sine omni ordine fluctuemus in hoc vasto mari, ad eos, qvi in regnis, inq; rebuspublicis & provinciis gubernacula tenuerunt, omnem narrationem referemus, lustrataq; primum Italia, nativa illa Romani imperii sede, per Gallias in Hispanias descendemus: inde itinere versus septentrionem directo Britannicarum insularum littora paulisper legemus: appellemus postea in Scandiam, ex Dania in Sveciam: post in provincias Sarmaticas, per Moscoviam in Poloniam & Bohemiam progrediemur: illinc Hungaros, mox Tartaros, Saracenos & Turcos, iisq; finitimos Persas adibimus: navigabimus qvoq; in utramq; Indiam, & regressi illinc, inq; Africa paululum remorati, in nostra Germania, tanqvam portum nacti, ex tam longinqva peregrinatione vela contrahemus.

II. *Perplacet tam jucunda & minus dispendiosa peregrinatio. Et cum formam antiqvæ Italiæ, ad qvam nostræ nos historiæ primum advehunt, superior liber depinxerit, qvalis illa propinqvioribus seculis fuerit & hodienum sit, edoce.*

Blondus, nobilissimus scriptor, in libris de Italia illustrata XVIII. regiones seu provincias & CCLXIV. urbes Italiæ numerat, easq; ita describit, ut breviarium qvoddam historiarum una proposuisse videatur. Regiones hæ sunt: Liguria seu Genuensis, in qva simul censetur Pedemontium & Monsferratus: Hetruria seu Tuscia seu Toscana, in qva Florentia, Pisæ, Sena, Luca, Perusia, Volaterra: Latium seu Campania Romana, in qva Roma: Umbria seu ducatus Spoletanus, qvo pertinet Sabinia: Picenum seu marchia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

chia Anconitana, in qva Urbinum: Romaniola seu Flaminia & Æmilia, in qva Ferraria, Bononia, Ravenna: Lombardia seu Gallia Cisalpina, in qva Mantua, Cremona, Mediolanum: Venetiæ: Italia seu Lombardia Transpadana seu marchia Tarvisina, in qva Patavium, Vincentia, Verona, Tridentum: Aqvilejensis seu Forojuliana, in qva Aqvileja: Histria, in qva Stridon, D. Hieronymi patria: & septem illæ regiones, qvæ in unicam regni Neapolitani appellationem sunt confusæ, nempe Aprutium seu Abruzzo seu Samnium, ubi est Beneventum: Terra laboris seu Campania vetus & felix, in qva Capua, Cumæ, Bajæ, Puteoli, Neapolis: Apulia: Salentini seu terra Hydrunti seu Ouranto: Calabria superior seu magna Græcia, in qva Tarentum: & tandem Brutii seu inferior Calabria. Alii Italiam in tot partes dispescunt, qvot in ea inveniuntur principes seu domini: qvorum qvidem XV præter dynastas alios & barones licet numerare. Nam Hispani est regnum Neapolitanum cum adjuncta Sicilia & Sardinia, ducatus Mediolanensis, & qvædam in Tusciæ littoreæ oppida. Pontifex Campaniam Romanam seu Romanum agrum inter Romam & regnum Neapolitanum; patrimonium D. Petri in Hetruria à Roma versus Florentiam, donatum qvondam ecclesiæ Romanæ à Mathilde, femina potentissima, circa annum CIↃC; Ducatum Spoletanum seu Umbriam; Marchiam Anconitanam versus Apuliam & Campaniam; Romandjolam; ducatum Urbinatem, & in agro Neapolitano Beneventum possidet. Magnus dux Tusciæ, dominus est Florentiæ & vicinorum agrorum & oppidorum. Tres alii duces, Parmensis, Mantuanus, Mutinensis, suo qviqꝫ territorio præsunt. Veneti Histriam, partem Forojulii, Marchiam Tarvisinam & Lombardiæ partem obtinent. Genuensis respublica Liguriæ & Tusciæ partem cum insula Corsica suo premit imperio. Luca sui juris est. Rhætorum seu Grisonum est Curia, Vallis Tellina & comitatus Clavennensis; Helvetiorum oppida circa lacum Verbanum & Larium; archiducum Austriæ comitatus Tirolensis & Tridentũ, inqꝫ Alpibus pars Forojulii & Histria; ducis Sabaudiæ Pedemontium. Qvo autem pacto Italia, qvæ olim Romanis imperatoribus parebat, à Gothis, Vandalis, Herulis, Hunnis in varia regna distracta sit, qvaqꝫ ratione, his à Justiniani ducibus pulsis, exarchatus Ravennas constitutus sit, & Longobardi in togata Gallia seu Italia cisalpina regnum novum condiderint, atqꝫ illud ad tempora usqꝫ Pipini Galliæ regis tenuerint, superiori libro explicuimus. Id hoc loco tantum noto: Romam, gentium illam dominam, & orbis compendium, ab anno Christi CCCCIX. multoties captam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

direptam, & tantum non excisam esse. Nam Alaricus rex Westrogothorum eam primus cepit, triduana sævitia diripuit, atq; ex parte incendit. Athaulphum ejus successorem, ne idem faceret, Placidiæ preces permoverunt. Attilam, qvi universam Italiam misere fœdarat, ne Romam perderet, Leonis pontificis obsecrationes mollierunt. Anno XLVI. post primam urbis direptionem, ab Alarico factam, Gensericus Vandalorum rex, ab Eudoxia evocatus, continuis XIV. diebus ex ea prædam & spolia collegit. Inde XVIII. anni defluxerunt, cum Ricimer, Anthemio imperatore, socero suo oppugnato, urbem obsessam vi caperet, militibus diripiendam permitteret, & ex parte dirueret. Post qvadriennium Odoacer, rex Rugiorum, Romam deditione cepit, agrumq; Italicum militibus suis dispertiit. Inde XVII. anni elapsi sunt, cum Theodoricus Ostrogothorum rex, ejecto & necato Odoacro, Romam diuturna expugnaret obsidione, & Italiam suæ potestati subjiceret. Nihilominus vano consulum Romanorum titulo superbitum est, eoq;, qvi longe ab urbe in oriente remoti erant, abutebantur. Mos ille duravit ad Justiniani tempora, qvi per Belisarium Romam recuperavit, sed jam excidio suo propinqvam. Totilas enim rex Ostrogothorum, admotis ad urbem copiis, ad extremam famem incolas perduxit, captamq; servavit qvidem, sed tertia murorum parte dejecta misere fœdavit. Fugerant ex illa cives opulentiores. Sed Belisarius anno seqventi, qvi fuit IↃXLVII. illos revocavit, urbemq; receptam munitionibus cinxit firmioribus. Eam felicitatem Totilas haud diu passus est integram, inq; munienda urbe occupatos Romanos nova pressit obsidione: & qvanqvam prima vice à Belisario repulsus cessit, mox tamen rediens, non saltem occupavit urbem, sed & igne & mille aliis modis desolavit. Recuperavit illam Narses, alter dux Justiniani, anno IↃLIII. verū nullo post hac fere loco habitam. Exarchi enim, tanqvam imperatorum orientis in Italia vicarii, non Romæ, sed Ravennæ sede locata, Romam cæteris urbibus omnino parem habuerunt: & ut singulis urbibus singulos magistratus imponebant, qvos duces appellaverunt, ita suum qvoq; præsidem Romæ dederunt. Præsidem inqvam. Nam hac una re illum cohonestarunt, ut præses, non dux, diceretur, qvi nomine imperatoris Romam gubernabat. Sed successu temporis præsides qvoq; Romani dicti sunt duces, multisq; annis sic Romanus vocatus est ducatus, sicut aut Narniensis, aut Spoletanus. Neq; post Narsetem vel consules Roma habuit, vel senatum legitime coactum: sed duce homine Græculo, qvem exarchus ex Ravenna mittebat, res Ro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

mana diu administrata eſt. Ultimus ex ducibus Romanis, nomine Græci imperatoris, fuit Paulus Affialta: qvi præ metu Gallorum ſe ducem Romanorum nominare veritus, ſubnixus tamen ope nonnullorum procerum & Deſiderii Longobardorum regis, aliqvid imperatoriæ dignitatis retinebat.

III. *Siccine invicta illa Roma tam exiguo tempore toties capta, direpta, incenſa, & tandem in communem ſortem cum aliis redacta fuit? Sed qvis illam ad formam eam refecit, in qva hodie viſitur?*

Ipſe Totilas, & poſt eum Narſes, civesq́ confeſtim illam reparare cœperunt. Sed præcipue Romani pontifices in ea exornanda occupabantur. Illam enim ſedem ſuæ tyrannidis nacti, cum ob imagines è templis ejiciendas ab imperatorum fide occidentem fere omnem abſtraxiſſent, & Francis occcaſionem occupandæ Italiæ præbuiſſent, non prius deſtiterunt, qvam provinciis omnibus, qvas exarchi hactenus adverſus Longobardos defenderant, tanqvam ampliſſimo Petri patrimonio, locupletati, novum Romæ imperium, ſed eccleſiaſticum conderent. Interim Germani imperatores, qvi jus populo dicerent, Romæ conſtituebant, & ad prohibendos Saracenos paſſim ex Italia, & pene ex ſuburbiis Romæ prædas agentes, turres extrui, mœnibusq́ ipſam includi curabant. Illo vero tempore, qvo Berengarii, Gvido, & alii reges, Italiam ſibi adverſus Germanorum imperatores vendicavere, qvibuscunq́ poterant modis, autoritatem ſibi Romani pontifices ſtabiliebant. Sed qvod imperio ademerant, Ottones animoſe repetiere. Qvin & nonnunqvam ipſi Romani in pontifices inſurgebant, ſuamq́ libertatem adverſus illos tuebantur, habebantq́ ſuum adhuc præfectum & conſules, ſuoq́ jure in oppida ſubjecta utebantur, nec omnia Papæ & Cardinalium arbitrio relinqvebant. Qvin & tempore Lucii II. adhuc pontificis electioni S. P. Q. R. intererat: & ſub Sergio IX. cœperunt Romani, nova reip. forma conſtituta, conſulibus abrogatis, ſenatores ſingulis annis duos creare, qvi jus populo dicerent, & reditus omnes cum urbis, tum finitimarum regionum in reip. bonis reponerent, ut hæc omnia M. Antonius Marcellus in libro de jure ſeculari pontificis Romani cōpioſe demonſtrat. Sed pedetentim omnis poteſtas à pontificibus rapta, omnesq́ magiſtratus ab electione papæ amoti ſunt. Et qvanqvam duo illi ſenatores annui diu ſuam Romano populo poteſtatem aſſerebant, tanta cum autoritate, ut etiam Carolus Andegavenſis, Galliarum regis frater, ea dignitate ornaretur, tandem tamen Bonifacius IX. totius urbis imperium lenta unus prehen-

hendit manu. Et ita magna rerum viciſſitudine Roma poſt longam annorum ſeriem in pontificum poteſtatem eſt delapſa. De qva qvæ præterea dici poſſunt, ex ſyntagmate noſtro eccleſiaſticarum hiſtoriarum in catalogis pontificum videre licet. Inde repetas, ſi velis. Ipſum autem pontificem qvod attinet, qvi præcipuus princeps eſt in Italia, (largiamur enim ei hunc titulum libentius, qvam œcumenici epiſcopi) dominium ejus eſt duorum generum: alterum ſive utile ſive immediatum; alterum directum & mediatum. Dominio immediato poſſidet provincias, qvas paulo ante nominavimus, qvibus Avenonienſis comitatus in provincia Narbonenſi addi debet. Directo autem, patronus vult dici regni Neapolitani & Siciliæ, ut olim Angliæ & Hiberniæ dictus eſt. Atq; ex aliis regnis tot artibus novit ſuæ autoritatis & dignitatis ſtabilimenta conqvirere, ut recte Sixtus IV. dicere potuerit, non defore pecunias papæ, qvamdiu ipſi manus erunt & calamus.

IV. Satis de Roma. Ingrediamur regnum, ſi placet, NEAPOLITANUM, qvod jam cum vicina Sicilia & Sardinia Hiſpaniarum regi parere dixiſti.

Ut Neapolitanum regnum rectius intelligas, ab ovo, qvod dicitur, res repetenda eſt. Italia & vicina Sicilia, à Saracenis, qvi Africa occupata in Hiſpaniam jam trajecerant, ſæpius tentabantur. Græci imperatores ſuppetias raro ferebant. Tuto Saraceni, claſſe illuc delati, opulentiſſimas prædas ſæpiſſime agebant: qvin & tempore Michaelis Balbi imperatoris Græci & Ludovici II. ab Euphemio, Siciliæ præfecto, in imperatorem ſeditioſo, invitati, totam illam inſulam occuparunt, interfectoq; cum reliqvis Græcis Euphemio, qvi per illos imperator fieri ſategerat, ſibi vindicarunt, & ex ea magnam Calabriæ & Apuliæ partem ſuo obſeqvio ſubjecerunt. Nec tamen Græci omnem ſpem recuperandæ inſulæ abjecere: ſed diverſis temporibus, ducibus cum claſſe miſſis, tam fœcundum granarium repetere. Omnis labor ultra cc. annos fruſtra inſumtus eſt, donec Græci, adſcitis in belli ſocietatem reliqviis Longobardorum & Normannis, præcipuas in Sicilia urbes reciperent. NORMANNI, (de illis enim hic imprimis dicendum eſt) ex Cimbrica Cherſoneſo & aliis ſeptentrionalibus provinciis progreſſi, jam tempore Caroli M. littoralem oram Galliæ & Britanniæ depopulari cœperant, ſæpiusq; in interiorem Galliam impetu facto, omnia miſerabili clade affecerant. Duces eorum ab anno Chriſti DCCCXL. fuere SIGEFRIDUS, RORICUS, GOTFRIDUS, HASTINGUS. Cædibus & incendiis omnia vaſtarunt: perq; oſtia Ligeris & Seqvanæ ſubinde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

deinvecti, varia oppida diripuerunt. Qvin & aliqvando per Gaditanum fretum circumvecti, adverso Rhodano Valentiam usq; pervenerunt, & in Italiam excursione subita facta, Pisas populati sunt. ROLLO imprimis ex mediocri stirpe in Normannia, & ex ordine illorum militum, qvos Vavassores vocabant, uti testatur Otto Frisingensis libro I. de gestis Friderici I. cap. III. coacta ingenti classe, seculo nono exeunte, ab Anglis primum, deinde à Belgis & Frisiis prædas egit. Tandem Seqvanam ingressus Rothomagum occupavit, perq; Ligerim ad ipsam Parisiorum urbem delatus, diuturna eam fatigavit obsidione, totamq; Galliam affiixit, nec prius compesci potuit, qvam Carolus Simplex ei filiam Gillam, ab aliis Ægidiam vocatam, cum dote Neustria, qvæ nunc primum Normannia dici consvevit, elocaret. Hic Rollo sacro baptismate in gratiam novæ nuptæ tinctus, Robertus postea vocatus est. Et memorabile est, qvod ferunt, eum, cum in feudum acciperet Neustriam à Carolo Simplice, monitum ab astantibus, ut pro more regis pedem oscularetur, dedignatum in genua procumbere, manu pedem regis prehensum in altum sustulisse, oriq; admovisse: qvo factum, ut rex retrorsum in sedile cum risu aliorum ceciderit.

GENEALOGIA NORMANNORUM ET REGUM Neapolitanorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Rollo, postea Robertus, gener Caroli Simplicis, regis Gall. dux I. Normanniæ an. 912.
Gvilielmus I. dux II. Norm. 917.
Richardus I. dux III. Norm. 943.

Richardus II. dux IV. Norm. 996. — Emma uxor 1. Edelbredi reg. Angl. 2 Canuti reg. Dan.

Robertus I. dux VI. Norm. 996. — Richardus III. dux V. 1026.

Tancredus, quem Gaufredus non Roberti I. filium sed militem facit & heredem Altævillæ, anno 1035 filios misit in Italiam

Gvilielmus Conqvestor, nothus, dux VII. Norm. occupavit regnum Angliæ.

ex II. conjuge Fresanda

- Rogerius Bossus seu Gibbus, comes I Siciliæ, Saracenos Sicilia expulit, ob. 1101.
  - Rogerius II. rex I. utriusq; Siciliæ, dux IV Apul.
  - Simon, comes II. Sic. ἄπαις.
- Qving; alii filii
- Robertus Gvifcardus, dux I. Apul. & Calab. ob 1048.
  - Rogerius, dux Ap II.
    - Gvilielm. dux Apul. III.
  - Rogerius & Alphonsus ante patrem mortui.
  - Boemundus I. dux Anthioch.
    - Boemund. II.
    - Boemundus III. à Sult. AEg. captus.

ex I. conjuge Moriella

- Gvilh. Ferrebracius, comes Ap. I. obiit 1041.
- Drogo, comes Ap. II.
- Serlon
- Gotfred. com. Ap. IV.
- Umfredus com. Ap. III.
  - Abelgardus, com. Ap. V. ejectus à Rob. Gviscardo.

Tancredus, nothus, rex IV. Sic.

Rogerius III. rex V. Siciliæ ab Henrico VI. dejectus.

Gvilielm. malus, rex II. Siciliæ.

Gvilielm. bonus rex III. Sic. ob. 1189.

Constantia, ux. Henr. VI imper.

Fridericus II. imper. rex Sic.

Conradus IV. imp. rex Sicil.

Conradinus decollatus.

Henric. rex Sic.

Manfredus nothus.

Constantia ux. Petri III. regis Arrag. & Sic.

Gvilielmus II. rex Angliæ, dux IX. Norman.

Adela, ux. Stephani Blesensis, mater Stephani regis Angliæ.

Henricus I. rex Angl. & dux Norm.

Mathildis, ux. 1. Henrici V. imper 2 Gothofredi Andeg.

Henricus II. rex Angl. dux Aquitan. &c. Vide reges Angliæ.

Mabilia uxor VVilh. march.

Tancredus dux Gal. & Antiochiæ.

VVilbelmus dux Norm. Gallo beneficiarius.

Robertus, dux VIII. Norm.

Gvilielm. Flandriæ comes, à possessione Norman. cũ patre ab Henrico fratre dejectus, ἄπαις.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Rollone seu Roberto, primo Normanniæ duce defuncto, posteri ejus, potentia undiqvaqꝫ stabilita, multum in Gallia poterant, nec se tantum armis strenue tutabantur, sed & vicinos reges suis sibi auxiliis obstringebant. Abnepos tandem illius, dux Normanniæ VI. ROBERTUS duos reliqvit filios, GVILIELMUM CONQVESTOREM ex puella rustica nothum, & TANCREDUM. Gaufredus tamen monachus libro 1. de acqvis. regn. Sic. verisimilius hunc Tancredum non deducit ex Rollone, sed militem fuisse ait, præclari qvidem generis, at unius villæ dominum hereditarium. Gvilielmus Conqvestor regnum sibi Angliæ acqvisivit, idqꝫ ad filium GVILIELMUM RUFUM transmisit, cui defuncto HENRICUS I. frater successit. Ægre id ferens ROBERTUS, Gv. Conqvestoris primogenitus, subinde res turbavit. Sed Henricus I. fratrem tandem captum oculisqꝫ privatum carceri mancipavit, cumqꝫ Angliæ regno Normanniam conjunxit. Filio illius rex Galliæ Ludovicus Crassus cum vicinis principibus eum nitebatur restituere, sed frustra. Res tandem, postqvam Gallo alea belli infelicius cecidisset, sic composita est, ut WILHELMUS, Henrici filius, filiam Fulconis Andegavensis duceret, & beneficiario jure ducatum Normanniæ à rege Galliæ obtineret. Ab hoc tempore regum Anglorum primogeniti cœperunt duces Normanniæ audire. Cæterum TANCREDUS, cum admodum tenues census in Normannia, unicæ Altevillæ comes, possideret, ex filiis, qvorum XII. ex duabus uxoribus progenuerat, duos natu majores Gvilielmum FERREBRACIUM & DROGONEM sub alieno cœlo in Italia opimiores fortunas jussit qværere: qvi operam suam initio principi Longobardorum Capuano, Pandulfo, adversus Gvaimarum Salernitanum, deinde ab eo spreti, Salernitano contra Capuanum locarunt. Re feliciter gesta & pace inter principes Italiæ tandem firmata, Georgius Maniaces, qvem Blondus vocat Melochum, imperatoris Græcorum Michaelis Paphlagonis in Apulia præfectus, Ferrebracium una cum Capuano & Salernitano principibus ad Saracenos è Sicilia ejiciendos his promissis induxit, ut communibus auspiciis qvatuor exercitus instruerent, partaqꝫ victoria, æqva portione inter omnes præda divideretur. Certabant tum in Sicilia duo fratres Saraceni de regno, Apolisar & Apochap: qvorum ille, à fratre victus, ab imperatore Græco suppetias petierat: qvi oblatam sibi occasionem de Sicilia recuperanda, qvæ ducentis amplius annis sub jugo Saracenorum gemuerat, avide arripiens, Maniacem Protospatharium cum exercitu illuc misit. Fratres Saraceni, postqvam diu inter se bella

ges-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

gesserant, & alter à Græcis; alter ab Africæ principe auxilia impetrarant, tandem animis reconciliatis, contra copias in Apulia suspectas se parare cœperunt. Principes vero fœderati anno clↄiv. pariter in Siciliam trajecerunt, & Messana, ipsisq; Syracusis ad deditionem compulsis, victisq; fratribus Saracenis, qvibus qvinqvaginta Pœnorum millia in auxilium venerant, arma per totam Siciliam victricia circumtulere. Præcipua semper virtus Ferrebracii fuerat. Sed qvia à prædæ parte Græci contra pacta eum excluserant, atqve præterea ipsi insidias tendebant, in Apuliam cum ↄ. militibus elapsus, & multis Normannorum millibus, qvi ab expeditione Hierosolymitana redierant, auctus, Melphim urbem vi occupavit, validoq; munivit præsidio, & inde plura oppida Græcis eripuit. Interea Maniaces nova victoria Saracenos, qvi reliqvum Siciliæ tenebant, fregit. Sed mox apud imperatorem in suspicionem, qvasi res novas in insula moliretur, falso deductus, & tetro carceri inclusus est. Delator Stephanus, imperatoris sororius, cum ipsi provincia commendaretur, per ignaviam & avaritiam insulæ dominium, si Messanam urbem excipias, perdidit, Saracenis denuo, post nova auxilia à Pœnis subministrata, invalescentibus. Normanni vero per totam Apuliam sibi viam ad majora straverunt. Nec Maniaces, è carcere per Zoen imperatricem eductus, etsi satis feliciter denuo res imperii promovere cœperat, illorum cursum sistere poterat: qvin potius, cum denuo à malevolis, tanqvã publici criminis reus, Constantinopolin evocaretur, & ob id se imperatorem ipse contra Zoen diceret, ab exercitu imperatricis ad Epirum oppressus est, qvo cum classe ex Italia transierat. Qva occasione Ferrebracius usus, facili sibi negotio Apuliam subjecit, hactenus à Græcis pressam, &, adscitis ex Gallia fratribus natu minoribus, eam titulo comitatus possedit. Illo sine liberis defuncto, Drogo frater rerum potitus est. Hunc paulo post Meles, cum ingenti exercitu ab imperatore Græco missus, ad extrema pene adegit. Sed restauratis viribus, victisq; altero prælio Græcis, Apuliam recuperavit, & fratrem ROBERTUM GVISCARDUM in Calabria Consentinis opposuit. Tandem cum imperator Constantinopolitanus novas copias sub Bubagano eduxisset, & Henricus II. imperator Romanus nihilominus Trojam Apuliæ urbem illi in gratiã pontificis ademisset, & undeqvaq; Pœni ex Italia essent una cum Græcis fugati, si pauca loca excipias, insidiis Apulorum circumventus est & proditione occisus, pluresq; per diversa Apuliæ loca simul misere trucidati sunt. In conjuratos statim movit HUNEFRIDUS seu

Unfredus, itidem Ferrebraeli frater, & fontibus ad fupplicium tractis, feptem annis rebus præfuit feliciter. Succeffit ei poftea frater GOTFREDUS: qvi, cum Beneventum, urbem Romano pontifici fubjectam, invaderet, ipfe Leo IX. auxiliis Heinrici II. adjutus, fe ei cum exercitu oppofuit: fed apud Civitam, Apuliæ oppidum, in prælio fuperatus, & cum pluribus Cardinalibus captus, hac conditione dimiffus eft, ut, qvicqvid terrarum pofthac Normanni in Apulia, Calabria & Sicilia lucrarentur, libere poffiderent. Defunctus Gotfredus, fuum ex fratre Umfredo nepotem ABELGARDUM feu Bagelardum reliqvit in principatu heredem. Sed Robertus Gvifcardus, id eft, fecundum Normannorum lingvam, agyrta & oberrator, alius Tancredi filius, qvi jam magnam Calabriæ partem fecerat tributariam, expulfo Abelgardo, principatum invafit. Qvia autem Trojam, Apuliæ urbem, qvæ ecclefiæ Romanæ fuberat, fuo qvoqve imperio adjecit, initio qvidem diris petitus eft: poftea vero, cum Nicolaus II. à Romanis proceribus feditiofis premeretur, evocatus in fubfidium, reftitutis oppidis, qvæ ecclefiæ erant, pacto cum pontifice fœdere, jam non comes, fed dux Apuliæ & Calabriæ, Romanæqve ecclefiæ præfectus dici cœpit, & proceribus Romanis ad obfeqvium pontifici præftandum vi adactis terrorem omnibus incuffit, & Græcos Rhegio, qvam unam urbem adhuc in Calabria habebant, expulit per fratrem Rogerium Boffum. Ferunt nonnulli, qvod homagium & fidelitatis folenne juramentum, annuo duorum boum & XII. denariorum cenfu promiffo, Gvifcardus pontifici præftiterit, qvodqve hinc primum Romanæ ecclefiæ jus in regnum Neapolis exortum fit. Sed Fazellus, diligentiffimus rerum Sicularum fcriptor, nihil de hac re tradit. Dum hæc in Italia geruntur, Saraceni in Sicilia Meffanam, qvæ fola fub Græci imperatoris ditione manferat, adorti ceperunt, & denuo totam infulam in poteftatem redegerunt, & præcipuos è nobilitate è furca fufpenderunt. Id cognati indigne ferentes, Normannos ad Meffanam recuperandam evocabant. Acceffit, qvod inteftinis difcordiis Saracenorum duces in Sicilia laborarent, unusqve eorum Bettumenus ad eosdem transfugiens, ipfis fpem faceret Meffanæ occupandæ. Miffus à Gvifcardo frater Rogerius, duobus præliis levioribus victor, Meffanam anno CIↃLX. expugnavit, & plura oppida in deditionem recepit: ipfe Gvifcardus cum majori exercitu fubfeqvens, præfidem Siciliæ Saracenicum Belchanem in fugam conjecit. Interea inter fratres Normannos, Gvifcardum & Rogerium Boffum, ob imperium Calabriæ contra pactum iniqve divi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

divisum, patricidalis extitit discordia; jamq́ castris oppositis se hostiliter oppugnabant. Cum autem Gviscardus rusticum mentitus habitum, Geracium, urbem à fratre captam, ingressus, ut cum amicis consilia de illa recuperanda ageret, in potestatem fratris, qvi id resciverat, vivus pervenisset, reconciliatis inter se animis, æqvam Calabriæ partem fratri concessit. Ille denuo in Siciliam trajiciens, una cum fratre SERLONE ingentes Saracenorum & Arabum copias, divinis adjutus auxiliis, ad Ciramin profligavit, & postea, cum ipse Gviscardus etiam præsto esset, Panormum, regia Saracenorum urbs, magna difficultate expugnata est. Ab hoc tempore Rogerius Siciliæ comes dictus est. Gviscardus Panormum sibi tantum depoposcit, & reliqvam insulam omnem fratri liberaliter concessit, pauloq́ post Salerni principem Gisulphum bello petiit, ipsumq́ Salernum, & postea Dyrrhachium, Epirum & alias civitates & insulas Græciæ subegit, tandemq́ anno senex obiit. Inter filios ejus, BOEMUNDUM & ROGERIUM, de principatu mox grave bellum est enatum: sed minor natu Rogerius tandem prævaluit: Boemundus in orientem expeditionem sacram suscepit. Bossus vero, eorum patruus, totam Siciliam, expulsis undiq́ Saracenis, & præterea insulam Melitam in fidem recepit: qvam, cum anno cIɔcI. decederet, omnes non secus ac publicum parentem luxerunt. Reliqvit duos filios, SIMONEM & ROGERIUM II. Ille brevi rerum potitus excessit: hic magnos animos gerens, cū ejus consobrinus Rogerius, Gviscardi filius, dux Apuliæ & Calabriæ, diem obiisset, & unicus ejus filius GVILIELMUS Constantinopolin profectus, ut Alexii Comneni imperatoris filiam sibi copularet, interea pontifici Calixto II. administrationem & protectionem provinciarum commisisset, ægre ferens susceptam à pontifice earum curam, Calabriam & Apuliam invasit, frustraq́ reluctante Calixto brevi sibi subjecit. Et qvia Gvilielmus, uxore Constantinopolitana Græcorum dolo frustratus, cum rediisset, paucis post diebus nulla relicta prole diem obiit, jure hereditatis occupata detinuit, jam non amplius idoneum ratus, tam diffusam potentiam comitis aut ducis nomine coarctari, rex Siciliæ à suis salutatus, & Panormi anno cIɔcxxix. unctus & coronatus est. Ægre id tulere pontifices, Calixtus, Honorius, Innocentius II. Hic ultimus etiam audebat bello congredi. Sed à Rogerii filio Gvilielmo, Tarenti principe, captus, non prius dimissus est, qvam urbem Neapolin, qvæ usq́ ad ea tempora Græcorum imperatori paruerat, & jam, ut est in Capacii historia Neapolitana, sex supra xxx. duces ordine con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

continuo numerabat, interq; eos ultimum Sergium, sibi concederet. Anacletus II. hæc jura etiam ei confirmavit, ut jam rex utriusq; Siciliæ & Neapolitani, inq; eo Apuliæ, Calabriæ & Campaniæ dici cœperit. Et qvanqvam Lotharius imperator, milite in Italiam ducto, cedere Rogerium, & Rainulphum seu Rainonem ducem Apuliæ creari curavit, Rogerius tamen ditiones omnes recuperavit, maritimam etiam Africæ oram, qvæ meridionale Siciliæ latus respicit, inq; ea Tripolin, suo imperio adjecit, & inde flexo in orientem cursu, Corcyram, Corinthum, Thebas, & Eubœam Byzantino imperatori Manueli Comneno, cujus fraude & perfidia ingens Christianorum adversus Saracenos militantium multitudo dicebatur sublata, ademit, & ipsa Constantinopolis suburbia incendit. Eadem expeditione Ludovicum VII. Galliarum regem ex manu Saracenorum, qvem ex Syria in Palæstinam profectum interceperant, insigni hostium cæde facta liberavit, reversusq; in Siciliam, gladio suo hunc versum inscribi curavit:

Appulus & Calaber, Siculus mihi servit & Afer.

Multis tandem attritus laboribus anno cIↃcLIII. decessit. Qvem qvi reges sint secuti, seqvens syllabus indicat.

REGES UTRIUSQ; SICILIAE.

An. Chr.		An. Reg.
1129	I. ROGERIUS II. Rogerii Bosii F.	25
1154.	II. GVILIELMUS MALUS, ab Adriano IV. excommunicatus, tituloq; regio spoliatus, qvod nonnulla oppida, qvæ Roman pontifex sibi vendicabat, vi hostili eripuisset, ablatis restitutis, in utriusq; regni juribus confirmationem papæ obtinuit, & arma non Saracenis saltem in Ægypto, sed & Græcis imperatoribus felici successu intulit, multis suorum seditionibus graviter vexatus.	12
1166.	III. GVILIELMUS BONUS, F. sub qvo ingens terræmotus Siciliam & Calabriam concussit: qvo in Catana urbe, eversis omnibus ædibus, xv. hominum millia cum episcopo & maximo numero monachorum perierunt.	20
1186.	IV. V. TANCREDUS, filius Rogerii III. ex pellice natus, ejusq; filius ROGERIUS II. cum Clemens III papa regnum, tanqvam vacuum ad ecclesiam Romanam devolutum, ecclesiastico dominio penitus adjicere conaretur, à proceribus Siciliæ reges creati, armis jus suum adversus pontificem prosecuti sunt. Sed Cœlestinus III. Constantiam, Tancredi sororem legitime prognatam,	

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ex monasterio Panormitano eductam, Heinrico VI. imperatori, Friderici Barbarossæ filio, elocavit, eiq; coronam regis Romanorum hac conditione imposuit, ut bello utramq; Siciliam sibi dotis nomine acqvireret, ecclesiæ censu erogato, & pontifici Tusculanam civitatem rebellem subjiceret. 9

1195. VI. ROGERIUS, Tancredi F. aliis dictus Gvilielmus, patre defuncto, regnum qvidem adiit, sed ab Heinrico VI. mox captus, excœcatus, & perpetuo carceri mancipatus est

1195. VII. HEINRICUS VI. imp. gener Rogerii II. è filia Constantia, Asper ideo ab Italis dictus, qvod, qvi Tancredi causæ faverant, in eos sævius animadvertit. 3

1198. IIX. FRIDERICUS II. imperator, F. ex qvinqvagenaria matre Constantia natus, initio à pontifice Innocentio III. contra Marqvardum rebellem, ducem Ravennæ & marchionem Anconitanum adjutus, miseris postea modis ab eo vexatus, regnum, qvod papa partim in suam fidem receperat, partim Campano eqviti Gvalthero, qvi sibi uxorem sociaverat, ex genere Tancredi concesserat, primum per Diepoldum præfectum Apuliæ, deinde ipse, imperator electus, asseruit: cujus res gestas vide in historia imperatorum Germanicorum. 52

1250. IX. CONRADUS, imperator F. à fratre illegitimo Manfredo veneno sublatus, filium infantem reliqvit Conradinum. 3

1253. INTERREGNUM. 1

1254 X. MANFREDUS, Friderici II. ex pellice filius, cum initio videretur Conradinum legitimum heredem, ex fratre Conrado nepotem, ad regnum Siciliæ evecturus, nulla fide, nullo jure seipsum regem constituit. Pontifex Urbanus IV. id factum detestatus, Carolo Andegavensi, Ludovici S. regis Galliarum fratri, regnum obtulit, hac conditione, ut singulis annis XLVIII. millia aureorum & terno qvoq; anno candidum eqvum in censum solveret. Hic Carolus, signis collatis, & Manfredum ad Beneventum, & postea, qvi regnum avitum repetere conabatur, Conradinum vicit, illumq; in prælio; hunc manu carnificis peremit. Sed anno abhinc XIV. Siculi, Johanne de Prochita autore, à Caroli fide ob præfectorum tyrannidem sese liberaturi, ad sonitum campanæ aneæ ad vespertinas preces auditum, omnes Gal-

los, nulla nec ordinis nec sexus, nec ætatis ratione habita, in tota Sicilia anno CIƆCCLXXXII. contrucidarunt. Inde nomen Sicularum vesperarum. Hinc Petrus rex Arragoniæ, Manfredi gener, ad insulam regendam est evocatus. Sic regnum, qvod uni hactenus paruerat, in duas partes scissum abiit.

In regno Neapolitano.

1265. XI. CAROLUS I. Ludovici IX. Gal. regis frater, ex comite Provinciæ & Andegavensi rex. 20

1285. XII. CAROLUS II. claudus F. captus à Petro Arrag. & dimissus, cessit Sicilia. 24

1309. XIII. ROBERTUS F. qvem Henricus VII. imperator, tanqvam reum majestatis, sententia pro tribunali lata, regno privavit; sed pontifex, sententia Heinrici revocata, confirmavit. 34

1343. XIV. XV. XVI. XVII. JOHANNA I. Roberti neptis ex filio ante patrem defuncto Carolo: ejusq; duo mariti, ANDREAS, Caroli Roberti regis Hungariæ filius, qvem Johanna uxor laqveo suffocavit, & LUDOVICUS princeps Tarentinus. Adversus hanc papa Urbanus VI. LUDOVICUM REGEM HUNGARIÆ, &, illo defuncto, Carolũ Dyrrhachii ducem, ejus agnatum, ex stirpe Caroli natum, regem Neapolis consti-

In regno Siciliarum.

1281. PETRUS Arragon. rex, gener Manfredi. 5

1286. JACOBUS I. ultro regnũ Siciliæ Carolo II. Andegavensi cessit, rex Arragoniæ factus. 10

1296. FRIDERICUS Fr. adversus fratrem Jacobum ut & Carolum & Robertũ Andegavenses, regnum Siciliæ asseruit. 31

1326. PETRUS II. F. 16

1342. LUDOVICUS F. sub tutore Johanne patruo, qvi papæ qvotannis tria millia unciarum auri ad pacem redimendam promisit. 13

1355. FRIDERICUS SIMPLEX Fr. feudatarius factus Johannæ, reginæ Neapolitanæ. 11

1368. MARIA F. nupta Jacobi abnepoti Martino, Mar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

In regno Neapol.

stituit ea conditione, ut accepti beneficii nomine qvotannis ecclesiæ persolveret XL. millia aureorum. Johanna igitur Ludovicum seu Aloysium Valesium Andegavensem, Johannis Galliarum regis filium, qvem Itali sapientem Gallum vocabant, adoptavit, eiq; jus regni Neapolitani concessit. Sed Carolus per Hungaros nihilominus Neapoli potitus, ipsam Johannam cepit, & ad annum CIↃCCCLXXXI. regnavit. Hinc varia bella exorta sunt: qvæ etiam inter Caroli & Ludovici filios durarunt.

1381. XVIII. Carolus Dyrrachius. | XIX LUDOVICUS II. F.

1386. XIX. LADISLAUS, Caroli Dyrrachii F. sine prole. | XX. XXI LUDOVICUS III. & RENATUS fratres, Ludovici II. F. à Johanna II. adoptati:

1414. XX. JOHANNA II. soror, à Gvicciardino vocata femina impudicissima, cum Jacobum virum Gallum, cui initio nupserat, insolentius secum agentem repudiasset, & palam insanis amoribus inserviret, à Martino V. pontifice & Ludovico III. armis petita est. Illa timore implicita, cum valida manu Neapolin accersivit Alphonsum Arragoniæ regem, Ferdinandi filium, Martini senioris nepotem, & cum ejus virtute conatus hostiles repressisset, illum in filium adoptavit. Sed

In regno Sicil.

Martini regis Aragoniæ filio, unicum peperit filium Fridericum, qvi annos natus septem, dum hastiludio sese exerceret, cuspide transfixus occubuit. Mœrore animi paulo post mater Maria etiam occubuit. 34

1402. MARTIN9 Mariæ maritus, postqvam defunctam sibi copulavit Blãcam, Navarræ regis filiam primogenitam, mortuus sine prole. 7

1409. MARTINUS, Martini pater, Arragonum rex, intra annum absq; liberis decedens, testamento proceribus concessit, ut regem sibi maxime propinqvũ & pru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

In regno Neapol.

Sed Alphonsus paulo post Johannam, Caracciolo ejus amatore in vincula conjecto, oppugnavit armis, & Neapoli expulit. Illa itaq; adoptione revocata, Ludovicum III. anno seculi XXXIII. in locum Alphonsi sibi substituit, eoq; paulo post defuncto, ad illius fratrem Renatum Andegavensem jus successionis transtulit: qvem tamen filio Johanni Calabriæ duci superstitem Alphonsus regno expulit, verum non sine difficultatibus. Captus enim initio fuit à PhilippoMaria Mediolanensium duce & Blasio Azotto, duce Genuensium. Sed dimissus denuo regnum Neapolitanum recuperavit. Renatus autem regno pulsus, heredem instituit suum ex fratre Carolo nepotem Carolum: qvi tandem sine liberis decedens, Ludovicum X. Galliæ regem testamento fecit heredem, tanqvam qvi ex Renati sorore esset natus. Hic notandum, qvod alia Renati soror, fuerit istius Renati Lotharingiæ ducis mater, qvi Carolum Burgundiæ ducem ad Nancejum prælio cæcidit, ab Helvetiis adjutus. 20

1434. XXI. ALPHONSUS I. rex Arragoniæ, adoptatus à Johanna II. 35

1469. XXII. FERDINANDUS I. filius Alphonsi nothus, testamento à patre rex Neapolis dictus, perq; pontificem legitimatus, cum frater Alphonsi legitimus heres regnum Arragoniæ & Siciliæ adiret, Neapolin accepit: ut tamen loco unius

In regno Sicul.

& prudentem eligerent. Et hujus nepos, filius Ferdinandi, Alphonsus postea à Johanna II. est adoptatus. 1

1410. Interregnum propter multos regni Siciliæ competitores, in qvo Blāca regina vicaria regnum administravit. 8

1412 FERDINANDUS JUSTUS, Johannis I. regis Arragoniæ filius, à judicibus delectis rex declaratus, per Proreges Siciliam administravit, fugata Blanca. 4

1416. ALFONSUS V. F. sine prole. 42

1458. JOHANNES F. 21

1479 FERDINANDUS CATHOLICUS Fil. 37

1516. CAROLUS V. imperator, & qvi hunc seqvuntur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

co unius eqvi in censum XL. millia aureorum pontifici penderet. Adversus illum reges Galliæ Ludovicus XI. & Carolus VIII. regnum Neapolis sibi vendicarunt. Substitit tamen Ferdinandus & filium habuit successorem. 25

1494. XXIII. ALPHONSUS II. F. hostem invenit potentissimum Carolum VIII. Gallorum regem. Nam Johannis regis Siciliæ & Arragoniæ filius, Renati nepos, Carolus, constituerat heredem regni Neapolitani Ludovicum XI. regem Galliæ. Hujus igitur Ludovici XI. filius Carolus VIII. bello jus perseqvens, magnis copiis terra mariq; expeditionem suscepit. Cumq; Alphonsus omnibus se cerneret destitutum auxiliis, & regni proceres sibi ob asperitatem morum sentiret adversos, abdicavit se imperio, & cura ejus filio Ferdinando relicta in Siciliam adnavigavit, & brevi post fato concessit. I

1495. XXIV. FERDINANDUS II. F. Neapoli, à Carolo VIII. cum præcipuis arcibus occupata, cessit. Sed postqvam principes Italiæ cum Hispanis & pontifice Romano, successus Carolo invidentes, in commune fœdus coiissent, eumq; in Galliam, relictis in regno Neapolitano passim præsidiis, retrocedentem gravi pugna ad Tarrum lacesserent, Neapolitani, qvi Gallos jam plane fastidiebant, Ferdinandum ex Isclaja Insula, qvo confugerat, receperunt: qvi per Consalvum pene omnia amissa loca brevi recuperavit, & paulo post sine liberis decessit. I

1496. XXV. FRIDERICUS, patruus, Ferdinandi I. filius, successit qvidem, sed Ludovicus XII. Galliarum rex, &, qvi initio videbatur in auxilium Arragonio venire, Ferdinandus Catholicus, rex Hispaniarum, clam facto fœdere, penitus eum profligarunt, filiumq; ejus Ferdinandum contra datam fidem sub custodia in Hispaniam miserunt. Illi ipsi tamen mox manus etiam inter se conseruere: Gallisq; expulsis, Siculum & Neapolitanum regnum ad Hispanos totum pervenit. Pactum fuerat, ut Neapolis, regni caput, Campania, Samnium Gallo cederet; Hispano Calabria & Apulia. Sed cum de vectigali, qvod in Apulia ad fines Samnii ex qvadrupedum transitu colligitur, inter partes ambigeretur, & multis ultro citroq; tractatibus nihil profectum fuisset, tandem ad arma ventum est: & Consalvus passim victor à Neapolitanis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

exceptus, ad Lirim commisso cum exercitu Gallici reliqviis ingenti prælio Cajetam recepit, Gallisq; totius regni possessione dejectis, Hispanorum res hactenus dubias impolterum stabilivit: & tandem Franciscus I. Galliæ rex ad Ticinum captus, inter alias pacis conditiones, liberam regni Neapolitani possessionem Carolo V. imperatori ejusq; heredibus permisit, & ab omni jure atq; actione destitit. Qvietum ab hoc tempore, expulsis inde à Carolo V. Judæis, fuit Neapolitanum regnum: nisi qvod anno seculi XLVII. cum tricennali bello tota Germania & vicina regna ardebant, ob nimiam vectigalium gravitatem Neapolitani, initio à piscatore Masaniello facto, in libertatem à jugo Hispanico se vindicare annitebantur. Cui rei promovendæ qvanqvam Gallus, misso illuc Gvisio, studiose incubuit, retracta tamen est Neapolis post Gvisium captum in obseqvium Hispani, diuturnis cladibus fracta, qvas anno seculi XXXI. mons Vesuvius fœdiore, qvam ullis aliis temporibus factum meminimus, incendio in circumjectas regiones desæviens præsagiisse visus est.

V. *Dum ita in Sicilia & Neapolitano regno variis motibus variisq; regum successionibus res gerebatur, qvid interea reliqvi in Italia duces? & unde isti suam sibi potentiam stabiliverunt?*

De magno Hetruriæ duce primum respondebo, qvi suo jam premit imperio Florentiam, Pisas, Senas, qvas beneficio Hispani habet, Volaterras, urbesq; alias, & finibus satis amplis imperat, eo qvidem loco, ubi Tyrrheni & Tusci, antiqvissimi qvondam Italiæ populi, sedes habuerunt, qviq; se negarunt originem Græcis debere, aut advenas in regione esse, sed indigenas habere majores, ut videre licet in Dionysio Halicarnasseo & Myrsilo historico. Prima ducatus fundamenta in urbe Florentina jacta sunt: qvæ, cum variis gentium peregrinarum incursionibus, Cæsarumq; & pontificum dissensionibus, atq; Gibellinorum, (in qvibus præcipua erat familia Amideorum & Ubertorum à partibus imperatorum stantium, & Gvelphorum, qvorum & pontificis partes tuebantur Bondelmonii) & postea Alborum & Nigrorum factionibus, diu ad excidiū pene agitata, omnibusq; bellis implicata esset, qvæ Friderici & Heinrici, aliiq; imperatores in Italia gerebant, tandem Fesulis, urbe finitima, eversis, cives suos ex ruina propinqvorum sub Ottone IV. auxit, atq; à Rudolpho Cæsare emta libertate, magistratus sibi proprios & vexilliferum creavit. Sed mox intesti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

nis diſcordiis vehementiſſime concuſſa, non potuit prius reſpirare, qvam à Roberto rege Neapolitano auxilia impetraſſet. Illi tamen ipſi, qvi ad ſedandos civiles motus miſſi, conſervatores reipublicæ dicebantur, cum dominatum occupare cœpiſſent, majores excitarunt turbas. Nobilitas urbe exigebatur. Omnia tumultuario agebantur, non tamen ſine ingenti rerum ſucceſſu. Imprimis Piſis, urbe qvondam paucis in Italia poſtponenda, ad deditionem compulſis, vires Florentiæ valida ſumebant incrementa. Emergere interea cœpit MEDICEORUM, civium opulentiſſimorum, familia: ex qva jam tempore Caroli M. EBERHARDUS de Medicis eminuit, qvi in bello adverſus Deſiderium Longobardorum regem, interfecto Mugello, immanis roboris viro, qvi totam regionem cædibus & latrociniis compleverat hactenus, jam tum, qvid de poſteris ſuis ſperandum eſſet, declaravit. Illo autem tempore, qvo Ludovicus Bavarus imperator rebus præerat, SILVESTER, Alemanni de Medicis filius, ad dignitatem Confallonerii, qvæ ſuprema erat in urbe, tanqvam dictatoris alicujus, adſcendit. Sed cum applicaret animum ad confuſiones reip. tollendas, carminator qvidam lanæ, nixus ſuffragio qvatuor opificum, ex infima plebe, inſignia Confallonerii anno cIɔccclxxviii. corripuit, & novum orſus dominatum, pro arbitrio ſeditioſæ multitudinis, per triennium deteſtandam confuſionem in remp. introduxit. Sed VIERIUS Mediceus, cum diſſidentes ad concordiam reduxiſſet, reſtituit ſenatui autoritatem; populo libertatem. Poſtea JOHANNES Mediceus, Eberhardi filius, qvi theſauris ſuis remp. juverat, princeps ſenatus & rector omnium negotiorum, anno cIɔccccxxiv. conſtitutus eſt: nec tamen aliam in urbe autoritatem uſurpavit, qvam per leges licebat patrias. Filius ejus COSMUS de Medicis, etſi ſenſum principis habebat, populariter tamen vixit: foris ſe geſſit civem; domi regem, qvum domus ejus refugium eſſet pauperum, ara afflictorum, templum juſtitiæ, receptus omnium per Italiam doctorum hominum. Hic tamen ſtatim ab invidis & obtrectatoribus affectati in libera civitate regni accuſabatur, urbe à Bernhardo Geadagno Confallonerio ſeu vexillifero juſtitiæ totoq; ſenatu exactus, Venetias exulatum abiit. Sed anno nondum exacto reductus, ita res patriæ adminiſtravit, ut Magnus & pater patriæ diceretur. Qvanqvam autem cives ei poteſtatem fecerant, ut pro arbitrio de rep. ſtatuere poſſet, nihil tamen, niſi re cum cæteris deliberata, videbatur decernere. Patrem imitatus filius PETRUS, civem magis ſe, qvam principem geſſit. LAURENTIUS, Petri filius, literarum parens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

vulgo nominatus, cujus juſſu Marſilius Ficinus Platonem è Græco vertit, cum JULIANO fratre reip. gubernacula capeſſens, magnam fecit ſuæ dignitati acceſſionem. Cum enim Pazziorum familia Mediceæ invideret, perq; inſidias in templo, cum ex more peragebantur ſacra, Julianum trucidaſſet, & Laurentium vulneribus pene confeciſſet, elapſus ille, cum hoſtes eſſet ultus, principatum ſibi ſtabilivit, vir omni laude dignus, & anno cIↃcccc xcII. defunctus, ſucceſſorem reliqvit in principatu filium PETRUM, hominem ferocem & libidinoſum: qvem, cum, partibus Gallorum relictis, Arragoniis ſtuderet, & permiſiſſet, ut Piſanis (qvorum urbem per LXXX. annos tanqvam à GabrieleMaria, legitimo ejus urbis domino, coemtam, Carolus VIII. rex Gallorum ſibi eousq; tradi curaverat, donec Neapolitanum ſubegiſſet; excedens autem Italia eam nihilominus retinuerat) ſua reſtitueretur libertas, cives in exilium conjecerunt, omniaq; Mediceorum bona ingentis pretii diripuerunt: ipſeq; Petrus, Genuam navigaturus, in oſtio fluminis ſubmerſus, periit. Sic viſa eſt Florentinis reddi libertas, & potentiſſima familia, qvæ plurimis annis fuerat principibus comparanda, qvicqvid habuit dignitatis aut ſplendoris, amiſit. Mediceis tamen iterum poſt aliqvot annorum decurſum adſpiravit fortuna. Nam cum anno cIↃIↃxxx. poſt annuam obſidionem Florentia, qvæ Gallis arma ſubminiſtraverat, Ferdinando Gonzagæ, Caroli V. Cæſaris duci, eſſet dedita, Cæſar, ut inter ipſum & pontificem convenerat, Alexandrum nothum, Petri ejecti ex filio LAURENTIO, Urbini duce, nepotem, Florentinorum ducem creavit, eiq; naturalem filiam Margaretam elocavit. Hic maximæ molis arce conſtructa ad frenandam civium libertatem, ſe ita geſſit, ut omnium odiis in ſe concitatis, à Laurentio agnato, anno cIↃIↃxxxvIII. è medio tolleretur. Nullos reliqverat filios. Ideoq; cives Florentini COSMUM Mediceum ſibi præfecerunt, qvi unde ſangvinem duxerit, & qvos progenuerit, ex ſeqventi ſchemate patefiet.

GE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

GENEALOGIA MEDICEORUM.

- *Eberbardus, qui anno 1400. floruit.*
- *Johannes Mediceus, capitaneus justitiæ, obiit 1428.*
  - *Cosmus Magn' primo gen. ob. 1464.*
    - *Petrus ob. 1472*
      - *Laurentius Magnus, literarum parens, ob. 1492.*
        - *Petrus in exilium à Gallis ejectus, ob. 1503*
          - *Laurentius, dux Urbini.*
            - *Alexander nothus, dux Florentiæ à Carolo V. constitutus, ducta Margareta Austriaca, Caroli notha filia: cui successit Cosmus, magnus dux Hetruriæ postea à Pp. creatus.*
            - *Catharina, uxor Henrici II. regis Galliarum.*
        - *Johannes, Ang. Politani discipulus, papa factus & dictus Leo X.*
        - *Julianus magnificus, cujus ex vidua nobili filius fuit Hippolytus Cardinalis, à profusa libidine notissimus.*
        - *Magdalena, uxor Francisci F. Innocentii VIII.*
      - *Julianus à Pazziis in templo confossus: cujus filius ex concubina posthumus est pontifex Clemens VII.*
  - *Laurentius.*
    - *Petrus.*
    - *Johannes.*
    - *Johannes Ludovicus, ob. 1526*
      - *Cosmus, magnus dux Hetruriæ I. à pontifice creatus, obiit 1574*
        - *Franciscus, magnus dux II. gener Ferdinandi imperatoris, ob. 1587.*
          - *Eleonora, uxor ducis Mantuæ.*
          - *Maria, uxor Henrici IV. regis Galliarum.*
        - *Johannes à fratre Garsia peremtus.*
        - *Garsias à patre eodem pugione, quo fratrem percusserat, confossus.*
        - *Ferdinandus, magnus dux III.*
          - *Cosmus, magnus dux IV.*
            - *Ferdinandus II. magnus dux V.*
            - *Johannes Carolus cardinalis, cujus uxor, neptis Francisci-Mariæ ultimi ducis Urbini.*
            - *Matthias, gubernator Senarum.*
            - *Franciscus.*
            - *Leopoldus.*
          - *Franciscus.*
          - *Carolus Cardinalis.*
          - *Laurentius.*

Cosmus Mediceus sic principatum gessit, etsi ad eum anno XVI. tener admodum promotus, ut, plusne ipsius fortunæ, an industriæ tribuendum sit, dubites. Cæsaris inprimis benevolentiam, in cujus clientelam se recepit, fide & obseqvio demeruit: arcibus plurimis, ipsisq; Pisis in potestatem redactis, Senas, pro libertate pugnantes, qvas Galli defendebant, arcta obsidione occupatas, in beneficium ab Hispano accepit: omne Gallo Hetruria exclusit: novum eqvitum ordinem, S. Stephani dictum, ad Hierolo-lymitani ritus, ut littus Tyrrhenum à Turcorum & piratarum excursioni-

 bus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

bus tueretur, instituit: tandem à pontifice Pio V. indignante ob id per Legatos Maximiliano II. imperatore, dux magnus Hetruriæ anno cIↃIↃLXIX. creatus, anno abhinc qvinto decessit, & in thesauris decem auri milliones præter gemmas & uniones duorum millionum reliqvit. Vitam ejus apud Thuanum libro LVII. descriptam legimus. Tredecim annos post eum filius Franciscus magnum ducatum sibi ab imperatore confirmatum tenuit: qvem ferunt à fratre Ferdinando Cardinali monitum, ut à se Blancam Capellam Venetam, qva uxore utebatur, tanqvam inferioris conditionis feminam, dimitteret, bolum venenatum, qvem Blanca Ferdinando præparaverat, forte fortuna è manu pueri portantis accepisse, & fructum inde decerptum comedisse: Blancam id expertam, partem reliqvam etiam deglutiisse, & ita paucis post Franciscum horis expirasse. Francisco sine heredibus masculis defuncto, Ferdinandus ejus frater, sacro ordine bona cum pontificis venia abdicato, & ducta Christina Lotharingi filia, prudenter omnia gessit, inq; ipsam Africam expeditione suscepta, Hipponem cepit, &, cum servari non posset, diripuit, ingentiq; præda abducta rediit. Obiit nostra memoria anno seculi IX. relicto herede COSMO, cui Ferdinandus II. imperator sororem Mariam elocavit. Hoc anno seculi XX. defuncto, Ferdinandus ejus filius, gener Friderici, principis Urbinatis, ad gubernacula Hetruriæ evectus est.

VI. Ex Florentia ad vicinos Italiæ duces pedem moveamus, &, si placet, primo adeamus Urbinatem.

Primi principes Urbini ex dominis de Montfeltrio oriundi sunt: qvi, gubernatione urbis in immensis Italiæ motibus suscepta, principatum sibi tandem qvæsiverunt. Dux ex illis primus à Sixto IV. FRIDERICUS, Gvidonis filius adoptatus, est proclamatus, princeps prudens, literis & armis conspicuus, qvem Florentini contra Alphonsum regem Neapolitanum anno cIↃCCCCLVII. ducem constituerunt. Filius ejus GVIDO BALDUS, paternis insistens virtutibus, ob res in Florentino adversus Pisanos bello strenue gestas, magnam conciliavit sibi nominis celebritatem. Qvod autem liberis destituebatur, moriturus principatum tradidit suo ex sorore nepoti FRANCISCO-MARIÆ, ex antiqva Roboreorum gente oriundo. Hic, qvamdiu patruus ejus Julius II. pontifex rerum potiebatur, felicissimo rerum successu usus, & præterea Pisauri principatu donatus est. Illo defuncto, Leo X. in ejus perniciem totus incubuit: nec Pisauro saltem, sed & ipso Urbini ducatu illum exuit, evecto in ejus locum Laurentio Mediceo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Leone mortuo revixit Francisci-Mariæ felicitas, ut & ducatum Urbini recuperaret, & Imperator Veneti exercitus factus, egregia fortitudinis specimina ederet, & deditione Camertium occuparet, frustra reluctante Paulo III. pontifice, qvi eam nepoti suo Octavio Farnesio qværebat. Filius Francisci Mariæ GVIDO BALDUS II. etsi Camertio, qvod dotis loco obtinebat, ultro cessit, dispar in hoc patri filius, cœpit tamen postea se totum militiæ dare, & auspiciis Julii III. & aliorum non semel exercitus ducere. Successit illi, postqvam se abdicaverat anno CIƆIƆLXXIV. filius FRANCISCUS-MARIA II. humanus & literatus princeps, qvi ad decrepitam provectus ætatem FRIDERICUM, filium unicum, anno CIƆIƆCXXIII. magno cum animi dolore amisit. Qvanqvam enim ille uxorem Claudiam, Ferdinandi I. magni Ducis Hetruriæ filiam, reliqvit prægnantem, non tamen masculus, in qvem cadit succeßio, sed femina nata est, qvæ deinde Ferdinando II. magno duci Hetruriæ fuit desponsata. Francisco-Maria II. igitur anno seculi XXIV. defuncto, ducatus Urbini, ut ut reclamante magno Hetruriæ duce, totus cessit patrimonio Petri, ad ecclesiam Romanam, à qva dependet, jure caduci, lucro non exiguo devolutus. Nam sex vel septem florentissimis urbibus præter alia oppidula & arces constat, & trecenta millia coronatorum annui reditus secundum Mercurium Gallobelgicum domino pendet, ejusq; accessione dominium ecclesiasticum ab uno mari ad alterum se extendit.

SERIES DUCUM URBINATUM.

A.C. *A.R.*

I. FRIDERICUS ex stemmate Montfeltriorum oriundus, Gvidonis filius, à Sixto IV. dux Urbini proclamatus.

1482. II. GVIDO BALDUS, F. 26

1588. III. FRANCISCUS-MARIA ex stemmate Roboreorum, Friderici ex filia Johanna gener, Julii II. pontificis ex fratre nepos. 30

1538. IV. GVIDO BALDUS II. F. abdicavit se ducatu. 40

1578. V. VI. FRANCISCUS-MARIA II. è Livia Roborea, qvæ fuit Julii Cardinalis ex Hippolyto filio naturali neptis, genuit Fridericum, ultimum principem Urbini, qvi anno CIƆIƆCXXIII. apoplexia obiit, unica filia Victoria, ex Claudia Medicea, relicta, omnium terrarum allodialium, qvas avus ejus Franciscus-Maria possedit, herede, qvam sibi Ferdinandus II. magnus dux Hetruriæ desponsavit.

VII. Par-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

VII. *Parmensis ducatus, Urbinati vicinus, qvem itidem à pontifice fiduciario jure suspendi intellexi, qvandonam consistere cœpit?*

Placentia & Parma olim pertinuere ad Mediolanense territorium, & ab imperatoris beneficio dependebant. Sed in bellis Italicis Papæ sibi potestatem in ea usurpare cœperant: & Paulus III. cui nihil suorum caritate proximius, ex Farnesiorum gente oriundus, ea nomine ducatus Parmensis filio suo PETRO ALOYSIO seu LUDOVICO FARNESIO beneficiario jure cesserat, hac lege, ut investituram ab imperatore peteret. Fecit id Aloysius: sed beneficium non impetravit: & jussus est marchionatu Novariæ, qvæ & ipsa est ducatus Mediolanensis, Parmensem ducatum permutare. Iniqve id ferens, conspiravit clam cum Henrico II. Galliæ, filiumq́ suum Horatium cum illegitima regis sorore desponsavit, hac lege, ut filius acciperet ducatum Borboniensem in dotem, si proderetur regi Genua, & ex causa permutationis pro ducatu Borboniensi Placentia & Parma darentur. Genuæ qvidem proditio per Johannem Ludovicum Fliscum curari cœpit, sed non ad votum. Qvanqvam enim Fliscus noctu cum conjuratis remiges in classe Genuensi triremibus alligatos subito in portu solvisset, & jam, interfectis obviis, impetum in ipsam Genuam moliretur, in primis tamen conatibus peremtus est. Et Aloysius interea grande sibi suorum odium sua crudelitate & incestis libidinibus conciliaverat: pluresq́ nobiles viros in carcerem Placentiæ abduxerat, brevi subjiciendos securi. Illorum agnati, re deliberata cum Ferdinando Gonzaga, duce Cæsareanorum, Aloysium, ex insidiis in aulam congressi, interfecerunt. Copiis Gonzagæ in urbem Placentiæ intromissis, populus in verba imperatoris ultro juravit, & cadaver Aloysii contumeliose tractatum, abjecit insepultum. Filius Aloysii OCTAVIUS FARNESIUS Parmæ se continebat & ægre eam conservavit. Tandem sic transactum est, ut imperator Carolus V. filiam ei notham Margaretam Austriam elocaret. Placentiam tamen illi nunqvam reddidit, præsertim cum ad Gallorum partes eum transiisse, seq́ illorum tutelæ commisisse intelligeret. Tandem tamen hanc à socero obtinuit gratiam, ut Placentiam qvidem in beneficium haberet, sed in arce præsidium Hispanicum acciperet. Successit Octavio filius ALEXANDER, rebus in Belgio, cui gubernator datus est, gestis nobilis, qvi restitutionem Placentiæ Philippo regi Hispaniarum pene invito extorsit. Filius Alexandri est RANUTIUS; nepos EDUARDUS, prout patet ex seqventi schemate.

SERIES

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SERIES DUCUM PARMAE ET PLACENTIAE.

A. C. A. R.

1544. I. PETRUS ALOYSIUS FARNESIUS, Pauli III. pontificis filius, in lectica à conjuratis ob tyrannidem confossus. 3

1547. II. OCTAVIUS FARNESIUS F. clientelæ Henrici II. regis Galliarum se contra pontificem & Cæsarem commisit, conjux Margaretæ, gubernatricis Belgii. 39

1586. III. ALEXANDER FARNESIUS F. gubernator Belgii, Antverpiam cepit: Ligam & Gvisios defendit: ab Henrico IV. rege Galliarum dejectus. 9

1592. IV. RANUTIUS, alias RAINUCCIUS, F. relicto inter alios filio Eduardo, cum xxx. annis præfuisset, obiit. 30

1622. V. EDUARDUS F. fratri primogenito defectu lingvæ laboranti prælatus. Hunc qvia ducatū Castri, qvem fiduciario jure à pontifice obtinebat, ingentibus debitis contra leges fiduciæ gravaverat, Urbanus VIII. illo ducatu & aliis possessionibus exuit, ut debita solverentur. Ille fœdere cum Venetis, magnoq; duce Hetruriæ inito, bellum intulit pontifici. Integro triennio res armis acta est circa Ferrariam, Bononiam, Perusiam, donec paulo ante pontificis obitum pax Parmensi reddita est ad lubitum. 24

1646. VI. RANUTIUS F. anno ætatis decimo sexto patri defuncto successit.

VIII. *Ferrarienses, Mutinenses & Mantuanos duces jam salutemus, si placet.*

Mutinenses & Mantuani sunt in imperii; Ferrarienses non minus, ac Urbinates & Parmenses in pontificum beneficio. Qvod attinet Ferrarienses, familiam eorum Jovius non sine causa dicit vetustate nunqvam interruptæ successionis omnes cæteras in Italia superare. Dicti sunt antiqvitus marchiones Estenses seu Atestini. Alii eos à Trojanis, Actiisq; Romanis; alii à Germanis heroibus deducunt. Inter omnes Faletus in amplissima eorum familia ab anno Christi cccc. contexenda operosus est. Idem conatur Antonius Albizius in stemmatibus principum Christianorum: idem alii, sed in diversa subinde acti. Ex Astensibus dicunt Forestū copias Attilæ, anteqvam Aqvileiam obsidione premebat, bis fudisse: Alphorisium & Acrinum fortiter se Odoacro Rugorum principi, cum Italiæ incumbebat, opposuisse, nec prius, qvam occubuere, cessasse: Gundelardum principem Palatii & Majorem domus Dagoberti regis Franciæ fuisse: Ernestum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Longobardos eorumq; regem Luitprandum profligaviſſe: Henricum ob merita in bellis contra Deſiderium à Carolo M. Tarviſianam præfecturam accepiſſe. Sigonius teſtatur libro VI. de regno Italiæ, tempore Arnulphi imperatoris, Sigefridū in Rheginenſi agro multa caſtra præſenti ſibi pecunia comparaſſe, & Parmam metu Saracenorum perculſam in deditionem accepiſſe, uxoremq; duxiſſe Hildegardim, ducem Tuſciæ, & hac de cauſa poſteros ejus usq; ad Mathildim in Tuſcia dominatos eſſe: filium ejus fuiſſe Azonem II: nepotem ex Azone II. Sigebertum ſeu Albertum ſeu Almericum, cum agnato ſuo Hugone, ob Ottone I. imperatore marchionem Ateſtinum ſeu Eſtenſem & comitem Friburgi atq; vicarium imperii contra Berengarium II. eſſe conſtitutum, marchionis etiam Mediolanenſis & Genuenſis nomine appellatum. Fratrem ejus Theobaldum genuiſſe Bonifacium, ducem Tuſciæ, marchionem Mantuæ, Parmæ, Lucæ & Ferrariæ, patrem Mathildis: qvæ omnium paternarum provinciarum heres, adeoq; princeps potentiſſima, etſi tribus ordine nupſit, ut Gothofredo Lotharingo, duci Spoleti; Azoni IV. Ateſtino, & illo ob conjunctionem ſangvinis repudiato, Gvelpho V. Bavaro: qvem & ipſum ob impotentiam & frigiditatem ſtatim poſt nuptias è toro ejectum repudiavit. Sterilis tamen fuit, partesq; pontificum contra Henricū IV. imperatorem pertinaciter fovit, & illi moritura, anno cIↄcxv. omnes ſuas in Lombardia, Tuſcia & Ferraria ditiones teſtamento ſub nomine PATRIMONII PETRI legavit: unde magnæ contentiones & diuturna bella inter Cæſares & Papas enata. Tunc venenum melle illitum, ut vox è cœlo audita, dicente Aventino, inſonuit, à femina eccleſiæ eſt propinatum. Azo autem IV. qvem alii V nominant, ducta in matrimonium Cunegundi, Gvelphi comitis Altorfienſis filia & herede, duos procreavit filios, Gvelphum IV. & Azonem VI. qvorum ille eſt ſtirps antiqvorum ducum Bavariæ & modernorum ducum Brunsvicenſium; hic marchionum Eſtenſium ſeu Montferratenſium: qvorum ſeriem aliter deducit Albizius; aliter Faletus, qvi hanc nectit genealogiam:

GENE-

C. Atius, unde Azonis nomen, C. F. Decurio IVvir Ateste. ob. 411.
Aurelius, Vindelicorum præfectus, ob. 418.

Forestus
Acharius
Azo I.

Tiberius, Atestis, Montis Silicis, Vicentiæ, Feltriæ princeps, ob. 428.
Marcellus ob. 458.
Sabinus, præfectus Illyrici ob. 518.
Bonifacius ob. 552.
Valerianus ob. 590.
Gundelardus ob. 583.
Heribertus ob. 694.
Ernestus ob. 749.
Henricus I. Tarvisii præfectus, occisus 780.

Berengarius, Estensis comes.
Hunibaldus.
Gottfredus.
Adelengus.
Upaldus.

Ubertus.
Albertus.

Azo III. Hugo.

Otto I. ob. 854.
Sigefridus, Lucæ & Parmæ dominus ob. 945.
Azo II. ob. 970.
Sigebertus s. Albertus ob. 995. Estens. marchio.
Hugo III. ob. 1014

Obizo I.
Hugo I.
Arduinus.
Theobaldus Parmæ, Luc. & Ferr. marchio.
Bonifacius III. ux. Beatrix.
Mathildis, ducissa & comitissa.

Aldobrandinus I.
Azo V.

Obizo III.
Comnus.

Azo IV. ob. 1055. cujus uxor Cunigundis Altorfina princeps & in Bav.

Azo VI. gener Henrici III. imp. ob. 1110.

Guelfus IV. dux Bavariæ ab Henrico IV. constitutus, cujus genealogia videatur in historia ducum Brunsv.

Fulcus II.
Fulcus III.

Obizo IV. march. Gen. & Mediol. ob. 1184.

Bertholdus ob. 1118.
Reinaldus ob. 1175.
Obizo V. march. Gen. & Med. post Obizonem IV. ob. 1196.
Azo VIII. princeps strenuus ob. 1212.
Aldobrandinus II. march. Ferr. Ancon. & Veronæ.
Azo IX. qui Actiolinum tyrannum sua manu cepit.

Obizo VI. Mutinæ per arma dominus. Rainaldus seu Raimundus ob. 1257.

Franciscus.
Bertholdus.
Franciscus II.
Azo.
Thaddæus.
Bertholdus, imperator exercitus Ven. ob. 1449.

Azo X. parricida ob. 1309.
Aldobrandinus III. ob. 1326.
Rainaldus ob. 1325.
Obizo VII. ob. 1352.
Aldobrandinus IV. ob. 1354.
Nicolaus claudus ob. 1388.
Albertus ob. 1403.
Nicolaus II. ob. 1440.
Leonellus ob. 1450.
Borscus, dux 1. Mutinæ & Rhegii, item Estensis & Ferrariensis.
Hercules I. ob. 1505. cui Mutina est ademta.
Alphonsus I. ob. 1535. qui Mutinam recepit.

Hercules II. ob. 1559.
Alphonsus II. quo anno 1597. defuncto, ducatus Ferrariensis adjunctus est patrimonio Petri.

Alphonsus nothus.
Cæsar, qui Mutinam post obitum Alphonsi II. patruelis in feudum accepit ab imperatore.
Alphonsus.
Franciscus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

MUTINENSIS DUCATUS à Ferrariensibus etiam acqvisitus est. Fundamenta ejus jam sub Rudolpho I. imperatore jacta sunt anno cIↃCCLXXXVIII. cum Obizo VI. dominatum Mutinæ invaderet. Postea Henricus VII. Picum Mirandulanum Mutinæ imposuit vicarium imperii, sic ut integrum urbis jus sibi reservaret imperator: sine cujus autoritate qvanqvam alii sibi principatum vindicabant, sui tamen illum juris postea fecere marchiones Ferrariæ: in qvorum potestate perseveravit usq; ad annum cIↃIↃX. qvo Julius II. pontifex urbem cepit & Maximiliano imperatori cessit. Hic illam qvadriennio post Leoni X. pro XLIↃ. aureis oppignoravit. Sed cum Clemens VII. à Caroli V. copiis in mole Adriani obsideretur, Alphonsi I. Ferrariæ ducis, herois magnanimi, armis est recepta. Res ejus feliciter adversus Julium II. & Clementem X. aliosq; hostes gestas prolixe Jovius descripsit. Successit illi Hercules II. F. gener Ludovici XII. regis Galliarum: cujus filius Alphonsus II. cum anno cIↃIↃXCVIII. sine heredibus diem obiret, Cæsar ex Alphonsi I. notho filio Alphonso progenitus, cum, qvod Alphonsus II. obnixe petierat, à pontifice ducatum Ferrariensem obtinere non posset (ipse enim pontifex illam occupatam patrimonio Petri adjecit & sibi tanqvam fundum ecclesiæ vendicavit) Mutinam, Rhegium & Carpense dominium accepit. Ex hoc Cæsare, anno nostri seculi XXVIII. defuncto, prodiere Alphonsus filius: Franciscus pronepos. MANTUAM qvod attinet, sita est illa in Longobardia cis Padum, tantæ, ut ferunt, antiqvitatis, ut IↃCLXX. annis prius sit condita, qvam Roma. Olim fuit caput XII. coloniarum Hetruscarum. Cumq; Galli Cenomani in Italiam irrumperent, omni Hetruscorum gloria conculcata, Mantuam qvoq; sibi subjecere. Illa postea cessit Romanis, Gothis, Longobardis, Germanico imperio. Possevinus, medicus Mantuanus, autor est, tempore Ottonis I. Gvaltherum Gonzagam, cujus sangvinem à primis Longobardorum ducibus Ibore & Agiore deducit, tanto habitum honore dignum, ut, qvia erat ex regio Longobardorum sangvine, vicarius imperii & marchio Mantuæ sit constitutus: filium ejus Ubertum, pro Henrico II. contra Bohemos in acie lethaliter vulneratum, reliqvisse filium Adelhertum: hoc natum esse Thedaldum, patrem Bonifacii: ex Bonifacio & Beatrice Henrici III. filia natam esse Mathilden potentissimam, cujus jam semel atq; iterum mentionem fecimus. Sed Mathildis majores paulo ante nos aliter descripsimus, qvæ opulentissimos Italiæ tractus legavit pontifici, inq; illis Mantuam. Sed illa more aliarum civitatum se pedetentim asseruit in libertatem, ut tamen comiter veneraretur im-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

imperatores. Hinc à partibus Friderici Barbarossæ stetit in variis contra ejus hostes bellis. In his Gonzagæ, qvos Mathildis omni potentia exuerat, qvia cum imperatore contra pontificem senserant, nonnihil agrorum suorum recuperabant. Cum tandem à Friderico II. qvem pontifex diris petierat, tota pene Italia deficeret, Genua idem conata, Cæsareis in prædam fuit, inq; factiones discissa, & hinc ab Avocatis, illinc ab Agnellis pendens, Actiolinum seu Ezzelinum, famosum illum in Italia tyrannum, partibus Cæsaris addictum, ad mœnia usq; oppugnanda attraxit. Ab illo tamen se defendit, & duos sibi capitaneos seu præfectos constituit Bonacolsum & Ottonellum. Omnia tamen sibi soli tractu temporis Bonacolsia familia vendicavit, & dignitatem vicariatus à Ludovico VI. meruit, donec à Gonzagis omnis illi potestas eriperetur. Inter illos eminuit Ludovicus seu Aloysius Gonzaga, capitaneus urbis anno cIɔcccxxviii. declaratus. Illi post annum xxxii. defuncto in præfectura urbis successit filius Gvido jam septuagenarius: qvi cum bellis ob senium ipse interesse non posset, eorumq; curam Ugolino filio committeret, ille à fratribus, Ludovico & Francisco, per insidias in convivio obtruncatus est. Ex illis Ludovicus patri Gvidoni anno cIɔccclxix. defuncto successit: ejusq; filius Franciscus, cum uxorem, Vicecomitis Mediolanensis filiam, ob adulterium securi in publico percuti jussisset, bello à Mediolanensibus petitus est: unde explicatus sacræ se expeditioni junxit & virtutem ubiq; probavit. Ejus filius Johannes Franciscus Gonzaga à Sigismundo imperatore, anno cIɔccccxxxiii. primus Mantuæ marchio renunciatus, ultima voluntate inter IV. filios principatum omnem divisit: qvi liberis qvoq; aucti, sua qvisq; inter eos, viribus admodum hac ratione distractis, diviserunt. Tabula res clarior erit:

GENEALOGIA DUCUM MANTUAE.

Ludovicus Gonzaga, capitaneus Mantuæ, ob. 1360.
Gvido successit patri septuagenarius ob. 1369.

Ludovicus fratricida ob. 1382.	*Franciscus fratricida.*	*Ugolinus interfectus 1362.*

Franciscus ob. 1407.
Johannes Franciscus Gonzaga, marchio 1. ob. 1644.

Ludovicus.	*Carolus.*	*Alexander.*	*Joh. Lucidus.*

Fridericus
Franciscus ob. 1519. qvi primus principum Italiæ dicitur longam barbam nutrivisse.
Fridericus dux 1. Mantuæ & per uxorem dux Montferrati, ob. 1540.

Franciscus, dux II. gener Ferdin. I. imp.	*Gvilielmus, dux III. ob. 1587.* *Vincentius, dux IV. ob. 1612.*	*Ludovicus per uxorem Henricam, dux Niversii.* *Carolus, dux Niv. & Rethelii.*

Franciscus, dux V. Maria, Caroli Niversii ducis VIII. uxor.	*Ferdinandus dux VI. ob. 1527.*	*Vincentius, dux VII. ob. 1527.*	*Carolus, dux Nivern. item per uxorem Mariam dux VIII. Mant. ob. 1637.*	*Franciscus.*

Carolus.	*Eleonora, ux. Ferd. III. imp.*

Primum Mantuæ ducem Carolus V. ob egregiam in bellis sibi operam navatam anno cIↄIↄXXX. appellavit FRIDERICUM, summum pontificiarum & Florentinarum copiarum ductorem, qvi, ducta in uxorem Margareta, Montferrati marchionis Gvilielmi Palæologi filia, jus illius marchionatus, (qvod cc. amplius annos Palæologorum familia, à Theodoro Andronici senioris filio, ex Jolanta herede Montferratensi nato, sibi usurpaverat) filiis, qvorum qvatuor habebat, peperit. Etsi enim ultimo ex Palæologis duce Johanne Georgio sine masculis heredibus anno cIↄIↄXXXIV. defuncto, lis ei moveretur de successione à Sabaudo & Saluciarum marchione, Carolus V. tamen imperator Montferratum in Longobardia concessit Mantuano. Frustra reluctabatur Casalium, urbs in ducatu Montferratensi primaria, Gallorum auxiliis subnixa. Suam causam enim voluere Casalenses à causa Montferrati separare, seq; masculis Palæologorum heredibus deficientibus, ad imperium devolutos dictitabant. Sed Carolus V. aditum feminis ad illud beneficium patefecit, & Friderico Gonzagæ, cui jam ducis titulum in marchionatu Mantuano indulserat, ob ductam Margaretam Palæologam, Gvilielmi filiam, ducatum simul & Casalium adjudicavit. Et qvanqvam Casalenses postea suam libertatem jam in judicio adversus Mantuanum coram Maximiliano asseruere, jam armis recuperare nitebantur, frustra tamen erant. Friderico Gonzagæ successit minorennis FRANCISCUS, qvi, ducta Catharina Ferdinandi I. imperatoris filia, anno seqventi, qvi fuit cIↄIↄL. in lacu Mantuano obrutus interiit. Frater ejus GVILIELMUS, ducta altera Ferdinandi filia Leonora, à Maximiliano II. imperatore dux Montferrati, qvanqvam adhuc renitente Sabaudo, creatus, magnisq; privilegiis & titulo Serenissimi ornatus est, & anno cIↄIↄLXXXVII. defunctus, heredem reliqvit VINCENTIUM, qvi usq; ad annum cIↄIↄCXII. paternas provincias administravit. Illo anno non ipse saltem, sed & major natu filius FRANCISCUS, qvi successerat, & hujus Francisci ex uxore Margareta Sabauda filiolus, decesserunt. Præter uxorem Sabaudam reliqvit unicam filiolam MARIAM, ad qvam spectare ducatum prætendit Sabaudus, avus. Sed frater Francisci, FERDINANDUS Cardinalis, ducatum suscepit administrandum, & nepotis ex fratre curam egit. Illud ægre ferebat Carolus Emanuel dux Sabaudiæ, & hostilibus armis pro filia & nepte Montferratum ingressus, illam provinciam jure ad se pertinere asserebat. Adjungebat veteres qverelas de marchionatu Montferratensi, à Carolo V. Gonzagis adjudicato, cujus ipse hereditariam successionem ad se trahebat.

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Sed cum non modo pleriq; Italiæ principes, sed & pontifex, rex Hispaniæ, & regina Galliæ Mantuano suppetias ferrent, tandem post varios motus pax facta, & anno seculi XIIX. confirmata est. Ferdinando defuncto, & post eum VINCENTIO seu Vincente fratre eodem anno seculi XXVII. animam agente, CAROLUS dux Nivernii & Rethelii, tanqvam proximus agnatus è Gallia aderat, & nuptias Mariæ, Francisci ducis V. filiæ pactus, heres scriptus à Vincentio, Mantuanum & Montferratensem ducatum sibi in manus à Vincentio traditum adiit; potentia Galli subnixus. Hispanus autem, nec vicinum Mediolano è Gallia potentem admissurus, & Gallo aditum in Italiam invidens, Gonzagam Gastalæ principem, ex eadem stirpe, licet gradu remotiore genitum, præferri volebat, idq; egit apud imperatorem, ut ducem Nivernium, qvanqvam obseqvium promittentem, feudi imperialis hereditatem, qvam se supremo feudi domino inconsulto adierat, apud se deponere & jus suum in judicio vindicare juberet. Nivernius, auxiliis Gallorum, Venetorum & pontificis fretus, possessioni maluit insistere, qvam actioni. Grave inde bellum, qvod ingens terræ motus in Apulia visus est præsagire. Consalvus Cordubanus, Mediolani præfectus, tracto tandem in societatem Sabaudo, militem duxit in Montferratenses agros, & caput provinciæ Casalium gravi obsidione, qvanqvam frustraneo conatu, diu fatigavit. Carolus Emanuel, dux Sabaudiæ, capto Trino, munitoq; Alpium transitu, jam Gallica sub Criqvio subsidia interclusit, jam distinuit. Ipse igitur rex Galliæ, domitis jam Rupellis, republica interim matri reginæ commissa, anno seculi XXXIX. cum XXX. millium exercitu, claustro Alpium præcipuo, Susa seu Segusione, perrupto, in Pedemontium & Sabaudiam penetravit. Sed Sabaudus regem convenit Susæ, & causa ejus potestati permissa, in certas pacis conditiones omne Mantuanum negotium conjecit: qvibus etiam cautum est, ut ab obsidione Casalii abstineretur. Transactis Sabaudus, cum primum impetum Galli Susæ subsistentis evasisset, non stetit, acceptisq; ex Neapoli novis copiis, Casalium denuo corona cinxit per Ambrosium Spinulam. Imperator qvoq;, misso per Alpes primum Merodio, deinde sub Colalto, Altringero & Galassio exercitu, Mantuam ipsam, inq; illa Nivernium obsedit: & qvanqvam Nivernius novis Galli & Venetorum auxiliis, lacu in hostium castra demisso, obsidionem solvit, per insidias tamen seqventi anno Cæsareani, cum copias Venetorum, qvibus Qvirinus præerat, fudissent, Mantuam ceperunt, diripuerunt, & Nivernium inde certis pactis Ferrariam abire permiserunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ferunt. Interim ad Casalium, in qvod unum omnis pene spes Mantuani ducis redacta erat, Spinula, dux hoc seculo fortissimus, morbo est absumtus. Cumq; jam Galli Piniærolam & universam pene Sabaudiam in potestatem redegissent, pax tandem Qveraſii coiit, & Nivernio investitura ab imperatore data est. Recruduit nihilominus, imo continuatum est bellum inter Gallum & Hispanum: in qvo Galli, Victore Amadeo Sabaudo in partes pellecto, bellum in Italia fovebant, ut à cura rerum Germanicarum Hispanum abstinerent. Frater tamen Sabaudi Fr. Thomas sese penitus Hispanis dabat, & armis illorum irruptione in Pedemontium & Montferratum facta, omnes illic arces & urbes præter Casalium ad se traxit. Ideoq; comes Harcurtius illuc missus, Hispanorum & Mediolanensium progressus duplici stitit victoria, eosq; à Casalii obsidione avertit, & Turinum antea amissum, jamq; ad extremam famem redactum recuperavit. Successor ejus Longevillanus Tortonam qvoq; cepit, sed paulo post vicissim amisit. Jamq; se Gallis reddiderat Thomas Sabaudus, & post Longevillanum exercituum imperator factus, Astum, qvod antea ipsius opera Hispani occupaverant, & alia loca cepit, prædasq; ex ipso agro Mediolanensi egit. Tentatum & Orbitellum: sed frustra. Plumbinum autem, Portalongonium, Motha & Rosesium capta. Tandem, cum jam anno seculi XXXVII. Carolus, dux Nivernius & Mantuanus, relicto unico ex filio nepote octenni Carolo sub tutela matris Mariæ, imperatricis Eleonoræ Ferdinandi II. viduæ, regis Galliæ & reip. Venetæ, esset defunctus, triennio post, interventu pontificis Ratisbonæ transactum est, & nomina, qvibus Mantuanus Sabaudo, Lotharingo & aliis obligabatur, soluta. De Montferratensi ducatu hoc addo, eum titulo marchionatus ab Ottone II. imperatore in beneficium uni ex septem Alerami seu Alarani Saxonis filiis esse concessum. Hunc Aleramum cum filia imperatoris Artesia abducta dicunt in Italiam profugisse, & reconciliatum socero, impetrasse ab eo, ut septem suis filiis septem marchionatus inter Liguriam & Pedemontium condonaret. Primogenitus Alerami Gvilielmus in Montferrato genuit Bonifacium, qvi pater fuit Gvilielmi II. cui erant IV. filii, ex bello sacro noti. Ex illorum posteritate ultimus fuit Johannes improles: cujus soror, qvia nupserat Andronico Palæologo seniori, imperatori Constantinopolitano, filius ejus Theodorus Montferrati marchionatum adeptus est. In cujus familia integris CC. annis permansit dignitas marchionatus Montferratensis. Gvilielmus III. tandem anno CIƆIƆLXVIII. defunctus, reliqvit fratrem Johannem Georgium & filium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

& filium unicum Bonifacium, filiamq; Margaretam, Friderico Gonzagæ Mantuano duci nuptam. Bonifacio post XII. annos è lapsu ex eqvo defuncto, patruus qvidem ejus Johannes Georgius successit: sed ille post triennium sine liberis extinctus, ultimus fuit è Palæologis masculus heres. Inde Mantuanus ob uxorem, Bonifacii sororem, marchionatum sibi vendicavit & à Carolo V. nomine ducatus obtinuit. Sabaudus autem & Salucíarum marchio ex certis pactis sibi illum deberi contendebant. Inde illæ turbæ, qvas supra memoravimus.

IV. *Qvia duci Sabaudiæ etiam locus est inter principes Italiæ, ejus qvoq; provincias lustrabimus.*

Dux Sabaudiæ non saltem in Italia Pedemontium, regionem subalpinam amplissimam, in qva præter multa alia dominia recensentur L. comitatus & XV. marchionatus, & comitatum Nizzæ nobilissimum, sed & Galliæ Narbonensis bonam partem, pleramq; tamen montosam, qvam olim Allobroges incoluerunt, suo premit imperio. Potentissimis hic regibus, Gallo atq; Hispano, æqve oportunus, utri eorum accedit, illi magnum momentum afferre potest. Sed difficili inter utrumq; temperamento, vix tantillum in unum inclinare potest, qvin statim alteri suspectus fiat, eumq; offendat. Montferrati ducatum pertinere ad se contendit. Jus etiam supremi dominii sibi arrogat in remp. Genevensem: & aliqvoties oppidum intercipere conatus fuit, sed irrito eventu. Qvibus argumentis id jus sibi vendicet, & qvomodo Genevenses civitatem suam semper fuisse liberam & imperialem disputent, &, mutata superiori seculo religione, eorum syndici, qvi sub episcopali autoritate libertatem antea tuebantur, supremum dominium sibi proprium fecerint, & ejectis episcopis sub imperii patrocinio remp. administrent, copiose recenset Thuanus libro CXXV. Sabaudus item Vallesiæ partem, tanqvam à majoribus suis certa pecuniæ summa Bernatibus oppignoratam, sibi adscribit, jusq; sibi in principatum Achajæ & regnum Cypri & Hierosolymitani competere variis rationibus asserit, qvas alibi legere licet. Et mirum videri potest, qva ratione tantis sumtibus, qvos in varia bella, imprimis contra Hispanum, impendit hactenus, par esse potuerit. Sed qvi calculum recte colligunt, annuos illi putant reditus ad duas myriadas aureorum accedere, & ærarium ejus multis aliis extraordinariis modis auge[illegible]sse, ut post Hispanos facile cæteros Italiæ principes potentia præce[illegible]en illum ajunt ducere ab Amadeo seu Immodo, Wittekindi S[illegible]per Wigibertum, Walpertum & Theo-

& Theodoricum duces Saxoniæ abnepotem, comitem Ringélhemium, patrem Bertholdi seu Beroaldi. Hujus tamen Bertholdi patrem alii rectius faciunt Hugonem Saxoniæ ducem, fratrem Ottonis III. Moriennæ seu Maurianæ, vallis Centronibus proximæ, inter Allobroges circa annum clɔxx. dominum factum. Ejus posteri dicti sunt primo comites Moriennæ & marchiones Segusiani; post comites Sabaudiæ usque ad Amadæum VIII. Amadæi VII. filium: qvi primus apud Sigismundum imperatorem anno clɔcccccxvi. meruit dux Sabaudiæ dici, & postea, cum omnes suas provincias & principatus filio tradidisset, habitumque eremiticum induisset, Papa in concilio Basiliensi electus, atque Felix V. dictus est.

SERIES COMITUM MAURIENNAE ET MARchionum Segusianorum, postea Sabaudiæ Comitum & Ducum.

999. I. BEROALDUS, alias BERTHOLDUS, Hugonis Saxoniæ filius, amisso patre, à patruo Ottone III. imperatore educatus, conjugem ejus Mariam Arragoniam in adulterio deprehensam una cum adultero confodit, &, cum inde agnatus Mariæ Renatus, comes Montensis, grave bellum Saxoniæ intulisset, pax non potuit prius convenire, qvam Beroaldus per totum decennium juberetur Germania decedere. Abeunti imperator insignium loco donabat scutum aureum cum aqvila nigra ungulis & rostro aureo, qvia gentilitiis uti vetabatur. Concessit post varias regiones lustratas in Burgundiam, &, cum egregiam ibi operam locasset Rudolpho III. regi in debellando Genevensi populo, Susæque seu Segusii marchione & principe Pedemontano, & Mauriennam in Transjurensi Burgundiæ parte illi subjecisset, Conradus imperator, à mortuo sine liberis Rudolpho heres regni Burgundiæ constitutus, illius filio Humberto universam Moriennam in feudum cum titulo comitis concessit. 28

1027. II. HUMBERTUS F. primus comes Mauriennæ in Sabaudia. Bellum ei initio fuit gerendum cum marchione Segusiano, qvi, eo in Italia cum imperatore absente, Mauriennam invaserat. Sed lis composita est, cum, marchionis filia Adela ducta, mortuo socero, heres marchionatus Segusiani scriptus est. 21

1048. III. AMADEUS I. caudatus inde dictus, qvod, cum Henricus III. imperator ingressurum ad se cum numerosa virorum nobilium ma-

nu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

nu juſſiſſet ſolum intromitti excluſa cauda, ille mallet ab imperatoris amicitia diſcedere, qvam à cauda ſua ſegregari, & ita non niſi ſuis ſtipatus ad colloqvium imperatoris, generoſa reſponſione oblectati, admiſſus ſit. Comiti Burgundiæ egregiam locavit operam in bello adverſus Gothefridum, Lotharingiæ ducem. Huic Henricus IV. qvandam Burgundiæ partem dedit, ut ſibi iter per Alpes pateret. 40

1088 IV. HUMBERTUS II. F. bello ſacro interfuit. 31

1019. V. AMADEUS II. F. primus Sabaudiæ, tanqvam feudi imperii comes ab Henrico V. renunciatus, Genevenſibus prælio victis aliqvot arces extorſit. Bello etiam ſacro interfuit, inq; Cypro defunctus eſt. 29

1848. VI. HUMBERTUS III. interfuit itidem bello ſacro, illo tempore, qvo Ptolemais in Chriſtianorum venit poteſtatem. Amiſſis duabus uxoribus, anteqvam tertiam duceret, aliqvamdiu inter eremitas vitam egit. 53

1201. VII. THOMAS F. ſeptem liberorum pater, Gvidonem comitem Genevenſem, filiam Beatricem ad Philippum Auguſtum Galliarum regem, cui eam deſponderat, adducturum intercepit, ductaq; puella, qvæ jam pridem conſenſerat, comitatum Genevenſem fecit Sabaudiæ clientelarem. Principatum etiam Pedemontanum, ſtirpe principum ſublata, Pigniærolo, Vigeno & Carignana expugnatis, magna ex parte ſibi adjecit. 32

1233. VIII. AMADEUS III. F. Salaſſios & Veragros, Lombardiæ populos, Amadeo eorum domino ſine heredibus defuncto, ſibi adjecit. 13

1246. IX. BONIFACIUS F. captus in prælio ad Taurinum à marchione Montisferratenſi & populo Aſtenſi, præ dolore non ſine veneni ſuſpicione in cuſtodia obiit. 10

1256. X. PETRUS Bonifacii patruus, beneficio Henrici III. regis Angliæ comes Richemontiæ, ulturus mortem Bonifacii Taurinum, Vaulxios & alios vicinos populos vi ſibi ſubjecit, & ab imperatore in feudum obtinuit. 12

1268. XI. PHILIPPUS Fr. è ſacro ordine ad principatum à fratre morituro evectus, continua invaletudine laboravit, & Bernates atq; Friburgenſes illi, tanqvam minus bellicoſo, aliqvot finitima loca eripuerunt. 17

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

1285. XII. AMADEUS IV. cognomine magnus, Philippi ex fratre Thoma nepos, diuturna & gravia bella gessit cum Genevensi comite & Delphino Viennensi. Interfuit expeditioni sacræ, in qva ejus potissimum virtute Rhodus insula in Christianorum venit potestatem: in qva etiam ultra cc. annos usq; ad annum cIↄIↄxxII. permansit. Ab hac Rhodi expugnatione symbolum illud qvatuor literarum FERT Sabaudicæ familiæ mansit proprium, qvo putant hanc sententiam exprimi: FORTITUDO EJUS RHODUM TENUIT. 38

1323. XIII. EDUARDUS F. gravem cladem ad Varejum passus à Delphino Viennensi & Genevensi comite, juvenis moritur. 6

1329. XIV. AMADEUS V. Fr. feliciter damnum fratri illatum ultus est. 3

1332. XV. AMADEUS VI. F. viridis comes dictus, qvia utplurimum viridantibus vestimentis suis usus est, Ordinis eqvestris XIVvirorum sodalitium in angelicæ annunciationis honorem instituit, qvos aurea donavit torqve cum symbolo FERT. Expeditioni interfuit inter primos, qvæ mari terraq; suscepta est pro Johanne Palæologo imperatore Constantinopolitano, à Bulgariæ despota Crajevicio in vincula conjecto, & ab Amurathe Turcorum imperatore admodum afflicto. Callipolis tunc erepta est Saracenis, & Palæologus liberatus. Rediens ad sua Amadeus variis cum vicinis bellis implicatus est, donec in agro Neapolitano, ubi tunc bellum inter Ludovicum Andium ducem & Urbanum VI. pontificem fervebat, decessit. 51

1383. XVI. AMADEUS VII. F. ruber dictus, post levicula cum vicinis bella in venatione eqvo lapsus, paucos post dies expiravit. 14

DUCES SABAUDIAE.

1397. I. AMADEUS VIII. F. primus à Sigismundo imperatore dux Sabaudiæ renunciatus, cum uxorem Margaretam Philippi audacis Burgundiæ filiam amisisset, abdicata cura reip. primum eremita; dein in Concilio Basiliensi pontifex Romanus factus est, nomine Felicis V. 23

1439. II. LUDOVICUS F ducta Anna Lusignana, Cypri regis filia, rex Cypri qvoq; salutatus est, XVI. liberorum pater: cujus secundogenitus filius Ludovicus, rex Cypri, ducta Carola Lusignana, Johannis II. Cypri regis filia unica, postqvam pulsus est à Carolæ fratre notho Jacobo, defunctus est sine liberis. 27

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

1465. III. AMADEUS IX. F. gener Caroli VII. Galliarum regis per filiam ejus Isabellam: pater pauperum dictus, qvos affirmabat canes suos esse venaticos, per qvos salutem asseqveretur. 5

1471. IV. PHILIBERTUS I. F. gener Galeacii Mediolanensis ducis. 10

1481. V. CAROLUS I. Fr. cui uxor Blanca Maria, filia Gvilielmi Montferratensis, jus, qvod in ducatum Montferrati prætendit, peperit. 8

1490. VI. CAROLUS II. F. sine uxore & liberis decessit. 5

1495. VII. PHILIPPUS Amadei IX. F. gener Caroli Burgundiæ. 2

1497. IIX. PHILIBERTUS II. F. gener Maximiliani imperatoris. 7

1504. IX. CAROLUS III. Fr. gener Emanuelis Portugalliæ regis, tandem magna principatus parte ab avunculo Francisco I. rege Galliæ, Bernatibus, Genuensibus, Friburgiis & Vallesiis spoliatus. Prætendebat enim rex Galliæ jus qvoddam in Sabaudiam ratione matris, qvæ fuit filia Philippi. 50

1554. X. EMANUEL PHILIBERTUS F. gener Francisci I. Galliarum regis, pacis cum Gallorum rege factæ beneficio in ditionis amissæ possessionem restitutus, noxio se primum & impio adversus Convallenses bello temere implicuit: postea permissa innocentibus alioqvin populis religionis libertate, matura pœnitentia errorem emendavit, & pacem cum iis factam religiose deinde servavit, ut testatur Thuanus in epistola nuncupatoria. 26

1580. XI. CAROLUS IV. cognomine EMANUEL F. gener Philippi II. Hispaniarum regis, qvinqꝫ suscepit filios, Philippum Emanuelem in Sicilia defunctum: Victorem Amadeum, Heinrici IV. regis Galliarum generum: Philibertum: Mauritium Emanuelem Cardinalem: & Franciscum Thomam, patrem Caroli, Amadei & Eugenii. Ob marchionatum Saluciarum gravissima bella cum Heinrico IV. rege Galliarum gessit, iisqꝫ autoritate pontificis sopitis, Genuenses aliqvandiu in Liguria hostes habuit, postea ob Mantuanum ducatum, qvem dux Galliæ Nivernius occupaverat, gravia bella cum Ludovico XIII. rege Galliæ gessit, & anno CIↃIↃCXXX. decessit apoplecticus. 50

1630. XII. VICTOR AMADEUS F. gener Henrici IV. regis Galliarum ex filia Christina, nostro tempore cum Parmensi duce & Gallis conjunctis armis, ut Hispanos, ex Mediolano territoria sua

hospitiis divexantes, reprimeret, Valentiam obsedit, sed frustra. Defunctus immatura morte, & relictis duobus filiis, uno Francisco Hyacintho annorum VI. altero Carolo Emanuele annorum IV. jussit iis præesse tutorio nomine matrem Christinam. Qvia autem Mauritium Emanuelem Cardinalem & Fr. Thomam fratres, à qvorum partibus stabat Hispanus, ab hac cura tutoria excluserat, ingens inde bellorum seges, cum illi protectioni regis Galliæ se committerent.

1634. XIII. FRANCISCUS HIACYNTHUS F. post semestre puer defunctus.

1634. XIV. CAROLUS EMANUEL Fr. sub tutela matris, statim ab Hispanis & gubernatore Mediolani propter Gallos, qvi Pinjærolum & Susam à multis retro annis tenebant, & propter patruos, qvi tutoriam minorennis ducis potestatem sibi arrogabant, bello petitus est. Hispani hinc Astum; illinc Fr. Thomas, ducis patruus, Taurinum & plura alia loca expugnabant. Arcem tamen Taurini, ducalis sedis, acriter Sabaudi defendebant sub duce Gallico Cardinali Vallettano, & eo defuncto sub comite Harcurtio, qvi Hispanos in Montferrato à Casalii obsidione ingenti fractos clade anno seculi XL. dejecerunt, & Taurinum receperunt.

X. *Nunc ad respublicas Italiæ progrediemur: &, si placet, Mediolanum, Genuam, Lucam & Venetos primum lustrabimus.*

LUCAM qvod attinet, ut minor est viribus, ita minus diu in ea commorandum est. Sola ex omnibus civitatibus, qvantumvis parva, libertatem tutatur: qvanqvam sub Cæsaris imperio & regis Hispaniarum clientela. Serici potissimum textura & lanificio opes qværit. Summus apud Lucenses magistratus est, qvem vocant Signoriam, qvæ constat IX. Antianis seu senioribus, ex senatorum collegio electis: qvibus additur vexillifer. Sed, qvod dixi, Lucæ non diu subsistendum est. GENUA, qvam Petrarcha in itinerario Syriaco testatur veteribus fuisse dictam Januam, à primo urbis autore Jano, & qvam vocat urbem imperiosam, cotemq; alteram, qvæ Romanæ virtutis aciem longo exercitio multos olim annos exacuit, semper celebre fuit Liguriæ maritimæ emporium, partesq; Romanorũ perpetuo secuta, in magno fuit apud illos pretio, præsertim qvia classium & copiarum Romanarum erat receptaculum. Qvam ob causam à Magone, duce Pœnorum, est diruta. Romani tamen è vestigio, Carthaginensibus Italia

sub-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

submotis, eam splendori pristino restituerunt, & circumfusos populos jusserunt inde jura petere, ut ex tabula aheneaprobat Ubertus Folieta, libro primo historiæ Genuensium. Postea cessit in Gothorum imperium cum tota Liguria, & regebatur per duces. Gothis ejectis ex Italia, LXX. annos sub Cæsarum Græcorum imperio fuit. Post qvod tempus, cum Longobardi omnes circumpedanos campos occupassent, Honoratus, archiepiscopus Liguriæ, cum magna nobilitatis Mediolanensis parte Genuam concessit, inq; ea domicilium ac sedem fixit: & sic Genua ex infelicibus Mediolani casibus, per alios LXX annos in immensum excrevit. Tandem cessit & ipsa armis Rotharii regis Longobardorũ, jugumq; est passa usq; ad Carolum M. qvi, dominatu Longobardorum sublato, Genuæ constituit primum comitem Audemarum, ut ejus spectatam virtutem Saracenorum conatibus opponeret, qvi jam impetum in Italiam converterant, insulasq; adjacentes Corsicam & Sardiniam occuparant. Stirpe Caroli M. extincta, Genua, ut & plures aliæ civitates Italiæ, consules liberis suffragiis creare, cœpit: qvorum imperium CCC. circiter annos duravit. Cæterum sub Audomaro Genuenses prævalidam classem compararunt, & Saracenis ex Corsica expulsis, imperium ejus insulæ sibi vendicarunt, fiducia tamen Romani pontificis. Sed anno IↃCCCCXXXVI. Saraceni urbem defensoribus vacuam, civibus armatis in expeditionem egressis, captam direptamq; incenderunt. Genuenses reversi ab expeditione, abeuntes hostes classe persecuti, non procul à littoribus Sardiniæ, omnem ab illis prædam ingenti victoria receperunt. Postea in societate Pisanorum anno CIↃXV Sardiniam Saracenis, Musacto eorum rege capto & ad Cæsarem misso, eripuerunt. Illius insulæ dominatum cum Pisani sibi solis poscerent, & præterea Corsicam occuparent, bellum inter concordes hactenus civitates enatum est: in qvo Genuenses in prælio navali amissa magna navium parte succubuerunt. Anno CIↃXCVII. cum in sacro bello Antiochia, & post biennium Hierosolymæ obsiderentur, Genuenses magna illuc vi navium, militum & machinarum bellicarum qvoq; ibant: & dux eorum Gvilielmus Embriacus ingeniosa turris compactilis constructione brevi fecit, ut sancta urbs vi expugnaretur. Nec destitit unqvam Genua regi Hierosolymitano auxiliares copias submittere, illiq; operam in variis urbibus expugnandis navare: & ob id tertiam vectigalium partem Assuris, Cæsareæ & Ascalonis & vicos singulos Hierosolymis & Joppe obtinuit. Hinc bella inter Genuenses & Pisanos de Corsica & Sardinia recruduerunt. Illis qvoqvo modo consopitis, omnis vis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

vis in Mauros Hiſpaniam tenentes verſa eſt, qvibus Almeriam & alia oppida extorſerunt. Hinc fœdus cum Græco imperatore inierunt, & ab eo ſuam, ut Veneti & Piſani, plateam, ſuumq; privatum forum in urbe Conſtantinopolitana acceperunt, & Peram coloniam condiderunt è regione Conſtantinopolis. Qvin & in ipſam Tauricam Cherſoneſum arma promoverunt, & Caffam, qvæ veterum Theodoſia eſt, ut & Cyprum, Lemnum & Chium in poteſtatem redegerunt, & adhuc Corſicam ſuo premunt imperio. Ab eo tempore, cum tota Italia in factiones Gibellinorum pro imperatoribus & Gvelphorum pro pontificibus diſcederet, Genua qvoq; his turbis ſubinde implicari cœpit, variisq; diſſidiis lacerata eſt, familiis nobilioribus, qvæ principatum gerebant, inteſtina discordia adverſus ſe invicem inſurgentibus. Advocatorum & Caſtelliorum ambitio primum res turbabat. Poſtea aliqvot annos illinc SPINULÆ & AURIÆ; hinc FLISCI & GRIMALDI, ſibi potentiam cum publicæ libertatis detrimento ſtabiliebant, reiq; ſumma adminiſtrandæ anno ſeculi duodecimi XC. à conſulibus ad peregrinum prætorem eſt translata. Tandem poſt gravia cum Venetis bella ad externorum principum dominationem Genua delapſa eſt, & primo Germanorum, ſub Henrico VII. imperatore, qvi vicarium ibi conſtituit; deinde Neapolitani regis; poſtea regis Gallorum; tandem Vicecomitum Mediolanenſium ſuſtinuit dominia. Anno CIↃCCCLXXII. ingens denuo adverſus Venetos Genuenſibus bellum gerendum erat. Legati enim eorum in Cypro, dum Petro ibi regi diadema imponebatur, ſententia regia legatis Venetorum poſtpoſiti, dum armis ſubſeqvente die primum locum tueri vellent, tanqvam ſicarii comprehenſi, cum omnibus in inſula ex Genua mercatoribus, horribili ſupplicio affecti ſunt. Non potuerunt non id ægre ferre Genuenſes, & claſſe in Cyprum ſeqventi anno miſſa, totam pene inſulam in poteſtatem redegerunt, regiq; ad ſuas conditiones adacto Famaguſtam ademerunt, eamq; per integrum ſeculum poſſederunt. Circa idem tempus ab Andronico Græcorum imperatore, qvi ipſorum opibus, patre Johanne everſo, ad imperium pervenerat, dono acceperunt inſulam Tenedum. Sed Veneti eam præripuerunt, & fœdere cum Cypriorum rege & Vicecomite Mediolanenſium inito, ſeſe adverſus qvamcunq; vim munierunt. Genuenſes econtra fœderi Ludovici regis Hungariæ, patriarchæ Aqvilejenſis, & Franciſci Carravii, Patavii domini, innixi, difficillimum bellum diu ſuſtinuerunt; & egregia ad Polam victoria parta, multum damni Venetis intulerunt, ipſaq;

eorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

eorum ostia & portus, Clodia oppido capta, insederunt, qvæ tamen tandem ad deditionem diuturna obsidione adacti, reddiderunt. Anno CIↃCCCCXLIV. Simonis Buccanigri virtute pristina libertas recuperata est, & Genuates, abjecto Vicecomitum jugo, req; publica novis legibus constituta, ducem creaverunt, qvi frenum nobilibus injecit, & popularibus, qvi hactenus munerum publicorum participes non fuerant, summos magistratus concredidit. Sed novis dissidiis hac ipsa re fenestra est aperta: nec cessarunt prius nobiles omnia conari, qvam in honorum partem denuo reciperentur. Tandem ANDREAS AURIA, cujus laudes vide apud Thuanum libro XXVI. & passim apud Jovium & Gvicciardinum, rempublicam illis legibus circumscripsit, qvarum vigore hodienum floruit. Is, cum à Francisco Galliarum rege ob rei maritimæ peritiam classi præfectus, anno CIↃIↃXXVII. egregiam victoriam adversus Carolum V. imperatorem reportasset, nec debitam mercedem à Gallis obtineret, qvi non sine magna ipsius injuria classi Barbigium præfecerant, ad Carolum V. defecit, & ab eo patriæ libertatem impetravit, nobilesq; & populares, abolitis factionum nominibus, in unum veluti corpus conjunxit. Ob tantum beneficium marmoream statuam, tanqvam vindici & autori publicæ libertatis posuerunt, ipseq; alter Neptunus vocari cœpit. Nam non solum adversus Turcas in mediterraneo mari multis facinoribus inclaruit, sed & Carolus V. cum expeditionem in Africam suscepisset, qva ipsum Tunetum captum novimus, maritimum ei negotium commisit. Hoc Auria defuncto, diffidentibus Antiqvis & Novis (sic vocarunt nobiles & populares) infestis armis in ipsa urbe pugnatum est, & pleriq; nobiles urbe excesserunt, ut Thuanus prolixe libro LX. demonstrat. Tandem induciis pactis in certos arbitros convenerunt, exules revocarunt, nomina nobilium veterum & novorum abrogarunt. Præcipuus apud eos magistratus est dux, qvem biennio præesse oportet. Post illum sunt octoviri, qvi cum duce collegium constituunt, qvod & ipsi Signoriam vocant. Sunt etiam prætores, sunt censores, sunt tribuni, qvorum officia omnia describere non est animus. Nostro tempore anno CIↃIↃCXXV. cum Genuenses ab imperatore Zuccarellium obtinuissent, qvod Sabaudus ad suas provincias pertinere asserebat, collecto exercitu eorum territorium invasit, & ad Ottagium prælio eos vicit. Illud unum notemus, qvod, qvicqvid Genuatibus opum est, id omne in manu habeat rex Hispaniæ. Nam cum Carolus V rationibus apud Genuates impetrare non posset, ut arcem urbi imponi paterentur, contentus erat, ut pe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

cuniam grandi fœnore sibi locarent. Idem fecit Philippus ejus filius; idem nepos: & ad solvendas usuras præcipua qvidem Indiarum & Hispaniarum vectigalia iis destinantur, sed pensiones nonnunqvam cum magno argentariæ rei detrimento revocatæ differuntur.

XI. *Qvia Genuensium remp. dixisti fuisse sub Vicecomitum Mediolanensium imperio, qvæ olim fuerit Mediolani facies, & qva ratione in potestatem Hispanorum venerit, enarrari velim.*

Mediolanum jam antiqvitus fuit totius Liguriæ caput, tantæ amplitudinis & potentiæ, ut post Romam rerum dominium non modo Italiæ, sed totius etiam Romani orbis urbes superaret. Et ipsa Liguria tam bellicosas semper aluit gentes, ut bella cum Romanis, non incipientibus eorum viribus, sed cum jam Carthaginenses domuerant, & in flore virium erant, per LXXX. annos gesserint. Nec Romani unqvam sese Liguriam habituros pacatam sperarunt, nisi, qvicqvid floris & roboris in eo erat, abstracto, & XL. capitum familiarium millibus ex ea in alias procul sedes translatis. Fuit postea Liguria sub imperio Romano usq; ad adventum Gothorum: qvi, cum Mediolanum expugnassent & delevissent, CCC. millia civium virilis sexus, teste Procopio, in eo invenere, qvos obtruncarunt. Gothis à Bellisario & Narsete expulsis, rediit sub imperium Græcorum Romanum. Inde Longobardi in urbe rerum potiebantur, & de se Lombardiam vocabant provinciam, ut supra diximus. Hunc ducentorum annorum dominatum sustulit Carolus M. & regnum Italiæ citra Romam condidit, in qvo civitates singulæ alicujus nominis per singulos comites regebantur. Illo tempore, qvo Mediolanum Fridericus Ænobarbus destruxit, principem illic locum tenuit GALVANIUS: qvi captus & in Germaniam deductus, non multo post carcere effracto in patriam rediit, eamq; restituere cœpit. Fuit nepos ejus Ottonis, qvi in bello sacro Syriam cum Boemundo principe Tarentino adiit, & in oppugnatione urbis Hierosolymitanæ Volucem Saracenorum ducem in singulari certamine peremit, deq; confossi hostis galea auream viperam complicatis spinis erectam, & puerum passis manibus sive devorantem sive parturientem, in insignia gentilia retulit. Ab hac stirpe descendit UBERTUS, qvi vixit circa annum CIƆCCLVI. pater THEOBALDI & OTTONIS, archiepiscopi Mediolanensis. Illo tempore factiones Gibellinorum & Gvelphorum cum omnem Italiam & Germaniam, tum etiam Mediolanum in partes scindebant. Turriani, factionis Gvelphicæ, præ reliqvis invaluerant, & patriciis oppressis & ejectis, tanqvam à Cæsaris causa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643


causa ſtantibus, populari aura freti, non præturam ſaltem, ſed & dominatum invaſerant, ſibiq; defenſorum libertatis & tribunorum plebis nomine impoſito, armis vires ſtabilierant, & Eccelinum, alias ACTIOLINUM tyrannum, qvi patrocinium patriciorum in ſe ſuſceperat, aperto Marte congreſſi, fuderant, omniaq; à ſuo arbitrio ſuſpenderant. Interim Otto, Uberti filius, ſe contulit Romam in Octavii Ubaldini Cardinalis familiam, & ad magna ſe præparavit: cumq; archiepiſcopus Mediolanenſis, Leo Peregus, à Turrianis eſſet urbe expulſus, dignus viſus eſt pontifici Urbano IV. & Cardinali Ubaldino, ut in ejus locum ſurrogaretur, fruſtra de hac dignitate aliis contendentibus. Hic igitur ſtrenue ſe Martino Turriano, ejusq; fratri Philippo, & filio Napo oppoſuit, & patriciorum cauſam defendendam ſuſcepit. Sed conatibus inferiori in exilium fuit eundum. Clemens IV. pontifex, qvi ſucceſſerat Urbano, cum Turriani nollent recipere archiepiſcopum, omnibus ſacris Mediolanenſibus interdixit. Redierunt tamen cum pontifice in gratiam: & Gregorius X. Clementis ſucceſſor, Ottoni iniqvior, id permiſerat, ut jam Bergomum, Crema, & alia oppida eſſent in Turrianorum poteſtate: & illorum princeps Napus, parta aliqvando ad Gvaſſeram amnem victoria, XXII. patricios, interq; eos Theobaldum, Ottonis ex fratre ANDREOCIO nepotem, ſecuri percuſſit. Tandem tamen Otto cum fæderatis, etſi vel qvinqvies bello victus, poſtqvam Comenſes Turrianorum partes deſeruiſſent, egregia victoria potitus, Napum, è Turrianis principem, caveæ ferreæ, ad qvam ille ſæpius alios damnaverat, incluſit, & Mediolani receptus, feliciter ævum tranſegit usq; ad annum cIↄccxcv. MATTHÆUS M. Theobaldi à Napo ſecuri percuſſi filius, poſt Ottonem varia uſus eſt fortuna. Turriana eum factio initio urbe ejecit. Sed ille poſt novem annos urbis dominatu recuperato, & expulſis Turrianis, ſeſe autoritate imperatorum & Gibellinorum, qvorum partes adverſus Gvelphos defendebat, principem civitatis conſtituit: & conſtitutus ab Heinrico VIII. imperatore generalis per Lombardiam imperii vicarius, tandemq; fulmine excommunicationis à legato pontificio, qvia à Gvelphis non ſtabat, percuſſus, patria exceſſit, traditis GALEACIO filio urbis gubernaculis, à qvo tota deinde Galeaciorum familia appellata eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

GENEALOGIA GALEACIORUM ET SFORTIARUM.

Ubertus de Morio circa ann. 1256. Vicecomes Mediolani.

Andreocius.
Theobaldus, Vicecomes Mediol.
Matthæus Magnus, Vicecomes Mediol.



Galeacius, qvem ideo sic dictum credunt, qvia in multo gallorum cantu editus in lucem prodiit, Cremona, Placentia, & multis aliis locis occupatis, rebusq; feliciter gestis, deferente eum fratre Marco ad Ludovicum Bavarum imperatorem, majestatis reus factus, carceri cum fratribus JOHANNE & LUCHINO, filioq; Azone seu Actio inclusus est. Sed dimissus est intra biennium, filiusq; ejus Azo in avitam dignitatem restitutus, MARCUM patruum, cujus artibus tanta calamitas sibi ac patri acciderat, in cubiculo strangulari curavit, lateq; prolatis finibus, constitutus à Carolo IV. perpetuus vicarius imperii, postqvam Scaligeris Brixiam ademisset, & Mediolani mœnia, jam cœpta antiqvitus, ad justam altitudinem eduxisset,

ſet, anno cIↄccxxxiv. obiit. Curam reip. poſt eum ſuſtepit Luchinus, qvi Parmam imperio ſuo adjecit: deinde Johannes, archiepiſcopus antea Mediolanenſis, qvi Genuenſes adeo bello terruit, ut ſe & civitatem dederent, atq; Bononiam in ſuam poteſtatem redegit, hoc uno infelix, qvod impudica uxor Iſabella Fuſca ex inceſtu ei liberos peperit, qvi deinde imperio indigni ſunt habiti, imprimis, qvia maritum Fuſca lento veneno ſuſtulerat. Illius ex fratre Stephano tres nepotes, MATTHÆUS II. GALEACIUS II. qvi Ticini Gymnaſium celebre hortatu Petrarchæ inſtituit, & BARNABAS, inter ſe omnem Mediolanenſem comitatum, variis jam urbibus & agris auctum, diviſerunt. Sed Galeacii filius JOHANNES Galeacius, capto patruo Barnaba, à qvo ipſi inſidiæ ſtructæ fuerant, iterum uniens, qvæ diviſa fuerant, Scaligeris Veronam & Vicentiam; Carrarienſibus Patavium; Tarviſium, Feltrium, Bellunum montanaq; oppida cum Tridento aliis ademit. Peruſinos etiam & Aſſiates in ſuas partes à pontifice traxit. Nec Senenſes, Piſani & Lucenſes ejus imperium abnuerunt. Tantis auctus civitatibus, non tantum à Johanne rege Galliæ, ſocero ſuo, accepto ab oppido nomine, Virtutis comes eſt appellatus, ſed & à Wenceslao imperatore ducis Mediolanenſis dignitatem adeptus, ſic tamen, ut eſſet in imperii Romani fide & clientela. Florentini, totius ab eo Italiæ imperium affectari ſuſpicati, undiq; illi hoſtes concitarunt, ipſumq; imperatorem Rupertum & Gallorum regem, ut & pontificem evocarunt. Sed ſuperior tantis hoſtibus, morbo tandem ſuccubuit: filiusq; ejus JOHANNES MARIA, haud valens tueri, qvæ pater pepererat, in varia dominia diſcerpi patriam hereditatem paſſus eſt. Piſæ Florentinis; Bononia pontifici; Verona & Vicentia ſeſe Venetis dedidere. Pleræq; aliæ civitates à ducibus Johannis Galeacii, qvorum antea receperant præſidia, occupatæ ſunt. Ipſe interea Johannes Maria otio diffluxit, & tanqvam tyrannus omnibus inviſus, à conjuratis percuſſus eſt. Poſt illum frater PHILIPPUS MARIA annos xxxvi. tertius dux Mediolanenſium præfuit, regemq; Neapolitanum Alphonſum, navali prælio captum, benigniſſime non cuſtodia modo liberavit, ſed & prægrandi pecunia inſtructum ad repetendam Neapolin dimiſit, obiitq; anno cIↄccccxlvii. multis relictis heredibus maſculis & legitimis. Ideoq; ultra biennium Mediolani interregnum fuit, in qvo Placentini ſe ultro Venetis dediderunt: & Carolus Valeſius, dux Aurelianenſis, Ludovici XII. regis Galliarum pater, qvi ad ſe ducatum Mediolanenſem per matrem Valentinam, legitimam Philippi Mariæ filiam, nuptam Ludovico Aurelianenſi devol-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

volutum putabat, hereditatem ducatus armis sibi vendicabat. Idem agebant subseqventes in Gallia reges, Insubriam ad se pertinere dicentes: & Ludovicus XII. Caroli filius vi cepit Mediolanum. FRANCISCUS interim SFORTIA, Jacobi Mutii Attendull, ducis in militia acerrimi, prout eum Jovius copiose describit, filius, qvem exercitibus præfecerant, dux Mediolanensis IV. autoritate Cæsaris Maximiliani creatus est, exclusa Valentina, Philippi Mariæ sorore. Hunc antea ob singularem virtutē Philippus Maria generum sibi elegerat, illegitima illi filia Blanca elocata, concessa ei in dotem Cremona, & filium adoptione fecerat. Fuit heros incomparabilis fortunæ atq; virtutis, Venetosq; memorabili prælio ad Corravaggium superavit, atq; Placentia aliisq; locis expugnatis, non parum vires eorum fregit. Post illum filius natu major, GALEACIUS-MARIA Sfortia, qvintus dux constitutus, imperium domi forisq; egregie stabilivit, in libidines paulo propensior, qvas etiam facile implebat, cum feminæ nullam ex principis concubitu fieri impudicam æstimarent. A conjuratis tandem in templo interfectus est. Ejus filius JOHANNES GALEACIUS Sfortia, sub tutore patruo LUDOVICO-MARIA MORO per XVII. annos Mediolano præfuit, lentoq; veneno ab eodem tandem interfectus obiit. Hic ejus patruus scelere magno ducatum sibi partum, excluso Johannis Galeacii filio FRANCISCO, non minori tutari voluit. Ferdinandus, rex Neapolitanus & Arragonius, pro genero Johanne Galeacio, ejusq; filio Francisco, in imperio Mediolanensi asserendo adversus eum arma expedierat. Accersivit igitur Carolum VIII. regem Franciæ, qvi ductis in Italiam copiis, Arragonios Neapolitano regno celeri victoria exegit, profligatisq; Italis fæderatis, in Galliam incolumis remeavit. Caroli successor Ludovicus XII. fædere cum Venetis inito autorem turbarum Ludovicum Morum, ducem Mediolanensem, ducatu anno CIↃIↃCCCCXCIX. expulit, & qvanqvam Turcicis auxiliis, qvæ à Bajazete impetraverat, Mediolanum recuperare volentem cepit, & in Italiam deduxit, ubi in carcere post decennalem captivitatem mortuus, pœnas luit parricidii. Filius ejus MAXIMILIANUS beneficio Julii II. pontificis, Venetorum & Helvetiorum, paternum qvidem recepit à Gallis imperium: sed qvia sordide & stolide rebus præfuit, & ipse Mediolani in arce obsessus, deditione captus, & post ingentem ad Morignanum cladem acceptam à Francisco I. in Galliam abductus est, ubi febre correptus exspiravit. Sic altera vice Mediolanum Gallis cessit. Sed qvinqvennio post FRANCISCUS Sfortia, frater Maximiliani, diu exul, armis Caroli V.

cujus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

cujus è forore Iſabella neptem in matrimonio habuit, eiq; millia nongenta aureorum pro reſtituto principatu promiſit, ducibus Proſpero Columna, Ferdinando Piſcario, Nicolao Salma, & Georgio Fronsbergio in patrium imperium reductus eſt, idq; ad annum usq; cIɔIɔxxv. obtinuit: qvo absq; heredibus defuncto, Carolus V. imperator Mediolanum ſibi adjudicavit, fruſtra reluctante Franciſco rege Galliæ.

XIV. Veneta respublica in Italia ſupereſt, omnium hac tempeſtate celeberrima.

Illa ex initiis non adeo magnis coaleſcens, in tantum faſtigium elata eſt, ut regiam pene autoritatē aſſecuta videatur. Ut autem bellis continuis dominiū ſuum in varias provincias protendit, ita à variis hoſtibus nunqvam nō petita, non eosdem ſemper fines tutata eſt. Hoc tempore tres integras provincias, Marchiam Tarviſinā, Forum Julium, & Hiſtriam, partemq; Dalmatiæ, inq; Lombardia territorium Brixienſe, Bergomenſe & Veronenſe, & in regione Cenomanorū Cremam ſuo continet imperio. Ex inſulis paret illis Corfu, Cephalenia, Zacynthus, Cithera, Zara, &, qvæ jam à Turcis premitur, Creta. Condita eſt urbs Veneta, qvo tempore Attila Hunnorum rex totam oram Venetam igne & cædibus devaſtabat. Nam qvi circa Adriaticum ſinum incolebant, terrore tam tetrici hoſtis perculſi, inſulas proximas hactenus inhoſpitas & vix piſcatoribus pervias, in maris æſtuariis fuga occuparunt. Ex Aqvileja imprimis & Patavio jacta ſunt novæ urbis fundamenta, nobilibus, optimiq; generis civibus paſſim illuc confluentibus. Urbs ipſa ita ſolerter in mari collocata eſt, ut mare ipſum in qvingentos & amplius nilos & canales mirifice diviſum omnibus ſeſe urbis anfractibus, & omnium fere domorum penetralibus inſinuet. Contarenus libro II. de Venetorum rep. circiter duo & viginti oppida ait initio partim in littore eo, qvod æſtuaria interiora claudit, partim in tumulis qvibusdam, qvi ex æſtuariis eminebant, condita eſſe: cumq; ea oppida neq; per ſe ſatis munita eſſent, neq; navigiorum copia alicui ſeorſim tanta ſuppeteret, ut piratis & prædonibus pro ſe obſiſtere poſſet, placuiſſe, ut de omnibus in communi conſuleretur, cum omnium eadem eſſet fortuna. Qvamobrem, cum primum unumqvodq; oppidum præfectum & præſidem ſibi ex ſuis civibus delegiſſet, qvem tribunum vocabant, conſtitutum eſſe, ut certis diebus tribuni convenirent, ac de re communi decernerent: tandem, cum urbs jam CCLXXXII. annos ſub poteſtate imperatoris Conſtantinopolitani usq; ad ſolennem rebellionem adverſus Leonem Iconomachum perſtitiſſet, vetere publicæ poteſtatis forma mutata, duci curam urbis ſupremam

man-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

mandatam esse, qvi regiam præ se ferret potestatem, sed omni facultate privatus, qva principatu abuti, aut pro tyranno sese gerere posset. Solus enim nihil efficere valet, sed collegio senatorum & aliorum magistratuum ita constrictus est, ut ipse qvidem, tanqvam in alta reip. specula positus, qvid unusqvisqꝫ agat, inspicere & judicare qveat, sed ab aliis, qvo minus in patriam delinqvat, coerceatur. Hæc causa est, qvod Venetorum resp. tamdiu steterit & floruit. Cui accedit, qvod plebi incrementum non invident, & injurias à nobilitate illi illatas acerrime vindicant, & sic ansam illi præripiunt secessionum & tribunorum plebis creandorum: imprimis, qvod natura loci illos à vi externa satis defendit, contracta in arctum potentia. Nobis non sit molestum, omnium ducum Venetorum seriem recensuisse, ut, qvi rerum Italicarum status toto hoc tempore fuerit, qvo Venetiæ floruerunt, qvasi in compendio videri qveat.

SERIES DUCUM VENETORUM, QVI ANNO post urbem conditam CCLXXII. cœperunt eligi.

A. C. *A. R.*

696. I. PAULUTIUS ANAFESTUS, Heracleanus, Luitbrando regi Longobardorum confœderatus. 20

717. II. MARCELLUS Tegalianus Heracleanus, cujus tempore sedes patriarchatus Aqvilejam translata est. 9

726. III. URSUS HYPATUS Ravennam Exarcho ejecto restituit: ob insolentiam à popularibus trucidatus. Illo post annum x. cæso dux novus non est creatus, sed magister militum annuus omnem ducis potestatem obtinebat per qvinqvennium. 16

742. IV. THEODATUS HYPATUS, Ursi filius, ob arcem ad ostium Meduaci extructam in suspicionem de tyrannide, & vi retinendi imperii venit, perqꝫ tumultum captus & oculis orbatus est. 13

755. V. GALLA, & ipse ob libidinem excæcatus est. 1

756. VI. DOMINICUS MONEGAREUS itidem excœcatus à republ. 1

757. VII. MAURITIUS GALBAJUS collegam in ducatu primus adscivit, eumqꝫ filium suum Johannem: qvi post patris obitum male re administrata, cum filio Mauritio, qvem cooptaverat collegam, ejectus, cum reduci jam à Carolo M. per ejus filium Pipinum; jam à Nicephoro imperatore Græcorum per Nicetam patricium vellet, magnis motibus causam dedit. 47

804.

804. VIII. OBELERIUS duos habuit fratres collegas, Beatum & Valentinum: cumq; expulisset Mauritium & Johannem, atq; ob id exercitus Græcorum adesset, misit Beatum fratrem Constantinopolin, qvi res componeret. Intervenit tunc illud tempus, qvo Græcus imperator Nicephorus & Carolus M. fædere utrinq; facto Venetam remp. pronunciarunt liberam. Paulo tamen post Pipinus Caroli M. filius, rex Italiæ, denuo bellum indixit Venetis, perfidiam ducum caussatus, qvasi magis propenderent in Græcos. Et ducem Obelerium ejusq; fratrem Valentinum Beatus Constantinopoli rediens exclusit, eosq; tanqvam proditionis reos & cum Francis colludentes Veneti è medio sustulerunt. Defuncto autem Pipino Caroli M. filio, in hæc fædera pacis est coitum, ut libertate salva fruerentur Veneti, & commercia in oriente libera haberent. Sic Veneta respubl. tandem novam qvasi faciem induit, complures insulas inter se junxit, & ad eam magnitudinem emersit, qva hodienum visitur. 5

809. IX. ANGELUS PARTITIATIUS insulas vicinas LX. pontibus conjunxit, sedemq; ducatus in Rivoalto collocavit, eaq; perfecit, qvæ Beatus incoaverat. 18

827. X. JUSTINIANUS, F. cujus tempore credunt corpus D. Marci ex Asia Venetas translatum. 2

829. XI. JOHANNES, Fr. fundamenta ædis D. Marci jecit, & conspiratione nobilium ejectus, tandemq; in monasterium attonsus est. 7

836. XII. PETRUS TRADONICUS, qvod classe LX. triremiũ Michaelem imperatorem Byzantinum adversus Saracenos Apuliam infestantes juvisset, Protospatharii dignitatem, ab imperatoria tum temporis secundam, accepit. 28

864. XIII. URSUS PARTITIATIUS Saracenos, qvi Ancona cremata, Cretaq; occupata in Dalmatiam usq; progressi fuerant, memorabili clade affecit, Italiamq; hac parte pacatam reddidit. Ideoq; & ipse Protospatharius appellatus est à Basilio imperatore. 17

881. XIV. JOHANNES F. Comaclum Ravennatibus vi eripuit, sextoq; anno ob ægritudinem se magistratu abdicavit. 6

887. XV PETRUS CANDIANUS qvinto principatus mense in conflictu adversus Slavos in Dalmatia, qvos antea vicerat, cecidit. 1

888. XVI. PETRUS TRIBUNUS Venetias mœnibus cinxit, qva par-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

te opus videbatur. Ejus tempore non saltem Berengarius & Gvido in Italia Francis obseqvium detraxerunt, sed & Hungari Mediolanum usq; progressi cuncta vastaverunt, & stagna qvoq; Venetorum, navibus repente factis, ingressi, urbis partem diripuerunt. 21

909. XVII. URSUS BADOARIUS sponte remp. populo restituit, episcopus Venetorum factus. 11

920. XVIII. PETRUS CANDIANUS, Petri Candiani F. primus imperium Venetum in Liburniam, Dalmatiamq; provexit, & Veneti, cum Genua à Saracenis direpta & admodum attrita esset, mari potentes esse cœperunt. 9

939. XIX. PETRUS BADOARIUS, Ursi frater. 2

941. XX. CANDIANUS, Petri filius. 11

952. XXI. PETRUS CANDIANUS, F. ob insolens ingenium antea ejectus, & post obitum patris restitutus, cum in priora scelera relaberetur, à populo per seditionem in palatio circumsessus est. Cumq; se armis tutaretur, flammis injectis, ipse qvidem captus & trucidatus est, sed ignis vehementia præter ccc. domos tria præcipua templa corripuit. 24

976. XXII. PETRUS URSEOLUS D. Marci basilicam igni absumtam refecit, tabulam artificiosam, auro & gemmis stupendam, Constantinopoli allatam, qvæ adhuc visitur, in ara templi summa collocavit, Saracenos in Apulia ad Barum fortiter fudit, & clanculum profugiens in monasterio vitam consumsit, vir magnæ autoritatis & prudentiæ. 2

978 XXIII. VITALIS CANDIANUS Petri F. causa valetudinis magistratu abiit. 1

979. XXIX. TRIBUNUS MEMUS, sub qvo urbs in factiones Maurocenorum & Coloprinorum abiit, & Otto II. Venetis omni commercio interdixit. 12

991. XXV. PETRUS URSEOLUS multas Histriæ & Dalmatiæ civitates hactenus à Narentanis Slavis perpetuis rapinis divexatas ad se traxit, Venetorumq; reip. adjecit: Corcyram nigram & Phariam expugnavit: omnem Narentinorum Slavorum regionem vastationibus evertit, eorumq; nomen cum oppidis delevit. Epidaurios in fœdus suscepit: multis ædificiis aliisq; rationibus urbem auxit: meruitq;, ut porro dicerentur duces Venetiarum & principes

Dalmæ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Dalmatiæ. Ab hoc tempore vires Saracenorum, qvibus ſubinde Italiam in prædam habuerunt, fractæ ſunt, ipſiq; ex tota Italia ejecti. 18

1009. XXVI. OTTO URSEOLUS, F. Adrianos circa Lauretum magna ſtrage ad ſummam paucitatem redegit, tandemq; per conjurationem nonnullorum ſeditione populari in Græciam exulatum miſſus abiit. 19

1029. XXVII. PETRUS CENTRANICUS, ſedandis turbis civilibus impar, cum habitu monaſtico in exilium abiit. 2

1030. XXIIX. DOMINICUS FLABONICUS lege cavit, ne impoſterum duces collegas aſſumerent. 11

1041. XXIX. DOMINICUS CONTARENUS Jaderam, qvæ defecerat, expugnavit. 28

1069. XXX. DOMINICUS SILVIUS, qvod adverſus Normannos, Dalmatiæ fines ingreſſos, male rem geſſiſſet, depoſitus. Hujus uxorem, genere Conſtantinopolitanam, ferunt guttis roris maximo labore collectis, corpus in balneis lavare ſolitam, cibos non niſi ab evnuchis fruſtulatim conciſos aureis fuſcinulis, ne digitos contaminaret, ori admoviſſe, & pretioſa ſemper odorum varietate domum referſiſſe: ſed tanta tandem corporis tabe fuiſſe correptam, qvæ gravi fœtore homines ab ejus adſpectu arceret, & ipſum aera inficeret. 13

1082. XXXI. VITALIS FALEDRUS ab imperatore Græco Alexio Dalmatiæ & Croatiæ imperium, è latronum manibus extortum, per legatos obtinuit, Lauretiq; caſtellum reſtauravit. Henricus IV. imperator Venetias hoc tempore, cum majeſtatem civitatis coram contueretur, regio nomine nuncupavit. 12

1094. XXXII. VITALIS MICHAEL claſſem cc. navium in Joniam ad bellum ſacrum emiſit. 8

1102. XXXIII. ORDELAPHUS vel ORLASUS FALEDRUS, cujus auxiliis Balduinus in expeditione ſacra Ptolemaidem expugnavit, & ob id Venetis ſacram in Ptolemaide, & reliqvis Hieroſolymitani regni urbibus, ædem, forum, aream, ut jus arbitrio ſuo exercerent, permiſit. Ipſa vero Venetorum urbs bis ingenti incendio mirum in modum fœdata eſt: & dux Orlaſus in bello adverſus Hungaros, ad qvos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Jaderenses defecerant, ictu lanceæ periit. 15

1117. XXXIV. DOMINICUS MICHAEL, classe in Syriam ducta, in Tyro occupanda reliqvis Christianis fidelem navavit operam: Rhodum, cũ commeatum negavisset, diripuit: Methonem in Peloponneso præsidio munivit, reversusq; Jaderam ab Hungaris recepit, & alia loca iisdem ademta Venetæ ditioni adjecit. 13

1130. XXXV. PETRUS POLANUS Corcyram insulam subjugavit: Pisanos & Patavinos prælio superavit: Emanueli imp. adversus Rogerium Siciliæ regem suppetias tulit. 18

1148. XXXVI. DOMINICUS MAUROCENUS turrim D. Marci eximiam exstruxit: Histros rebellantes compescuit: Anconitanos in societatem Venetorum pertraxit: fædus cum Gvilielmo Siciliæ rege percussit. 8

1156. XXXVII. VITALIS MICHAEL, pace cum Pisanis facta, adversus imperatorem Byzantinum Emanuelem multa conatus, Tragurium evertit: Ragusium diripuit: Chium insulam Venetis subjecit. Qvod autem Veneta classis dolo Græcorum veneno infecta, & peste corrupta, magnum detrimentum accepit, culpa in ducem conjecta, ipseq; per seditionem cæsus est. 17

1173. XXXVIII. SEBASTIANUS ZIANUS, qvod Alexandrum pontificem adversus Fridericum Barbarossam defendisset, aureo ense à pontifice, & aliis eqvestribus insignibus, anuloq; aureo donatus est, ut ipsum sibi mare Hadriaticum tanqvam pignore qvotannis desponsaret, & maris imperium vindicaret. Hujus ducis tempore tres vastissimæ columnæ è Græcia sunt allatæ, qvarum una in aqvas delapsa in fundo adhuc cernitur, reliqvæ in foro Marciano erectæ sunt. 8

1181. XXXIX. AUREUS MALIPETRA, alias Mastopetrus, Pisanos in societatem attraxit: Jaderam, qvæ denuo defecerat, expugnavit: imperii fines late extendit: classem in Syriam misit, qvæ auxilio reliqvorum principum, Saladini classe fugata, Ptolemaidem amissam recuperavit. 11

1192. XL. HENRICUS DANDULUS qvartum expugnavit Jaderam: Polam à Pisanis occupatam recuperavit: classem CCXL. navium in Turcas emisit: Isaacium Angelum, à fratre Alexio carceri inclusum, auxilio Francorum liberavit: Constantinopolin cum Fran-

cis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

cis occupavit. Qvo facto, fortibus ductis, imperium urbis Francis; patriarchatus cum imperii qvadrante Venetis, & præterea Creta insula cessit: qvam illi adversus rebelles, qvi jugum subinde recusabant, fortiter asserebant. 13

1205 XLI. PETRUS ZIANUS Sebastiani F. colonias in Corcyram & Cretam, aliaqꝫ loca deduxit. Nec fere fuit insula in mari mediterraneo, in qvam hoc tempore Veneti jus aliqvod invitis Græcis, Genuensibus & qvibuscunqꝫ aliis non exercerent. 25

1228. XLII. JACOBUS TEUPULUS Jaderam qvintum recepit. 20

1248. XLIII. MAURINUS MAUROCENUS nova ratione, qvæ hodienum durat, & à Sabellico eleganter describitur, XLI. virorum suffragiis dux creatus, Patavium occupavit. 4

1252. XLIV. RAINERUS ZENUS, sub qvo bellum cum Genuensibus primo conflatum, & clades utrinqꝫ datæ & acceptæ. 16

1268. XLV. LAURENTIUS TEUPULUS bellum cum Bononiensibus toto triennio gessit. 6

1274. XLVI. JACOBUS CONTARENUS cum Anconitanis difficilia bella gessit, armisqꝫ Justinopolitanos in Histria in potestatem retraxit. 6

1280. XLVII. JOHANNES DANDULUS, bella cum Aqvilejensi patriarcha, & in Histria minus prospere gessit. 10

1290. XLVIII. PETRUS GRADONICUS, sub qvo bellum cum Genuensibus denuo recruduit, magno cum utriusqꝫ reipub. detrimento: Ferraria in fidem recepta: Respublica seditionibus agitata; Jaderani sexta vice Venetorum imperio subtracti. Hoc tempore Veneti anathemate percussi sunt, qvod Ferrariam, urbem pontifici subjectam, à tyranno vexatam, in suum imperium redegissent. 13

1303. XLIX. MARINUS GEORGIUS ad Jaderam infelix pugnavit. 1

1304. L. JOHANNES SUPERANTIUS Jaderam recepit: armamentarium auxit. 16

1320. LI. FRANCISCUS DANDULUS, Canis dictus, qvod apud pontificem, Venetos anathemate liberaturus, catena ferrea ad collum constrictus, tamdiu in morem canis prostratus jacuisset, donec ira pontificis hoc spectaculo lenita esset. Scaligeris, Veronæ marchionibus, per Petrum Rubeũ, Patavium ademit: Brixiam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Bergomum, Tarviſium, Polanos item imperio Venetorum adjecit: Valenſes ad obſeqvium pertraxit: Turcos infeſtantes maria per Petrum Zenum repreſſit, iisdemq; Smyrnam ademit. 12

1332. LII. BARTHOLOMEUS GRADONICUS Cretenſes rebellantes in ordinem redegit, comitiumq; in curia ſpacioſſimum condidit. 4

1336. LIII. ANDREAS DANDULUS, hiſtoricus egregius, de rebus Venetis ſcripſit: Jaderenſes ſeptimo in ordinem redegit: claſſem Genuenſem ad Sardiniam & circa Boſporum Thracicum disjecit: motus in Hiſtria compreſſit; fædus cum Arragonis percuſſit: navigationes in Ægyptum inſtituit. 18

1354. LIV. MARINUS VALERIUS ingentem cladem à Genuenſibus accepit, ob affectatam tyrannidem ſecuri percuſſus. 2

1356 LV. JOHANNES GRADONICUS pace cum Genuenſibus facta, à Ludovico Hungariæ rege in Dalmatia oppugnatus eſt. 2

1358. LVI. JOHANNES DELPHINUS Dalmatiam Hungarorum regi, qvi Tarviſium oppugnabat, ceſſit. 5

1363. LVII. LAURENTIUS CELSUS Cretenſes rebelles compeſcuit per Dominicum Michaelium. 3

1366 LVIII. MARCUS CORNARIUS, pacem Cretenſibus reddidit. 2

1368. LIX. ANDREAS CONTARENUS imperium, qvod invitus ſuſceperat, laudabiliter adminiſtravit, & Tergeſtinos deficientes Auſtriacorum auxilio ſuffultos in ditionem retraxit. Genuenſes hoc tempore in coronatione regis Cyprii Venetis poſtpoſiti, magna putabant ſe injuria affectos: & cum gladiis ſub toga occultatatis in regiã legati veniſſent, conſilio primi loci armis retinendi, tanqvam ſicarii comprehenſi, cum omnibus Genuenſibus in Cypro inventis peremti ſunt. Resp. igitur Genuenſium fædere cum Ludovico Pannoniæ rege, Aqvilejenſi patriarcha, & Patavii principe inito, diu Marte dubio adverſus Venetos & Cypros difficillimum bellum geſſit, ipſasq; Venetias, Clodiæ & aliis portubus captis, obſedit: qvæ loca vi recepta ſunt. Tandem interventu Sabaudi de pace convenerunt. Hoc tempore uſus tormentorum æneorum, in Germania inventorum, primum à Venetis in bello adverſus Genuenſes invectus eſt. 14

1382. LX. MICHAEL MAUROCENUS poſt IV. menſes obiit.

1382. LXI. ANTONIUS VENERIUS filium ob ſtuprum virgini illatum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tum publice condemnavit. Hujus tempore Scaligeris Verona & Vicentia à Galeacio Vicecomite Mediolanensi & Carrario Patavium ereptum est. Sed Veneti cum reliqvis Italis fœdere inito bellum Galeacio intulerunt: Carrarius Patavium recepit. 18

1400. LXII. MICHAEL STENUS, cum Carrarius, Patavii princeps, ejectis Scaligeris, Veronam & Vincentiam invasisset, urbes illæ, auxilio Venetorum implorato, in Venetorum potestatem cessserunt, & accessit tandem ipsum Patavium. Jadera etiam auro ab Hungaris redemta; res Venetorum immensum auctæ. 13

1413. LXIII. THOMAS MOCENICUS Forum Julium subegit. 10

1423. LXIV. FRANCISCUS FUSCARUS acerrimis prœliis cum Vicecomite Mediolanensi contendit, qvibus jam superior, jam inferior, alia loca recepit; alia amisit: Ravenna & Crema Venetis accessit: Papia & Placentia ademta est: ipseq; dux ob senium depositus successorem accepit. 33

1456. LXV. PASCHALIS MARIPETRUS in principatu felicissimo. 5

1462. LXVI. CHRISTOPHORUS MAURUS initio belli Turcici Argos in Peloponneso expugnavit; Chalcidem contra amisit. 9

1471. LXVII. NICOLAUS TRONUS fœdus cum pontifice & rege Ferdinando adversus Turcos iniit. 2

1473. LXVIII. NICOLAUS MARCELLUS, sub qvo multa in Macedonia prospere adversus Turcas gesta sunt. 1

1474. LXIX. PETRUS MOCENICUS, sub qvo Turcæ in Forum Julium impetum fecerunt. 1

1475. LXX. ANDREAS VENDRAMINUS, sub qvo Veneti à Turcis ad Crojam, & iterum ad Lisuntium cæsi sunt. 2

1477. LXXI. JOHANNES MOCENICUS, pace cum Turcis inita, Scodram cum Lemno insula illis cessit, & qvotannis VIII. aureorum millia promisit, ut Pontica navigatio Venetis tuta pateret. Postea bellum cum Ferrariæ duce Hercule exortum est, in qvo totius pene Italiæ principes, fœdere in XXV. annos renovato, adversus nimiam Venetorum potentiam coierunt: ipseq; pontifex armis & anathemate adversus Venetos pugnavit. Suspecti enim erant, qvasi totius Italiæ imperium affectarent, cum qvia ex Philippi-Mariæ Mediolanensium ducis morte occasione sumta, illorum libertatis defendendæ prætextu, ejus urbis dominatum occupare tem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tentarunt, tum qvod aperto Marte Ferrarienſis ducis fines invaſerant.

1485. LXXII. MARCUS BARBADICUS, I.

1486. LXXIII. AUGUSTINUS BARBADICUS cum nonnullis Germaniæ principibus bello decertavit: Cyprum, regina Venetias tracta, occupavit: cum confœderatis Franciſcum IIX. Gallorum regem, prædis ex Neapolitano regno, qvod occupaverat, avectis onuſtus, prope Caſtrum novum non infeliciter aggreſſus, Gallos omni regno Neapolitano exturbavit: deinde cum Ludovico XII. rege Gallorum adverſus Mediolani ducem fœdere inito, ejecto Ludovico Sfortia, Mediolanum Gallis; ſibi Cremonam peperit: Turcis vero Methonem & Coronem in Peloponneſo, ut & Naupactum conceſſit.

1501. LXXIV. LEONARDUS LAURELANUS pace cum Turcis facta exitiali, cum præcipuis orbis Chriſtiani principibus, à Julio II. concitatis, conflixit. Hoc bello ſe Ludovico XII. Gallorum regi victori Brixia, Bergomum, Cremona; Maximiliano imperatori Patavini, Vicentini, Veronenſes dediderunt, & plura oppida in Marchia Tarviſana, Romandiola & Apulia alios dominos receperunt. Veneti, Patavio recepto, ut pontificem placarent, omnia illa loca, qvæ in Flaminia tenebant, ultro conceſſerunt, cumq; Hiſpaniarum rege opera pontificis confœderati, Gallis iterum iterumq; victoribus ægre beneficio Helvetiorum repulſis, recuperarunt Cremam: utq; Brixiam, qvam, ſe invitis, contra fœdus tenebant Hiſpani, itidem reciperent, Gallo adverſus Hiſpanum novo fœdere ſeſe aſſociarunt. Ideoq; à Cæſareis atq; Hiſpanis provinciæ Venetorum vaſtabantur, eorundemq; exercitus fugatus receſſit, totiusq; fere continentis imperium amiſſum eſt, fruſtra reluctante rege Gallorum Franciſco, qvi, utut clade ab Helvetiis affectus, in Italia nperrupit, atq; Venetorum ope Mediolanum recepit. Venetis autem Verona eſt reſtituta. Hujus & ſeqventium trium ducum vitas deſcripſit Silveſter Girollus.

1521. LXXV. ANTONIUS GRIMANUS, cujus tempore Mediolanum & Genua Gallis ab Hiſpanis erepta; Rhodus à Turcis capta eſt.

1523. LXVI. ANDREAS GRITTUS à Gallorum rege diſtractus, Cæſa-

Cæſari & pontifici ſeſe fœdere univit: mox deſerto Cæſare, fœdus cum Gallis renovavit: varias turbas in Italia vidit: tandem adverſus Turcas, qvi omnia populando fœde devaſtabant, cum Cæſare & pontifice fœdus iniit. Hujus filius Aloyſius Grittus, Byzantii natus & educatus, ad ſummos dignitatis gradus apud Solimannum Turcorum imperatorem evectus, tandem faſtuoſior, in Tranſilvania per conjuratos obſeſſus & interfectus eſt, ut legere eſt apud Jovium libro XXVIII. & XXXII. & Sleidanum libro IX. 16

1539. LXXVII. PETRUS LANDUS caſtrum novum in Dalmatia amiſit: pacem à Turcis Nauplia & Epidauro redemit, invito Cæſare, Papa & Gallo. 6

1545. LXXVIII. FRANCISCUS DONATUS ornavit civitatem novo palatio. 8

1553. LXXIX. MARCUS ANTONIUS TRIVISANUS ſuo exemplo docuit, vitiis intra nos non eſſe dandum locum. 1

1554. LXXX FRANCISCUS VENERIUS prudentiſſimus. 2

1556. LXXXI. LAURENTIUS PRIULUS, cujus tempore pax inter rege Galliæ & Hiſpaniæ coaluit. 3

1559. LXXXII. HIERONYMUS PRIULUS obtinuit, ut legati Venetorum Romæ audirentur in palatio regum. 8

1567 LXXXIII. PETRUS LOREDANUS, ſub qvo Selymus Turcarum imperator Cyprum à Venetis dedi ſibi voluit, & negantibus bellum indixit. 3

1570. LXXXIV. ALOYSIUS MOCENIGUS, cujus tempore Turcæ Cyprum occuparunt: & qvanqvam reges cum Venetis ingentem à Turcis reportarunt in mari victoriam, qvia tamen victoriæ fructum ſibi è manibus cunctando Veneti elabi patiebantur, pace cum Turcis facta, auroq; numerato, qvæ habebant, retinuerunt. 4

1574. LXXXV. SEBASTIANUS VENERIUS. 1

1575. LXXXVI. NICOLAUS PONTIUS ſeminarium S. Marci literarum amore inſtituit. 8

1583. LXXXVII. PASCALIS CIGOGNA Palmam arcem in confinibus ForiJulii extruxit, inq; urbe ad Rivum altum ponte admirabili mare junxit. 12

1595. LXXXVIII. MARINUS GRIMANUS, magnæ per Italiam autoritatis. 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

1606. LXXXIX. LEONARDUS DONATUS: cujus tempore Venetis ob nimias cleri libertates restrictas à Paulo V. pontifice sacris interdictum est: qvod tamen illi susq; deq; habuerunt, donec Galliæ regis interventu Pontifici reconciliarentur; Jesuitæ autem perpetuo Venetias redire prohiberentur. 6

1612. XC. ANTONIUS MEMMIUS. 3

1615 XCI. JOHANNES BEMBUS, sub qvo Venetis cum Ferdinando archiduce Austriæ, postea imperatore, ob veteres de finibus controversias bellum fuit biennale in Dalmatia & ForoJulio: qvod, post magna damna utrinq; data & accepta, tandem consopitum est, cum Ferdinando regnum Bohemiæ & tandem axioma imperii committebatur. 2

1617. XCII. NICOLAUS DONATUS uno mense præfuit, octogenarius.

1618. XCIII. ANTONIUS PRIULUS, sub qvo fædus resp. Veneta cum fæderatis Belgis anno cIↃIↃCXVII. percussit. 5

1623. XCIV. FRANCISCUS CONTARENUS, paucis mensibus.

1623. XCV. JOHANNES CORNARUS, à Reginaldo Zeno est accusatus ob leges patriæ non servatas, & filium ad Cardinalitiam dignitatem provectum. Filius autem ducis alter sicarios subornavit, qvi Zenum perimerent. Ob id pœna perpetuæ proscriptionis ei fuit irrogata. Cumq; dux, qvo inscio commissum erat facinus, propter filium alterum Cardinalem creatum sese magistratu abdicare vellet, accusatio omnis abjecta est. 8

1631. XCVI. FRANCISCUS ERICIUS. Hujus tempore anno seculi XXXVIII. Venetæ classis præfectus Martinus Capella, piraticas naves Turcicas in Valonæ seu Apolloniæ portu circa littora Macedoniæ exusserat cum ipso oppido. Imperator Turciæ ex Persia, capta Babylonia, redux, eam injuriam vindicaturus erat. Veneti pacem redemerunt CCC. millibus aureis. Nihilominus anno seculi XLV. classe, qvam contra Melitenses videbatur expedire Cretam seu Candiam insulam invasit, Caneam ibi civitatem primariam cum portu munito terra mariq; obsessam expugnavit: simulq; terrestri bello Venetos per Dalmatiam petiit. Qvam vim tamen illi fortiter sustinuerunt, etsi parum à Christianis principibus reliqvis adjuti. 15

1645. XCVII. FRANCISCUS MOLINUS: cujus tempore omnes vires

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

vires impendere Turci ad Candiam insulam penitus subigendam. Sed anno seculi L. à classe Veneta ingenti prælio superati, Caneam qvidem adhuc defendunt, non tamen omnem spem Venetis ademerunt de insula recuperanda.

Nobis interim ad alias provincias eundum esse meminerimus, satis in Italia commoratis: in qva qvanqvam Rhæti, Helvetii, Austrii nonnihil terrarum obtinent, qva tamen ratione ea acqvisiverint, in historia Germanorum potius, qvam hic dici debet. Fatemur qvidem, in Italia plures illustres familias fuisse repertas, & adhuc reperiri, qvam qvas nos recensuimus: sed nostrum non est, singulas his pagellis complecti. Qvis enim omnes Columnas, Ursinos, Borgias, Cybones, Sabellios, Farnesios, Coreggios, Carafas, ex qvibus subinde pontifices, cardinales & episcopi lecti sunt, enumeraret? Qvis reliqvos comites, principes, marchiones, duces, qvi priscis temporibus in Italia potentiam sibi firmaverunt? Tenuerunt aliqvamdiu in Samnitibus AGALI comitatum Aqvini & Piscariæ marchionatum. MALATESTÆ in Romandiola diu Arimino & Pisauro dominati sunt. Ravennam POLENTANI principes; Cremonam alii; alii Pisas; alii Perusiam; Faventiam MANFREDI; Marchiam Tarvisanam PURLILII; BENTIVOLI Bononiam possederunt. Sed nonnullos horum papa; nonnullos Veneti & reges Neapolitani; reliqvos alii principes Italiæ dominio suo exuerunt, ut in eam tandem formam Italia redacta sit, in qva hodienum visitur. PICORUM imprimis & SCALIGERORUM gens eminuit: illa in oppidis Mirandulæ & Concordiæ; ista Veronæ. Pici à Mirandula etiam comites MIRANDULÆ dicti sunt. Fuere initio primarii cives Mutinæ. Deinde circa annum ↀCCCXX. Franciscus Picus ab Henrico VII. & Ludovico V. imperatoribus vicarius imperii inter Mutinenses constitutus est. Eo per Bonacolsium, civem itidem Mutinæ potentem, cum duobus filiis Prendiparte & Tomassino, de medio sublato, tertius filius Nicolaus beneficio Gonzagarum, qvi Mantua potiebantur, Mirandulam recepit, qvam Bonacolsius solo æqvaverat. Nicolao continua serie successere Prendipartes: Paulus: Franciscus cum fratre Johanne à Friderico primus comes Concordiæ creatus: Johannes: Johannes Franciscus, cui tres erant filii, ut patet ex subjecto diagrammate.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

GENEALOGIA PICORUM MIRANDULARUM.

Franciscus vicarius imperii apud Mutinenses.

Nicolaus. — *Prendipartes.* — *Tomasinus.*

Prendipartes.
Paulus.
Franciscus.

Franciscus, primus comes Concordiæ. — *Johannes.*

Joh Franciscus.
Nicolaus.
Johannes.
Joh Franciscus.

Galeotus. — *Ant. Maria.* — *Johannes Picus ad miraculum doctus.*

Joh Franciscus Picus, itidem stupendæ eruditionis à fratris filio Galeoto anno 1533 cæsus. — *Ludovicus.* *Galeotus percussit Joh Franciscum patruum cum filio Alberto, & Mirandulam tradidit Gallis.* — *Fridericus.*

Albertus. — *Johan Thomas.*
Paulus.

Ludovicus natu minor adversus fratrem majorem Johannem Franciscum, virũ non minus rara pietate, qvam incomparabili eruditione, qva ante eum patruus Joh. Picus, nomen Phœnicis sui seculi meruerat, notus, insurrexit, eumq; ope ducis Ferrariæ Herculis I. Mirandula ejecit. Ludovico mortuo Johannes Franciscus à Julio II. restitutus qvidem est in avitam possessionem: sed Ludovicus XII. rex Galliarum eum denuo ejecit. Denuo restituit ejectum Maximilianus II. Tandem anno [illegible]. Galeotus Ludovici filius noctu cum XL. armatis oppidum ingressus, patruum cum filio Alberto obtruncavit, & Mirandulam in manus tradidit regis Gallorum, accepta in Gallia ex regio patrimonio compensatione. SCALIGERI gentis vetustatem & splendorem Josephus Scaliger in peculiari epistola ad Janum Dousam ambitiose deduxit. Jam tempore Attilæ dicit Alanum Scaligerum, Carniolæ, Tirolii & montanorum Feltriæ principem floruisse: & Attilam per Carniolæ montes irrupturum armis repulisse; Veronensibus, cum eorum urbs ab Attila esset vastata, repetendæ & instauratæ patriæ autorem fuisse, eoq; ipso principatum Veronæ meruisse: natum

ex

ex eo Theodorum, patrem esse illius Theodorici Veronensis, famigerabilis in roseto Wormatiensi in poesi Germanica herois, qvem tamen alii, & nos supra cum illis fecimus Theodoricum Ostrogothum: hujus posteros Sirmione & in valle Pulicella, aliqvot seculis floruisse, & in Illyrium, Dalmatiam, Pannoniam & Bavariam diffusos jam nominatos esse Burckhausenses, jam Scalenburgos, Schalikios, comites de Scala: ex illis esse Qviricium Salonarum in Dalmatia dynastam, ejusq; filium Mundum, & nepotem Mauritium è bellis Gothicis notos: Johannem item Hunniadem, ejusq; filium Matthiam Corvinum, regem Hungariæ, ut & Stephanum Bosniæ despotam: alios q; principes fortissimos, qvi pro Carolo M. Ottone M. Friderico Barbarossa adversus Desiderium Longobardum, Tassilonem Bavarum & alios hostes arma feliciter expedierint: Ezzelino tyranno mortuo, qvi plures annos injusta dominatione Veronam presserat, Maslinum, Maslini comitis Scalenburgi, civis Veronensis filium, prætorem primo, deinde dictatorem Veronæ perpetuum esse creatum: ei per factionem inimicorum interfecto successisse fratrem Albertum: illi tres fuisse filios, Bartholomæum, generum primo ducis Apuliæ, deinde comitis Sabaudiæ; Alboinum vicarium imperii ab Henrico VII. declaratum, cui dynastia Veronensis hereditaria in beneficium data est, & Canem, Magnum ob egregia facinora cognominatum: Alboino fuisse duos filios, Albertum II. & Mastinum III. in bellis infelicem, qvia à Gibellinis defecit ad Gvelphos: Mastino III. item fuisse duos filios, Bartholomæum, canem rabidum, Ludovici Bav. imp. filium & Canem Signorium, qvi, ut principatum obtineret, fratrem sustulit: cui qvidem successerunt duo filii naturales, Bartholomæus & Antonius, sed qvorum alter Bartholomæus alterum mox peremit, & ob id à Galeacio Mediolani duce Verona est ejectus: Wilhelmum Grossum qvidem, filium Bartholomæi, canis rabidi, ope Venetorum recuperasse Veronam, sed paulo post à Carrara, Patavino principe, esse interfectum, & filiis ejus, Burnoro, Antonio & Nicolao principatum Veronæ ademtum: qvem ipsum tamen paulo post una cum Patavino invaserunt Veneti: Nicolaum ex Wilhelmi Grossi filiis fuisse patrem Benedicti Scaligeri, cui Veneti castrum Ripam eripuerint; avum Julii Cæsaris, & proavum Josephi Scaligeri. Patent hæc omnia ex schemate luculentius:

Maslinus I. comes Scalenburgi, civis Veronæ.

Maslinus II. dictator Veronæ. — *Albertus I. successor fratris.*

Bartholomæus. — *Canis Magnus.* — *Alboinus.*

Maslinus III. — *Albertus II.*

Bartholomæus, canis rabidus, gener Ludovici Bavari imp.

VVilhelmus Crasſus, Verona ope Venetorum recuperata post ejectum patruelem Bartholomæum, à Carrara interfectus.

Canis Signorius fratricida.

Bartholomæus fratricida, à Galeacio Verona ejectus, ultimus princeps Veronensium. — *Antonius à fratre cæsus.*

Brunonus. *Johannes.* *Johannes.*

Johannes Castellanus Ingolstadii. — *Bernardus Castellanus Scardingæ.*

Ludov. — *Christoph.* *cæsi in prælio in Liguribus Taurinis.*

Antonius.

Nicolaus pius

Benedictus. *Julius Cæsar Scaliger, pater XV. liberorum.* *Josephus Justus Scaliger.*

Tres alii filii in Turcico bello interfecti.

Franciscus. *Marcus Raffinus cum filiis à Venetis sublatus.*

LIBRI TERTII
SECTIO II.
de regno & provinciis Galliæ.

QV. I. *Adjacet Italiæ Gallia. In hanc per Alpes nos conferamus.*

QVia Gallorum nonnulli, seculis abhinc remotissimis Alpes transeuntes, in Italia qvoqꝫ sedem fixere, factum est, ut Gallia alia diceretur Romanis cisalpina, togata seu Gallia Italica, postea Lombardia; alia transalpina seu Celtogallatia Ptolemæo sic dicta: cujus una pars vergens ad mare mediterraneum vocata fuit primo Braccata, dein provincia Narbonensis: seqꝫ eo extendit, ubi nunc est Langvedocum, Sabaudia, Delphinatus ac Provincia: altera Oceanum spectans, Comata dicta, in tres partes divisa fuit, Aqvitaniam, Celticam seu Lugdunensem & Belgicam. Aqvitania seu Vasconia à Ligeri ad Pyrenæos montes extenditur, habuitqꝫ olim incolas Au-

seos,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

feos, Arvernos, Lemovices; Bituriges. Hodie in ea sunt Bearnia, Bigorma, Gvienna, Pictavia. Celtica seu Lugdunensis proprie dicta est Gallia à Seqvana ad Ligerim, sedes Andegavorum, Turonum, Heduorum, Parisiorum. Hodie in ea locatur utraq; Britannia, Normannia seu Neustria, Anjou, Orleans, Campania, Burgundia, Lion. Belgica, latissimis olim terminis comprehensa, ad ipsos Helvetios in qvatuor pagos distinctos excurrebat, & hodie maximam partem spectat ad Germanos: Galli tamen hodienum in ea possident Picardiam, Can brense territorium, comitatus Boloniæ & Gvineæ. Hodie regnum Galliarum in xvIII. ducatus distribuitur, qvibus xxxv. clientelares comitatus subsunt. Alii xIv. comitatus regno patrimoniales immediate subsunt regi. Commodius alii illud in octo Parlamenta seu curias & dicasteria dividunt, ceu sunt 1. Parisiense, in qvo Archiepiscopatus Rhemorum, Senonum, Biturigum, Turonum, Lugdunensis: 2. Tolosanum, in qvo archiepiscopatus Narbonensis, Auxitanus, Tolosanus. 3. Rotomagense 4. Burdegalense in Aqvitania 5. Rhedonense. 6. Divionense. 7 Gratianopolitanum, sub qvo archiepiscopatus Ebrodanensis & Viennensis ad Rhodanum. 8. Aqvense, sub qvo archiepiscopatus Arelatensis & ad Aqvas Sextias. Additur curia Bearnensis, Metensis & Navarræ inferioris ad sacrum palatium. Qva vero ratione prisci Galli expeditionibus diversis jam in Italiam, jam in Asiam transscenderint, & novis utrobiq; sedibus locatis innumeras victorias ab omnibus hostibus reportaverint, jam libro secundo, sectione secunda, qvæst. xxII. explicuimus. Qvia autem Romanis fata imperium orbis destinaverant, non saltem, qvæ Galli in Italia occupaverant, illis ademerunt, sed & Braccatam Galliam ingressi, in provinciæ formam illam redegerunt, perq; Cæsarem intra decennium reliqvas Galliæ partes domuerunt, ut lib. III. sect. III. qvæst. II. demonstratum est. Fuit itaq; Gallia sub præfectis Romanorum usq; ad Honorium imperatorem Hujus tempore Gothi ingressi partem Narbonensis provinciæ, de se eam Langvedocum dixere, & regno ad Ligerim usq; propagato, Tolosæ sedem regiam collocavere Eodem tempore Burgundiones, ab ultima Germania cum Vandalis nostris & Svevis progressi, regnum Burgundiæ in Arelatensi provincia, cujus caput Arelate fuit, condiderunt. Qvin etiam Britanni, ex insula sua ab Anglis & Saxonibus pulsi, in extrema Celticæ parte considentes, Britanniam minorem de se appellarunt. Franci inprimis, populus in Germania maritimus, olim dicti Germani, teste Agathia libro 1. Oceani septentrionalis littora juxta Saxo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

xones accolentes, ut Beatus Rhenanus libro I. rerum Germanicarum copioſe probat, poſt Attilam à ſe & aliis populis tam Germanicis, qvam Romanis devictum, tranſito Rheno ſub rege Meroveo, ejusq; filio Childerico, Germaniam ſecundam cum utriusq; Belgicæ parte Romanis extorſere. & poſtqvam Alemanni, genti Svevorum, qvi Germaniam primam cum Rauracis & Helvetiis eodẽ tempore Romanorum præfectis ademerant, & tempore Clodovæi M. Childerici filii in novas Francorum ſedes irrumpebant, ad Tolbiacũ in Ubiis magnam cladem intuliſſent, totamq; eam gentem perdomuiſſent non ſaltem trans Danubium in Rhætiam primã penetrarunt, ſed & paulatim interiores Galliæ civitates ſubjugarunt, & ex urbibus præfectos Romanorum exturbarunt. Utq; populi, ab Alemannis & aliis ſubacti, in libertatem priſtinam ſe aſſerere non poſſent, ſervitutem illis Fiſcalinam impoſuerunt, ut & corpore regis fiſco, tanqvam glebæ addicti, cederent, & ſervi ſeu coloni regii eſſent, ſicut eccleſiaſtici ſervi ab hoc tempore dicti ſunt chartulacei. Unicuiq; civitati præficiebant epiſcopum & comitem, qvi eſſet epiſcopi advocatus & judex fiſcalis, qviq; ſuos centenarios, vicarios & ſcabinos ſub ſe habebat. Ad fines cuſtodiendos conſtituebant Marcgrafios. Nobiles ornabant beneficiis & allodiis. Mangones vagabundos, qvi impoſturis homines ludunt, non admittebant. Illis, qvi faidam exercebant, vel exercitum deſerebant (qvod flagitium vocabant Heriſchliz q. d. exercitus ſciſſionem) capitales pœnas infligebant. Plures aliæ leges erant Francorum, qvæ videri poterunt apud B. Rhenanum & alios. Clodovæus Magnus, Burgundiæ rege devicto, & Gothis è Gallia ejectis, utrumq; regnum ſuo adjecit, filiisq; moriturus qvatuor regna reliqvit, unum Pariſiorum, cui parebant Turones, Campani, Andegavi, Arverni: alterum Sveſſionum, qvod provincias Veromanduorum, Neuſtriorum ſeu Normannorum, Picardorum & Flandrorum complectebatur: tertium Burgundiæ & Aureliæ: qvartum Metenſe ſeu Auſtraſiæ, qvod continebat, qvicqvid inter Moſam & Rhenum interjacet. Hæc regna qvidem Clodovæi filius & pronepos iterum conjunxerunt, ſed poſt tempora Caroli Magni Auſtraſia eſt diviſa, Flandria ſui juris facta, Burgundia Germanorum imperio juncta, Sabaudia à Beroaldo Saxoniæ duce, Delphinatus & regnum Arelatenſe ab aliis occupatum. Qvas provincias recuperaturi reges, nullo non tempore difficillimis bellis implicari fuere. Et qvanqvam ad obſeqvium pleroſq; retraxerunt, antiqvæ tamen Galliæ omnes fines in ſuam poteſtatem non potuerunt redigere, Hiſpanis multa; mul-

multa Sabaudiæ, Thuringiæ & Juliacenfibus ducibus, ut & Helvetiis & Belgis fibi vendicantibus. Nos reges Galliæ recenfebimus, in qvatuor claſſes diſtributos: qvorum antiqviſſimi fide minus certa à Trithemio ex Hunibaldo recenſentur, & in Sicambria ad oſtia Rheni multis temporibus regnaſſe creduntur: reliqvi à ſuæ familiæ conditoribus dicuntur Merovingi, Carolingi, Capetingi. Id tamen prius notandum ducimus, lingvam, qva nunc utuntur Galli, non eſſe nativam Gallorum lingvam, qvæ fuit Celtica, ſed corruptam Latinam, qvalis etiam eſt Hiſpanica & Italica.

II. *Qvinam igitur antiqviſſimi fuerunt reges Sicambrorum in Gallia ad oſtia Rheni, à Trithemio & Hunibaldo fide minus certa in hiſtorias relati?*

Recenſebo illos. Tu dijudica. Qvomodo judicare debeas, monſtrat Joh. Iſ. Pontanus libro III. originum Francicarum capite III.

A. M. *A. R.*

3528. I. MARCOMIRUS filius Antenoris I. regis Cimmeriorum ſeu Sicambrorum ad oſtia Danubii, ex priſcorum Germaniæ regum ſtemmate oriundus, (falſo enim ad reges Trojanos Franci referuntur) qvingentis circiter millibus Cimmeriorum ad oſtia Rheni deductis, primum impetum in Gallos fecit, regionemq; ad Moſam ſubegit. Hanc Hunibaldi traditionem illi evertunt, qvi Sicambros eſſe ipſos Francos cenſent, indigenas nempe Germaniæ genuinos: qvi antiqvitus inter Saxones & Alemannos medii, Germaniam occiduam usq; ad Oceanum Cimbricum coluerunt. Ferunt hanc expeditionem à Francis eſſe ſuſceptam, cum qvia à vicinis Gothis ad paludes Mæotides ſubinde infeſtabantur, tum qvia Marcomirus non ſaltem ab oraculo monitus erat, ut novas ſibi ſedes in occidente ad Rhenum qværeret, ſed & in ſomniis à ſpectro tribus capitibus, leonis nempe, aqvilæ & bufonis armato didicerat, fore, ut adverſus populos, qvibus hæc eſſent inſignia, poſteri ejus prævalerent. Per leonem autem interpretantur Germaniam; per aqvilam Romanos & per bufonem Gallos.

3549. II. ANTENOR II. F. Noviomagii conditor: gener Belini, regis Britanniæ, cujus filiam Cambram duxerat. 30

3579 III. PRIAMUS F. cujus tempore Sicambri Saxonum lingva uti cœperunt 27

3606. IV. HELENUS I. F. à Tungris devictis celebris. 19

3625. V. DIOCLES F. cum Gothis & Gallis cruento prælio conflixit. 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

3664. VI. HELENUS II. F. propter inertiam regno exutus. 14

3678. VII. BASANUS MAGNUS, F. à pontificatu ad regnum evectus, qvem Sicambri mortuum sub nomine Basangoth coluerunt. 36

3714. VIII. CLODOMIRUS F. Gallorum, qvi repetebant amissa ad Mosam, victor. 18

3732. IX. NICANOR, F. feliciter adversus Gothos in Saxonum fines excursionem facientes; minus feliciter adversus reges Orcadum insularum navali prælio dimicavit. 34

3766. X. MARCOMIRUS II. F. astrologus & vates, victor plurimorum populorum. 28

3794. XI. CLODIUS I. F. victor in pugna adversus Gallos obiit. 9

3785. XII. ANTENOR III. F. ritū offerendi humanas victimas sustulit. 16

3821. XIII. CLODOMIRUS II. F. Gallos auxilio Romanorū attrivit. 20

3841. XIV. MERODACUS F. cujus tempore in Cimbrico bello Belus Sicambros in Italiam duxit, qvi post multas victorias tandem à C. Mario victi & profligati sunt. 28

3869. XV. CASSANDER F. cum Gothis bella gessit pro Teutonibus. 21

3890. XVI. ANTHARIUS, Moguntiam evertit, & in prælio tandem à Gallis cæsus est. 17

3907. XVII. FRANCUS F. fœdere perpetuo Germanos & Teutones sibi adversus Romanos devinxit: Gothos Saxoniæ limitibus ejecit: Galliam misere vexavit: Francis nomen de se dedit. 46

3953. XVIII. CLOGIO vel CLODIO II. F. M. Lollium Romanum in Germaniam missum peremit: cum Tiberio manum conseruit: Filium Frisum dicitur oræ maritimæ ab eo Frisiæ dictæ præfecisse hac lege, ut Frisii perpetuo regibus Franciæ subessent & annuum tributum CXL. boves penderent. Hic nota, qvod Strabo principem illum Sicambrorum, qvi bella adversus Romanos hoc tempore gessit, nominaverit Metonam, cujus frater fuerit Bætorix, pater Deudoriges. 6

A. C. A. R.

21. XIX. HERIMERUS F. frater Frisii, à Gallis, qvos valde afflixit, in bello interemtus. 11

32. XX. MARCOMIRUS III. Fr. Moguntinos, Treviros, Agrippinos, variis affecit cladibus. 18

50. XXI. CLODOMIRUS III. F. 12

62.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

62. XXII. ANTENOR IV. F. Moſa ponte juncta Galliam invaſit, unde domum ſpoliis onuſtus rediturus, cum pons frangeretur, cum novem principibus ſubmerſus eſt. 6

68. XXIII. RATHERIUS F. fœdus cum Germanis Saxonibus & Thuringis renovavit. 6

74. XXIV. RICHIMER F. ab omnibus pene Germanis, & præcipue Saxonibus, adjutus, Gallos & Gothos devictos è Saxonia exegit. 39

113. ODEMARUS F. cujus frater Sunno Marchiam Brandeburgenſem occupavit. Sunnonis hujus nepos itidem Sunno dictus, condidit Francofurtum ad Oderam: ut & ad exitum fluvii Svevi Sunnoniam, id eſt, Stralſundiam. 14

127. XXVI. MARCOMIRUS IX. F. pacificus. 21

148. XXVII. CLODOMIRUS IV. Fr. gener ducis Rugianorum: cujus frater Odemarus pontifex, Francorum acta deſcripſit. 17

165 XXVIII FARABERTUS F. 27

193. XXIX. SUNNO F. 28

221. XXX CHILDERICUS F. cujus tempore Hildegaſtus vates hiſtorias ſuæ gentis ſcripſit. 40

261. XXXI. BARTHERUS F cujus tempore Germani Ravennam usque populando pervenerunt. Hoc tempore Probus imperator à victoriis adverſus Francos dictus eſt Francicus. Et memorabile eſt, qvod Franci à Probo in Pontum remoti, correptis navibus Græciam, Aſiam, Siciliam & Africam depopulati ſint, & ex ipſis Syracuſis & Carthagine prædas egerint. 18

279 XXXII. CLODIO vel CLOGIO III. cujus frater Artharius in Hiſpaniam irrupit. Circa hæc tempora Maximianus in Belgium copias deduxit, & Genebaldo ſeu Geraboni regi Francorum pacem conceſſit, ut eſt in panegyrico Mamertini, & multas Francorum familias in fines Galliæ traduxit. 18

297 XXXIII. GVALTHERUS F. littora Oceani ſeptentrionalis vexavit, ſed armis Romanorum & Francorum territus receſſit. 8

305. XXXIV. DAGOBERTUS F. pater vulgo dictus. Circa hæc tempora Conſtantius Cæſar Aſaricum II. & Carſonem Francorum reges vicit & cepit. 11

316 XXXV. CLODIO IV F in pugna adverſus Gallos & Romanos cecidit. Circa hæc tempora Conſtantinus M. Aſcaricum & Radagi-

 ſum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

sum, reges Francorum bello victos, cepit vivos & supplicio ultimo affecit, & Treviri ludos victoriæ Franciæ regia magnificentia edidit. 2

318. XXXVI. CLODOMIRUS V. Fr. restituto prælio, in qvo frater ceciderat, hostes fugavit: cujus frater Genebaldus Franciam orientalem dono acceptam à Thuringis occupavit, seq; cum posteris ejus ducem dixit. 19

337. XXXVII RICHIMERUS F. Constantis imperatoris exercitu duobu præliis superato, in tertio succubuit. 12

349. XXXVIII. THEODEMIRUS Fr. à Romanis bello captus, & cum matre Hastilla capite plexus. 10

359. XXIX. CLOGIO V. F. omnes Galliæ provincias usq; ad Ararim afflixit. 18

377. XL. MARCOMIRUS V Magnus F. post varia cum Romanis bella à Valentiniano imperatore cæsus, anno regni XVI. interiit. Cumq; nullos reliqvisset heredes, PHARAMUNDUS, dux Franciæ orientalis, Genebaldi abnepos, regnum Francorum condidit: qvod deinde dictum est MEROVINGORUM à Merovingo, qvi post Clodium Pharamundi filium præfuit. 16

III. Ecqvi sunt illi Merovingi Gallorum reges?

PHARAMUNDUS, filius Marcomiri magni, nepos Clodii, pronepos Dagoberti illius, qvi Galliæ partem cis Rhenum occupavit, abnepos Genebaldi, relicta fratri Marcomiro orientali Francia, cujus dux qvintus fuerat, ingressus Galliam, regione Mosellana subacta & Treviri devastata, peculiare sibi ac posteris regnum, qvod FRANCORUM dicitur, condidit, LEGEMq; SALICAM per qvatuor suæ gentis proceres, Wisegastum, Bosigastum, Salogastum & Widogastum promulgavit. Hæc lex dicta est vel à palatio, qvod Germani Saal vocant, vel à Saliis, id est, illis Francis, qvi antea Salæ amnis accolæ, postea juxta Zosimum libro I. in Batavia insula consederunt, & ibi, Qvadis è natione Saxonum egressis, oppugnati sunt, donec Juliani imperatoris ope sunt liberati; aut qvacunq; alia ratione nomen Saliorum meruerunt. Hac lege Salica constituit Pharamundus inter alia, ne ad mulieres regia potestas, nec ulla terræ hereditariæ portio deferatur: multaq; Romanorum præsidia in suum traxit obseqvium, ut ait Procopius lib. I. de bello Gothico.

SERI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SERIES REGUM A PHARAMUNDO oriundorum.

1. Pharamundus, rex Franciæ ultra Rhenum.
2 Clodius.
3. Meroveus.
4. Childericus.
5. Clodovæus seu Ludovicus Magnus.

6. Childebertus, PARISIIS. 7. Clotarius M. SUESSIONE. Clodomirus AURELIAE. Theodoricus in AUSTRASIA.

8. Aribertus. 9 Chilpericus. 10 Clotarius II. 11 Dagobertus M. 12 Clodoveus II. Guntramnus. Sigebertus, RHEMIS. Childebertus, rex AUSTRASIAE. Theodoricus. Theodebertus. Theodebaldus.

13. Clotarius. 14 Childericus III. 15. Theodoricus.
16. Clodoveus III. 17 Childebertus II.
18. Dagobertus II. 19 Clotarius IV. qvem alii vocant patruum Dagoberti. 20. Chilpericus.
21. Theodoricus II. 22 Childericus stupidus.

REGES GALLORUM MEROVINGI.

A. C. *A. R.*

419. I PHARAMUNDUS, Dagoberti, XXXIV. regis Sicambrorum ex Genebaldo filio, Dagoberto nepote, Clodio pronepote, Marcomiro abnepote, abnepos: rex, ut vulgo supputant, primus Francorum in Gallia Herbipoli coronatus, qvæ hoc tempore inter Romanos, Burgundiones & Gothos divisa erat: qvorum illi omnia tenebant loca à Rheno ad Ligerim; isti regiones circa Rhodanum; hi omnia trans Ligerim. Pharamundi frater Marcomirus, post egressum fratris in Galliam, principatum OstroFranciæ seu Franciæ superioris solus suscepit: ex qvo recta linea descendunt Priamus; Genebaldus; Sunno; Clodomirus; Hugobaldus, qvi primus Christo nomen dedit; Helenus: Gothofridus: Genebaldus: Clodomirus: ἀνώνυμος: Heribertus: cui, cum vita anno IƆCLXVIII. discessisset, fratruelis Clodoveus successit. Ejus posteri recta linea fuere Gosbertus I. Gosbertus II. Hetanus, qvo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

fine herede masculo anno DCCXL. extincto, Pipinus, postea Francorum rex, Franconiam orientalem S. Burchardo, episcopo Herbipolitano, ejusq; in episcopatu successoribus in perpetuum donavit. 14

430. II. CLODIUS, seu Claudius, seu Clogio F. comatus seu crinitus dictus, qvod comam, nobilitatis apud Francos signum, suos radere Gallos jussit. Thuringos & Hermunduros ad Hercyniam silvam in ordinem redegit: Treverim, Metim, multaq; Brabantiæ & Burgundiæ, aliorumq; populorum oppida expugnavit. Nepotes ejus dicitur Ludovicus M. ut tutior esset, sustulisse. 18

448. III. MEROVEUS, seu Merovingus, seu Merwich, cognomento Audax, nescio qva causa ab aliqvibus negatur fuisse filius Clodii, qvasi proximus tantum agnatus fuerit. Rectius sentiunt, qvi Clodio duos ajunt fuisse filios, Meroveum, unde reges Galliæ Merovingi, & Albericum, unde descendit Carolus M. Cæterum Meroveus pro Aetio & Theodorico Westrogothorum rege adversus Attilam regem Hunnorum in campis Catalaunicis in acie stetit. Et ab hoc tempore Franci passim in Germania rerum potiti sunt. Creditur Meroveus Mersburgum, alias Martisburgum, ad Salam & Meerwigsburgum ad Geram, postea Erfurtum vocatũ condidisse. 10

458. IV. CHILDERICUS seu Huldericus F. Aureliam & Andegaviam regno adjecit, & ob adulteria & crudelitatem à suis deturbatus, aliqvot annos apud regem Thuringorum delituit: sed cum Ægidius Romanus, Gillo à Gvagnino vocatus, qvem interim Franci sibi præfecerant, iniqvius ageret, recuperato regno, victisq; Saxonibus eorumq; duce Odoacro, & pulsis ex Gallia Alanis res Francorum valde auxit. Basina, regis Thuringorum Basini uxor, marito deserto, ad hunc tanqvam meliorem venit, & ex eo liberos qvæsiit, professa, si Childerico meliorem inveniret, eum se terra mariq; persecuturam. Hujus tempore anno CCCCLXXVIII. Britanni per universam Galliam excurrentes, prædas egerunt. 28

484. V. CLODOVEUS seu LUDOVICUS MAGNUS, F. primus liliorum insignibus pro tribus bufonibus usus, primus rex Christianus, & primus monarcha totius Galliæ, varia bella gessit felicibus successibus. Primum ei subeundum fuit contra Siagrium, Ægidii Romani filium, dominum Svessionum, ultimum Romanorum in Galliis præsidem, qvem securi percussit. Thuringos ob reginam

à pa-

à patre ipsius abductam indignantes prælio victos imperata facere coegit. Clothildem filiam Chilperici regis Burgundionum Christianam duxit. Sororem Andalfledem Theodorico Gothorum & Italiæ regi elocavit. In acri adversus Alemannos ad Tolbiacũ prælio, cum aciem suam inclinari cerneret, se fore Christianum vovit, victoriaq; potitus, anno cccxcix. à Remigio episcopo Rhemensi sacro lavacro est expiatus. Ajunt, teste Hincmaro, ore columbæ ampullam chrismatis esse allatã, cum fons baptismatis esset consecrandus. Fides sit penes credulos. Victoria adversus Alemannos parta, regnum eorum in ducatum vertit, omnemq; Alemannorum gloriam abolevit, eosq; pro servis habuit. Gundebaldum regem Burgundionum, qvi ante id fratrem Chilpericum parricidali scelere peremerat, & jam alteri fratri Gundegiselo gravis erat, prælio victũ & jam Avenione obsidione gravi pressum ad annuum tributum adegit. Tres Francorum regulos, Sigebertum, dynastam Agrippinensium; Rachnacharium, Cameracensium & Atrebatum regem; & Chamaricum alio in territorio degentem, propter scelera diversa, resq; turbatas, ultimo supplicio affecit, eorumq; agros suo regno adjecit. Ultimum bellum gessit adversus Alaricum, Ostrogothorum in Hispania regem Arianum: qvo magna clade affecto & cæso, Tolosaq; & aliis urbibus expugnatis, Gothos, Gallia missa, se Hispania continere jussit. Lutetiam caput gentis constituit. Qvatuor reliqvit filios, tres ex Clothilde Burgundica, & nothum Theodoricum: inter qvos regnum est dispertitus. Primus THEODORICUS, pater Theodeberti, in Austrasia Metis consedit, & subjugavit Thuringos, qvorum reges Hermanfried, Baldericus & Bertharius, Basini regis filii, inter se dissidebant: ex qvibus Hermanfried Theodoricum evocavit primo contra Baldericum: sed contra ipsum deinde Hermanfriedum promissa negantem bella gessit, vocatisq; in auxilium Saxonibus, devictis Thuringis, eorumq; rege cæso, in præmium Thuringiæ partem ad silvam Hercyniam sub conditione tributi annui concessit. Alter CHILDEBERTUS Parisiis; tertius CLODOMIRUS Aureliæ, & qvartus CLOTARIUS M. Svessione regnavit. 30

514. VI. CHILDEBERTUS F. rex Parisiensis, Athalaricum Ostrogothorum in Hispania regem in prælio peremit. 46

560.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

560. VII. CLOTARIUS I. F. cognomine magnus, rex Svessionum, cupiditate amplioris regni excæcatus, scelus parricidii incurrit, & fratribus, nepotibusqve peremtis solus superstes, Saxones & Thuringos, vivo adhuc Childeberto tributum promissum negantes, primum prostravit: deinde in fugam ab illis est conjectus. A Theodebaldo postea Balderici nepote, sine liberis decedente, heres institutus est. Post ejus mortem Gallia denuo in tetrarchiam inter qvatuor ejus filios discessit: ex qvibus Cherebertus vel Aribertus regnavit Parisiis; Chilpericus Svessione; Guntramus Aureliæ & apud Burgundiones, qvi non semel in Italiam adversus Longobardos expeditionem suscepit; & tandem Sigebertus Rhemis. Gregorius Turonensis autor est, Clotario adhuc unum fuisse filium Chramnum, qvi, cum sæpe adversus patrem rebellasset, & sæpe in gratiam fuisset receptus, tandem prælio à patre in minore Britannia victus, cumqve uxore & filiabus, qvæ ad rebellionem eum compulerant, tugurio inclusus & igne sit crematus.

565. VIII. ARIBERTUS vel CHEREBERTUS F. rex Parisiensium, luxuria infamis, uxori Nigobergæ ancillas prætulit.

574. IX. CHILPERICUS I. Fr. rex Svessionum, duxerat antea Athanagildis, regis Gothorum in Hispania filiam Galsvintham: qvam tamen, qvia inter concubinas impense Fredegundam amabat, contemtim habitam tandem in lecto extinxit. Dimisit etiam post illam & velavit Audoveram, alteram uxorem, ex qva jam tres filios susceperat, ut Fredegundam posset ducere. Qvo facto variæ turbæ inter illum & fratres extiterunt: ipseqve regno est expulsus. Sed in partes tracto fratre Guntramo, filium qvidem Theodebertum in acie contra Sigebertum amisit, & Rotomagi post cladem acceptam est obsessus: sed Fredegunda submissi sicariis Sigebertum perdidit. Sic Chilpericus regnum recuperavit. Ab illo tempore filium Meroveum, qvi incestuosum cum Brunechilde patrui sui Sigeberti vidua, antea exulare jussa, matrimonium contraxerat, tamdiu armis fatigavit, donec captum relegavit in monasterium. Ille vestem secularem indutus, ad D. Martini basilicam profugit. Unde cum pater filium reposceret, non tradidit eum episcopus Rotomagensis Prætextatus, sed permisit illi abitum ad Brunechilden. In jus igitur vocatus, qvasi cum incestuoso Meroveo contra regem

sen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

regem sentiret, petiit qvidem veniam, sed damnatus abiit in exilium. Fredegunda interim non desiit sævire: sed & de commixtione cum Bertheramo episcopo Burdegalensi à Gregorio Turonensi episcopo infamata est. Hunc qvidem majestatis accusavit: sed cum ille juramento se purgasset, & pestis duos Fredegundæ filios, qvos Chilperico pepererat, extinxisset, furiosa femina novercali odio in Clodoveum privignum, ex Audovera natum, calumniis oppressit, inq; carcere gladio feriri curavit. Tandem & ipsum suum maritum regem, cum è venatione noctu rediret, ministerio Landerici Majoris domus, qvocum stupri consvetudinem habebat, necavit. Hæc omnia refert Gregorius Turonensis, & addit, duas Francicorum regum filias, Chrotildin Ariberti & Basinam Chilperici, monasticam vitam professas, contra Abbatissam tumultu excitato, claustris cum XL. amplius virginibus egressas, pluribus synodis causam dedisse: cædes inde varias factas: ipsas tandem communione privatas esse. 30

588 X. CLOTARIUS II. F. pater patriæ, puer qvatuor sive annorum sive mensium, patri successit, & discordia usus agnatorum regum, Galliæ, Germaniæq; ex parte monarcha factus, Pipinum, ducem Brabantiæ, perpetuum aulæ præfectum creavit, & Brunechildin, Gothorum regis Athanagildi filiam, Sigeberti patrui uxorem, qvæ decem regio sangvine Francico ortos partim veneno, partim parricidalibus bellis implicitos è medio sustulerat, anno IↃCXIV. eqvis discerpsit, & Sigebertum ex illegitimo Theodorici thoro natum cum qvinq; fratribus prælio victum & captum peremit; & ab hoc tempore monarcha Galliæ cœpit esse. 44

622. XI DAGOBERTUS MAGNUS F. Ariberto fratri Aqvitaniam seu Vasconiam concessit: qvi tamen cum haud diu superstes esset, regnum Galliæ ad unum rediit Dagobertum. Hic primis temporibus ecclesiarum nutritius, Musarum Mecænas, pauperum pater extitit: episcopatum Wormatiensem fundavit: ædem S. Dionysii erexit. Deinde cum, familiaritate & monitis episcoporum posthabitis, stupris incestuq; defœdaretur, tanta vitia reprehendentem Amandum in exilium egit: fortitudine alioqvin nemini postponendus. Nam Aqvitanos defecturos coercuit: Saxonibus tributum annuum IↃ. boum imposuit: Slavos ad pacem petendam compulit: Judæos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ex universo regno expulit. Sub hoc Pipinus floruit, dux Neustriæ, avus Caroli Martelli. 14

646. XII. CLODOVEUS II. F. Sigeberto fratre, Austrasiæ rege defuncto, cum Grimoaldus palatii præfectus, Dagoberto Sigeberti filio in monasterium detruso, filium suum Childebertum regem Austrasiæ fecisset, victum eum ultimo supplicio affecit, & expeditioni sacræ ultramarinæ, qva Hierosolyma recepta sunt, sese adjunxit. Uxor ejus fuit Bathildis Saxonica. 17

663. XIII. CLOTARIUS III. F. negligens & vecors omnia præfectis palatii laceranda commisit. Ab hoc, qvi postea usq; ad Pipinum secuti sunt reges, inertiæ exemplum sumserunt, administratione regni & suprema autoritate in magistros aulæ seu Majores domus, qvos præfectos palatii vocant, rejecta. 5

668. XIV. & XV. CHILDERICUS II. & THEODORICUS, fratres Clotarii III. parricidalibus odiis diu dissederunt. Theodoricus qvidem post obitum Clotarii ad regnum Galliæ votis suorum evectus est: sed ob luxum & tyrannidem à Childerico fratre in monasterium statim concludebatur. Unde tamen, cum Childericus à conjuratis, interq; eos à Bodilone nobili, qvem servilem in modum fustigari jusserat, cum conjuge gravida in venatione occisus esset, post XII. annos extractus, regnum suscepit: cui præfuit tam negligenter, Ebroino Majore domus omnia turbante, qvi antea à Childerico in monasterium detrusus & inde à Theodorico extractus fuerat, ut Pipini Crassi armis territus, se totum ab ejus arbitrio suspenderet. 26

694. XVI. CLODOVEUS III. Theodorici F. ignavus. 4

698. XVII. CHILDEBERTUS II. Fr. 18

716. XVIII. DAGOBERTUS II. F. 4

720. XIX. & XX. CLOTARIUS IV. Dagoberti II. sive frater sive patruus, & CHILPERICUS ejusdem Dagoberti frater, de regno civilibus armis decertarunt, & Childericus, qvem Danielem Clericum vocant, monasterio inclusus, patruum à Carolo Martello, qvi jam se principem Francorum dici curaverat, ad regnum evectum aliqvamdiu toleravit: eo vero defuncto à Martello ex cœnobio extractus, nomen regium recuperavit, potestatemq; omnem benefactori concessit. 7

727.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

727. XXI. THEODORICUS II. Dagoberti II. F. itidem ex monaſterio retractus, ad habenas regni minus idoneus. 15

742. XXII. CHILDERICUS III. ſtupidus, Fr. ultimus Merovingorum, ex monacho & ipſe rex factus, cum ſocordiæ deditus, omnia arbitrio Pipini brevis, aulæ præfecti, relinqveret, (qvi variis victoriis adverſus Aqvitanos & Bavaros elatior factus, jam regium nomen affectabat) approbatione Zachariæ Papæ, cui Pipinus ejus mores diligenter expoſuerat, & conſenſu procerum denuo monaſterio incluſus eſt: ſucceſſorq; ei datus Pipinus, Caroli M. pater, Francicum diadema ſibi impoſuit. 9

Papa qvidem, ut Wolfius centuria VIII. lectionum memorabilium autor eſt, cum Burchardus epiſcopus Herbipolitanus conſilium Pipini ei exponeret, facinus primum abhorruit, & inauditum atq; apud Romanam ſedem inſvetum hoc exemplum eſſe retulit, ac propterea diu multumq; ſuper eo deliberavit: tamen poſtremo, cum ei de pinnaculo templi Roma & Italia, & omnis gloria oſtenſa, promiſſaq; fuiſſent, veteris oblitus ſcrupuli, poſtulata diutius renuere non potuit, ſed (regni enim cauſa nonnunqvam jus violatur) tandem conſenſit, & Childericum monaſterio includi permiſit, Pipinumq; & omnes Gallos à juramento, qvo Childerico obſtricti erant, abſolvit.

IV. Ex qvibus majoribus Pipinus, primus Gallorum ex Carolingis rex, oriundus ſit, ſuperiori libro in hiſtoria Caroli M. intellexi. Nunc, qvi reges in Gallia eum ordine ſecuti ſint, explicato.

A. C. *A. R.*

751. I. PIPINUS BREVIS ſeu NANUS, Caroli Martelli filius, Pipini Craſſi ſeu Heriſtalli nepos, Franciam orientalem, defuncto ultimo duce Hetano, qvem x . numerant, Burchardo epiſcopo Herbipolitano, ejusq; ſucceſſoribus donavit: Aiſtulphum Longobardorum regem bina expeditione compeſcuit: Gaifarium Aqvitaniæ ducem domuit, ejusq;, cum à ſuis peremtus eſſet, agros occupavit: Saxonibus, duplici prælio ad Viſurgim cæſis, annuum tribuiū · cc. eqvorum impoſuit: Taſſilonem, ducem Bavariæ rebellem, in ordine n redegit: ſummum judicium, qvod Parlamentum vocant, Pariſiis inſtituit: Papæ pon œria Romæ, exarch aium, & pentapolin conceſſi t, ſalvo tamen regio in illas terras jure & ſalva Ro anorum libertate. 17

768.

768. II. CAROLUS MAGNUS, imperator, cujus in imperio Romano res gestas libro II. sect. V. qvæst. III. enarravimus, abolito majoratu domus seu præfectura aulæ, XII. regni administrandi adjutores, Pares à pari dignitate secundum regem proxima dictos, constituisse ab aliqvibus creditur, sex nempe ecclesiasticos, Remensem, Laudunensem, Lingonensem, Bellovacum, Noviodunum, Catalaunum; totidem seculares, Burgundum, Normannum, Aqvitanum, duces; Flandrum, Campanum, Tolosanum, comites. Fundavit Academiam Parisiensem, Italiamq; Galliam & Germaniam conjunxit. 46

814. III. LUDOVICUS PIUS, imperator, F. Danis & Britannis, Bernhardoq; Italiæ rege, suo ex fratre Pipino nepote, perduellionis reo, victis & prostratis, à propriis filiis captus, & miseris modis vexatus est. 27

841. IV. CAROLUS CALVUS II. imperator, F. parricidalibus bellis omnes fere regni vires, seq; ipsum perdidit, Normannicis interim irruptionibus turpiter neglectis. Cum fratribus tandem conciliatis sic divisit provincias paternas, ut ipse occidentalia seu Galliam retineret & Aqvitaniam, unde ejecerat Pipini fratris defuncti filios, eosq; in monasterium compegerat; Ludovico cederent orientalia, omnis nempe Germania trans Rhenum; Lothario Italia cum imperio & Austrasia. Veneno tandem dicitur à Judæo medico necatus. 37

878. V. LUDOVICUS II. BALBUS, imperator F. 2

880. VI. & VII. LUDOVICUS III & CAROLOMANNUS seu CARLON, fratres, Ludovico Balbo ex pellice Ansgardia, ceu nonnulli volunt, nati: qvos ob id tutorio nomine pro Carolo simplici fratre regnum administrasse tradunt. 5

885. VII. & IX. CAROLUS CRASSUS imperator, Ludovici I. ex Ludovico Germaniæ rege filius, tutorio nomine pro Carolo simplici minorenni, & LUDOVICUS INUTILIS, Bojorum rex, Carolomanni F. Ludovici Germaniæ regis nepos. 5

890. X. ODO seu OTTO, comes Andium à Carolo Crasso factus, filius Ruperti, ex stirpe Wittekindi oriundus, Hugonis Capeti patruus magnus, nomine prius tutorio; deinde regio, Galliæ præfuit. Hunc aliqvi tradunt primum lilia incerto numero in insignibus usurpavisse, qvem deinde Carolus VI. voluit esse ternarium, cum alii id dent Ludovico M. 10

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

900. XI. CAROLUS III. ſimplex & poſtumus, Ludovici Balbi F. cui Rubertus, Odonis frater, pater Hugonis magni, avus Hugonis Capeti, partem regni Francici hereditatis nomine propter fratrem ſibi vendicans, ſeſe ſtatim oppoſuit: in qvo bello victus qvidem ad urbem Sveſſionum & cæſus eſt Robertus: ſed qvod Carolus victoria uti neſciret, ſimplex cognominatus eſt: cumq; auxiliis Normannorum Lotharingiam & Brabantiam armis invaderet, ſed eas provincias ultro Henrico I. imperatori cederet, proceres Rudolpho Burgundiæ duci, Roberti genero, regnum Galliæ commiſerunt: & Hemibertus Viromanduus comes, cujus ſororem Robertus duxerat, fraude circumventum Carolum Peronæ in carcerem incluſit, in qvo poſt qvinqvennium vita functus eſt. Feuda, qvæ antea fuerant temporaria, ut eſſent perpetua & juris hereditarii, primus dicitur ſanxiſſe. 27

927. XII. RUDOLPHUS, dux Burgundiæ, filius Richardi, nepos Rudolphi regis Burgundiorum, cum Normannis & Hungaris non infeliciter conflictatus, ceſſit tandem regno Ludovico IV. 2

929. XIII. LUDOVICUS IV. filius Caroli ſimplicis, transmarinus dictus, qvod, capto ab Heriberto patre, in Angliam ad avunculum regem Galliæ cum matre profugerat: cujus etiam ope cum regnum patrium recuperaſſet, de Heriberto ſua ipſius ſententia condemnato pœnas ſumſit. Bella initio geſſit cum Ottone I. qvocum pace deinde facta, duxit ejus ſororem, viduam Giſelberti Lotharingi, & Lotharingiam per eam acqviſivit. Artibus deinde Hugonis magni, comitis Andegavenſis, à Normannis captus, anno amplius in cuſtodia permanſit, nec prius inde ope Cæſaris eſt liberatus, qvam Hugoni, qvod vellet, promiſiſſet. 27

956. XIV. LOTHARIUS F. ex bellis, qvæ cum Ottone II. imperatore propter Lotharingiam geſſit, notus, Hugone magno res propemodum omnes ad [illegible] rante. 31

987. XV. LUDOVICUS V. F. ultimus ex Carolingis, veneno ab ipſa conjuge, ut ſuſpicantur, cum vix annum regnaſſet, necatus eſt: poſt qvem Carolus ejus patruus, Ludovici IV. filius, cui Otto II. Lotharingiam conceſſerat, hereditario jure regnum adire conatus, Hugonem minorem, majoris filium, comitem Andegavenſem, in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

invenit adversarium, duobusq; præliis cum eo congressus, priore victor, altero victus & captus regno excidit.

V. Siccine igitur stirps Carolina dignitate avita excidit, & regnum Galliæ ad novam familiam delatum est?

Id qvidem beneficii Hugo, novus rex, posteris Caroli præstitit, ut Caroli filio Ottoni, Ludovici IV. nepoti, Lotharingiam permitteret, beneficio imperatoris possidendam: sed ab omni spe recuperandi regni Francici ejus exclusit posteros. Dicitur ex Wittekindo duce Saxoniæ ortum trahere. Nam Wittekindus III. nepos Wittekindi magni, fratribus suam in Saxonia sortem relinqvens, abiit in Gallias militatum adversus Normannos, & à Carolo Calvo imperatore pro præstita opera constitutus est Andium seu Andegavensium comes. Hujus pronepos Hugo magnus, Ruperti II. à Carolo simplici in prælio cæsi filius; Ruperti I. qvem ob rei militaris peritiam & egregia contra Normannos facinora vocabant Judam Maccabæum, nepos; Wittekindi III. pronepos, comes Andegavensis & Parisiorum, vehementer afflixit Ludovicum IV. ut supra diximus, & Hugonem, qvem diximus regnum Galliæ occupasse, filium reliqvit, à qvo reges Gallorum Capetingi ortum trahunt. Eorum genealogiam primo; deinde historiam ponemus.

STIRPIS REGUM GALLIAE CAPETINgorum epitome.

Robertus, VVittekindi III. filius, Andium comes à Carolo Calvo factus.

Robertus, regnū adversus Carolum simplicē affectans. | *Odo rex Gall. post Carolum Crassū.*

1. Hugo Capetus rex Gall. post Ludov. V. ob 997 | *Emma, ux Rudolphi Burgundi, regis Gall post Carolum simplicem.*

2. Robertus pius.

3. Henricus I. | *Robertus dux Burg.*

4. Philippus I. | *Henricus justus.*

5. Ludo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

5. Ludovicus VI. Crassus.
6. Ludovicus VII.
7. Philippus II.
8. Ludovicus VIII.

Robertus, stirps comitum Druidum & Britann.
Petrus Cortenæus.
Petrus Altisiodorensis.
Robertus imper. Constantinop.
Balduinus II. imp. Constantinop.
Philippus, comes Altisiod.

Odo.
Hugo.
Odo.
Hugo.
Odo.
Hugo.
Philippus.

9. Ludovicus S. IX. Robertus Atrebatensis. Carolus dux Andium. Philippus dux Burg. rex Neap. ultimus ob. 1361.

10. Philippus III.
Robertus Borbon.
Carol. Neap.

11. Philippus IV. Carolus Valesius. Ludovicus, comes Eboracensis. Philippus rex Nav. gener Ludov. XII. Carolus, rex Nav. Carol. jun. rex Nav. Blanca, ux. Joh. regis Arrag. Leonora, ux. Gastonis, com. Fox. & Bearni. Gasto, comes Fox. Catharina, ux. Joh. Labretani regno ejecti.

Ludovic. Jacobus. Johannes. Francisc. Carolus. Antonius, conjux reg. Navarræ. 28. Henricus IV. rex Gall. primus rex ex Borboniis. 29. Ludovicus XIII. 30. Ludovicus XIV.

12. Ludovicus X.
13. Philippus V.
14. Carolus IV.
15. Philipp. VI.
16. Johannes.
17. Carolus V.
18. Carolus VI.
19. Carolus VII.
20. Ludovicus XI.
21. Carolus VIII.

Carolus dux Alençonium stirps.

Ludovicus Aurelian. dux
Carolus. Johannes dux Angolomensis.
22. Ludovic. XII. Carolus.
23. Franciscus I.
24. Henricus II.

25. Franciscus II. 26. Carolus IX. 27. Henricus III ultimus Valesiorum.

Philippus Tarenti princeps.
Robertus rex Neap.
Polon.
Carolus Martellus rex Neap. pater Caroli Roberti regis Hung. avus Ludovici, regis Hung. &

Henrietta Maria, ux. Caroli regis Angl. decol.
Christina, ux. Victoris Amadei Sab.
Elisabetha, uxor Philippi IV. regis Hispan.
Gasto Joh. Bapt. dux Aurel.

Franciscus Phœbus rex Nav. Henricus pulsus à Ferd. rege Hisp.
Johanna ux. Antonii Borbonii.
28. Henricus IV. rex Gall. &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

REGES GALLORUM CAPETINGI.

988. I. HUGO, comes Pariſiorum, Hugonis magni & Harridis ſeu Adelheidæ, (qvæ fuit Ottonis I. ſoror) F. Ruperti à Carolo ſimplici cæſi nepos, Andegavenſium comes, Capetus vel Caputius & Scaplarius cognominatus: qvia caputia per ludum in regia aula adoleſcens aliis auferre conſveverat. Carolum Lotharingiæ ducem & Arnoldum Flandrum, violentam regni uſurpationem damnantes, armis compeſcuit: illum tamen captum; hunc ejectum dignitati reſtituit. 9

997. II. ROBERTUS PIUS & LITERATUS hymnos ad uſum eccleſiæ compoſuit, & vacuum heredibus ducatum Burgundiæ adiit. 34

1031. III. HENRICUS I. F. cum fratre Roberto diu de regno contendit. Hic Robertus ceſſit tandem jure regni, contentus ducatu Burgundiæ: qvem poſteri ejus tenuere usqꝫ ad Philippum ultimum, ſine liberis anno cIↃcccLXI. defunctum. 30

1061. IV. PHILIPPUS I. F. novennis ſub tutela Balduini, Flandriæ comitis, regnum adiit: deinde repudiata uxore Bertha legitima, & ducta Bertrada comitis Andegavenſis filia, epiſcoporum fulmine petitus eſt. 49

1110. V. LUDOVICUS VI. CRASSUS F. ſub qvo exarſit primum bellum Anglicum, qvod geri cœpit adverſus Henricum I. Angliæ regem pro Normannia obtinenda. Filius ejus major, Ludovicus VII. ſucceſſit in regno: alter, Petrus comes, Corteneus, pater fuit Petri Altiſiodorenſis, qvi, ducta filia Henrici Flandri, imperatoris Conſtantinopolitani, Jolante ſeu Volantha, imperium illud conſecutus eſt: cujus hiſtoriam ſuperiori libro attigimus: tertius eſt progenitor comitum Druidenſium & ducum Britanniæ, qvorum ultimus Franciſcus II. cum anno cIↃcccclxxxvii. obiiſſet ſine maſculo herede, Carolus VIII. ejus filiam Annam Maximiliano I. imperatori deſponſatam ſibi rapuit. 28

1138. VI. LUDOVICUS VII. junior, F. cum Conrado III. imperatore expeditionem ſacram, ſed perfidia Græcorum infelicem, ſuſcepit, & ex captivitate Saracenorum, in qvorum poteſtatem ingenti clade accepta venerat, à Rogerio Siculo liberatus, inqꝫ regnum reverſus, uxorem Eleonoram, Aqvitaniæ & Pictonum heredem, propter adulterii & proditionis ſuſpicionem

repu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

repudiavit. Qvam cum deinde rex Angliæ, ex duce Andegavensium factus, duceret, Aqvitaniam sibi vendicavit, frustra se opponente Ludovico, & ad posteros transmisit. 43
1181. VII. PHILIPPUS II. AUGUSTUS F. qvod seni patri natus esset, Adeodatus dictus, Judæos regno exterminavit: cum Richardo Anglo, in Palæstinam profectus, Ptolemaida in Syria occupavit: inde pestis violentia aliisq; causis redire coactus, cum duobus Anglorum regibus, Richardo & Johanne, gravissima bella gessit, iisq; Normanniam & Aqvitaniam eripuit: Ottonem IV. Anglis suppetias laturum fugavit: Flandriæ etiam partem, qvæ Artesia dicitur, qvam ei uxor in dotem attulerat, regno addixit. 43
1224. VIII. LUDOVICUS VIII. MITIS, F. vivo patre ad regnum Anglicum, cujus proceres Johannem deseruerant, accitus rex, perfidia Anglorum cognita, rediit in Galliam, & cum Friderico II. imperatore fœdera antiqva renovavit. Avenionenses, qvod receptum darent Valdensibus, bello adortus, urbis mœnia, iis victis, solo æqvavit, & ccc. amplius civium domos evertit. Hujus filius Carolus, comes Andium & præfectus Arelatensis Campaniæ, Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ regnum, Manfredo & Conradino victis, à Romano pontifice evocatus, adiit: sed cum ambitiosius & insolentius ageret, Siciliam, Gallis in Siculis vesperis ferme omnibus occisis, amisit, & Apuliam tantum cum Neapoli retinuit, eamq; posteris suis reliqvit usq; ad Johannam anno cIɔccccxxxvI. defunctam, ut ex superiori sectione hujus libri qvæstione IV. manifestum est. Hic ipse Carolus est etiam avus Caroli Martelli, regis Hungariæ, de qvo in catalogo regum Hungariæ. 3
1227. IX. LUDOVICUS IX. SANCTUS, F. Angliæ regem Henricum III. victum ad pacem petendam adegit: Sorbonense collegium Parisiorum adornavit: bis adversus Saracenos profectus, infeliciter pugnavit. Nam in priori expeditione, expugnata Damiata, victus & cum fratre Alphonso captus, & redditis locis, qvæ occupaverat, lytroq; persoluto dimissus est. In altera vero, transmisso in Africam exercitu, in urbis Tunetæ obsidione ventre soluto periit. Filius hujus Robertus, comes Claromontensis, ducta uxore Beatrice, comitatus Borbonii herede, stirps est familiæ regiæ Borboniæ, qvæ, cæteris agnatis deficientibus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

nunc sola ex gente Hugonis Capeti reliqva est, juxta seqvens schema. 44

FAMILIA BORBONIA.

Ludovicus S. rex Galliæ. Ob. 1270.

Philippus III. stirps regum usq; ad Borbonios.
Robertus, comes Claromonti & Borboniæ.
Ludovicus I. dux Borboniæ.

Petrus.
Ludovicus.
Johannes ob. 1415.

Jacobus.
Johannes comes Vendomiæ.
Ludovicus.
Ludovicus.
Johannes.
Franciscus Vendomius.
Carolus I. dux Vendom.

Carolus Borbonius.
Ludovicus Montpensereus comes.
Gilbertus comes Montpensereus, vice-rex Neap.
Carolus, ducta Susanna, in expeditione Romana 1527. occubuit.

Johannes II. ... :
N. uxor Philippi Sabaudi, comitis Bressæ.
Ludovica, uxor Caroli, ducis Angelomensis ex Valesiis.
Franciscus rex Gall.
Henricus II. rex.
Franciscus II. rex.
Carolus IX. rex.
Henricus III. rex.

Petrus.
Susanna.

Antonius, rex Navarræ.
Henricus IV. rex Gall.
Gasto Joh. Baptista, Aurel.
Ludovicus XIII. rex.
Ludovicus XIV. rex.

Franciscus Angvianus.
Carolus Cardinalis num cæsus.
Johannes Angvianus ad S. Qvintin.

Ludovicus Condæus.
Henricus.
Henricus.
Henricus Condæus.

1271. X. PHILIPPUS III. AUDAX F. in castris Tunetanis rex salutatus, sub qvo Siculæ vesperæ contigerunt. Obiit in expeditione Hispanica, qvam svasu Martini IV. contra Petrum Arrogonium susceperat. 15

1286. XI. PHILIPPUS IV. PULCER, F. regnum Navarræ cum uxore Joanna in dotem accepit: Flandros Anglis faventes bello vario, qvod qvidam secundum bellum Anglicum nominant, fatigavit: à Bonifacio IIX. propter negatas ex regno decimas excommunicatus, comitiis regni habitis, pontificem hæreticum pronunciavit: palatium regium Parisiis extruxit: Judæos anno cIↃcccvII. è Gallia sine spe reditus ejecit, qvanqvam Avenione qvidam adhuc habitant. Frater ejus Carolus, comes Valesiorum & Alenson.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

fonii, ftirps eft Valefiorum, qvi Philippi IV. pofteris mafculis in Carolo IV. pulcro extinctis, in regno fucceffere. Alter ejus frater Ludovicus comes Eboracenfis genuit Philippum, qvi ducta Ludovici X. filia factus eft rex Navarræ: unde defcenderunt reges Navarræ usq; ad Blancam, unicam regni heredem, qvæ nupfit Johanni II. regi Arragoniæ, & in ejus filios transtulit regnum Navarræ. Ipfe autem Philippus IV. reliqvit tres filios ordine fibi fuccedentes, & filiam unicam Ifabellam, uxorem Eduardi II. ex qva natus eft Eduardus III. Templariorum ordini imprimis fuit infeftus, qvi jam ducentis pene annis floruerat. Curavit igitur, eum in concilio Viennenfi damnari & exfcindi. Prætextus erat, hærefi eum laborare & infami libidine. Vera caufa, qvia eorum reditus & proventus fibi promittebat. Et qvanqvam aliqvi in ordine animadverfionem meruerant, ipfum tamen concilium negavit de jure totum ordinem ob delicta, qvæ pauci commiferant, damnari poffe: interim papa ex plenitudine poteftatis eum reprobavit, & bona Templariorum non regi, fed eqvitibus Hierofolymitanis, poftea Rhodiis dictis, attribuit. 28

1314. XII. LUDOVICUS X. HUTINUS, F. rex Navarræ, Judæis reditum conceffit, uxoremq; in adulterio deprehenfam fame necavit: cum cujus filia Johanna deinde Philippo Eboracenfi regnum Navarræ acqvifitum eft. 2

1316. XIII. PHILIPPUS V. LONGUS, Fr. fub qvo peftis atrox ex fontibus fraude Judæorum venenatis extitit, filiam Johannam elocavit Odoni, duci Burgundiæ, eiq; comitatum Burgundiæ in dotem dedit, cujus illa heres erat ex Ottone avo materno & Roberto avunculo defunctis. 5

1321. XIV. CAROLUS IV. PULCER, Fr. rex juftus & feverus, fed ea re imprudens, qvod primus papæ decimarum partem in fumtus belli contra Ludovicum Bavarum imperatorem concederet. Hoc mortuo, Galliæ proceres propter legem Salicam, neglecta ejus uxore Ifabella, Anglo nupta, ejusq; filio Eduardo III. Philippi IV. nepote, rerum fummam detulerunt ad Philippum Valefium, defuncti regis agnatum: unde acerbiffima bella exarferunt. 7

1328. XV. PHILIPPUS VI. VALESIUS, Caroli primi Valefiorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

comitis filius, Philippi III. nepos, Caroli IV. proximus agnatus, regnum adiit: sub qvo tertium bellum Anglicum enatum est, cum Eduardus III. Angliæ rex, Philippi IV. nepos, lege Salica, qvæ feminam ad regnum non admittit, exclusus, auxilio fretus Flandrorum, id adire vellet. Magnis cladibus affectus est Philippus Valesius. Ad Clusium enim primo omnes fere amisit naves: deinde ad Cresciacum fratrem Carolum (qvi est stirps comitum Alensoniorum, usq; ad Carolum, cui Franciscus I. successit sine liberis defuncto) cum Bohemiæ & Navarræ regibus, Lotharingiæ duce, IV episcopis, XXIIX. comitibus, præter CIↃCC. eqvites & triginta millia peditum amisit, & Caleto aliisq; oppidis exutus est. Anglorum reges maximam partem Aqvitaniæ & Normanniæ, ipsam etiam Lutetiam, & qvicqvid circum est, plurimis annis obtinuerunt. Alia nihilominus ratione Philippus regnum Galliæ admodum auxit. Nam cum Umbertus Delphinatium princeps, filio, qvem unicum habuerat, defuncto, à Sabaudo continuo bello premeretur, viribus impar, dum suis consultum voluit, omni dominatu Philippo Valesio illa conditione cessit, ut regis proximus heres Delphinus vocaretur. Hujus tempore Ludovicus Claremontanus comes, qvi hactenus dominus Borbonii appellabatur, ducatus dignitatem assumsit: & Parlamentum, qvod hactenus ambulatorium fuerat, statarium est constitutum. 22.

1350. XVI. JOHANNES VALESIUS F. magnanimus, ducatum Burgundiæ, ultimo ejus duce defuncto, vacuum jure hereditario adiit, eumq; Gallico regno conjunxit, constituto in illo duce Philippo filio. Comitatum Burgundiæ & Atrebatum adiit Margareta, Philippi V. filia, qvæ eum transmisit ad filium Ludovicum Flandriæ comitem, cujus tamen filia Margareta, postea elocata Philippo duci Burgundiæ, denuo conjunxit comitatum ducatui. Magna huic regi infelicitatis causa fuit, qvod regem Navarræ, suum generum, Carolum, ob suspicionem affectati regni in carcerem conjecerat. Nam Caroli frater Philippus evocavit Anglos, qvi victores facti, ipsum regem Johannem cum Philippo filio & multis proceribus captum, per qvadriennium in Anglia detinuerunt. Filius ejus major Carolus V. successit in regno: alter Philippus audax est progenitor ducum Niversii, ut & Burgundiæ:
cujus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

cujus abneptis Maria, filia Caroli audacis, nupta eſt Maximiliano I. imp. avia Caroli V imp. Tertius ejus filius Ludovicus, dux Andegavenſium, à Johanna I. regina Neapolis eſt adoptatus. Hinc jura regni tranſlata ſunt in ejus filium Ludovicum & nepotem Renatum, qvem adoptavit Johanna II. ſed qvem expulit ex regno Neapolitano Alphonſus Arragonius. 14

1364. XVII CAROLUS V VALESIUS, F. ſapiens & felix, qvi fere omnia recuperavit, qvæ pater amiſerat, & ſacras literas in vernaculam lingvam Francicam per Nicolaum Oreſmium verti curavit. Præter Carolum VI. habuit filium Ludovicum, ducem Aurelianenſem, Lutetiæ à Burgundica factione occiſum: cujus alter filius Carolus eſt pater Ludovici XII. alter Johannes, comes Angoleſmorum, avus Franciſci I. 16

1380. XVIII. CAROLUS VI. VALESIUS, F. Benenatus, qvod in æde B. Pauli eſſet natus, initio egit ſub tutoribus agnatis. Cum jam adultus videretur mente titubare, adminiſtrarunt regnum ejus patrui. Inde variæ turbæ & ſimultates, qvibus multi, ex regia etiam familia aliqvi, ceciderunt. Ipſum regem, cum bellum Britannicum meditaretur, Galli inter ſe tumultuati, captum Henrico V. Anglorum regi tradiderunt: qvi regno Galliæ ipſaqꝫ Lutetia occupata, in liliis Gallicis ſuperbus inceſſit, generqꝫ Caroli VI. factus, ut jus ſucceſſionis in regno Galliæ acqvireret, ſuisqꝫ liberis ad regnum Franciæ aditum patefaceret, omnibus viribus conatus eſt. 42

1423. XIX. CAROLUS VII. VALESIUS, F. mitis & fortis: cui cum præter Putavienſem & Barrenſem ditionem fere nihil ſupereſſet, Anglos ex Gallia, qvam fere totam tenebant, ejecit, duce puella Johanna, Dumprinii ad Moſam nata, qvæ divinis, ut ferebatur, revelationibus excitata, ingenioſe bellum adminiſtravit & animoſe arma tractavit, tandemqꝫ ab Anglo rege, cui multas victorias extorſerat, capta, & Rotomagi, cum qvia virili fuerat veſte uſa, tum qvia videbatur magicis uſa artibus, cremata eſt. Sed è reſcripto Calixti pontificis cauſæ cognitores conſtituti, eam comperer unt à colluſione cum cacodæmone innocentem, atqꝫ talem pronunciarunt. Cumqꝫ Philippus, dux Burgundiæ, fœdere conjunctus Anglis, per XXXII annos continenter

 Gal-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Galliam afflixisset, tandem in certas conditiones pacis, exclusis Anglis, coitum est. Et sic Carolus VII. omne robur in Anglos convertit, eosque ex omnibus undique locis profligavit, ut pene nihil præter Caletum retinerent. 38

1461. XX. LUDOVICUS XI. VALESIUS, F. rex asper & immitis, sed prudens, bella initio gessit adversus proceres, qvos, substitutis aliis, loco moverat: sed restituere eos est coactus: deinde arma vertit in Carolum audacem, ducem Burgundiæ, &, illo ab Helvetiis cæso, in Maximilianum Cæsarem, Caroli generum, ad qvem jam Burgundia spectabat. Burgundus, qvamdiu vixit, Gallis fortiter restitit, & ipsum regem Parisiis obsessum ad æqvas conditiones adegit. Sed illo, qvod dixi, cæso, rex non modo Burgundiam, sed & magnam Picardiæ & Artesiæ partem Caroli filiæ, ejusque novo marito Maximiliano subtraxit. Res tandem per connubium composita est. Carolus, Johannis regis Siciliæ & Arragoniæ filius, Renati nepos, hunc heredem regni Neapolitani scripsit. Unde inter reges Galliæ & Hispaniæ maximis bellis occasio data est. Qvomodo hic Ludovicus se tandem Plessio castello inclūserit, &, omnibus diffisus, ærumnosam traxerit vitam, legere est apud Cominæum libro IX. & X. Accessit ejus tempore ad Galliam Provinciæ comitatus, Burgundiæ ducatus & tota fere Picardia. 23

1484. XXI. CAROLUS VIII. VALESIUS F. gibbosus, Margaretam Maximiliani filiam, sponsam ad se ante annos IX. deductam, paulo adultior domum remisit, & Annam Francisci Britanniæ minoris in Armoricis ducis filiam & unicam heredem, Maximiliano publice per internuncium desponsatam, intercepit, uxoremque duxit, ut per illam omne jus Britanniæ adiret. Hinc gravissima recruduere bella. Maximilianus se conjunxit hostibus Caroli regis, qvi fœdere cum Ludovico Mediolanensi inito, Neapolitanum regnum ex Renati Andegavensis testamento, ejusque nepotis, aditurus, terrestri simul & maritima expeditione illud petiit, copiis per ipsam Florentiam & Romam ductis. Expulit qvidem Neapoli Alphonsum II. Arragonium, & regnum illud sibi asseruit: sed eo ipso adversus se excitavit pontificem, regem Hispaniarum, Venetos & omnes Italiæ principes, qvibus Maximilianus, qvod dixi, se adjun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

junxit. Cumq; fœderati cum Hiſpanis Itali, exercitu numeroſo
conſcripto, in eum moverent, ille urbibus & arcibus firmo præ-
ſidio munitis, nec tamen novo regno ſatis prudenter ſtabilito, fe-
ſtinato itinere ad ſua cum exercitu reverſus, multo inferiori nu-
mero fœderatorum copias ad Tarum, circa radices montis Apen-
nini, egregia victoria perrupit. Et qvanqvam Arragonii regnum
Neapolitanum recuperarunt, Galloſq;, qvi jam faſtidiebantur ob
luxum, auxilio Hiſpanorum ex eo expulerant, illi tamen ſub Lu-
dovico XII. redierunt, poſtqvam Carolus VIII. ſubito morbo,
cum ex arce eos, qvi pila exercebantur, ſpectabat, deceſſiſſet.
Hujus regis res geſtas copioſe deſcripſere tres egregii hiſtorici,
Cominæus Gallice; Jovius Latine; Gvicciardinus Italice. Se-
cundum Gvicciardinum monſtro ſimilior, qvam homini, analpha-
betus: neq; manu, ut ait Jovius, neq; conſilio multum valens, &
tamen XXIII annorum adoleſcens, & pacem in Italia evertit, & rem
Gallicam armis atq; auſu plurimum illuſtravit. Expiravit cum
illo celebris illa ex antiqvis qvorundam vatum carminibus fama,
qva Carolo ejus nominis octavo occidentis ſimul & orientis im-
periũ portendebatur. Ab ejus in Italiam expeditione ſuas orditur
P. Jovius hiſtorias. Et memorabile eſt, qvod dicit Jovius, Italos
in pugna Tarrenſi antiqvæ Italiæ decus amiſiſſe, cumq; inexpi-
abili ignominia exteris nationibus, qvibus hactenus terrori fu-
erant, cœpiſſe contemtui eſſe. 14
1498. XXII. LUDOVICUS XII. VALESIUS, dux Aureliæ, Caroli V.
ex alia linea pronepos, juſti cognomentum à Gvicciardino meri-
tus, Ludovicum Sfortiam Morum, inqvietum hominem, Inſu-
brium ducatu expulit, eumq; ad Novariam cepit, & Mediolano,
qvod ex hereditate aviæ repetebat, occupato, in regnum Neapo-
litanum vires convertit: Friderico Arragonio inde expulſo,
cum Ferdinando Hiſpano regnum diviſit: Venetos, cum Cæſare,
pontifice & Hiſpano confœderatus, ſtrage magna profligavit.
Paulo poſt à pontifice bellicoſo, Julio, Venetis reconciliato, ex-
communicatus, cum ab Hiſpano, à fœdere ſvaſu pontificis reſili-
ente, tum à Venetis diverſis locis petitus, ex omnibus difficulta-
tibus ſeſe prudenter expediit. Hiſpanus tamen, Auſtriorum co-
piis fretus, ſangvinaria ad Novariam pugna commiſſa, eum victum

denuo expulit, atq; Mediolano & tota pene Italia exclusit: ipse, ducta ex Britannia uxore juvencula, ex complexibus puellaribus in febrim incidit, eaq; absumtus est.
1515. XXIII FRANCISCUS I. VALESIUS, dux Angolismensis, doctus, fortis, liberalis, pater literarum, cognomen magni meritus, ducta Claudia, Ludovici XII. filia & Britannicæ Galliæ herede, hanc provinciam regno Galliarum univit, ut nullo ab ea jure qveat alienari. Ejectis ex Aqvitania Hispanis, Helvetiis in Italia devictis, Mediolano & præterea tota pene Navarra recuperata, cum frustra axioma imperii Germanici post Maximilianum ambiisset, vi Caroli, novi imperatoris, & Anglorum aliqvamdiu repulsa, tandem ad Ticinum, qvod obsidione premebat, à Carolo Borbonio rebelli, exercituum Hispanicorum jam duce, in ipso Caroli V. victoris natali die captus est. Mater ejus Aloysia Allobrox, dum captivus erat, summam rerum administrabat. Ipse, ducta Caroli V. sorore Leonora, qvæ antea Emanuelis, Lusitaniæ regis, uxor fuerat, cum principatus Burgundici restitutionem, classem item & certam pecuniæ summam promisisset, & Neapoli, Mediolano, Genuæ, Astæ & Flandriæ renunciasset, rediit in Galliam, relictis duobus filiis, Francisco & Henrico, obsidibus. Paulo tamen post, percusso cum pontifice & Venetis fœdere, conditiones pacis iniqvas esse dixit, & denuo Martis aleam subiturus, Cæsarem, à qvo fidei non servatæ accusabatur, ad duellum acerbis literis provocavit. Conditionem qvanqvam Carolus accepit, locumq; duello constituit, armis tamen exercituum res commissa est. Hinc Neapolis à Gallis ex consilio pontificis obsessa: sed frustra, postqvam supremus copiarum dux Lautrechus diem obiit, & Andreas Auria ad Hispanos defecit. Tandem Margareta Cæsaris amita, & Aloysia regis mater, Cameraci in Belgio cum aliis proceribus convenientes, his conditionibus pacem conciliarunt, ut Burgundiam Cæsar regi permitteret, si marem è sorore susciperet, proq; liberatione filiorum rex centena vicies millia aureorum dependeret. Recrudvere nihilominus bella: sed nullo Gallorum successu, qvanqvam vel qvinq; locis impetum in Cæsarem facerent. Coiit denuo pax apud Svessiones anno seculi XLIV: sed & hæc dissoluta est. Pugnandum etiam erat cum
Anglo

Anglo in ipſa Gallia, qvi Bononiam maritimam occupaverat. Genuam, qvam receperat, denuo amiſit: fæderatisq; conditiones pacis ab Hiſpano recipientibus, tota Italia excluſus eſt. Sabaudiam tamen fere omnem occupavit, & Pedemontium, qvod Hiſpani nitebantur ſibi vendicare, invaſit, & impetum Caroli in Galliam fortiter ſuſtinuit. Tandem apud Gepiacum inter reges pax coaluit. Sœviit in Reformatos ſeu Hugonotos, & inter alia dixit, ſuum ſe brachium abſciſſurum, ſi ea labe infectum eſſet. Sœvitiam ejus in Merindolanenſes deſcribit Sleidanus lib. XVI. 32

1457 XXIV. HENRICUS II. F. perſecutor eorum, qvi pontificiam religionem deteſtantur, acerrimus, poſt varia cum Cæſare & Hiſpano bella, qvæ, ut Thuanus loqvitur, contra datam fidem excitaverat, & eo ipſo priſtinæ gloriæ & hactenus acqviſitorum jacturam fecerat, præter omniũ opinionem, pacem ad exagitandam puriorem religionem expetiit, & filia Iſabella Philippo Hiſpaniarum regi in matrimonium data obtinuit. In nuptiis ſororis in haſtiludio à comite Mongomerio lethale vulnus accepit. Dependit unice ab arbitrio Dianæ Pictavienſis, feminæ ultra ſexum aſtutæ. 12

1559. XXV. FRANCISCUS II F. Mariæ Stuartæ Scotorum reginæ maritus, totus à Gviſiis dependit, & gravi adverſus evangelicos perſecutione decreta, cui ſeſe Ludovicus Borbonius, regio ſatus ſangvine, ex villæ nomine Condæus vulgo dictus, cum Caſpare Collignio, regni Admiralio, ejusq; fratre, Franciſco Adoleto, pedeſtrium copiarum magiſtro, & aliis proceribus, maſcule oppoſuere, auriculari morbo ex cerebri apoſtemate & abſceſſu obiit. Nam clamantem Chriſtum ſurda dum negligit aure, aure putrefacta corruit, nondum annos XVIII. natus. 1½

1560. CAROLUS IX. Fr annos decem natus, ſub tutela matris Catharinæ regis Antonii, fratrisq; ejus Ludovici Condæi regnum adiit Sub ejus auſpiciis publico edicto de pace & libertate religioni cautum eſt. Gviſii ergo è Lotharingis orti, qvorum præcipuus erat Franciſcus, magnus Gallicæ aulæ magiſter, triumviratu conſtito, Navarræum regem ad apoſtaſiam & papatum deflexere, & paulo poſt Lutetiam cum pompa ingreſſi, unde Condæus ultro ceſſerat, rege & regina matre in cuſtodia detentis, regni adminiſtrationem inductu Navarræi ſibi rapuerunt. Condæus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ergo, fratre Navarræo officium non faciente, in se partes proregis devolvit, multas urbes cepit, & Hassorum præcipue aliorumq; Germanorum auxiliis fretus, tamdiu inter varias Galliæ factiones Protestantium causam egit, donec & frater ejus in obsidione Rotomagensi sclopeti ictu perimeretur, & in pugna Drocensi, ipso à Gvisianis & Santandreano in prælio interfecto, Momorantius à Protestantibus caperetur, & paulo post Gvisius in obsidione Aurelianensi à percussore Mereo è medio tolleretur. Hinc pax anno CIↃIↃLXIII. firmata est. Post qvinqvennium recruduit sacrum hoc & civile bellum: cujus etiam gratia sese copiæ Saxonum & Palatinorum in Galliam infuderunt. Sed iterum iterumq; religioni libertas impetrata, & brevi tempore tribus jam bellis civilibus confectis, ad pacis conditiones deventum est: qvibus dum Colignius Admiralius, à qvo post Condæum, in ultimo prælio interfectum, res evangelicorum administrabantur, securius fidebat, contra omnem datam fidem immanitate plus qvam barbara, in nuptiis inter Henricum regem Navarræ & Margaretam, Caroli regis sororem, celebratis, laniena miseranda, qvæ per totam Galliam per dies amplius XXX. grassata est, cum LXX, amplius mille, aut, ut Thuanus habet, CCCCIↃ. innoxiis hominibus istiusmodi nefario scelere extinctus est, qvod nec exæqvat Mithridatis in Asia adversus Romanos consilium, qvo CL. millia ad nuncium unius literæ peremta sunt, nec Siculæ vesperæ, qvæ VIII. millia Gallorum absumserunt. Hi enim in peregrinos sævierunt. Gallica hæc sævitia cives delevit, fœdere recenti nuper adstrictos. Mongomerius autem elapsus Rupellæ in arce maritima receptus, diu cum confœderatis belli impetum pro religione sustinuit. Henricus Navarræus sponsus & Henricus Condæus salutem supplices impetrarunt, & sub custodia aliqvamdiu detenti, puriorem religionem ejurarunt. Moriens Carolus IX. in matris Catharinæ, feminæ turbulentissimi ingenii, manum resignavit regnum, anno ætatis XXIV. defunctus. Ingenium ejus videatur apud Thuanum libro LVII.

1574. XXVIII. HENRICUS III. Fr. ultimus Valesiorum. Hunc Poloni regem elegerant: sed cum fratris mortem intellexisset, patrium regnum, qvod jure successionis ad ipsum devolutum erat, extraneo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

neo prætulit, & duobus domesticis Gallis comitatus, Polonis desertis, in Galliam redux, rex salutatus est. Pace reformatis data, cum Gvisii fratres ad novum fœdus, sacram Ligam appellatum, plures principes, etiam externos, invitassent, & Navarræum à legitima regni successione excludere conarentur, bellisq; & motibus variis contra Protestantes in Gallia occasionem darent, illis, Hispanica potentia subnixis, in penitiori regis cubiculo ab apparatoribus interfectis, tandem, cum meditaretur oppugnationem Lutetiæ, qvæ, excusso ejus imperio, Mænium proregem sibi constituerat, scelere Jacobi Clementis Dominicani monachi venenato cultro confossus, occubuit. 15

1589. XXVIII. HENRICUS IV. BORBONIUS, Antonii Borbonii, ducis Vendosinæ & Johannæ Albretanæ, unicæ heredis regni Navarræ filius, post cædem Henrici III. sororii rex proclamatus, statim Gvisianos fæderatos, duce Mænio, invenit hostes: qvi Cardinalem Borbonium, Carolum X. denominatum, in custodia hactenus detentum, verum esse regni successorem pronuntiarunt, & illo subseqvente anno defuncto, spem conseqvendi regni injecerunt Hispano, eumq; in societatem belli traxerunt, utq; Henricus fulmine papali feriretur, percurarunt. Sed ille, fugatis eorum ad Jurium & in Delphinatu copiis, acceptis ex Germania & Anglia subsidiis, Parisios, ubi fæderati de alio rege eligendo consultabant, gravi pressit obsidione, tandemq;, ut placeret, ejurata religione reformatorum, in sacra pontificis, acta nudis pedibus & sacco lineo superindutus pœnitentia, concessit, & anno seculi XCIV. coronatus, recuperatis plerisq; locis, qvæ fæderati tenebant, bellum in regem Hispaniæ, qvi Juliacensem ducatum ad se trahebat, & cui Gvisius fidem juraverat, transtulit: cumq; à sicario, qvi à Jesuitis immissus credebatur, Johanne Castellio, esset vulneratus, omnes societatis Jesu patres tota Gallia excedere jussit. Grave hinc inter reges bellum. Gallus movit in Burgundiam; Hispanus in Picardiam Ille Massiliam, Feram, Ambianum; Hic Caletum & Ardam cepit, donec post qvadriennale bellum pax Cameraci coiret. Qvia autem regni statum perpetuis de religione bellis turbari non ignorabat, religionis usum cuivis jussit esse liberum. Sabaudiæ duci deinde, propter marchionatum Salusianum

anum bellum intulit, qvod brevi tamen certis conditionibus compositum est. Bironium Marescallum ob conspirationem contra se ad capitis pœnam damnavit, & tandem à sicario Francisco Ravaillasio, qvi neminé sceleris conscium variis qvæstion bus subjectus, nominavit, per urbem rheda vectus, in ventre ictus cultro expiravit. Priorem uxorem, Margaretam Valesiam, ob sterilitatem & discors conjugium, consangvinitatis impedimento invalidum, dimisit, &, ducta Maria Catharina Medicæa, ex illa, præter Ludovicum XIII. in regno successorem, atq; Gastonem Joh. Baptistam, ducem Aurelianensem & Carnutensem, suscepit tres filias, Elisabetham Philippo IV. regi Hispanorum; Christianam Victori Amadæo Sabaudo, & Henriettam Mariam Carolo regi Britannorum tandem à subditis decollato nuptas. Plures etiam habuit liberos naturales, ut ex Gabrielide Estræa, ducissa de Beaufort, Cæsarem ducem Vandomeum, Alexandrum Magnum Franciæ Priorem, & Catharinam Henriettam Carolo Lotharingo, duci Ellebovii, nuptam, matrem plurium liberorum, qvorum primogenitus est comes de Harcourt; ex Henrietta de Balsas, marchionissa de Vernueil, Henricum de Bourbon episcopum Metensem & Gabrieliden Bernhardo de la Valette tertiogenito ducis Espernonii elocatam; ex Jacoba de Bueil, comitissa de Moret, Antoniam de Bourbon, comitem de Moret; tandem Johannam & Mariam Henriettam de Bourbon ex Carlotta de Essars, domina de Ranurantin. Dicitur centies qvadragies prælia subiisse: ipsum illis trecies qvinqvies interfuisse, trecentas obsidiones instituisse. 21

1610. XXIX. LUDOVICUS XIII. F. rex magnæ virtutis, majoris inter varia damna fortunæ, anno ætatis IX. sub tutela matris & procerum regnum adiit: Annam Mariam Hispanicam invitis proceribus, volente ita matre, duxit: Jesuitas, antea ut pacis turbatores & regum hostes proscriptos, recepit: inter multas matris & fratris Gastonis, ducis Aurelianensis, injurias, qvibus tamen non semel ignovit, domestica inter suos bella prudenter & feliciter compescuit: Vallem Tellinam, cujus angustias Hispanus occupaverat, recuperavit: civitates, qvas Reformati seu Evangelici ab aliis Galliæ regibus securitatis causa obtinuerant, promissa illis religi-

onis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

onis libertate, ſuæ permitti poteſtati voluit: cumq; id negaretur, eas invito Anglo, fruſtra reluctantibus Rohanio & Subiſio fratribus, partim vi, partim deditione cepit, interq; illas ipſam Rupellam iterata obſidione ad extrema adactam. Retractis ita ad obſeqvium reformatis, ſeverum edictum de duellis coercendis edidit, & ut antea marchionem Ancræum cum uxore tolli curaverat, qvi nimia ſibi potentia ſtabilita videbatur reliqvos proceres nimis ſuppreſſurus, & Galliam inteſtinis tumultibus distractam Hiſpano traditurus, ita jam Carolum Albertum, ducem Luvignium, humili loco natum, qvem ipſe & pater ejus ad invidendam potentiam evexerat, cum nonnullis aliis è medio ſuſtulit, poſtqvam conſpirationes multorum magnatum de ſe exautorando & in monaſterium ablegando, aut certe arctioribus limitibus circumſcribendo intellexerat. Inter conſcios Aurelianenſis qvoq; regis frater Gaſto dicitur fuiſſe. Ille tamen noxa exemtus eſt: ſed qvia poſtea ſperatas illi nuptias rex negabat, ſeceſſit cum indignatione in Lotharingiam. Blandis qvidem regis invitationibus illinc redux in Galliam fuit, ſed cum tam ipſe, qvam mater regina, & imprimis fratres Mariliaci, qvorum alter fuit cuſtos ſigillorum, alter Mareſchallus, ægre ferrent, regem omnia ex conſilio Johannis Armandi de Pleſſis, Cardinalis Richelii ſeu Ricolotii, agere, turbæ nunqvam deſiere. Qvæ ut conſopirentur, Mariliaci, qvi exitio Cardinalis voluerunt clareſcere, ſunt cuſtodiæ mancipati, alter ex illis poſtea, nempe Mareſcallus, capite truncatus. Sed Aurelianenſis denuo ex aula iratum plenus ſeceſſit, & Aureliis videbatur totam Galliam commovere: cumq; mater exacerbata ejus conſilia probaret, indigna judicata eſt, qvæ diutius aulæ intereſſet & remp. turbaret. Præſidium igitur regium illi Compendii additum: &, qvicunq; factiones alebant, aut comprehenſi aut domum abire juſſi. Regina, cum ſe regni limites non exituram ſpopondiſſet, & jam præſidia eſſent remota, profugit in Belgium, & Bruxellis à Gubernatore ſplendide excepta, miſit, qvi Cardinalem accuſarent invidioſæ potentiæ & opulentiæ, nimiorumq; onerum, qvæ populo impoſuiſſet. Idem fecit Aurelianenſis. Sed Cardinalis defendendi curam rex ipſe in ſe ſuſcepit, eumq; ducis & pari titulo ornavit, impetuq; facto in Lotharin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

gum, qvi partes Aurelianenses fovebat, intra paucos dies illum eo adegit, ut, præsidiis Gallicis in nonnullis arcibus receptis, exauctorato milite ab hostibus abstineret. Interea Aurelianensis Bruxellas & ipse abiit, collectoq; exercitu armatus venit in Lotharingiam. Cum dux nollet se pro eo regi opponere, transiit in Burgundiam, seq; copiis Momorantii, qvi & ipse in exitium Cardinalis conspirarat, junxit. Sed cum aciei res committeretur ad castellum Auderianum, Momorantius clade accepta vivus in manus regis pervenit, & postea, etsi princeps regii sangvinis, capite est truncatus; Aurelianus per transactionem in gratiam receptus: qvi tamen paulo post, elusis custodiis, denuo in Belgium fugit per Lotharingiam, &, ducta Margareta Lotharingica, qvæ ad eum vestimentis induta virilibus in Belgium postea pervenit, nova in Lotharingum regis odia concitavit, ut omni eum jure fiduciario, qvod à regno Galliæ possidet, abdicatum novo bello proseqveretur, Nancejoq; metropoli & tota pene Lotharingia occupata, omnia ad arbitrium suum revocaret. Tandem Aurelianensis regressus in Galliam, voluntati regis se permisit. Et ab hoc tempore totis viribus incumbebatur bello Germanico: ad qvod felicius gerendum rex fædus cum Svecis & aliqvot principibus Germaniæ pepigit: utq; antea patrocinium archiepiscopi Treverensis susceperat, eumq; obsessa & capta Treveri restituerat, ita jam, cum Svecis, ad Nordlingam clade afflictis, opem promisisset, Philippiburgum, illorum opera antea captum, sibi tradi curavit. Hoc tamen munimentum ipsi paulo post per insidias eripiebatur. Treveris etiam ab Hispanis subito invadebatur, & archiepiscopus raptabatur captivus. Ideoq; jam tandem bellum adversus Cæsarem & Austriacos decretum est, factaq; simul in Artesiam irruptione, & claustris Alpium occupatis, classe etiam in utrumq; mare educta, egregii ubiq; progressus facti. Econtra classis Hispanica, sub Sancrucio è Neapoli adducta, in insulis Marsiliæ vicinis præsidia disposuit, agrosq; vastavit Narbonenses: & undiqvaq; hinc è Belgio; illinc è montibus Pyreneis in Galliam numerosi expediebantur exercitus, qvi ad ipsa pene Parisiorum mœnia terrorem pertulerunt, multaq; in Picardia & Campania loca in prædam habuerunt. Præerant illis Piccolomineus, Verdanus, Lotharingus, Gallasius.
Econ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Econtra Gallus diversos exercitus sub Bernhardo Vinariensi in Germania; Marescallo Castilionio in Belgio; Longevillano in Burgundia, & Cardinali Valetano in Hannonia & Artesia eduxit. Variis ubiq; arcium & oppidorum obsidionibus, expugnationibus, defensionibus tractum est bellum: subinde etiam atrocius pugnatum: insulæ in mari binæ, nempe S. Margaretæ & S. Honorati, nuper à Galliis per transactionem divulsæ, classe sub Harcurtio educta, Hispanis ademtæ. Ægre imprimis tulere Hispani occupationem Brisaci in Brisgoia, præsertim cum & in Italiam Galli arma transferrent, magnaq; Pedemontii parte & ipso Taurino per Harcurtium recuperato, Casalium obsidione liberarent. Eodem tempore Atrebatum Gallis deditum est. Ludovicus qvidem Borbonius, regii sangvinis princeps, nimia Cardinalis Richelii potentia offensus, ex aula discesserat, inq; factionem Gvisium & Bullionæum pellexerat, & se Hispanorum manu per Lambojum adducta armaverat: Castilionium etiam ad Sedanum profligaverat: sed illo postea in acie cæso, reliqvi veniam à rege impetrarunt. Hinc Ariena in Artesia diuturna fatigabatur obsidione, & tandem capiebatur. Anteqvā tamen commeatu muniretur, recepta est à Francisco de Mela. Inde in Catalaunia haud procul Barcinone cæsis copiis Hispanicis, Colibra est expugnata; Perpinianum etiam cum Salsulis captum. Sed in Belgio Bassæam Franciscus de Mela eripuit Gallis, & Gvisius in Picardia prope Casteletum in acie occubuit. Tandem rex, cum paulo ante mater ejus Bruxellis, & Cardinalis Richelius, præcipuus inter magnates, diem obiissent, decessit & ipse, relicto qvinq; annorum filio sub tutela matris reginæ & patrui, ducis Aurelianensis. 33

1643. XXXIV. LUDOVICUS XIV. F. è matrimonio per xx. annos sterili natus, sub tutela matris & patrui octennium transegit. Vix patre ejus defuncto, dux Angvinius, Ludovicus Borbonius, Franciscum de Mela ad Rocrojam, qvæ ab illo obsidebatur, fudit, inq; agrum Lucelburgensem progressus, Theonis villam expugnavit: cumq; cladem passi essent Ranzovius ad Dutlingiam & Thurenius ad Marjenthalium; Friburgum etiam se Bavaro dedidisset: Philippiburgum, Wormatiam, Spiram, Bingium, Crucenacum, Moguntiam occupavit, victoriaq; ad Nordlingam recuperata, in

soci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſocietate Svecorum, Bavarum illuc adegit, ut inducias faceret. Hinc Heilbronna Gallis ceſſa; Briſacum & Philippiburgum per pacem Oſnabrugenſem illis relicta. In Flandria Hiſpanis ſunt extorta Grevelinga & Mardicum per Aurelianenſem; Dunkerka per Angvinium; Baſſæa per Gaſſionum, & Dexmuda per Ranzovium. In Catalaunia per Schaumbergium capta eſt Tortoſa; Lerida contra, & tandem ipſa Barcinonis urbs, amiſſa. Novo etiam Portugalliæ regi auxilia ſubmiſſa, qvi jugum Caſtellanorum abjecerat. In Italia qvoqꝫ diverſa fortuna res actæ, ut alibi dictum. Nihil gravius regno accidit hoc tempore, qvam motus inteſtini. Cum enim conſilia matris reginæ & Julii Mazarini Cardinalis non probarentur Parlamentis, populusqꝫ ſublevationem tributorum poſceret, & duo fratres Condæi captivi detinerentur, omnes, qvi à matre & Cardinale pendebant, ad S. Germanum, Pariſiis relictis, ſe receperunt. Imminente tamen è Belgio archiduce, pax qvidem coaluit, ſed principes è cuſtodia dimiſſi, non prius, qvam Cardinalis è regno decederet, qvievere. Qvamprimum autem rex jam majorennis clavum regni anno ſeculi LI. corriperet, & ſententia pro Mazarino dicta, in Condæos principes, antea in cuſtodia detentos, videretur graviora meditari, illi ſe in tutiora recepere, & fidem Hiſpanis addixere. Mazarinus autem biennio poſt rediit Pariſios, & Gallia adhuc cruentis diſtinetur motibus.

VI. *Subinde Burgundiæ regum & ducum meminiſſe te memini. Illorum igitur hiſtoriam, qvia in Gallia verſamur, recenſeri pervelim.*

Burgundiæ reges qvod attinet, ſciendum eſt, Burgundos fuiſſe olim partem Vandalorum, inqꝫ confinio Mechlenburgenſium & Pomeranorum ſedes habuiſſe, & in communi illa gentium migratione novas ſedes ſibi qvæſiviſſe. Alii putant Gothorum, qvi ad Iſtrum habitarunt, ſocios fuiſſe, & ab illis pulſos, ad Alemannos ſe recepiſſe. Id certum eſt, fruſtra renitente Aetio, maximam illos & Heduorum & Seqvanorum partem occupaſſe, finesqꝫ novi regni longe lateqꝫ per utramqꝫ Burgundiam, Lugdunenſem agrum, Delphinatum, Sabaudiam & Provinciam prolataſſe, idqꝫ ſub rege primo GUNDIOCHO, Marcomiri V. regis Francorum ex filia Bleſinda, Athanarico Gothorum regi nupta, nepote, qvem per [illegible]. annos ab anno Chriſti CCCCXIV. regno præfuiſſe dicunt. Qvatuor hic Gundiochus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

cenus reliqvit filios: qvorum duo GUNDEBALDUS & GUNDEGISILUS parricidali scelere in duos reliqvos CHILPERICUM & GOTHOMARUM arma verterunt, ipsosq; trucidarunt. Sed Chilperici ex Clothildi gener Clodovæus magnus, rex Galliarum, illud facinus ulturus, Gundebaldum bello aggressus, victum illum diu detinuit captivum, certisq; conditionibus tandem dimisit liberum. Ille scelus scelere cumulans, superstitem fratrem funeribus reliqvorum addidit comitem, & anno Iↄiv. defunctus, SIGISMUNDUM reliqvit successorem: qvi, etsi ob filii Sugerii cædem infamis factus, & à Clothildis & Clodovæi magni filio Clodomiro, Aurelianorum rege, prælio victus, inq; puteum præcipitatus est, attamen, qvia cœnobium aliqvod extruxit, inter divos à monachis referri cœpit. Huic frater GUNDEMARUS anno Iↄxx. successit: sed à Francis fratribus, Clodovæi filiis, omni regno exutus, in exilio post sexennium periit. Inde Burgundia jam regibus Gallorum; jam eorum filiis ac fratribus paruit, donec RUDOLPHUS comes, regiæ familiæ, post Caroli Crassi imperatoris depositionem, regnum Burgundiæ denuo sibi vendicaret, & armis adversus imperatores defenderet. Illud propter Arelaten, sedem regiam in Narbonensi provincia, ARELATENSE vocare cœperunt, sibiq; hac serie successerunt.

REGES BURGUNDIÆ RECENTIORES.

A. C. *A. R.*

888. I. RUDOLPHUS, Conradi comitis F. Hugonis Abbatis N. frustra ab Arnolpho imp. oppugnatus. 23

911. II. RUDOLPHUS II. F. missa Henrico Aucupi imperatori lancea, qva Christi latus confossum est, qvandam Svevici ducatus portionem recepit, & adversus Berengarium in Italia copias eduxit, ibiq; titulum regis Italiæ usurpavit. 25

936. III. CONRADUS F. Ottonis I. socius in Gallica expeditione, episcopatum Genevensem & Lausanensem fundavit. 54

990. IV. RUDOLPHUS IGNAVUS F. ἄπαις, moriturus Conradum II. ducem Franconiæ, postea imperatorem, suum ex Gisela agnata affinem, ejusq; filium Henricum III. heredem regni anno cIↄxxxi. constituit, ut dictum lib. II. sect. V. qv. VII. 42

Circa illa tempora, qvibus Burgundiæ regem se dixit Rudolphus, dux in Burgundia inferiore primus est constitutus RICHARDUS comes, ab Odone rege Galliarum, ob egregiam in bellis præstitam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

operam, hanc dignitatem conſecutus: cujus filius, alter dux Burgundiæ, RUDOLPHUS, in regnum Franciæ anno Iↄccccxxvii. evectus, ducatum fratri HUGONI NIGRO conceſſit. Illum ODO ſive frater, ſive filius; & Odonem HENRICUS ſecutus eſt qvi, nullis heredibus relictis, ducatum transmiſit ad RUPERTUM, ſecundum ex Capetingis Galliæ regem. Hujus duo filii, HENRICUS & RUPERTUS, armis de paterna hereditate tamdiu decertarunt, donec illi regnum; huic ducatus Burgundiæ cederetur. Poſt qvæ tempora Burgundia diſtingvi cœpit in INFERIOREM, ſub duce à regibus Galliæ dependentem: & in SUPERIOREM, qvæ etiam dicitur Veſontina, & beneficio imperatorum comitibus Burgundiæ conceſſa eſt. Cæterum Ruperti poſteritas Burgundiam usq; ad PHILIPPUM, Endonis filium, tenuit: qvo ſine heredibus defuncto, illa denuo ad regem Galliæ JOHANNEM VALESIUM transmiſſa eſt. Hic, comitatu Burgundiæ cum Atrebato Margaretæ Philippi V. filiæ relicto, filio ſuo PHILIPPO VALESIO AUDACI ducatum Burgundiæ conceſſit: cujus poſteritas hæc eſt:

Johannes Valeſius, rex Galliæ, Philippi VI. filius, dux Burgundiæ.

Philippus audax. — *Carolus V. rex Galliæ.*

Johannes intrepidus. — *Antonius.* — *Philippus.*

Antonius: *Johannes.* — *Philippus.*

Johannes intrepidus:
Philippus bonus.
Carolus audax.
Maria uxor Maximiliani I.
Philippus rex Hiſp.
Carolus V. &c.

Philippus audax ſeu fortis, ducta, ut diximus, in uxorem Margareta, Philippi filia, unica herede Flandriæ & Brabantiæ, filio ANTONIO Brabantiam; JOHANNI INTREPIDO Divionenſi Burgundiam reliqvit. Antonius una cum fratre PHILIPPO in prælio Azincurtio à Gallis peremtus eſt. Filii ejus, JOHANNES & PHILIPPUS, juvenes diem ſine liberis obierunt. Johannes intrepidus, cum adminiſtrationem regni Galliæ eo tempore, qvo Carolus VI. propter alienationem mentis ineptus erat ad res gerendas, ſibi depoſceret; regis autem frater Ludovicus, dux Aurelianus, principatum ſibi depoſceret, ſubmiſſis ſicariis peremit Lutetiæ de nocte Ludovicum. Poſt aliqvot annos regis filius, poſtea rex, nomine Carolus VII,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

lus VII. per speciem colloqvii evocatum Johannem viciſſim trucidari curavit. Hujus Johannis filius, patris necem ulturus, fœdere cum Anglis facto, xxxi. annis continuis Galliam afflixit. Is eſt PHILIPPUS BONUS, conditor imperii Belgici: cujus filius CAROLUS AUDAX, cum, unica filia MARIA relicta, ab Helvetiis anno cIↃcccclxxvii. cæſus eſſet, illa qvidem ad maritum Maximilianum imperatorem, filiumq; Philippum, & nepotem Carolum V. ejusq; nepotes, provincias Belgicas, & comitatum Burgundiæ tranſtulit: ſed Ludovicus XI. Burgundiæ ducatum ſub jura Gallici imperii revocavit.

VII. *Ex Burgundia Lotharingiam ingrediamur, & qvo, qvorumve regimine adminiſtrata illa fuerit, conſideremus.*

Lotharingia, alias Loraine, antea ſub nomine Auſtraſiæ comprehendebatur. Caput ejus fuit Divodurum Mediomatricum, qvod vulgo Metz vocatur, & ſuperiori ſeculo à rege Galliæ imperio ſubtractum eſt. Comprehendit præter Lotharingiam, qvæ hodie ita vocatur, Lucemburgum, Namurcenſes, Treveros & plures Alſatiæ & Helvetiæ oppidos. Nomen autem Lotharingiæ datum eſt à LOTHARIO I. imperatore, ut alibi diximus. Illo anno IↃcccLV. defuncto, ut aliis ejus filiis alia regna obtigerunt, ita LOTHARIUS II. Lotharingiæ rex factus eſt. Sed poſt xiv. annos in expeditione Italica morbo correptus expiravit. Filiis nepotibusq; ejus, in Italia regnum qværentibus, Ludovicus II. imperator Lotharingiam, ducatus nomine, REGINALDO comiti Arduennæ anno IↃcccLX. condonavit. Hunc dicunt LVI. annis; & ejus filium GISELBERTUM, Henrici aucupis generum, annis xxvi. præfuiſſe. Filio Giſelberti HENRICO ab Ottone I. imperatore excluſo, CONRADO SAPIENTI duci Franconiæ, genero Ottonis I. &, poſt eum in prælio contra Hungaros IↃccccLVI. peremtum, CAROLO Ludovici transmarini regis Galliarum filio, ejusq; filio OTTONI, imperatorum beneficio Lotharingia parta eſt. Poſt Ottonem anno cIↃiv. GOTHOFREDUS BARBATUS, nepos Ricuini, fratris Giſeberti, ex Moſellano & Arduennæ comite, tempore Henrici II imperatoris, dux Lotharingiæ factus eſt. Nos, qvi ex Reginaldi poſteris Lotharingiam tenuerint, una ſerie explicabimus. Si interim, qvod jus ſibi Galli in Lotharingiam vendicant, qvis cupit dignoſcere, Thuanum legat libro xi.

LOTHARINGIAE DUCES.

A. C. *A. R.*

860. I. REGINALDUS, Reinerius etiam dictus, comes Arduennæ & Moſel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Mosellani, filius Sadigeri, qvi ad S. Arnulphum, & inde ad Pharamundum, regem Galliarum primum, stemma retulit, a Ludovico II. imp. dux Lotharingiæ primus factus. 56

916. II GISELBERTUS, F. à Carolo simplice rege Galliæ pulsus: à socero Henrico Aucupe restitutus: ob rebellionem deinde ab Ottone I. affine victus: in fuga peremtus. 26

942. III. HENRICUS, F. cum Otto I. Lotharingiam Henrico rixoso duci Bavariæ concessisset, puer adhuc, injuriis aliorum succubuit, annosq; pubertatis nondum ingressus obiit. 15

955. Hinc fluctuavit Lotharingia sub HENRICO rixoso Bavariæ duce; CONRADO SAPIENTE, duce Franconiæ; CAROLO & OTTONE, Ludovici IV. regis Galliæ filio atq; nepote. 49

1004. IV. GOTHOFREDUS BARBATUS II. Reginaldi ex filio Ricuino pronepos, Gothofredi barbati I. comitis Arduennæ filius, à Frisiis captus & per biennium detentus. 21

1025. V. GOZELO, F. fidelis comes Conradi II. 19

1044. VI. GOTHOFREDUS FORTIS III F. frater Stephani IX. Papæ, Henricum III. & IV. imperatores diu habuit adversarios. 26

1070. VII. GOTHOFREDUS GIBBOSUS, seu STRUMA, felices expeditiones in Frisiam & Hollandiam suscepit, tandem Antverpiæ occisus. Mathildem prædivitem feminam habuit uxorem 5

1075. IIX. ITTA, soror Gothofredi gibbosi, cum marito Eustachio, Bulloniensi comite. Ex hoc conjugio tres filii, Gothofredus Bulloniensis & Balduinus, primi reges Hierosolymitani, & Gvilielmus comes Bulloniensis, stirps modernorum ducum Lotharingiæ, prognati sunt. 10

1085. IX. GOTHOFREDUS BULLONIENSIS, F pro Henrico IV. in Italia bella gessit, utq; expeditionem sacram commodius susciperet, comitatu patrio Bulloniensi, episcopo Leodiensi vendito, & Lotharingia oppignorata, rex tandem Hierosolymitanus factus, in qvo illi successit frater Balduinus. Hic Gothofredus ad Damascum tres alites volitantes una sagitta transfixerat. Hinc iis adhuc Lotharingiæ duces in insignibus utuntur. 25

1110. X. HENRICUS, comes Limburgensis, Gothofredo & Lotharingiæ ducibus ad bellum sacrum profectis, Lotharingiam initio nomine præfecti administraverat: iis vero mortuis, illam sibi,

frustra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

frustra reluctante Henrico V. imperatore, asseruit. Ejus filius Henricus, comes Limburgensis, Salmensis & Lotharingiæ, rebus in Lusitania præclare adversus Mauros gestis, ducatum Lotharingiæ obtinuit, & diuturna bella cum Henrico V. imperatore gessit, generq; Alphonsi VI. Castiliæ regis factus, reges Portugalliæ ex se procreavit. 5

1115. THEODORICUS VIOLENTUS, comes Jonvellæ, Gothofredi Bullonienfis ex fratre Gvilielmo nepos. 13

1128. XII. SIMON CRASSUS, F. bellator egregius, pro Innocentio III. contra Rogerium Siculum militavit. 13

1141. XIII. MATTHÆUS I. F. Franciæ princeps magnanimus. 35

1176. XIV. SIMON II. SIMPLEX, F. ob latrocinia sublata pater patriæ dictus. 31

1207. XV. FRIDERICUS I. OPULENTUS Fr. bella cum archiepiscopo Treverensi gessit, à qvo cum filio captus est. 6

1213. XVI. THEOBALDUS PULCER F. pro Ottone IV. contra Fridericum II. stetit, in complexu venereo cum meretrice veneno infecta mortuus. 6

1219. XVII. MATTHÆUS II. Fr. cum imperatore Friderico II. in expeditione sacra militavit. 40

1259. XIIX. FRIDERICUS II. CALVUS, F. Ludovicum IX. regem Galliæ in Asiam secutus est. 34

1303. XIX. THEOBALDUS, aliis THEODORICUS II. LIBERALIS F. Philippo pulcro, regi Galliæ, militavit. 8

1311. XX. FRIDERICUS III. ATHLETA, F. Henrico VII. in Italia militavit. 18

1329. XXI. RUDOLPHUS, F. Philippo Valesio regi Galliæ militavit, ad Cresciacum occisus. 17

1346. XXII. JOHANNES I. F. Ludovicum Andegavensem, qvi regnum Neapolitanum occupaturus erat, secutus, Lutetiæ veneno periit. Reliqvit duos filios, Carolum Audacem, & Fridericum. Illi ducatum Validi seu Vadani montis reliqvit: ex hoc descendit Fridericus ferreus. 36

1382. XXIII. CAROLUS AUDAX & BELLATOR, F. sine masculo herede decessit. 48

1430. XXIV. JOHANNES II. Caroli ex filia Isabella, herede ducatus, & Re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

& Renato, Ludovici Andegavensis filio, qvem Johanna II. in regnum Siciliæ & Neapolis adopravit, nepos: qvi, occupaturus regnum Neapolitanum, ingenti prælio victus est.

1470. XXV. NICOLAUS, F. juvenis sine liberis defunctus. 40

1473. XXVI. FRIDERICUS FERREUS, Gvisiæ & Vadani montis comes, Johannis I. ex Friderico pronepos, Antonii filius, gener Renati Siciliæ regis & Isabellæ, Caroli audacis filiæ, qvorum unicam filiam Jolantam duxerat. In hujus honorem Metenses ludos Vademontanos instituerunt. 3

1483. XXVII. RENATUS F. rex Siciliæ & Neapolis, à Carolo audace Burgundiæ duce pulsus; Helvetiorum auxiliis, post cæsum Carolum ad Naucejum, restitutus. Plures ex Philippa Geldra reliqvit liberos: qvorum unus Antonius patri successit in ducatu; alter Claudius, Gvisiæ come, in Gallia larem fixit, heros eximius, qvi, ducta in matrimonium Antonia Borbonia, Navarræi & Condæi amita, præfectus Campaniæ & Briæ à Francisco II. est constitutus: pater Francisci, in obsidione Rupellana cæsi, & Caroli Cardinalis. Franciscus ille, militiæ Gallicæ diu imperator strenuus, dux Gvisiæ primus ab Henrico II renunciatus, præcipuus civilium bellorum in Gallia autor, in obsidione Aurelianensi tribus sclopeti globulis trajectus est; pater Henrici & Ludovici, qvi jussu Henrici III. regis Galliarum Blæsis trucidati sunt: qvam necem frater eorum Carolus gravi bello ultus est. 10

1508. XXIIX. ANTONIUS F. rusticos in Alsatia tumultuantes repressit: Ludovico XII. contra Venetos; & Francisco I. contra Helvetios militavit: pacem inter Carolum V. imperatorem & eundem Franciscum I. conciliavit: duos filios reliqvit, Franciscum Lotharingiæ; & Nicolaum Mercurii ducem. 25

1544. XXIX. FRANCISCUS F qvo intra annum apoplexia extincto, cum Henricus II. rex Galliarum gubernationem Lotharingiæ ejus fratri Nicolao committeret, vidua Francisci Christina, regis Daniæ filia, cui præter filias natus erat filiolus Carolus, se opposuit. Cum filiabus igitur pulsa est. Carolum autem rex secum in Galliam duxit, eiqꝫ postea filiam Claudiam despondit. 34

1545. XXX. CAROLUS F gener Henrici II regis Gall. 1

1575. XXXI. HENRICUS F. relictis duabus filiabus obiit. 30

49

1624.

1624. XXXIV. XXXV. CAROLUS, Henrici ex fratre Francisco duce Vademontii nepos, & ex filia ejus Nicolaa gener, toti præfuit Lotharingiæ, belliq; periculosam aleam subiit, in regis Galliarum, cui se antea opposuerat, partem vi tractus, ipsam Lotharingiæ metropolin Nancejum præsidiis externis muniendam prostituit: tandemq; cum ex turbis se explicare non posset, NICOLAO FRANCISCO fratri Cardinali omnem ducatum anno seculi XXXIV. per donationem inter vivos cessit. Cum tamen nec sic qvieta redderetur Lotharingia, qvæ, qvia Hispanis & Austriacis operam dederat, pene tota à Gallis præripiebatur, offensarum abolitionem precibus obtinuit, & in beneficium, præstito homagio, è manu regis accepit ducatum Lotharingiæ & Barri. Rex vero in perpetuum univit regno Galliæ comitatum Claremontii, ut & Jamefium & Stenæam præfecturas, atq; urbem Dunum: duranteq; bello Nancejum ratione depositi retinuit. Genealogia ducum Lotharingiæ & Gvisiæ ex schemate subjecto patet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

STIRPS DUCUM LOTHARINGIAE & GVISIAE.

Johannes I. dux Lotharingiæ, filius Rudolphi, ob 1382.

Carolus audax, dux Lotharing. gener Ruperti III. Imp. ob. 1430.

Isabella, uxor Renati, ducis Andegav. regis Siciliæ.

Johannes II. dux Loth. — *Jolanta, ux. Friderici ferrei.*

Nicolaus, dux Loth. cui successit anno 1473. Fridericus ferreus.

Fridericus comes Gvisiæ.

Antonius, comes Gvis.

Fridericus ferreus, dux Loth. cujus uxor Jolanta, Lotharing. Isabellæ filia.

Renatus, dux Loth. Rex Sic. & Neap.

Antonius, dux Lothar. — *Johannes Cardinalis.* — *Claudius, comes Gvis. Dominus Aumaliæ & Jonvillæ, ob. 1550*

Franciscus, dux Lothar.

Carolus, dux Lothar. gener. Henrici II. reg. Gall. — *Christina, uxor Ferdin. Floret.*

Henricus, dux Loth.
- *Nicolaa, nupsit Carolo, comiti Vademontio, heres Lotharingiæ, quam in dotem marito attulit.*
- *Claudia, ux. Nicol. Francisci, ducis Loth.*

Franciscus, dux Vademontius.
- *Carolus, dux Lothar. cujus uxor Nicolaa.*
- *Nicol. Franciscus, dux Lothar. antea Cardinalis, cujus uxor Claudia.*

Nicolaus, comes Vadem. dux Merc.
- *Carolus Cardinalis.*
- *Philippus.*

Franciscus, dux I. Gvis. sclopeto necatus 1563. — *Carolus & Ludovicus Cardinales.* — *Claudius, dux Aumaliæ.* — *Renatus, marchio Albefi.*

Henricus cæsus Blæsis jussu Henrici III. 1588.
- *Carolus Henrico IV. reconciliatus.*
  - *Carolus Ludovicus.*
  - *Henricus.*
  - *Franciscus.*

Ludovicus Cardin. cæsus jussu Henrici III.

Carolus Henrico IV. reconciliatus, dux Ligæ pontificiæ.
- *Henricus.*
- *Car. Emanuel.*
- *Catharina nupta Carolo Gonzagæ duci Nivern.*
  - *Ferdinandus.*
  - *Carolus.*
  - *Franciscus.*

Carolus. — *Carolus.*

Claudius. — *Henricus.*

Non

Non exiguam in Lotharingia partem occupavere DUCES CROJANI seu Croviaci, ex antiqvissimo regum Hungariæ stemmate prognati. Andrea enim, filius Andreæ II. regis, nepos Belæ III in fratris natu majoris Belæ IV. ejusq; posterorum gratiam, regno paterno cedens, Venetias sese contulit, & ex Sibylla, Petri Cumæi senatoris opulentissimi filia, Marcum Ungarum progenuit: qvi castra Philippi III. regis Galliarum secutus, unicam filiam & heredem Baronis Araini & Croviaci duxit. Posteri ejus omnes longa serie numerantur, Gvilielmus: Johannes: Antonius: Jacobus: Gvilielmus: Johannes, vir apud Carolum VI. regem Galliæ, & Philippum Audacem, ut & Johannem Intrepidum, Burgundiæ duces, summæ autoritatis, qvorum nomine Picardiam gubernavit: Antonius, ditionis Luzelburgensis rector, cui uxor Margareta in dotem attulit Arschotum & Birbecam Brabantiæ oppida: Philippus comes Porcianus, Protestantium doctrinam amplexus Thuan lib. XLI. Henricus: Philippus dux primus Arschottanus creatus. Hujus filius Carolus Philippus à Philippo rege Hispaniarum Haurechi Marchio factus, ex uxore Diana Dompmartina Ludovici de Dompmartin, baronis de Fontena & Vinstingen filia, progenuit Ernestum, patrem Ernesti Bogislai, ex matre Pomeranica Anna nati, episcopi Camminensis designati.

VIII. Suntne alii duces & principes in regno Galliæ, qvorum series & res gestæ sine detrimento cognitionis historicæ omitti neqveunt?

Supra dixi, Pares Franciæ XII. esse à Carolo M. institutos, qvi summis rerum disceptationibus adhibiti, parem inter se dignitatem à regia proximam haberent. Horum fuere sex pontifices, & totidem proceres seculares, Burgundus, Normannus, Aqvitanus, duces; Campanus, Tolosanus, Flandrus, comites. Verum postqvam horum principum familiæ maximam partem defecere, alii paulatim constituti sunt, qvi in publicis regni solemnitatibus & consessibus ordinis prærogativam, numero minime definito servant, titulis illis honorificis pro regum arbitrio attributis. Thuan. libr. XXVII. Soli regum consangvinei nunc temporis inter principes referuntur: qvorum superioribus temporibus plures esse solebant, Aurelianensis domus, Angulensis, Andegavensis, Burgundia, Alansonia, Borbonia: sed domus Borbonia, qvæ olim erat ultima, bono suo fato una restat, & in summam crevit amplitudinem, regni facta particeps: idq; in proxima transactione Monasteriensi obtinuit, ut pax Galliæ cũ imperio Germanico denuo coalesceret: & lites simul inter Sabaudum & Mantuanum ratione Montisferrati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſopirentur. Vigore hujus transactionis imperio ſunt ſua reſtituta; electori Treverenſi Ehrenbreitſtein & Hammerſtein; Auſtriacis qvatuor civitates ſilveſtres, comitatus Hawenſtein, Silva nigra, Brisgoia & Ortnovia. Econtra regi irrevocabiliter ſunt addicti epiſcopatus Metenſis, Tullenſis & Verodunenſis, jam olim occupati: & prætereà jus directi dominii illi ceſſum in Piniærolū, Briſacum, Landgraviatum Alſatiæ & Sundgoviam, jusq; præſidiorum ſine proprietate in caſtro Philippiburgo: ita tamen, ut pro partium ceſſarum compenſatione ſolveret archiduci Ferdinando Carolo tres librarum Turonenſium milliones. Sed nunc tandem, poſtqvam in Gallia ſatis diu ſumus commorati, progrediemur in Hiſpaniam.

LIBRI TERTII
SECTIO III.
de regnis Hiſpaniæ.

I Ut ex Italia per alpes in Galliam; ita ex Gallia per montes Pyrenæos jam transeundum eſt in Hiſpaniam.

QVæ facies antiqviſſimæ Hiſpaniæ fuerit, tribus jam locis explicatum eſt, lib. I. ſect. I. qvæſt. III. & lib. I. ſect. III. qvæſt. III. & lib. II. ſect. II. qvæſt. XXIII. & XXIV. Tubalem enim, qvem Beroſius vocat Jubalem, diximus patrem eſſe Celtiberorum in Hiſpania: cui ordine ſucceſſerint Iberus: Jubelda: Brygus: Tagus: Betus: Deabus ſeu Chryſeus: Geryones ab Hercule Libyco interfecti: Hiſpalus: Heſperus & Atlas ſeu Italus: Sicanu: Siceleus: Luſus. Variis poſtea temporibus diximus varios populos in Hiſpaniam ingreſſos, novas paſſim colonias deduxiſſe, & regna varia condidiſſe; tandem Phœnices & Carthaginenſes de fertiliſſimæ regionis imperio decertaſſe, & Carthaginenſibus univerſæ pene Hiſpaniæ dominium obtigiſſe. His Romani ejectis, ut provincias reliqvas, ſic Hiſpaniam per prætores adminiſtrarunt. Et qvanqvam Hiſpani libertatis ſtudio non ſemel animum ad arma converterunt, & Numantini imprimis res novas moliebantur, Viriatus etiam Luſitanus paſtor primum, deinde latronum dux, multos annos Romanas legiones fatigavit: victoribus tamen Romanorum armis omnia ceſſerunt: qvi qvamprimum cœperunt civilibus bellis in ſe deſævire, iis etiam Hiſpania implicata eſt. Sertorius Marianorum partibus addictus, Hiſpanorum animis, libertatem recuperaturis abuſus, tam pertinaciter potentiæ Romanæ cum Hiſpanis reſtitit, ut non niſi per Metellum & Pompejum M. coerceri poſſet, ſuperaturus nihilominus, niſi in convivio à conjura-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

juratis fuisset trucidatus. Post Sertorium Pompejani, viribus ex fuga collectis, Hispaniam insederunt: sed superati, victoribus eam restituerunt. Hinc illam per præsides gubernaverunt: & Augusti ductu, Cantabri hactenus invicti in potestatem sunt redacti, & universa Hispania facta stipendiaria. Tempore Honorii eam varii populi inter se dispertierunt, ut libro superiori, sectione I. qvæstione V. demonstravimus. Svevi Gallæciam occuparunt; Vandali Bæticam; Alani Lusitaniam. Carpetani & Celtiberi in Romanorum fide perstiterunt. Etsi autem initio pax à Romanis vi magis extorta, qvam voluntate illis populis data est, pedetentim tamen & adversus se & contra Romanos bella moverunt. Gothi tandem Hispaniam ingressi, qvod in historia Gothorum demonstravimus, Alanos everterunt, reliqvos Romanis, qvibus aliqvandiu sociabantur, subjecerunt; Vandalos in Africam removerunt. Et qvanqvam Svevi ex intervallo ad imperium universæ Hispaniæ aspirarunt, ut qvæstione XII. sectionis IV. libri . decimi . , Vestrogothi tamen eos desperato imperio deturbarunt, omnes Hispaniæ provincias sibi vendicarunt longa regum serie, qvam superiori libro descripsimus. Gothos anno DCCXVI. Saraceni, invitati à Juliano comite, mari ex Africa trajecto, aut extirparunt, aut in montes & silvas Asturum, Cantabrorum & Gallæciæ repulerunt: qvi tamen, autore Pelagio, in unum coeuntes, pedetentim urbibus & regionibus recuperatis, vel XIV. regna tandem constituerunt, Legionis, Gallæciæ, Portugalliæ, Algarbiæ, Andalusiæ, Granatæ, Murtiæ, Valentiæ, Arragoniæ, Cataloniæ, Navarræ, Castiliæ veteris & novæ seu regni Toletani, Balearium insularum. Ex his constat, recte dixisse Thuanum libro primo, Hispaniam externis ferme dominatibus aut paruisse aut militasse. Antiqvissimis autem temporibus Hispania in citeriorem à Pyrenæis montibus ad Iberum, & in inferiorem ab Ibero flumine ad fretum Herculeum; tempore Augusti in Bæticam, Lusitaniam & Tarraconensem provinciam seu citeriorem Hispaniam divisa fuit: qvarum illa comprehendit Granatam, Andalusiam seu Vandaliam & Bæturiam seu Extremaduram; ista regnum Portugalliæ; hæc reliqvas provincias omnes, in qvibus hodie recensentur Castilia, Navarra, Arragonia; olim fuere Celtiberi circa Numantiam; Vascones circa Pyrenæos montes, ubi hodie est Navarra; Varduli; Cantabri; Astures; Gallæci; Vaccæi, Carpetani circa Toletum & Complutum. Ex omnibus autem hisce regnis tria potissimum durabili titulo ad nostra fere tempora clara fuere, regnum Castiliarum, Portugalliæ & Arragoniæ. Sub Arragonia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

gonia comprehensa est Catalonia, Valentia & Baleares insulæ, & per matrimonium accrevit Castiliæ. Portugallia seu Lusitania complectitur ipse Algarbiam, & anno CIↃIↃLXXIIX. Sebastiano rege cæso, ad eandem Castiliam recidit, nisi qvod proximis annis reddita est propriis suis regibus. Castilia deniqꝫ provincias reliqvas comprehendit. Non autem rex Hispaniarum hæc saltem regna in Hispania suo imperio premit, sed & in mari mediterraneo ei parent Sardinia & Sicilia; in Italia regnum Neapolitanum & Mediolanensis ducatus; in Africa Septa & Tangerum oppidum, qvæ sunt veluti claves freti Gaditani, Madera item, Afores, Capitis viridis, S. Helenæ, S. Thomæ insulæ, & varii in utroqꝫ littore Africano portus, varia castra, varia oppida. Illic etiam fæderatos sibi & pene subjectos habet regem Congo & Angolæ. In Asia dominus est florentissimi emporii Ormuzii in sinu Persico, Dii arcis in Cambaja, Goæ, Malaccæ, aliarumqꝫ passim in India arcium, oppidorum, portuum, insularum. In novo orbe Portugalliæ nomine tenet Brasiliam, nomine Castellæ præter Cubam, Jamaicam, Hispaniolam & Philippinas insulas, partemqꝫ Floridæ, amplissima Hispaniæ novæ & Peruviæ regna. Et memorabile est, qvod in Hispania recensentur duces circiter XXIII. marchiones XXXVI. comites L. & ingens numerus Vicecomitum, Baronum, eqvitum, regiorumqꝫ præfectorum: item in statu ecclesiastico X. archiepiscopi, & circiter XLVIII. episcopi.

II. *Magna omnino est Hispanorum regis potentia & vires stupendæ. Qvia autem Pelagium primum nominasti, qvi Hispaniam à Saracenis in libertatem asseruerit, & peculiare regnum condiderit, ejus & eorum, qvi illi successerunt, seriem audire lubet.*

PELAGIUS, cæso à Saracenis ultimo Westrogothorum in Hispania rege Roderico, oriundus ex regio Gothorum sangvine, Favilæ, qvem Vitiza Gothorum rex flagitiosissimus necaverat, filius, se una cum aliis Hispanis tradiderat Saracenis. Sed dum negotiorum causa aberat, filiæ ejus vis illata est à Maurorum præfecto. Qvam injuriam ulturus, ad Asturiorum montes, collectis Christianis, qvi in abdita silvarum profugerant, magna Saracenorum, qvos Muza dux in aciem eduxerat, edita strage, Legionem urbem in Asturia occupavit, castelloqꝫ adversus hostes excitato, præfectos ejus Castellæ comites nuncupavit, vir religione & militari virtute clarissimus, cui ob multa merita Christiani, ad qvos jus eligendi regem devolutum fuerat, regnum Legionis & Asturum anno DCCXVI. deferebant: qvod tandem uno nomine regni CASTILIÆ venire cœpit, sub qvo comprehenduntur

duntur Biscaja, Leon, Asturia, Gallæcia, Estremadura, Andalusia, Granata, Murcia, utraq; Castilia, cum accessione Canariarum insularum, Navarræ, ducatus Mediolani, Indiarum occidentalium, insularum Philippinarum; Nos ordine nostro progressuri, qvinam Pelagio successerint, recensebimus.

REGES LEGIONIS ET ASTURUM seu Castiliæ, ex Pelagio.

A. C.		A. R.
716.	I. PELAGIUS, filius Favilæ, Pelagii, ducis Cantabriæ, Chindasvindi XXIX. Westrogothorum in Hispania regis nepos, cujus majores videantur libro II. sect. IV. qvæst. XII. primus leonem rubrum in campo albo in insignibus usurpavit.	19
735.	II. FAVILA, F. ab urso in venatione laniatus, herede destitutus.	2
737.	III. ALPHONSUS I. qvem alii vocant Adelfonsum aut etiam Ildefonsum, Pelagii gener, filius Petri, ducis Cantabriæ, ex Richaredi I. Westrogothorum in Hispania regis sangvine prognatus, ob hæresin Arianam extirpatam Catholicus dictus, intestina Saracenorum discordia usus, multa in Gallæcia & Navarra loca recuperavit.	19
756.	IV. FROILA, F. fama inter bonum & malum alternante, Omarum, ducem Cordubæ Saracenicum, Gallæciam infestantem, ingenti prælio, qvo ultra LIV. millia hostium ceciderunt, captum interfecit, & ut fratrem Bilmaraum ob zelum regni suis manibus peremerat, ita à fratre Aurelio per conjurationem interfectus est.	11
767.	V. AURELIUS, Fr. bello servili fatigatus, virgines certas annuas Mauris danda fœdere fœdo promisit.	8
774.	VI. SILUS vel Sillo, Froilæ, aut, ut alii censent, Alphonsi I. ex Odissinda filia gener, pacem cum Mauris ignominiosam confirmavit, expulsus cum fratre Alphonso II. à Mauregato notho, patruo.	9
783.	VII. VIII. IX. ALPHONSUS, Froilæ filius, qvia amplexibus uxoris abstinuit, castus vocatus, à Mauregato notho, patruo, homine ignavissimo, una cum fratre Silo expulsus, aliqvamdiu exulavit: Mauregato defuncto, VEREMUNDUS, Alphonsi patruelis, Vimerani filius, Alphonsi I nepos, per biennium regno præfuit: qvo elapso, religionis monasticæ amore fratri Alphonso, ultro imperiū restituit, qvi vel tribus victoriis à Saracenis reportatis, multis in	

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

in locis fidem Christianam in Hispania restituit, & partem Lusitaniæ illis ademit. 41

824. RAYMIRUS I. vel Ranemirus, filius Veremundi, privatis palatinorum suorum seditionibus diu vexatus, non saltem feliciter cum Saracenis, ope D. Jacobi Apostoli, albo insidentis eqvo, ceu dicunt, adjutus conflixit, iisq; Hispalim urbem ademit, sed & Normannos, Gallæciæ littora infestantes, navibus eorum LXX. incensis, repulit. 7

831. XI. ORDONIUS I. F. victoriis adversus Saracenos continuatis, plures civitates interq; illas Salmanticam recuperavit. 10

841. XII ALPHONSUS III. MAGNUS, F. à Froila, Veremundi filio, qvi regem se designaverat, ut & à Zenone Cantabriæ duce, qvin & senex à suis ipsius filiis vexatus est. Victor perpetuus Saracenorum, ipsam Portugalliam in libertatem asseruit, & Cæsar Augustam refecit. 46

887. XIII. GARSIAS, F. à patre ob suspicionem regni affectati comprehensus, & ægre dimissus. 3

890. XIV. ORDONIUS II. Fr. Saracenos memorabili prælio ad Castrum S. Stephani primo regni anno prostravit. Sed qvinqvennio post cladem ab Abdera, rege Cordubæ ad vallem Juncariam accepit, qva Asturiensis & Legionensis episcopi capti sunt. Id suis imputans, x. Castellæ comites obtruncavit. Qvam ob causam Castellenses, regis Legionis jugo excusso, duos judices, Nunium Rasuravum & Laynum Calvum, sibi præfecerunt: qvorum alter jus; alter bellum curaret. Nunii nepos Ferdinandus Gundisalvus, comes Castellæ denuo dici cœpit, cujus posteri comitatum obtinuerunt usq; ad Sanctium III. Majorem, regem Arragoniæ & Navarræ, qvi anno CIↃV. ducta Elvira, Sanctii comitis Castellæ filia, Garsiæ Ferdinandi nepte, Gundisalvi pronepte, se primum regem Castiliæ dixit: cumq; qvatuor haberet filios, Ranimiro concessit Arragoniam; Garsiæ Navarram; Ferdinando Legionem & Castellam; Gundisalvo Sobrarbiam. 8

898. XV. FROILA III. LEPROSUS Fr. inglorius, episcopum Legionis Fronimium in exilium egit. 1

899. XVI. ALPHONSUS IV. Ordonii II filius ignavus, fratri cessit regnum, monasterium ingressus: sed cum regiam dignitatem deposuisse pœniteret, vinculorum & vitæ eundem terminum habuit. 6

905.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

905. XVII. RANIMIRUS II. Fr. auxiliis Ferdinandi Gundisalvi comitis Castellæ, insigni victoria Saracenos superavit, & regnum Toletanum invasit, atque Madricium cepit. 19

924. XVIII. ORDONIUS III. F. domesticis bellis à suo fratre & Garsia avunculo, rege Navarræ, afflictus, qvibus tamen fuit superior. 5

929. XIX. ORDONIUS IV. Alphonsi IV. filius, cognomine malus, invasor regni adversus Sanctium crassum, ex fratre nepotem, qvem ejecerat: sed iterum pulsus fugit.

929. XX. SANCTIUS vel SANCIUS I. crassus, Ranimiri II. filius, frater Ordonii III. auxilio regis Cordubæ Saraceni Ordonium patruum deturbavit, & Gallæcos rebelles perdomuit. 12

941. XXI. RANIMIRUS III. F. qvinqvennis patri successit. Contemta ejus ætate, Gallæci Veremundum II. Ordonis III. filium sibi præfecerunt: unde cruentum inter duos patrueles bellum extitit, non sine gravi utriusque gentis cæde. 25

966. XXII. VEREMUNDUS II. Ordonii III. F. podagricus & incestuosus, (dicitur enim uxore repudiata, filiam ejus sibi junxisse) ob victorias, qvas à Maurorum rege Amanzore reportaverat, elatior factus, in episcopos sævire cœpit. Unde magnis mactatus cladibus, Barcinonem & Legionis urbem à Saracenis sibi præreptam amisit. 17

983. XXIII. ALPHONSUS V. F. Legionem à Mauris dirutam & ad casas redactam instauravit, è vulnere tandem, sagitta Saraceni cujusdam percussus, in obsidione Visei oppidi mortuus. 27

1010. XXIV. VEREMUNDUS III. F. in prælio cæsus à sororio suo Ferdinando, filio Sanctii III. majoris, Arragoniæ & Navarræ regis, qvi Castellam Navarræ per matrimonium paulo ante conjunxerat, & Legionem etiam sibi vendicabat. Et nunc porro reges Legionis, titulo etiam regum Castiliæ insigniri cœperunt. 14

REGES LEGIONIS ET CASTILIÆ, ex regibus Arragoniæ & Navarræ.

1024. XXV. FERDINANDUS I. Sanctii majoris, regis Arragoniæ & Navarræ filius, Alphonsi V. ex filia Sanctia gener, Veremundi III. sororius, rex Castellæ seu Castiliæ I. occupato Legionis regno post cæsum Veremundum, Garziam etiam fratrem, regem Navar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

varræ à patre designatum, bellum sibi inferentem, in prælio cepit, & elapsum alio prælio cæcidit: magnam Portugalliæ partem, & inter alia Conimbriam civitatem Saracenis & Mauris, opera Roderici Vivarii Cidi, eripuit, eosdemq; Cantabria expulit, & aliis in locis ad tributa danda compulit: Toletanum regnum devastavit. Rex optimus, felix & magnanimus, qvi legibus Gothicis, in suo regno confirmatis, alias addidit, & moriturus, regnis suis inter tres filios divisis, Sanctio concessit Castellam; Alphonso Asturiam & Legionem; Garsiæ Gallæciam, qvæ hactenus comitatus titulo insignita fuerat, partemq; Portugalliæ. 46

1060. XXVI. SANCTIUS II. F. possessionibus fratrum inhians, altero eorum pulso, altero in vinculis detento, regna ipsorum occupavit, per insidias tandem à Vellido necatus. 6

1066. XXVII. ALPHONSUS VI. Fr. defuncto fratre in regnum revocatus, Toletum Saracenis, rege eorum Toletano occiso, eripuit, & paulo ante obitum non exiguam cladem ad oppidum Alcazara ab hostibus accepit, qvi, nova expeditione ex Africa in Hispaniam facta, omnia depopulati, novum regnum Almoravidum condiderunt. Hujus tempore cœpit regnum Portugalliæ seu Lusitaniæ. 48

1108. XXVIII. XXIX. XXX. URRACA, F. femina impudica, unica heres Alphonsi VI. nupta prius Raimundo, comiti Barcinonensi, sustulit filium Alphonsum. Post Raimundũ ALPHONSO Arragoniæ regi nupsit, qvi socero defuncto se regem Castellæ nominavit, & ab aliqvibus Alphonsus VII vocatur. Sed Urraca, post qvadriennium animo ab eo alienata, nuptias ejus fastidivit, & repudiata sibi & suis amatoribus regnum vendicavit. Proceres illud filio ejus ALPHONSO, qvem alii VII. alii, à qvibus vitricus ejus Alphonsus inter reges qvoq; numeratur, VIII. vocant, attribuunt, frustra reluctante & armis etiam adversus filium rem gerente regina. Hic vero Alphonsus imperator Hispaniæ dici meruit, qvia Arragoniam etiam, qvam Raymirus II Alphonsi frater ignavus tenebat, sibi adscripsit, & Mauros è multis oppidis ejecit, & regni fines latissime extendit. Morti propinqvus regna inter filios, Sanctium III. & Ferdinandum II dispertiit. 51

REGES

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

REGES CASTELLAE.	REGES LEGIONIS.
1159. SANCTIUS III. Alphonsi VII. (IIX.) filius, Raimundi & Urracæ nepos.	1159. XXXI. FERDINANDUS II. Sanctii III. frater. 31
1160. ALPHONSUS IIX. (IX.) F.	1190. XXXII. ALPHONSUS IX. F. 8
1214. HENRICUS I. F. sine prole anno clↄccxvii. defunctus.	1217. XXXIII FERDINANDUS III. F. 35

Sanctius III. rex Castellæ, cognomento Desideratus, pater pauperum, & clypeus nobilium appellatus, in prælio post unius anni imperium pro fide Christiana fortiter occubuit, filiusq; ejus Alphonsus VIII. in cunis jacens, rex electus, cognomento Bonus & Nobilis, à proceribus suis fortiter adversus Ferdinandum II. patruum, regem Legionis, qvi Castellæ regnum sibi etiam cupiebat, defensus est, factusq; adultus, arces innumeras, expulsis Saracenis, recepit, & semel in acie victus, multoties victor extitit. Regem eorum & pontificem Miramulinum anno clↄcc. ingenti prælio fugavit, ut, ex bellatorum millibus amissis, retro in Africam sese conferret. Et ab hoc tempore Christianis successum urgentibus intra xxx. annos Valentia, Carthago, Corduba, Murcia, Hispalis est recepta. Defunctus filiolum minorem Henricum I. reliqvit. Sed ille cum pueris luden , tegulæ decidentis ictu vulneratus, biennio post mortem patris occubuit. Et ita regna Legionis & Castellæ iterum unita sunt, manseruntq; ad hunc usq; diem unita. Nam Ferdinandus III. rex Legionis, Alphonso IX. & Berengaria Alphonsi VIII. filia genitus, defuncto Henrico I. suo avunculo, regnum maternum Castellæ adiit, Hispalim, Cordubam, totamq; fere Bæticam Christiani adjecit, multa hostium millia interemit, eosq; pene debellatos in angulum Granatæ compulit.

1252. XXXIV. ALPHONSUS X. Ferdinandi III. F. Sapiens & Astrologus cognominatus. Astrorum enim scientiam ab interitu constructis tabulis Alphonsinis vindicavit: septipartitum opus juris civilis Hispanorum, historiamq; generalem, & librum thesauri edidit: in arte Medica instauranda multum industriæ collocavit: omnes bonos amavit: in pauperes liberalis: in Saracenos miles fortissimus, qvi anno clↄcclxiix. valido exercitu amissa recuperare conabantur. Sua virtute se Germanis ita probavit, ut in Romanum imperatorem eligeretur: qvod tamen imperii axioma philosophica animi moderatione aspernari visus est. Filium primogenitum Ferdinandum de la Cerda dictum ante se extulit, & cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſuos ex eo nepotes Alphonſum & Ferdinandum heredes vellet inſtituere, Sanctium IV. ſecundo ſibi genitum filium habuit ſibi contrarium. 32

1284. XXXV. SANCTIUS IV. F. vivo adhuc patre Caſtella occupata ſe regem dixit, regemq; Feſſæ Maurum, ex Africa magna claſſe Hiſpanias petentem, navali prælio ſuperavit & Tarifam ei eripuit. 11

1295. XXXVI. FERDINANDUS IV. F. novennis, regni adminiſtrationem ſub tutela matris ſuſcepit. Ideoq; contemta ejus pueritia, reges Navarræ, Portugalliæ & Arragoniæ, in eum arma ſumſerunt. Alphonſus etiam de Cerda ejus patruelis armata manu Caſtellam ingreſſus, regium nomen ſibi aſſeruit. Sed ex tantis diſcriminibus filium mater, Maria, Alphonſi IV. ex filio Alphonſo Molinæ infante neptis, prudentiſſime explicuit. 15

1310. XXXVII. ALPHONSUS VI. F. peſte in caſtris adverſus Saracenos ad Gibraltar oppidum poſitis obiit. 40

1350. XXXVIII. PETRUS I. F. crudelis & ſævus, ſed circumſpectus & bellicoſus, plurimis proceribus necem intentavit: atrocia bella cum Petro Arragoniæ rege geſſit: à fratre tandem in prælio peremtus. 19

1369. XXXIV. HENRICUS II. NOTHUS Fr. prima vice fruſtra regnum tentaverat adverſus fratrem, inq; Galliam fugatus receſſerat: ſed viribus beneficio Gallorum integratis, fratre per Gesqvinatem à Carolo V. rege Galliarum ſubmiſſum victo & cæſo, rex ſalutatus eſt. 10

1379. XL. JOHANNES I. F. duo graviſſima bella geſſit adverſus regem Portugalliæ Johannem, & Johannem ducem Alancaſtriæ, filium Eduardi III. regis Angliæ. Portugalliam ipſe ſibi ratione uxoris aſſeruit, ſed infelici ſucceſſu. Anglus contra Caſtellam Conſtanſtantiæ ſuæ conjugi, Petri I. filiæ, jure hereditario adſcripſit. Pax tandem novis conjugiis firmata eſt. Filius ejus ſecundogenitus, Ferdinandus Juſtus, obtinuit regnum Arragoniæ, & eſt in ſerie illorum regum XXII. 11

1390. XLI. HENRICUS III. F. primogenitus valetudinarius, ſed ſapiens & munificus: cujus frater Ferdinandus Juſtus communi ordinum ſuffragio regna Arragoniæ & Siciliæ obtinuit. Per matrem enim Eleonoram, Petri IV. Arragoniæ regis filiam, acceſſus ad illa regna ei factus eſt. 17

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

1407. XLII. JOHANNES II. F. puer triennis sub tutela matris & Ferdinandi patrui successit, & Saracenorum in obsidione Granatæ x. millia prostravit, belloq; cum Arragoniæ & Navarræ regibus in causa Alvaris de Luna enato, victoria reportata, Alvarem gladio percuti jussit. Judæos baptisari nolentes regno expulit, bonis confiscatis. Propterea multi eorum baptismum susceperunt. Sed qvi nihilominus occulte ritus Judæos observabant, Marrani dicti sunt. 47

1454. XLIII. IV. F. ultimus Castellæ & Legionis ex hac familia rex, variis damnis Saracenos affecit. Educavit ex Eduardi regis Portugalliæ filia Johanna unicam filiam Johannam: qvam proceres nonnulli heredem regni declararunt. Sed qvia ab aliis dubitatum fuit, an regis Henrici IV. qvem genitalibus debilem existimabant, filia esset, an supposita & notha, tandem post varias sui frustraneas desponsationes sacram virginem induit. Et qvia Henrici regis soror, Johannis II. filia, Elisabella seu Isabella, Ferdinando Catholico, regi Arragoniæ xxv. nupserat, Castella & Legio his nuptiis cum Arragoniæ regno conjuncta est. Uxor hujus Henrici IV. Blanca, fuit Ferdinandi Catholici & Caroli regis Navarræ soror. 21

III. *Ipsum Arragoniæ regnum dignum omnino est, qvod accuratius lustremus. A prima igitur origine illius reges mihi recenseto.*

Garsias Ximenius, ex stirpe Gothorum in Arragonia oriundus, qvem tamen aliqvi non ex Gothicis, sed Hispanicis familiis deducunt, eodem fere tempore, qvo Pelagius, cum reliqviis Christianorum, in silvis Asturum collectis, novo Legionis regno condito, Saracenorum armis se opposuit: in Pyrenæis montibus, aliisq; propinqvis & imprimis Navarræ locis nonnulla loca Christianæ religioni restituit, & rex Sobrarbæ in Vasconia à suis salutatus, prima potentissimi regni jecit fundamenta: sub qvo jam comprehenditur, præter Arragoniam, Catalonia; Valentia cum accessione Majoricæ, Minoricæ, Sardiniæ, Siciliæ, regni Neapolitani, provinciæ Belgii; loca nonnulla in Barbaria.

SERIES REGUM SOBRARBAE ET NAVARræ, & comitum Arragoniæ.

A. C.		*A. R.*
724.	I. GARSIAS XIMENIUS ex Gothico sangvine.	30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

758. II. GARSIAS ENECUS seu Innigez, F. Pompejopolin, hodie Pompelonam, primariam Navarræ civitatem, cum aliis oppidis Saracenis eripuit. Sub qvo primus Arragoniæ comes dictus est Azeranius seu Asmar, qvi Arragonem fluvium transiens, multa oppida ad Christianam fidem revocavit. 44

802. III. FORTUNIUS I. F. Caroli M. parastates fidelis. 13

815. IV SANCTIUS I. F. gener Galindi II. comitis Arragoniæ, totam pene Navarram felici expeditione occupavit: tandem ab hostibus circumventus sine liberis occubuit. 10

Post Sanctium nonnihil Saraceni in Navarræa provincia respirarunt: qvibus ut commodius obviam iretur, in diuturno interregno Justitia, ceu dicitur, Arragoniæ instituta est, cujus autoritas diutissime duravit, ut esset magistratus inter regem regniq; incolas medius. Tandem Ennicus seu Ignicus, cognomento Arista, ex Gothico sangvine & ipse oriundus, comes Bigorræ, qvem tamen aliqvi deducunt ex ducibus Aqvitaniæ, filius Eximini, cum ex Pyrenæis montibus in plana descendens incursionibus Maurorum se fortiter opponeret, rex Navarræ & Sobrarborum unanimi consilio electus est, hac tamen lege, ut, judicis illius medii magistratu seu Arragoniæ Justitia confirmata, secundum leges viveret.

839. V. ENNICUS seu IGNICUS Arista, filius Eximini, ex Gothico sangvine: cujus tempore primus Barcinonensium comes Jamfredus constitutus est, qvorum posteri in Tarraconensi provincia potentissimi extiterunt. Occisus est in bello contra Mauros. 31

870. VI. GARSIAS, ENNICI F. cum uxore Urraca, filia Fortunii VI. comitis Arragoniæ, ex qva factus est septimus comes Arragoniæ, in itinere à Saracenis oppressus. 15

885. VII. FORTUNIUS F. captus à Mauris & in regnum restitutus, ipse se tandem abdicavit, monasterium ingressus. 6.

REGES ARRAGONIAE.

901. I. SANCTIUS I. Fortunii frater, ex utero matris Urracæ à milite Gvevara Abarca, unde etiam Sanctii Abarcæ vel Cæsonis nomen habet, cæsus, & ab eo pro filio educatus: sed adultus, probata vera origine, ab Arragoniis susceptus, rex primus Arragoniæ salutatus est. Mauros ex Cantabrorum finibus & Pyrenæis montibus depulit, tandemq; in duello occubuit. 16

933. II GARSIAS, SANCTII F. rex optimus, cum comitibus Castellæ diu bella traxit, eosq; tandem sui juris esse permisit. 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

969. III. SANCTIUS II. F. rex laudatissimus. 21

990. IV GARSIAS, F. vir fortissimus, tremulus dictus, qvod in primo congressu contremiscere videretur. 10

1000. V. SANCTIUS III. major, F. ducta ultimi Castellæ comitis Sanctii filia Elvira seu Nunnia se regem qvoq; Castiliæ dixit, imo imperator totius Hispaniæ dici voluit, postqvam Cordubam cum Toleto Saracenis eripuit, eosq; à finibus Navarræ, Castellæ, & Arragoniæ repulit. Inter qvatuor filios, ut supra diximus, regnum divisit: ex qvibus Ferdinandus accepit Castiliam; Raymirus Arragoniam; Garsias Navarram; Gundisalvus Sobrarbiam; qvi tamen cum occisus esset à Romanero de Tomanera, frater ejus Raymirus Sobrarbiæ etiam rex dictus est. 34

1034. VI RAYMIRUS seu RANIMIRUS, filius Sanctii majoris, ut creditur, naturalis, fratribus legitimis in regno Arragoniæ prælatus est, qvia reginam, eorum matrem, qvam ipsi filii falso coram patre accusaverant adulterii, in duello defendisset. Historici eum primum Arragoniæ regem numerant. Monachi illum Christianissimum vocant, qvia ceremonias Romanas recepisset. Interfectus tandem est in prælio à Sanctio, suo ex fratre Garsia nepote, rege Navarræ. 24

1058. VII. SANCTIUS IV. F. cum Garsia patruo, rege Navarræ, pro altero patruo Ferdinando bella gessit, inq; obsidione urbis Oscæ sagitta percussus obiit: cujus tres filii sibi ordine successerunt. 36

1094 VIII PETRUS I. F. Oscam expugnavit, & Maurorum regem Almozabenum profligavit. 14

1108 IX. ALPHONSUS I Fr. BELLATOR, gener Alphonsi VI. regis Castellæ per Urracam ejus filiam. Unde etiam illud sibi regnum asseruit. Dicitur undetricies cum hostibus collatis signis victor evasisse; ultimo in prælio occubuisse. 18

1126. X RAYMIRUS II Fr. simplex, ex monacho & presbytero rex factus, genero regnum cessit. Unicam reliqvit filiam heredem Petronellam. 19

1145 XI RAYMUNDUS BERENGARIUS, comes Barcinonensis, Raymiri II. ex filia Petronella gener, Catalauniam cum Arragonia matrimonii beneficio conjunxit. Pater hujus Raym. Berengarii ademit Mauris insulam Majoricam; avus etiam re militari stre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſtrenuus fuit: Proavus reges XII. Maurorum, campeſtri prælio victos, ſibi tributarios fecit. Et hi omnes dicti ſunt nomine Raymundi Berengarii: & deſcendunt ab Infredo, qvem Ludovicus II. imperator gubernatorem limitis Barcinonenſis contra Saracenos conſtituit.

1162. XII. ALPHONSUS II. caſtus, F. gener Alphonſi, Caſtellæ & Legionis regis. 17

1196. XIII. PETRUS II. CATHOLICUS, F. in prælio adverſus magnates Catalaunios fortiter occubuit. 34

1213. XIV. JACOBUS I. EXPUGNATOR, F. mortuo patre decennis, uxorem duxit anno XIII. ætatis, delubra circiter millia in honorem Deiparæ virginis exſtruxiſſe dicitur. Inſulas Baleares penitus purgavit, regnumq; Valentiæ & Murtiæ à Mauris recepit. 17 63

1276. XV. PETRUS III. MAGNUS, F. qvem, ducta Manfredi regis Siculorum filia Conſtantia, poſt expulſos Gallos, Siciliæ regem factum, eam ad filios Jacobum & Fridericum transmiſiſſe, prima hujus libri ſectione demonſtravimus. Frater ejus Jacobus, primus rex Balearium inſularum factus eſt.

1286. XVI. ALPHONSUS III. BENEFICUS, F. peſte obiit ſponſus ante nuptias. 10

1292. XVII. JACOBUS II. JUSTUS, Fr. pro Carolo Andegavenſi, cui Siciliam ultro ceſſerat, adverſus Fridericum fratrem, illam ſibi afferentem, pugnavit, & Sardiniam per filium Alphonſum IV. ſibi ſubjecit. 6

1327. XVIII. ALPHONSUS IV. BENIGNUS, F. Sardiniam armis ſibi ſubjecit. 35

1335. XIX. PETRUS IV. CEREMONIOSUS, F. ſeptimeſtri partu editus, crudelior initio, fratrem Ferdinandum, filium novercæ ſuæ, cujus inſidias expertus fuerat, ad necem condemnavit, atq; in Sardiniam rebellem expeditione ſuſcepta, in Genuenſes, qvorum ope illa nitebatur, arma vertit. 8

1386. XX. JOHANNES I. F. in venatione mula lapſus periit. Regnum Portugalliæ fruſtra ſibi petiit, qvod filiam Ferdinandi IX. regis Portugalliæ in matrimonio habebat. Sed Portugalenſes prætulere ei illegitimum Ferdinandi filium Johannem. 52

1396. XXI. MARTINUS Fr. cujus filius Martinus per matrimonium 9

Mariæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Mariæ, Friderici simplicis regis Siciliæ filiæ, regnum Siciliæ occupavit, sed ante patrem defunctus. 14

1410. XXII. FERDINANDUS JUSTUS, Petri IV. ex filia Leonora & Johannis I. regis Castellæ & Legionis filius, frater Henrici III. regis in Castella, in interregno, qvo sex competitores sibi regnum petierunt, suffragio judicum, propter matrem, qvæ regni heres habebatur, prælatus est, & nonnulla in regno Granatæ loca Saracenis eripuit.

1416. XXIII. ALPHONSUS V. sapiens & magnanimus, F. adoptatus à Johanna regina Neapolitana, & iterum abdicatus, regnum Neapolis adversus Ludovicum & Renatum Andegavenses, qvos eadem adoptaverat, armis obtinuit. Qvod tamen anteqvam præstitit, à Genuensibus captus est & liberaliter dimissus. Ferdinandus, filius ejus nothus, obtinuit tandem regnum Neapolitanum: de cujus posteris videatur series regum Neapolitanorum. Cæterum de Alphonsi V. dictis & factis qvatuor libri Antonii Panormitæ extant cum commentariis Æneæ Silvii. 42

1458. XXIV JOHANNES II. Fr. ducta Blanca Caroli regis Navarræ filia, se regem etiam Navarræorum constituit, idq; non probante filio Carolo, cum illo & Barcinonensibus gravia gessit bella, filioq; Alphonsi V. illegitimo Ferdinando concessit in senectute cœcus regnum Neapolitanum, qvod beneficio papæ sibi vendicarat. 21

1479. XXV FERDINANDUS II. (in serie regum Castellæ & Legionis V.) F. catholicus & magnus dictus, ducta Isabella, Johannis II. regis Castellæ & Legionis filia, Henrici IV. sorore, regna illa conjunxit Arragoniæ: Saracenos & Mauros, à qvibus Granata per annos Idccxxc fuerat infessa, penitus cum ultimo Granatæ rege Saracenico Zageibio expulit: novum orbem detectum suo regno adjunxit: adversus Saracenos & Judæos inqvisitionem Hispanicam, cujus nunc adversus Christianos usus cum maxima tyrannide conjunctus est, instituit. Isabella, anno seculi ineuntis v. moriens, regni Castellæ gubernationē, (nulla facta mentione Philippi generi, qvi cum ipsius filia Johanna, uxore sua, in Belgio subsistebat) marito Ferdinando ex testamento commendavit, donec Carolus, suus ex Johanna & Philippo nepos, annū ætatis vigesimum attigisset: qvod qvanqvam Philippum male habuit, tanqvam regni

cupi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

cupidum, æqvata tamen cum socero potestate regia, concessit, ut deinceps nomina Ferdinandi, Philippi & Johannæ diplomatis præscriberetur. Ferdinandus autem, cum Ludovico rege Galliæ pace sancita, sororis ipsius, Johanni comiti Foixio nuptæ, filiam Germanã, cui ipse erat avunculus magnus, secundis nuptiis duxit, & partem regni Neapolitani cum ea in dotem accepit: cumq; Philippus, gener ejus, cũ classe ex Belgio in Hispania adesset, omnesq; ad eum proceres confluerent, & pactionem rescinderent, discessit cum conjuge Gallica in regnum Neapolitanum. Sed in itinere nuncium de morte generi Philippi, juvene XXVIII. annorũ, accepit, & à filia revocatus, ad regnorũ in Hispania administrationem subseqventi anno rediit. Thuanus nihil ei defuisse scribit præter fidem, qva sub colore religionis, qvam omnibus suis actionibus semper prætendit, ad ambitionem & inexplebilem propagandi imperii cupiditatem mira calliditate sit abusus. Præter filium Johannem, qvi ante patrem decessit, IV. reliqvit filias, Isabellam primogenitam Emanueli reg Portugalliæ elocatam: Johannam, Philippi archiducis uxorem, Caroli V. matrem: Mariam, alteram Emanuelis uxorem, VIII. liberorum matrem, & Catharinam, Arturo primum, inde Henrico VIII. regi Angliæ nuptam & postea repudiatam. In bellis conficiendis egregiam illi operam locabat Consalvus, dux Cordubæ: cujus virtus in bello decennali adversus Granatam, qvæ anno CIƆCCCCXCI. capta est, cœpit inclarescere. Inde Venetis auxilio missus, Cephaleniam expugnavit. Post Brutios & Apulos in Italia, totumq; regnum Neapolitanum Gallis, qvibuscum illud Ferdinandus diviserat, præreptum regi suo subjecit.

1516. XXXII. CAROLUS V. imperator, filius Johannæ (ex Ferdinando V. Catholico & Isabella Castellæ & Legionis herede prognatæ) & Philippi archiducis Austriæ; nepos Maximiliani imperatoris, & Mariæ Burgundæ, Isabellam Emanuelis regis Lusitaniæ filiam duxit uxorem, & hoc conjugio filio suo regnum istud acqvisivit. Sic igitur Carolus à matre accepit Castiliam, Arragoniam, Neapolin, Siciliam, Indiamq; occidentalem; ab uxore Lusitaniam seu Portugalliam; à patre Burgundiam & Belgicas provincias. Egregias ejus virtutes depinxit Thuanus libro XXI. 37 21

1558.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

1558. XXXIII. PHILIPPUS II. F. per duces Albanum, Parmensem, & alios, in Italia, Belgio, & Lusitania, multa bella gessit, inque illis infanda crudelitatis exempla edidit: ipseque anno MDLVII. exercitu LXV. millium militum in Galliam profectus, locis aliqvot captis, Gallum illuc adegit, ut, Gvisio ex Italia revocato, in pacis conditiones consentiret. Regnum Portugaliæ, cæso in Africa Sebastiano à rege Fessæ, occupavit. Meliten, à Turcis CLXVIII triremium classe oppugnatam, misso illuc Garsia Toletano, Siciliæ prorege, liberavit. Nobilem victoriam in confœderatione pontificis & Venetorum per Johannem Austriacum fratrem à Selimo Turcarum rege, qvi jam Cyprum ceperat, in mari ad Echinades insulas reportavit. Infelicem autem expeditionem in Africam ad Tripolin recuperandam suscepit: magnaque jactatus tempestate, oceanum ditavit exuviis, qvibus ipse & parens ejus totum fere orbem spoliaverat: tandemque omni Africæ possessione, Tunetana & Guletana arcibus à Turcis captis, est dejectus. Felicius egit adversus duos Mauriscorum reges, qvi in regno Granatano suis Saracenis volebant libertatem restituere: qva de re totus liber XLVII. Thuani agit. Tunetam etiam denuo anno seculi LXXIII. recepit, qvod legere est in libro LV. Thuani. Tandem anno LXXXVIII. expeditionem illam magnam navibus circiter CXXV. qvibus aliæ CCC. ex Parmensis classe conjungi debebant, adversus Elisabetam reginam Angliæ suscepit. Sed arte & virtute Draci, ipsis ventis adversantibus, frustra fuere hi conatus. Filium Carolum de religione, an de nimis freqventi cum noverca conversatione suspectum, tunc temporis unicum, in carcerem conjectum sustulit. Composuit in laudem ejus orationem J. Bouchier, teste Ern. Eremundo in libro de tumultuum in Belgio origine, qva dicit, nullum in corpore ejus, sub vitæ finem, locum absque dolore & vulneribus fuisse: humeris tantum exceptis, movere se eum non potuisse: à planta pedis usque ad humeros fistulis fuisse repletum: aperto tandem ad humores acutos corpore, ingentem qvotidie copiam pediculorum & pestilens pus effluxisse. 40

1598. XXXIV. PHILIPPUS III. F. sororem Isabellam Claram Eugeniam Alberto Austriaco elocavit, eique provincias Burgundiæ loco dotis cessit: qvi paulo post à Mauritio Auraico victus, x. mil-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

libus amissis, & Francisco Mendoza capto, Ostendam triennali obsidione fatigatam, inque alium prorsus locum, dum hostibus pedetentim cedendum erat, sine exemplo translocatam occupavit. Edicto publico ejecit anno seculi x. omnes origine & gente Mauros seu Saracenos, qvi fidem qvidem ore profitebantur, sed Machometanismum corde premebant. Et tanta fuit egredientium multitudo, ut ad IX. centena millia capitum numerarentur. Alii laudarunt factum regis, qvibus hæc Maurorũ progenies materiam videbatur seditionibus præbere: alii secus censuerunt, qvibus Hispani credebantur ad illam proscriptionem desiderio ingentium divitiarum & agrorum, qvos hactenus illi possederant, compulsi. Filios tres reliqvit, Philippum IV. Carolum, Ferdinandum, & totidem filias. 23

1621. XXXV. PHILIPPUS IV DOMINICUS VICTOR F. anno ætatis XVI. suscepit regnum, cum jam anno ætatis IX. duxisset Elisabetam, Henrici IV. regis Galliarum XI. annorum filiam: ex qvo conjugio natus est Balthasar Carolus, qvi obiit anno seculi XL X. & Isabella Maria, qvæ nupsit Ferdinando Francisco, Ferdinandi III. Imp. filio. Defuncta prima uxore, anno seculi X IX. duxit Mariam Annam, Ferdinandi III. Imp. filiam. Initio regni Rodericum Calderonium, ad invidiosam potentiam è tenui sorte à patre evectum, è medio sustulit: anno seculi XXV. magnis sumtibus Bredam recepit: Vesaliam contra & alia oppida in Belgio amisit: Cataloniæ etiam regnum, ut & Lusitania, multis irritata exactionibus, ab eo defecit, & peculiarem sibi regem, ex regio sangvine oriundum, præfecit. Neapolis qvoque se subducere & in partes Galli transire voluit, cujus tamen conatus fuere irriti. Cum tricennale bellum in Germania exardesceret, illi qvoque Philippus rex implicari cœpit, & pro imperatore & Austriacis arma corripuit: eoque ipso bella adversus Gallos recruduere. Pace tandem inter Germanos Osnabrugis constituta, ipse qvoque in pacis qvidem conditiones cum Belgis confœderatis concessit, iisque αὐτονομίαν permisit: sed cum Gallis bella continuavit, discordiasque inter illos civiles fovit, & interea totam pene Cataloniam recepit.

IV. *Dixisti, Sanctii Majoris tertium filium Garsiam accepisse in regnorum paternorum divisione regnum Navarræ. Qvæ igitur series sit regum Navarræorum, me doce.*

Reges

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Reges Navarræ ab ipso ENNICO, qvi ex Pyrenæis montibus in plana descendens, multis secundis præliis adversus Saracenos regnum Navarræ constituit, eo ordine recensentur, qvi superiori qvæstione positus est. GARSIAS autem Sanctii Majoris filius, cum Navarræ regnum adiisset, alterum fratrem RAYMIRUM, à qvo bello petebatur, prælio fudit, opimisq; spoliis potitus est: alterum cum ipse invaderet, lancea confossus periit. Ejus posteri tamdiu regnum tenuere, donec heredibus masculis deficientibus THEOBALDUS, comes Campaniæ & Briæ, ducta BLANCA, Sanctii IV. filia, regnum sibi suisq; acqvisivit, & anno cIↄccxvi. defunctus, filium reliqvit posthumum, sibi cognominem, THEOBALDUM, qvi anno ætatis LIII. decessit. Duo hujus filii, THEOBALDUS & HENRICUS, sine prole mascula obierunt. PHILIPPUS igitur PULCER, rex deinde Galliarum salutatus, cui Johanna, Henrici filia, nupserat, ratione uxoris, Navarræ regnum anno cIↄccLXXIV. acqvisivit. Filius ejus LUDOVICUS X. unicam reliqvit filiam, heredem Navarræ, JOHANNAM, qvæ Philippo Aurelio, agnato, comiti Eboracensi nupta, marito fasces regni tradidit. Ejus filius CAROLUS MALUS, ambustus dictus, qvod justo Dei judicio, igne per universum corpus serpente, consumtus est, & nepos CAROLUS JUNIOR, usq; ad annum cIↄcccxxv. regno præfuerunt. Caroli hujus Junioris filia BLANCA primum Martino Siciliæ regi; deinde Johanni, Ferdinandi I. regis Arragoniæ filio, & patri Ferdinandi II Catholici nupta, utriq; marito regnum dedit. Martinus sine prole decessit. Johannes ex Blanca unum filium CAROLUM, & filias duas, BLANCAM & LEONORAM, sustulit. Filius, patrem ipsum ætate gravem regno expulsurus, ante patrem diem obiit. Altera filiarum Blanca nupta Henrico IV. regi Castellæ & Legionis, experta in marito naturæ defectum, divortio facto, in Navarram rediit, & naturæ paulo post concessit. Leonora igitur, altera filia, qvæ Gastoni comiti Bearniæ, Foxii & Bigorræ nupserat, regnum adiit. Illa brevi post fata patris defuncta, nepos ejus ex filio GASTONE, jam ante patrem mortuo, FRANCISCUS PHOEBUS, rex Navarræ anno cIↄcccLXXX. factus est. Cũ & ille sine prole seqventi anno vita exiisset, soror ejus CATHARINA, regina Navarræ hereditaria, nupta Johanni duci Labretano vel Albretano, in Gallia Perragoriorum, Lemovicum, Druidumq; domino, imperiũ ad Gallos transtulit. Hunc Johannem cum uxore Catharina, tanqvam Gallorum regi Ludovico XII. tunc temporis pontificis hosti faventem, Julius II. excommunicavit, regnumq; ejus Ferdinando V. catho-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

catholico Hiſpaniarum regi conceſſit: qvi, occupata Pompejopoli, Caſtellæ regno Navarram anno CIƆIƆXV univit. Johannes cis Pyrenæos ſeſe recepit, & vix ſextam Navarræ partem retinuit. Filius ejus HENRICUS, legitimus Navarræ heres, in Aqvitania, cujus præſes fuit, anno CIƆIƆLV. deceſſit exul. Cujus filiam JOHANNAM Lapretanam duxit ANTONIUS BORBONIUS Vindocinus, Picardiæ præſes, & propter eam in regium Navarræ titulum & in opulentiſſimas, qvas Henricus in Gallia habuerat, poſſeſſiones ſucceſſit. Ejus filius HENRICUS IV regnum Galliæ deinde adiit. Hæc omnia ut rectius intelligantur, poſteriorem Navarræorum familiam adſcribere placuit.

GENEALOGIA NAVARRAEORUM REGUM

Philippus, IV. pulcer, rex Galliæ ducta Johanna, herede regni Navarræ, rex qvoq; Navarræ.
Ludovicus X. Hutinus, rex Gall. & Navarræ.
Johanna, uxor Philippi Aurelii, comitis Eboracenſis.
Carolus malus & ambuſtus.
Carolus junior ob. 1425.
Blanca, uxor Johannis Arragonii, Ferdinandi I. filii.

Leonora, uxor Gaſtonis, comitis Bearnæ & Foxii.

Gaſto, cujus uxor Magdalena, Caroli VIII filia.
Catharina ux. Joh. Labretani regno ejecti — *Franciſcus Phœbus.*
Henricus, pulſus à Ferdinando catholico. — *Magdalena.*
Johanna Labretana, ux. Antonii Borbonii.
Henricus IV. rex Gall.
Ludovicus XIII.
Ludovicus XIV. rex Gall.

Johannes, cujus uxor Maria, ſoror Ludovici XI. regis Gall.
Johannes ad Ravennam caſus.
Germana, uxor Ferdinandi catholici.

Catharina, uxor Joh. Gaſtonis Foxii.
Anna, uxor Ladiſlai regis Hung.

Blanca, uxor Henrici IV. regis Legionis & Caſtellæ.

Carolus ante patrem, in qvem arma ſumſerat, mortuus.

V. Portugalliæ regnum qvo fato cœpit, qvíq; illud reges tenuere?

Luſitania dicitur etiam Portugallia, ſive à Gallis braccatis, qvi in portu ſeu littore appulerant, ſive à portu Cales oppidi antiqvi: nec eodem tempore Saracenis est erepta. Multi reges in ea liberanda deſudaverunt:

qvamq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

qvamq; ejus partem occupabant, illam suis vendicarunt. Tandem Henricus, qvem alii faciunt Hungariæ regis; alii imperatoris Constantinopolitani filium; alii Lotharingum; Thuanus Burgundum, cujus patrem Duardus Nonius in genealogia regum Portugalliæ vocat Gvidonem, cum fidem & virtutem Alphonso VI. regi Castellæ & Legionis probasset, filiam ejus notham Tarasiam accepit in matrimonium, dotisq; nomine partem Portugalliæ, qvæ à Mauris recuperata erat, cum titulo comitatus obtinuit. Hujus Henrici è Tarasia filius Alphonsus se ducem primo; postea, cũ Ulyssiponam cum multis aliis oppidis à Mauris recepisset, anno CIↃCXXXIV. regem Portugalliæ constituit: sub qva jam præter Portugalliam comprehenduntur Algarbia cum accessione Gvineæ, Æthiopiæ, Brasiliæ, Indiarum occidentalium & aliarum insularum.

SERIES REGUM PORTUGALLIAE *seu Lusitaniæ.*

A. C. | | A. R.

1139 I. ALPHONSUS I. Henrici & Tarasiæ filius, Alphonsi VI. regis Castellæ & Legionis nepos, memorabili prælio qvinq; Saracenorum regibus ad Orichiam cæsis, qvinq; eorum capita in insignia retulit. 46

1185. II. SANCTIUS I. F. bellis adversus Saracenos fortiter institit, auxilio Danorum ad sacrum bellum egressorum usus. 26

1211. III. ALPHONSUS II. CRASSUS F. auxilio Belgarum in sacro bello Alcasserem seu Salaciam recuperavit. 12

1223. IV. SANCTIUS II. CAPELLUS, à cucullo sacro, cui aptior videbatur, dictus F. cui propter socordiam frater Alphonsus vicarius datus est. 23

1247. V. ALPHONSUS III. Fr. ducta Beatrice Alphonsi X. regis Castellæ & Legionis filia, regnum Algarbiorum in dotem accepit. 32

1279. VI. DIONYSIUS, F. Algarbiorum regis titulum, qvem per matrem obtinuerat, primus usurpavit, omnium liberalissimus, Academiam Conimbricensem fundavit, & ab avo materno immunitatem tributi Castellæ regibus pendendi obtinuit. 46

1325. VII. ALPHONSUS IV. FEROX, F. cum genero suo Alphonso XI. rege Castellæ & Legionis memorabilem victoriam à Mauris reportavit, in qva desiderata sunt CCCCCIↃ. Saracenorum. 32

1357. VIII. PETRUS, F. CRUDELIS, ut litibus pabula subduceret, causi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

causidicos, procuratores, & alios fori rabulas ejecit: & apud nonnullos eodem crudelitatis crimine, qvo Petrus in Castella, & ejusdem nominis rex in Arragonia, hoc ipso tempore notati fuerunt, est alligatus. Apud alios tamen acerrimus scelerum vindex audit, & regem, qvo die nulli benefecerit, regio nomine indignum dixit. 10

1367. IX. FERDINANDUS F. bella adversus Henricum Castellæ regem minus feliciter gessit: ideoqꝫ ex Anglia accivit externum militem, qvi infestior fuit Portugalliæ, qvam hostes fuerant. 16

1383. X. JOHANNES I. naturalis filius Petri, Ferdinandi frater, qvem Portugallenses elegere, cum Johannes rex Castellæ, gener Ferdinandi, post mortem Ferdinandi regnum sibi peteret. Hic Johannes est mirabilis & bonæ memoriæ cognominatus. A fratre, instinctu reginæ Leonoræ & Anderii comitis, qvem illa ad regnum evehere conabatur, in carcerem fuerat conjectus. Sed trucidato Anderio, ducem se prius; deinde regem gessit, & Portugalliam adversus reges Castellæ fortiter defendit, tandemqꝫ cum illis pace facta, in ipsam Mauritaniam Tingitanam classe instructa adversus Saracenos progressus, Septam in ora maritima freti Gaditani expugnavit. Hujus filius naturalis Alphonsus stirps est ducum Brigantiæ, qvi his temporibus regnum extorserunt regibus Castellæ. Plures ei fuere filii legitimi, inter qvos Eduardus successit: Ferdinandus à Mauris captus & apud eos mortuus est: Henricus cœlebs, egregius mathematicus, in Atlantico mari novas insulas, & inter illas Maderam, saccaro fertilem, reperit, magister ordinis militum Christi. Filia ejus Isabella elocata est Philippo Bono, Burgundiæ duci, Caroli Audacis patri, proavo Philippi I. regis Hispaniæ, patris Caroli V. imperatoris.

1433. XI EDUARDUS, F. Friderici III. imperatoris socer, in qvo nihil desideratum est, nisi fortuna melior. Moriturus regnum non reliqvit fratribus, qvorum tres habuit, sed filio sub tutela matris, filiæ Ferdinandi justi, regis Arragoniæ: qvod multis dissidiis causam præbuit. Qvia socer fuit Friderici III. imperatoris, inde avus est maternus Maximiliani I. Imp. & proavus Philippi I. regis Hisp. patris Caroli V. 50

1438. XII. ALPHONSUS V. F. Africanus, ob tres in Africa urbes expugnatas ita dictus, sexennis regnum sub tutela matris adiit: qvæ se tandem in Castellæ regnum recepit. 5

43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

1481. XIII. JOHANNES II. F. qvi omnibus imperavit; cui nemo. Magna ei gloria ob navigationes in Indiam promotas debetur, ut cujus auſpiciis Caput bonæ ſpei primum circumnavigatum eſt. Hic cum filio Alphonſo, Iſabellam Ferdinandi Catholici & Iſabellæ filiam ducturo, nuptias, famam hominum ſuperantes, appararet, eidem eqvo prolapſo exeqvias fecit, & ſponſa nupſit Emanueli, qvi in regno ſucceſſit. 14

1495. XIV. EMANUEL, Eduardi ex filio Ferdinando, duce Viſeo, nepos, ſocer Caroli V. imperatoris, Johannis II. frater patruelis, orientis regiones magis detexit, detectasq; à ſuo arbitrio ſuſpendit. Armuziũ enim Arabiæ partem; Indiam Indo & Gange definitam, extremasq; orientis ſolis regiones littorales imperio adjecit, Vaſco, Gama, Pacieco, Almeida, Albuqvercio, Meneſio, Ataidio, Maſcaregna, Cottignio ducibus ad tanta facinora uſus. In Africa etiam res magnas geſſit: Judæos ex Luſitania ſine ſpe reditus ejecit: & ex tribus uxoribus numeroſam ſobolem educavit, ſed parum vivacem. Vitam ejus Hieron. Oſorius XII. libris copioſe deſcripſit. 26

1521. XV JOHANNES III. F. fautor primus Jeſuitarum, ex uxore Catharina, Caroli V. imperatoris ſorore, Johannem & Mariam, uxorem regis Hiſpaniarum, progenuit. Dium, clariſſimum totius orientis emporium & Indiæ propugnaculum, egregia victoria regno ſuo adjecit, regi Cambajæ vi extortum. 36

1557. XVI SEBASTIANUS, nepos Johannis III. ex filio Johanne IV. ante patrem defuncto, ſucceſſit avo trium annorum ætate, ſub tutela primum aviæ Catharinæ, & deinde Henrici patrui magni, ſucceſſoris. Tandem regni gubernaculis ferociter ſuſceptis, cum regem Feſſæ Mauritanum; Machometem Abdemelechum Sciriſium, Abdallæ filium, à patruo expulſum reducere vellet, cum x. millibus ſuorum interemtus eſt. 21

1578. XVII HENRICUS CARDINALIS, Sebaſtiani patruus magnus, Emanuelis filius, in ipſa de ſucceſſore conſultatione, lite non deciſa, ſenex mortuus. 2

1580 XVIII PHILIPPUS, Hiſpaniarum rex, Caroli V. imperatoris & Iſabellæ, Emanuelis neptis, filius, cum à nonnullis Antonius, filius Ludovici illegitimus, nepos Emanuelis, poſt mortem Henrici Car-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Cardinalis in regnum eveheretur, illo per ducem Albanum profligato sibi regnum vendicavit. Petiverunt eodem tempore, ut legere est libro LXV. Thuani, regnum Portugalliæ Philippus, rex Hispaniarũ, qvi id etiam obtinuit, Caroli V. & Isabellæ primogenitæ Emanuelis, regis XIV. filius: Johannes dux Brigantiæ: Alexandri principis Parmensis filius Ranutius Farnesius, ex Eduardo, Emanuelis filio tertio, descendens: Antonius Ludovici nothus, qvi se ex legitimo matrimonio natum dictitabat: Philibertus Emanuel, Sabaudiæ dux, descendens ex Beatrice, altera Emanuelis filia: Catharina Medicea, vidua Henrici II. regis Galliarum, ad Alphonsum VII. genus referens. Pontifex qvoq; suas interponebat partes, Portugalliæ regnum Romanæ ecclesiæ beneficiarium jactitans, ac proinde regis in eo jus constituendi sibi vendicans. Anno etiam clↄIↄc. extitit aliqvis PseudoSebastianus, qvi se finxit Sebastianum, è prælio Mauritano, qvasi in eo non fuisset cæsus, reducem. Sed fraus facile detecta est: & Philippus sibi armis Portugalliam asseruit, eamq; reliqvis Hispaniæ regnis univit. Sed anno hujus seculi XL. Johannes V. publica populi, injuriis Castellanorum irritati, autoritate rex constitutus, eam Philippo ademit, & adhuc tenet. Omnia rectius intelligentur ex schemate subjecto.

GENE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

GENEALOGIA REGUM PORTUGALLIÆ.

Emanuel, rex Portugalliæ XIV. ob. 151.

Michael puer mortuus, ex Iſabella, filia Ferdinandi catholici.

1. Eliſabetha ſeu Iſabella, uxor Caroli V.

Philippus II rex Hiſp.

Carolus à patre necatus, ex Maria Portug. Joh. III. filia.
ex Maria Angla, nulli liberi.
ex Eliſabetha Galla: Iſabella Clara Eugenia, ux. Alberti Archiducis Auſtr. — Catharina, uxor Caroli Emanuelis Sabaudi.

ex Anna Auſtriaca, nepte ex ſor.

Ferdinandus Didacus. Carolus Laurentius. qui pueri obierunt.

Philippus III. ux. Margareta Auſtriaca.

Anna, Ludovici XIII. regis Galliarum uxor.
Philippus IV. Dominicus Victor, rex Hiſp. Ejus uxor 1. Eliſabetha, filia Henrici IV. regis Gall. 2. Maria Anna, filia Ferdinandi III. imp. — Philippus princeps Hiſp. Maria Anna Antonia ux. Ferdinandi IV. Ferdinandi III. Imp. filii.
Carolus.
Ferdinandus Cardinalis, Belgii regii gubernator.
Maria, uxor Ferdinandi III. imp.
Margareta.

Maria, uxor Maximiliani II. Imp.
Johanna, uxor Johannis IV. regis Portug. -- Sebaſtianus poſthumus in Africa cæſus 1578.

2. Beatrix, uxor Caroli III. Sabaudi. -- Philibertus Emanuel.

3. Johannes III. rex Portug. ux. Catharina Caroli V. ſoror
- Johannes princeps Portugalliæ ante patrem defunctus: uxor ejus Johanna Caroli V. filia. -- Sebaſtianus poſtumus in Africa cæſus.
- Maria, uxor Philippi II. regis Hiſp. — Carolus à patre necatus.

4. LUDOVICUS, dux de Beja: cujus pellex nobilis Jolanda.
ANTONIUS NOTHUS, quem tamen legitimum eſſe natum pontifex judicavit: rex Portugalliæ electus, ſed à Philippo II. pulſus, Lutetiæ exul mortuus 1595.
- Chriſtophorus infans mortuus.
- Emanuel, princeps Portugal. uxor Æmilia Wilhelmi principis Auraici filia.
  - Emanuel monachus initio: poſtea Hagæ comitis vixit.
  - Ludovicus.
  - Maria.
  - Ludovica.
  - Anna.
  - Juliana.
  - Mauritia.
  - Sabina.

5. Ferdinandus ἄπαις.
6. Alphonſus Cardinalis.
7. Eduardus
- MARIA, uxor Alexandri Farneſii Parmenſis, ante Henricum Cardinalem mortua. -- RANUTIUS FARNESIUS.
- CATHARINA, ux. Johannis ducis Bragantiæ, quæ erat heres Henrici Cardinalis, cui ſuperſtes fuit: Sed à Philippo II. eſt excluſa. -- THEODOSIUS. -- JOHANNES Fr. qui recuperavit Portugalliam Philippo IV. ademtam. — THEODOSIUS, natus 1634. ALPHONSUS, natus 1643.

8. Henricus Cardinalis rex poſt Sebaſtianum.

ex Maria, Iſabellæ ſorore, Ferdinandi catholici filia.

ex Leonora, filia Philippi, ſorore Caroli IV. quæ poſtea vidua nupſit Franciſco regi Gall. — Carolus, infans mortuus. Maria cœlebs.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

VI. Num qvæ etiam in Hispania sunt ducum, marchionum & comitum familiæ?

In Hispania neq; comites, neq; duces, neq; marchiones hereditarios ante Henricum II. regem Castellæ & Legionis fuisse, testatur Alphonsus Lopez de Haro in nobilitario genealogico Hispaniæ. Idem enarrat, qvi comites, duces & marchiones ab eo tempore, qvo Henricus II. regnare cœpit usq; ad Philippum III. creati sint. Comitum qvidem enarrat LXXXIIX. ducum IIX. & marchionum XXXVI. additq; , qvi reges qvos instituerint, qvaq; sibi serie familiæ comitum successerint. Nos illum laborem non faciemus nostrum, & cursu versus septentrionem directo insulas Britannicas paulisper ingrediemur, qvæq; illas fata gubernaverint, consideremus.

LIBRI TERTII
SECTIO IV.
de insulis Britannicis.

I. Qvotnam & qvæ sunt illæ insulæ Britannicæ?

Illarum præcipue duæ sunt, qvarum unam olim vocarunt Albionem & Britanniam; alteram Hiberniam. Illa hodie complectitur regnum Angliæ & Scotiæ; hæc Irlandia vulgo appellatur. Utriq; minores qvædam Insulæ adjacent: qvarum CXLV. imminent Angliæ de mer die, & dicuntur Sorlinges vel Silly, veteribus Hesperides & Cassiterides: XXX. amplius, versus occasum ad Scotiam sitæ, dicuntur Æbudæ seu Hebrides; XLIV. ad septentrionem vergentes, vocantur Orcades, qvæ ad ultimam usq; Thulen, sive illa sit Islandia, sive qvæcunq; alia, pertingunt: & adjacentes habent VII. insulas Acmodas. Qvi populi has insulas antiqvissimis temporibus incoluerint, Georgius Buchananus libro III. eleganter explicat: cujus verba digna existimavimus, ut huc apponantur: Constans, inqvit, fama est, qvam plurima etiam indicia confirmant, Hispanorum multitudinem, sive à potentioribus domo pulsam, sive abundante sobole ultro profectam, in Hiberniam transmisisse, ejusq; insulæ loca proxima tenuisse. Deinde, cum & aeris salubritas, & pabuli fœcunditas invitaret, paulatim complures, & propter seditiones domi, & exterorum injurias (qvibus Hispania semper fuit obnoxia) qvietioris vitæ spes & cupiditas eodem traxit: eoq; facilius, qvod ad insulam, jam à popularium suorum multitudine occupatam, tanqvam ad alteram patriam se proficisci sibi persvaderent. Stirps autem illa tanta sobole in terra hominum fœcundissima refloruit, ut jam,

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

non Hiberniæ finibus contenti, in proximas etiam inſulas minores freqven-
ter emigrarent. Interea SCOTIS (id enim univerſæ genti nomen erat)
per Æbudas ſeu Hebrides inſulas fines propagantibus, ſed ſine rege ac cer-
to imperio per cognationes tributim ſparſis, appulit ad Hiberniæ littus
claſſis Germanica, vel, ut ſcribit Beda, Scythica, eo rejecta tempeſtatibus,
ut credibile eſt, qvod nec liberos, nec uxores ſecum extuliſſent. Hi omni-
um rerum egeni, cum è longinqva navigatione nihil eis præter arma ſuper-
eſſet, à Scotisq; miſſis legatis, ſede peterent: reſponſum fuit, ſe exiguas &
infœcundas inſulas ob agri penuriam occupare coactos, qvas ne univerſas
qvidem, ſi eis cedere poſſent, ſuffecturas tantæ multitudini. Communis
vero ſortis miſerto, hominibus ſævitia fortunæ afflictis, nec genere (ut è
ſermone & inſtitutis apparebat) alienis, conſilium, & ad efficiendum,
qvanta poſſent, auxilia daturos. Conſilium autem erat, ut propinqvam
inſulam Albium, & amplam & fœcundam, & multis in locis adhuc incul-
tam, & propter incolarum, ſicubi eſſent, ingenia, qvi multis tum regibus
inter ſe inimicis parebant, infirmam peterent. In iis diſcordiis civilibus
facile fore, infirmiores fovendo, regionem ampliſſimam occupare. Sua ad
id auxilia non defutura. Cum Æbudarum anguſtia, & res, ut tum erant,
tenues facerent fidem, Germani, (qvi poſtea PICTI à Romanis & viciniș
gentibus ſunt appellati) oram Germanico mari vicinam ingreſſi, pulſis in-
colis, qvi & rari, & inter ſe diſcordes erant, magnam ejus oræ partem in
ſuam ditionem redegerunt: breviq; prima illa cum Scotis amicitiæ auſpi-
cia ſeqvuti, conjugibus ab eis acceptis, in unam prope gentem coaluerunt.
Ita enim effectum eſt, ut freqventi ultro citroq; commeatu, magna Scoto-
rum multitudo, vel ab affinibus adhuc infirmis retenta, vel domeſticarum
rerum penuria impulſa, vel charitate ſuorum, inter Pictos locum domici-
lio caperet. Picti primo affinium adventu læti, cum augeſcere paulatim
multitudinem cernerent, formidare cœperunt, ne cum primum ſpem vires
Scotis facerent, ipſi eis obnoxii redderentur. Primo ſecretis coitionibus,
deinde palam in conſiliis fremere cœperunt, providendum, ne peregrini
ſecum poſt miſcerentur, rationemq; ineundam, ut qvæ adeſſet, multitudo
minueretur. Jactatus etiam vulgo rumor eſt, divinitus Pictis dictionem
eſſe datam, fore, ut aliqvando tota gens à Scotis deleretur. Hæ ſuſpici-
ones in cauſa fuerunt, ut natione ante amiciſſimæ ſeorſim habitarent, Sco-
tiq; montanis in locis, & agriculturæ minus aptis, ut qvi pecori paſcendo &
venationibus magis dediti eſſent, ſe continerent. Picti agris fertiliori-
bus

bus secundum mare Germanicum colendis adolescerent: ac paulatim tot ante officiis necessitudo contracta, brevi in tumultum prope civile bellum vertit. Levibus enim de causis primum jurgiis, deinde injuriis inter homines feroces ortis, gravissimorum odiorum semina jacta videbantur. Hanc occasionem Brittones, utriusq; gentis inimici, cum essent nacti, discordiæ faces admoverunt, & Pictis non poscentibus auxilium adversus Scotos offerunt. Id Scoti cum tractari sentirent, & ipsi adversus imminens discrimen non modo auxilium, sed regem etiam peregrinum ex Hibernia adsciscunt, Fergusium. Hactenus Buchananus. Angliam autem C. Julius Cæsar primus Romanorum, ut superiori libro docuimus, bis intravit: sed bis reductis omnibus copiis in Galliam, relicta insula, reversus est: nec postea qvicqvam in Britannia usq; ad Claudii tempora tentatum. Ille, misso A. Plantio, redegit primus australem insulæ partem in provinciam, & ipse illuc advolans, cum XVI tantum die in insula fuisset commoratus, Romam rediit, cura belli Plantio permissa: qvi etiam rem tam prospere egit, ut de Britannis triumphum reportaret. Post Plantium proprætores in Britannia fuere P. Ostorius, qvi Caractarum regem Silurum perfidia Cartismandæ Brigantum reginæ cepit & vinctum Romam misit: A. Didius: Veranius: Svetonius, qvi provinciam pene amissam, cum Britanni jugum conabantur excutere, recuperavit, cæsis hostium LXXX. millibus: Petronius: Trebellius: Vectius: Cerealis: Frontinus: Agricola, cujus virtute, auspiciis Domitiani Britannia demum penitus est subjugata, & simul ad artes & virtutes adsvefacta. Extrema Scotiæ versus Hiberniam domuit, & Britannos classem Romanam carpentes repressit. Permanserunt Britanni diutissime in Romanorum fide, qvanqvam sæpenumero maximis seditionibus agitati: ipseq; Adrianus primum, deinde Septimius Severus, necessum habuerunt, ipsi isthuc ire, & muris à mari ad mare ductis, septentrionales Pictos & Scotos ab incursionibus prohibere. Nec semel contigit, ut purpuram in Britannia induerent, qvi Romanis imperitarunt, ut Carausius, ab Allecto tempore Diocletiani interfectus; Maximus sub Theodosio; Gratianus & Constantinus sub Theodosio II. Qvas autem terras Romani in Britannia occupaverant, illas initio in tres provincias, Maximam Cæsariensem, Britanniam primam & secundam diviserunt: postea duas addiderunt, Valentiam & Flaviam Cæsariensem. Hodie alias sortitur divisiones Anglia, & in tres magnas provincias dispescitur: qvarum una Angliæ nomen peculiariter obtinet ad mare Germanicum; altera vocatur Cornubia in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

in opposito Galliæ; tertia est Wallia contra Hiberniam. In qvibus omnibus sub regibus olim ducatus nonnulli fuere. Verum his postea abolitis, non nisi primogenitus regis ducis titulo insigniebatur, reliqvis proceribus comitum dignitate contentis.

II Num etiam Anglia antiqvitus suos habuit reges?

Qvod plerisqꝫ gentibus commune est, ut suorum regum sangvinem ad vetustissimam referant originem, inqꝫ ea re prolixam qvidem eorum, qvi sibi successerunt, seriem enumerent, sed vix certo, qvo eandem adstruant, fundamento nitantur: id etiam usu venit Anglis. Primum apud se regem nominant BRUTUM vel BRITONEM, nepotem Æneæ Silvii posthumi filium, qvi, patre per imprudentiam sagitta percusso, relicto Latio, in Græciam primo, deinde in Galliam, & hinc in insulam adjectam navigasse, eamqꝫ à suo nomine Britanniam vocavisse dicitur. Ab hoc CASSIVELLANUM, qvem Julius Cæsar in bello Britannico devicit, regem LXVI. faciunt. Ipse tamen Cæsar nullius Cassivellani, tanqvam totius Britanniæ regis, facit mentionem, sed insulam dicit diversis paruisse regibus, qvos nominat Cingetorigem, Carvilium, Taximagulum & Segonacem: qvi, cum singuli pugnabant, universi victi sunt. Eminuit etiam inter Britannos postea Voadicia regina, qvæ, qvod cum filiabus vim à Romano milite passa fuerat, in vindictam commissæ pudicitiæ conscripto exercitu, ingentem hostibus cladem intulit, sed postea mutata belli alea, hausto veneno paratum servitium effugit. Post Cassivellanum annales Anglici collocant Theomantium, Cimbellinum, Gvinderium à Claudio imperatore oppugnatum, Arniragum, Coryllum, Lucium. Hunc LUCIUM dicunt Christianam religionem anno CLXXVII. suscepisse: eoqꝫ defuncto, principes Britanniæ, inter se discordes, totius insulæ dominio excidisse. Romani certe illis præsides & prætores usqꝫ ad annum CCCXIII imposuerunt: qvo tempore cum varii populi in Italiam irrumperent, & Romani Britannis, à Pictis & Scotis admodum pressis, succurrere haud possent, CONSTANTINUM è Gallia Britannica evocatum, sibi regem præfecere: qvem VORTIGERNUS, postea Cornuu valliæ comes, per insidias obtruncavit, &, licet manu minus promptus, rex factus, HENGISTUM ducem Saxonum cum fratre Horsto in auxilium accersivit. Hic exercitu IX. millium ex Saxonibus, Jutis & Anglis, Cimbricæ Chersonesi incolis, collecto, in Britanniam trajiciens, res prospere gessit, filiaqꝫ Rovena Vortigerno elocata, totum Cantium in munus accepit. Novorum hospitum & externi dominii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

cum tæderet Britannos, depoſito Vortigerno, filium ejus VORTIMERUM creabant regem: qvi ſtatim prope Alesfortum cum Hengiſto acie congreſſus, victoriam reportavit. In hoc prælio Hengiſti frater Horſtus ſingulari certamine cum fratre Vortimeri Catigerno congreſſus, una cum hoſte occubuit: Hengiſtus autem Britannia exceſſit: eoq́ post qvadriennium veneno à Rovena extincto, proceres Vortigernum revocarunt. Audacior inde factus ejus ſocer Hengiſtus, denuo nomen amici mentitus aderat, & ſic per inſidias capto Vertigerno rege, AngloSaxones tum temporis gentiles, & maximo Chriſtianorum odio flagrantes in Britannia prævaluere, captusq́ Vortigernus Cantio, Suſſexia, Suffolcia & Nortfolcia libertatem redemit, & ab hoc tempore Cambria contentus fuit, qvæ alias dicitur Wallia. AURELIUS AMBROSIUS, vir ſangvinis Romani, vel potius, ut Buchananus cenſet, Conſtantini regis è Gallia Britannica evocati filius, Britannos interim in libertatem aſſerere annisus, non tantum Hengiſtum anno Chriſti cccclxxv acie fudit & peremit, ſed & Vortigernum, ut tradunt, in caſtello obſeſſum igne immiſſo, cum ædificio conſumſit: cumq́ xxxii annis rebus Britannorum præfuiſſet, veneno à Saxone qvodam propinato eſt interemtus. Succeſſit ipſi UTERIUS frater, vel, ut aliqvi volunt, Pendragonius, qvi in vexillo draconem aureo capite inſignem circumferebat, & Oſcam, Hengiſti filium, Cantii ſeu Cantuariorum principem, prælio ſuperatum peremit, & xviii. regni anno veneno in fontem, cujus aqvam bibere conſveverat, injecto, interemtus eſt. Filius ejus ex furtivo cum Igerne Britanna, Cornuvalliæ ducis uxore concubitu, à Merlino mago procurato, eſt ARTHURUS M. qvi in xii. præliis ſua manu vel bccc. Saxones dicitur peremiſſe: ejusq́ pugnæ & certamina, ut & menſæ orbicularis ſeu rotundæ ordo fabulari eloqventia in vulgus ſunt diſſeminata. Cum jam Londinum & Eboracum eripuiſſet Saxonibus, & xxiv. anno regni occubuiſſet in acie adverſus Pictorum regem, Medredum, proximum agnatum, qvo præterito, de ſucceſſione in regno Britanniæ Conſtantino Cadoni filio ſpem fecerat, ſucceſſere illi ordine AURELIUS CONANUS ejus nepos: VORTIGERUS CARELICUS: CADUANUS: CADWALLUS: CADVALLADAR, qvi, avitum regnum Saxonibus relinqvens, trajecit in Galliam. Illi rerum jam potiti, heptarchiam ſeu ſeptem principatus in Britannia diverſis temporibus condidere: qvorum primum Cantuariorum HENGISTUS cum poſteris ſibi vendicavit: alterum Northumbriæ, ubi Lancaſtria & Eboracum Hadwakerus, aut, ut alii ajunt, Ida occu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

occupavit; tertius in Anglia orientali, ubi Norbonessa & Cantabrigium, Willæ aut Uffæ cessit: qvartum Merciorum ubi Glocestria & Oxenfordia. CRIDA anno DXCIX. condidit: qvintum, sextum & septimum orientales, australes & occidentale. Saxones per ELLIUM, ERCHENWINUM & CEDRITIUM constituerunt. Et hæc est causa, qvare Anglia à nonnullis vocetur Saxonia transmarina. Inter septem autem illos principes qvi dignior videbatur, illum reliqvi tanqvam regem coluere. ETHELBERTUS, Hengisti abnepos, rex Cantii qvintus, primus ex Saxonibus in Anglia Christo nomen dedit: cujus exemplum reliqvi secuti, non exigua fidei Christianæ incrementa addidere. Tandem EGBERTUS, rex occidentalium in Anglia Saxonum à Cedritio XVII. cujus majores jam australes & orientales Saxones domuerant, tres alios ex heptarchia Britannica principatus, Cantianum, Northumbrium & Ostro Anglicum sibi subjecit, & rex Angliæ proclamatus, Britannico & Saxonico nomine rejecto universam gentem posthac nomine Anglorum vocari edicto sanxit publico. Interim Dani, ducibus Angaro & Hubone, impetu in Angliam facto, Merciorum & orientalium Anglorum dynastas dejecere, magnaqꝫ Northumbriæ parte ad se tracta, tributum, qvod Danigeld vulgo dicebatur, imposuere populo. Sed hos Alfredus, Edvardus I. & Adelstanus tota Anglia tandem removerunt.

SERIES REGUM ANGLIAE.

A. C. | *A. R.*

801. I. EGBERTUS, Bitrichi regis occidentalium Saxonum filius. 37

838. II. EDELWOLFUS, F. primum monachus, deinde Leonis IV papæ autoritate vinculo sacro solutus, & rex factus, denarium S. Petri ex regnis Cantii & Northumbriæ papæ addixit. Aliqvi ex Polydoro Virgilio dicunt, jam anno DCCXI. Inam, regem in Anglia occidentalium Saxonum, pietate inductum, Petri denarium è singulis ædibus pontifici solvendum constituisse. 20

858. III. EDELWALDUS, F. mox febre consumtus, uxorem patris Juditham duxit. 2

860. IV EDELBERTUS, Fr. Danos Cantio exegit. 5

865. V EDELREDUS, Fr. qvi cum Danis, Angliam vastantibus, sæpenumero confligens varia fortuna, victor tandem ex vulnere occubuit. 6

871. VI. ALFREDUS Fr. itidem cum Danis, cumqꝫ paganis in Britannia diffi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

difficilia bella gessit: Merciorum regnum illis ademptum suo adjecit: Academiam Oxoniensem fundavit: cujus vitam copiose descripsit Afferus in Camdeni Anglicis. 28

900 VII EDUARDUS I. F. patriæ victorias continuans, expulsis Danis, orientalium Anglorum principatu potitus, totius Angliæ imperium primus ex Germanis tenuit. Hujus filia Edgina, Carolo simplici Galliæ regi nupta, Ludovici Transmarini mater est. 24

924. VIII. ADELSTANUS, F pulsis ex Northumbria Danis, qvam occupaverant, Scotis etiam devictis, monarcha totius insulæ factus est. 16

940. IX EDMUNDUS I. Fr. à sicario confossus. Ejus filia Editha fuit Ottonis I. imperatoris uxor. 6

946 X EADREDUS Fr. fine armis fortis 9

955. XI. EDUINUS I. Edmundi F. ob libidinem, qva primo sui regni die virginem consangvineam vi stupravit, regno pulsus. 4

959. XII EDGARUS, Fr. gravis vir & optimus, qvem dicunt Ludovallo, regulo Wallorum, ccc. lupos annuo tributo dandos assignasse, & hoc consilio perfecisse, ut tribus annis omnes lupi in Anglia exstirparentur. 16

975. XIII. EDUARDUS II F. insidiis novercæ Alfredæ sublatus, sanctorum catalogo ob pietatem adscriptus. 3

978. XIV. EDELREDUS, Fr. Alfredæ F qvi baptismi fontem stercore commaculavit, ignavus, omnisq; virtutis ignarus, cum Dani denuo cœpissent insulam in prædam habere, nihil adversus eos laude dignum conatus est. Angli autem, conspiratione facta, una nocte omnes Danos per universum regnum mactaverunt. Qvod ægerrime ferens Danorum rex Sveno magnis copiis Angliam petiit, Edelredum acie victum fugavit, ad se omnes ejus provincias traxit 36

1016. XV EDMUNDUS II Edelredi, F. ferreum latus ob corporis robur dictus, perpetuo bello à Canuto M rege Daniæ fatigatus & intra annum à suis interfectus, cui Canutus M successit, ducta Edelredi vidua Emma. 1

1017. XVI. CANUTUS M. Danus, Svenonis F. Edmundi II. vitricus. 19

1036. XVII. HARALDUS Spurius F. 4

1041.

1041. XIX. EDUARDUS III. Fr. sanctus seu confessor dictus, ex eadem matre Emma cum Haraldo & Canuto duro prognatus, ex exilio revocatus, regnum avitum recuperavit. 24

1040. XVIII. CANUTUS II. durus seu audax, seu Hardecarnutus. 2

1065. XX. HARALDUS II. Svenonis ex filia Estrita pronepos. 1

Sveno rex Daniæ LXXII. aut, ut alii numerant, LXVIII. Haraldi filius, in baptismo, qvem, teste Ottone I. imperatore, cum patre suscepit, Svenotto dictus, homo fuit in patrem & Deum impius: qvorum hunc ad paganorum superstitionem conversus abnegavit; illum regno expulit. Sed ecce numinis iram! Capitur bis à nostris Julinensibus, & lytro persoluto bis dimissus, à rege Sveciæ Erico IX. regno pulsus, annos XIV. in Scotia exulavit. Ad Christum autem & saniorem mentem sese recipiens, non salrem regnum paternum recuperavit, sed & præcipuas in Anglia provincias subegit. Prius tamen Eboraci mortuus est, qvam diadema regium ei imponeretur. Filius ejus Canutus M. cum Edmundo II. Edelredi filio, in monomachia congressus, ad id adigi se passus est, ut Edmundus in societatem regni reciperetur: qvi ipse tamen anno vertente per sicarium ex insidiis est interfectus. Sic Canutus M. solus, ducta Edelredi vidua, Angliam obtinuit: eamq; ad Haraldum Spurium & Canutum II. durum seu audacem filios transmisit. Iis sine herede defunctis, Eduardus III. Haraldi & Canuti duri uterinus frater, filius Edelredi, qvi ad necem in pueritia à Canuto M. qvæsitus, primũ in Gallia apud Gvilielmum ducem Normanniæ affinem exulaverat, regnum avitum recuperavit, & illud qviete gubernavit, à sanctitate notissimus, cujus dono dicitur strumam & scrophulam in multis solo tactu sanavisse. In illo, cum anno CIↃLXV. obiret, defecit prima regum Angliæ familia. Eduardus regnum testamento promiserat Gvilielmo Conqvestori, duci Normannorum VII. Roberti ducis Normannorum VI. ex rustica puella filio naturali, sed viro forti & strenuo, apud qvem, ut diximus, tanqvam affinem, in exilio diu vixerat. Haraldus II. autem, Godwini Cantiæ comitis filius, Svenonis ex filia Estrita pronepos, natus ex Thyra, Canuti II. sorore, regnum vi occupavit, ipsumq; fratrem Tostonem, qvem habuit adversarium, prælio victum trucidavit, filiamq; Gvilielmi Conqvestori sibi desponsatam repudiavit. Id ille ægre ferens, trajecit ex Gallia in Angliam australem, victoq; Haraldo & peremto, sibi regnum, luxu &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

inertia tantum non perditum, asseruit, primus trium leonum insignia usurpavit, novis legibus, qvibus priscæ longe molliores antiqvabantur, Gallica lingva conditis, omnes agros Anglis ademtos militibus suis suo beneficio possidendos, directo dominio soli sibi & successoribus suis reservato, assignavit, ecclesiasticorum ferociam frenavit, Cambriam domuit, Scotiæ regem Malcolmum sibi tributarium fecit.

1066. XXI. GVILIELMUS CONQVESTOR, dux Normanniæ VII. amitinus Eduardi III. cujus testamento contra Haraldum II. rex Angliæ constitutus est. Genealogiam ejus vide in historia regum Siciliæ & Neapolis. Dum in Angliæ regno occupabatur, filius ejus Robertus, in Normannia relictus, sperato principatu diutius destitui nolens, patre invito, illum rapuit. Sed pater cum exercitu advolavit, inq; prælio ab ipso filio eqvo est dejectus & vulneratus. Agnitum tamen illum filius erexit, & à patre læso qvidem veniam supplex impetravit, sed qvamdiu vixit, res jam adversus patrem, jam adversus fratres turbare non desiit. 22

1088. XXII. GVILIELMUS II. RUFUS F. adversus fratrem Robertum Normanniæ ducem, Malcolmum Scotum, & Cambros rebelles satis feliciter bella gessit, pontificis conatibus, qvi regnum Angliæ in suo beneficio esse voluit, animose restitit, S. Anshelmum archiepiscopum in exilium pepulit, sacrosq; proventus ipse disposuit. Inter venandum tandem telo à cervi tergo resultante vulnus lethale accepit & expiravit. 15

1101. XXIII. HENRICUS I. Fr. bellus clericus cognominatus, S. Anshelmum ex exilio revocavit: capto & excæcato Roberto fratre, ex bello sacro reduce, Normanniam Angliæ regno conjunxit: prælio cum Ludovico Crasso, Galliæ rege, ad Nicasium feliciter conflixit. Filii ejus, Gvilielmus & Ricardus, cum sorore Maria ex Gallia in Angliam reversuri, naufragium passi, interierunt. Polydorus lib. X. causam exstirpatæ stirpis Gvilielmi Conqvestoris conjecit in infaustas Henrici I. nuptias cum invita Mathilde Scotica contractas. Illa enim hactenus inter moniales degens, cum intelligeret, sibi votum virginitatis esse violandum, volente id fratre Edgaro, rege Scotiæ, omnem prolem, si qva ex se nasceretur, execrata esse dicitur. Nonnullis hic rex primus Parlamentum seu Ordinum consessum dicitur instituisse, penesq; se jus investi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

vestituræ sacerdotes & decidendi res inter sacras personas, invito
pontifice Romano, retinuit. 35

1136 XXIV STEPHANUS, comes Blesensis & Campaniæ, ex stirpe
Gallica, Gvilielmi Conqvestoris ex filia Adela nepos, cum vi re-
gnum sumeret, Mathildi, primum Henrici V. imperatoris; dein-
de Gothofredi seu Gaufredi Plantagenetæ, comitis Andegaven-
sis, uxor, filia Henrici I. eum oppugnatum & captum in carcerem
misit: sed liberatus, Mathildem bello redintegrato obsedit Oxii,
& à Roberto Glocestriæ comite in fugam versus, post variam bel-
li aleam, cum tandem unicum filium Eustachium amisisset, adopta-
to Mathildis filio Henrico II. in Cantio obiit. 19

1155. XXV. HENRICUS II. Mathildis & Gothofredi comitis Andega-
vensis filius, frater Fulconis regis Hierosolymitani, Henrici I.
nepos, Angliæ regum florentissimus & potentissimus, à Stepha-
no adoptatus, socer Henrici Leonis Saxoniæ ducis: initio regni
CambroBritannos tumultuantes compescuit: Northumbriam,
qvam Stephanus Scotorum regi concesserat, armis recuperavit:
Andium ducatum fratri Gothofredo extorsit: Pictones etiam &
Aqvitanos propter Eleonoram uxorem, filiam Gvilielmi Aqvita-
niæ ducis, sibi vendicavit: qvod perpetui belli inter Anglos &
Gallos seminarium extitit. Gvilielmum Scotorum regem, pro-
fligatis ad Alnevicum oppidum ipsius copiis, in pugna cepit, & ac-
ceptis IV. castellis liberum dimisit. Omnes has victorias cæde
Thomæ Cantuariensis archiepiscopi nimium fœdavit. Qvan-
qvam, qvi rem rectius pensitant, hunc Thomam, cum rex aliqvos,
ceu vocantur, ex clericis ob cædem vocasset ad supplicium, se re-
gi ajunt opposuisse, & episcopos ex societate ecclesiæ ejecisse, qvi
se regi submiserant, multisq; turbis ansam dedisse: qvapropter
IV. milites regis in necem archiepiscopi conspirasse, eumq; è medio
sustulisse: qvi deinde sit inter martyres relatus. Filius regis
primogenitus Henricus, qvem in societatem regni assumserat, re-
gis Gallarum Ludovici VII. gener, conjuratione cum rege Sco-
tiæ Gvilielmo, multisq; regni proceribus facta, adversus patrem
in Normannia insurrexit. Sed pater advolans, rebellem filium
ad obseqvium retraxit, eumq; sibi reconciliatum in Angliam re-
duxit, ubi brevi post obiit. Uno bello parricidali vix sopito,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

alterum ſtatim exarſit, qvia alter ejus filius Richardus, cum putaret, ſponſam ſuam Adelam, Ludovici VII. filiam alteram, ab eo amari, adeoq; promiſſum ſibi matrimonium differri, copiis collectis, Moguntiæ eum obſedit, & ad conditiones, qvas volebat, adegit. Hic rex Hiberniam ſine ſangvine in poteſtatem ſuam redegit, & palatium magnificum Dublini extruxit. 34

1189. XXVI. RICHARDUS I. F. cor Leonis dictus, Adelam ſibi deſponſatam, ut patris pellicem, in Gallias remiſit, & Berengariam Garſiæ Navarræ regis filiam ſibi copulavit: conſcriptis qvinq; eqvitum & trigintapeditum millibus in Palæſtinam cum Philippo Galliarum rege profectus, Cypri regno in poteſtatem redacto Ptolemaida expugnavit: Joppen inſtauravit: jus & titulum regni Hieroſolymitani, permutata Cypro, ad ſe tranſtulit: cum varias in regno ſuo, ſe abſente, turbas dari intelligeret, pace cum Saladino rege iniqvis conditionibus facta, per Dalmatiam terreſtri itinere in Germaniam rediit, & Viennæ per Leopoldum archiducem Auſtriæ ob injuriam in expugnatione Ptolemaidos ipſi illatam captus, & Henrico VI. imperatori miſſus, non niſi grandi lytro redemtus dimitti potuit, inq; Angliam reverſus, expeditionem adverſus Philippum Galliæ regem, qvi contra datam fidem interea Normanniam invaſerat, ſuſcepit. Tandem in obſidione Calaci apud Lemovices, qvo ſe miles cum ingenti theſauro reperto receperat, nec illum regi reddere volebat, catapulta venenata percuſſus interiit. 10

1200. XXVII. JOHANNES SINE TERRA Fr. cum Richardus abeſſet in Syria, ad regnum aſpirare cœperat. Sed ille redux prætulit ei moriturus nepotem ex fratre Gothofredo Arthurum. Johannes nihilominus, homo luxu & ignavia diffluens, Arthuro regnum præripuit, eumq;, dum ope amicorum reſiſtebat, oppreſſit. Excitavit ea re Philippum II. Galliarum regem, qvi Normanniam invaſit, eamq; pulſis inde Anglis ad ſe traxit. Interea Johannes ſubditorum odia variis provocavit tantopere injuriis, ut, evocato rege Galliæ, obſeqvium ejus filio Ludovico VIII. ut regi, promitterent. Aderat actutum Gallus cum ingenti 1oc. navium claſſe, & cum Johannes in copiis, qvas ei opponeret, colligendis occupabatur, vel contracta inter curas febri, vel ex veneno à monacho por-

recto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

fecto, extingvebatur. Ferunt, eum ab Innocentio III. excommunicationis fulmine petitum, non prius potuiſſe ſacra noxa ſolvi, qvam ingenti pecunia, tributoq; perpetuo promiſſo ſe beneficiarium pontificis Romani agnoſceret. Filius ejus ſecundogenitus eſt Richardus, imperator Romanus in diuturno interregno à Germanis evocatus: qvod tamen imperium cum vi magis, qvam benevolentia gereret, à proceribus derelictus, rediit in 17
Angliam ad fratrem Henricum III.

1217. XXVIII. HENRICUS III. F. cum nonnulli Anglorum proceres, deſpecta novelli regis novennis infantia, elegiſſent Ludovicum Philippi II. regis Galliarum filium, biennio poſt patris mortem, cum ex Anglia poſt diverſas clades acceptas ceſſiſſet Ludovicus, gubernacula regni ſuſcepit. Hic Normanniam à Gallis receptu-rus, comitatum qvoq; Andegavenſium amiſit. Cujus tamen loco, ſubactis Walliorum regulis, ſuo imperio Walliam adjecit. Interea Alexander III. rex Scotiæ, eqvo delapſus, expiravit: cumq; unica ejus heres Margareta brevi patris fatum ſeqveretur, & à variis competitoribus regnum Scotiæ ambiretur, Johannem qvidem Baliolum & Robertum Bruſium Eduardus, arbiter electus, pari jure regnum affectare cenſuit, ſed iſti, qvi obſeqvium ſibi perenne juraret, illud promiſit. Conditionem aſpernabatur Bruſius; acceptabat Baliolus: ſed non diu ſtetit pactis. Cum enim ad dicendam cauſam ob negatam aliqvibus juſtitiam evocaretur ad Eduardi tribunal, pacto cum Galliarum rege fœdere, belli fecit initium, qvod trecentos annos, ſi inducias qvandoq; minus ſinceras interjectas eximis, duravit. In illo Eduardus ternis vicibus ingentem Scotis cladem intulit. Pontifex qvidem Romanus ſecundum Scotos pronunciavit, illorum regem non pertinere ad regis Angliæ beneficium: ſed liti finem non impoſuit ſententia. Interea à Philippo IV. Galliarum rege tempeſtas etiam intonuit. Ad Seqvanæ oſtium primo pugnatum eſt. Ibi victoria ſtetit penes Anglos. Poſtea connubiis factis res compoſita eſt, & Eduardo II. regis Angliæ filio filia regis Galliæ cum Aqvitania dotis loco data eſt. Hic Eduardus eſt, qvi anno cIↃCCXC. Judæos ſine reditus ſpe Anglia ejecit. Eſt etiam ille, qvi, cum eccleſiaſtici ordinis homines ad ſumtus bellicos nihil vellent erogare, omnia eorum horrea

frumento plena occludi jussit, & universo clero patrocinium legum & protectionem subtraxit, ut à nemine illius ordinis posthac litem liceret intendere. Qvo edicto pertinacia episcoporum fracta est, ut communia patriæ onera etiam ipsi portare discerent. Filios reliqvit, Euduardum, qvi successit in regno, & Edmundum, cui partim patris dono, partim per dotem, tres in Anglia comitatus præcipui, interq; eos Lancestriæ, obtigerunt. Huic Edmundo tres fuere filii, Thomas, Henricus & Johannes. Thomas per uxorem nomine dotis alios duos comitatus sibi acqvisivit, & ægre ferens, libertatem regni subjici Romani pontificis libidini, fœdere cum aliis proceribus regni facto, Eduardo II. patrueli, partes pontificis tuenti, bellum intulit, & ab eo captus & securi subjectus est. Unde materia factionum inter Eboracenses albæ rosæ, & inter Lancastrios rosæ rubræ. 56

1273. XXIX. EDUARDUS I. F. rex prudens & legum Anglicarum emendator, ex sacro bello notus, in qvo, vivo adhuc patre, ad Ptolemaida tribus acceptis vulneribus, ægre mortis periculum evasit. Wallios rebelles domuit. Illius & seqventium qvinq; regum historiam copiose descripsit Thomas Walsingham. 35

1308 XXX. EDUARDUS II. F. cognomine Carnarvanus, ignavus, futilis, infelix, unum Ganestonium exulem, qvem ad summas dignitates evexerat, pluris faciens, qvam omnium procerum amorem, amissa Scotia, turbatas etiam res domi expertus est. Nam sæviens in primores, cum ipsum suum patruelem Thomam Lancastrium capiti supplicio affecisset, à filio ex uxore Isabella, Philippi IV. regis Galliæ filia, sibi nato, qvem cum matre adulterii insimulatum omni Anglia ejecerat, qvemq; proceres, deserto patre, sibi præfecerant, in carcere, dum vivebat, est detentus, tandemq; ferro in intestina, ne facinus indicio deprehenderetur, transmisso periit. Custodes præmium facinoris expectantes, capitis postulati, in exilium abiere. 19

1327. XXXI EDUARDUS III F. Vindesoriensis, fortis & felix, imperator à Germanis designatus, pace cum Scotis facta, qvorum regem Davidem bello ceperat, Philippo VI. Valesio Galliarum regi litem ob successionem in regno Gallico, qvod materna hereditate, tanqvam Philippi Pulcri nepos, qvanqvam, contra Salicam

legem

legem, sibi vendicabat, movit, eumq; societate cũ Flandris & impe-
ratore inita, bis cruento prælio, ad Clusium maritimo, & ad Cre-
sciacum terrestri, profligavit. Præter plura oppida Caletum ex-
pugnavit. Ipso tandem Johanne Valesio, Galliarũ rege, ad Burde-
galam, virtute filii Eduardi capto, titulum & arma regni Francici
primus usurpavit, & ad posteros transmisit: in qvorum potestate
diu fuere plures in Aqvitania & Normannia arces & oppida, ipsæq;
adeo Lutetiæ Parisiorum, donec Carolus VII. Anglos tota pene
Gallia ejecit, nisi qvod Caleto dimoveri non poterant, donec an-
no CIↃIↃLVIII. ab Henrico II. rege Galliarum illud recuperaretur.
Ordinem XXVI. eqvitum Garteriorum, à periscelide aurea, An-
glis Garter dicta, qvæ aliqvando è sura virginis Salberinæ, regi
acceptæ, decidens risum moverat, sic vocatorum instituit. Rex
enim sublatam periscelidem, symbolum ordinis novi, multis redi-
tibus gaudentis, jussit esse, cum hac inscriptione: Hony soit, qvi
maly pense: Confundatur, qvi malum cogitat. Joh. Wiclephus,
hoc tempore Oxoniæ damnatus, ad Bohemos profugit, relictis in
Anglia discipulis. Et circa hæc ipsa tempora plebs infima & egena,
sacrificuli alicujus concionibus excitata, efflagitavit omnium
personarum æqvalitatem, cum homini homo non præstaret:
cumq; ea negaretur, seditiosi impetu in arcem Londinensem facto,
archiepiscopum Cantuariensem & thesaurarium regium securi
subjecerunt, scenicoq; sibi rege creato Litstoro, tinctore,
omnibus paulo nobilioribus manus injecerunt. Mature tamen
repressus est furor. 51

1378. XXII RICHARDUS II. Burdegalensis, nepos, ætatis anno XI.
rex constitutus: cujus pater Eduardus niger, Eduardi III. filius,
princeps Walliæ, vir magnæ virtutis & fortunæ, præfectus Aqvi-
taniæ, qvi Johannem Galliæ regem cum filio Philippo in Pictoni-
bus anno CIↃCCCLVI. ceperat, & decem ante patrem mensibus im-
matura morte obierat. Ignavissimus omnium fuit & infelicissi-
mus, ut socer ejus Wenceslaus imperator. Nam cum & Scoti &
Galli Angliam infestam tenerent, tyrannide in suos desœviit.
Tandem ab Henrico, duce Lancastriæ, qvem omni hereditate pa-
terna spoliaverat, & à reliqvis proceribus ob tyrannidem exercitã
regno exutus, in custodia libera detentus est, donec in ea à sicariis
necaretur. 22

1400. XXXIII. HENRICUS IV. dux Lancastrius, patruelis Richardi, Eduardi III. ex Johanne Magno Gandaveni filio nepos, perpetuis suorum seditionibus & bellis civilibus exagitatus. A Richardo II. fuerat omni hereditate spoliatus & in exilium pulsus. Sed capto Richardo ad regnum est revocatus. 13

1414. XXIV. HENRICUS V. F. Gallos ad Dagincurtum oppidum ingenti prælio, secundo regni anno, superavit: Carolum Aureliæ, & Ludovicum Borboniæ duces vivos cepit: Carolo VI. Galliarum regi Normanniam eripuit: magna insuper ipsius Franciæ parte & urbe etiam Parisiensi subacta, cepit cum matre filiam regis Catharinam: qva uxore ducta, cum socero hanc iniit pacem, ut in regno Galliæ succederet, Carolo VII. Delphino excluso. 9

1423. XXXV. HENRICUS VI. F. Vindesoriensis, patre moriente etiamnum infans, sub tutore Humfredo, duce Glocestriæ, patruo, rex Angliæ Franciæq; est coronatus. Extremis annis rex optimus miro fortunæ ludibrio expositus, non saltem utrumq; regnum, sed & Normanniam totam atq; Aqvitaniam, qvæ trecentis jam annis regum Angliæ fuerat, amisit, & vel ter captus in manus hostium pervenit. Nam cum uxor ejus Margareta, Renati Siciliæ regis & ducis Andegavensis filia, Humfredum patruum & tutorem regis inqvieta sustulisset, à principibus suis, duce Richardo Eboracensi, bis captus, tandemq; ab Eduardo, Richardi filio, successore profligatus, apud Scotorum regem Jacobum III. miseram vitam sustinuit, donec decimo fugæ anno à Margareta, qvæ Gallos in auxilium vocaverat, restitueretur. Sed paucis post mensibus Eduardus, à socero Carolo Burgundo adjutus, eum cum tota familia regia captum in carcere interemit. Et hic est finis regum familiæ Lancastriæ. 38

1461. XXXVI. EDUARDUS IV. formosissimus, sed intemperans, filius Richardi Plantagenetæ, ducis Eboracensis, Eduardi III ex Edmundo filio, comite Eboracensi, & Richardo nepote abnepos, cujus patrem Henricus VI; avum Henricus V. perduelles experti fuerant. Vix expulerat Henricum VI regem, cum eum frater Georgius iterum dejiceret. Sed Caroli audacis Burgundiæ ducis copiis restitutus, fratrem in suas partes traductum, ob novam suspicionem, in dolio vini Cretici suffocavit. 23

suo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

1484. XXXVII. EDUARDUS V. F. à patruo Richardo tutore anno ætatis XIV. cum fratre Richardo necatus.

1484. XXXIIX. RICHARDUS III. Eduardi IV. frater, duobus fratris filiis occisis, totidemq; filiabus cum matre in carcerem conjectis, vi regnum adiit. Sed illud paulo post ab Henrico, comite Richemontis cæsus, justo Dei judicio cum vita amisit. Sub hoc pestilens sudor primum in Gallia extitit.

1486. XXXIX. HENRICUS VII. comes Richemontis, gener Eduardi IV. bello & pace insignis: ad qvem hac ratione regnum devolutum est. Catharina uxor Henrici V. post natum filium Henricum VI. vidua facta, clam nupsit Ovino Tedaro Wallio, non genere, sed virtutibus ornato, tandem tamen, qvod sangvinem suum cum regina miscere ausus fuisset, ab Humfredo Henrici VI. tutore securi percusso. Ex qvo connubio natus est Edmundus, ab Henrico VI. comes Richemontis factus, ex qvo Henricus VII. prognatus est. Hic rubris & candidis rosis, factionum inter Eboracenses & Lancastrios funestarum notis, commixtis, tranqvillitatẽ patriæ reduxit, omnesq; seditiones domesticas mira prudentia oppressit. Nam cum Henricus III. duos filios genuisset, Eduardum I. & Edmundum gibbosum Lancastrium, in Eduardi prosapia, ut jam demonstravimus, regnum annos amplius c. permansit. Henricus IV. postea, Eduardi III. ex Johanne Gandavensi, Magno ob res in Gallia & Hispania gestas dicto, nepos, rex factus, jure materno hereditatem Lancastriæ adiit. Ex Blanca enim pronepte Edmundi gibbosi, Johanni Gandavensi nupta, prognatus erat, & sic potiori uti jure se dictitavit, qvam Richardum II. & reliqvos ex Eduardo oriundos. Hac regiæ stirpis simultate factum est, ut proceres in duas factiones abirent, & Lancastrii rosa purpurea; Eboracenses autem, qvi partes Eduardi seqvebantur, rosa alba in bellis uterentur. Conqvievere tamen procellæ usq; ad Henricum VI. à qvo Richardus Plantageneta, dux Eboracensis, Eduardi III. pronepos, factionis albæ rosæ, legitimum regni jus, qvod post Richardi II. regis obitum ad se spectare dixit, repetiit. Qvod autem ipse non potuit, filius ejus Eduardus IV. feliciter obtinuit. Cujus frater Richardus III. cladem intulit suæ rosarum albarum factioni maximam. Rege enim Eduardo V. ejusq; fratre pupillis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

adhue, suis ex fratre nepotibus, ut diximus, interfectis, cum se regem diceret, Henricus VII. Lancastrius, factionis albarum rosarum, ex Gallico exilio in Angliam reversus, prælio eum superatum vita & regno exuit: utq; Lancastriorum & Eboracensium familias conciliaret, Elisabeta Eduardi IV. filia ducta, perniciosarum factionum semina sustulit, & Petrū Warwichium Flandrum, qvi se Eduardi IV. filium & ducem Eboracensem mentiebatur, & ab Eduardi sorore Margareta, Caroli Burgundi vidua, juvabatur, in potestatem redactum, laqveo necavit. Turbæ Lancastriæ & Eboracensis familiæ è schemate genealogico fient clariores. 22

1508 XL HENRICUS IIX F. polygamus, pontificiam religionem primum, stricto etiam in Lutherum calamo, asseruit, & ob id à papa titulum defensoris fidei meruit. Sed cum amore Annæ Boleniæ, Thomæ Bolenii eqvitis filiæ, qvā Sanderus mentitur ipsius Henrici regis filiam fuisse, Catharinam Ferdinandi Catholici regis Hispaniarum filiam, Caroli V. materteram, suo fratri Arthuroante desponsatam, & primo conjugii anno viduatam, ex dispensatione pontificia, anno ætatis XV. voluntate patris ductam, nondum impetrato pontificis Clementis VII. consensu, suffragantibus tamen Anglicis & Parisiensi Academia, post genitam Mariam, principem Walliæ & heredem regni, ob morum austeritatem, svasu Thomæ Wolsæi Cardinalis & Cancellarii regni atq; archiepiscopi, hominis fastuosi & factiosi, qvasi nuptiæ cum ea essent incestuosæ, anno matrimonii XX. repudiaret, & ob id improbaretur, non saltem præter alios Thomam Morum regni cancellarium, & Johannem Fischerum episcopum Roffensem, puriori religioni addictos, securi percussit, sed & supremam Romano pontifici dignitatem abrogavit, se ecclesiæ per Angliā caput nominavit, Petri numum dari qvotannis solitum papæ negavit. Errores tamen pontificiorum plerosq; retinuit, & in confessores fidei tantopere sæviit, ut Cardanus testetur, multa millia carnificis manu cecidisse. Sex habuit uxores, 1. Catharinam Arragoniam, Ferdinandi Catholici filiam, qvam repudiavit. 2 Annam Boleniam evangelicæ religionis, qvæ post genitam Elisabetam, ut masculam sobolem qværeret, si Jovio credendum est, (de cujus tamen fide merito dubitatur) non saltem Georgium fratrem germanum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

sed & alios, interq; illos Marcum Musicæ artis magistrum, ad incestos & illicitos concubitus invitaverat, & crimine deprehenso, ipso inter judices patre Thoma Bolenio suffragium ferente, post triennium sublata est. 3. Johannam Semeriam, ex cujus utero Eduardus VI. cæsus est. 4. Annam Juliacensem, Johannis III. pacifici filiam, cujus soror Sibylla Johanni Friderico electori Saxoniæ nupserat, qvam post sextum mensem repudiavit, ideo ductam, ut confœderatorum Smalcaldicorum opibus adversus Carolum V imperatorem tutior esset: qvocum postqvam paulo post fœdus adversus Gallum iniisset, dimisit Germanam præ Anglicanis jam fastiditam. 5. Catharinam Havardam, ducis Nordfolciæ ex fratre neptem, qvam ob stupri suspicionem post biennium securi submisit. 6. Catharinam Parram, eqvitis filiam, Wilhelmi comitis Nordhamtonii sororem, qvæ ipsi sterilis supervixit, & postea Thomæ fratri Johannæ Semeriæ nupsit. Hic est, qvi primus se regem Hiberniæ dixit, princeps magnanimus, secundum Camdenum, in cujus maximo ingenio inerant confuso qvodam temperamento virtutes magnæ & vitia non minora. Primis tabulis moriens Eduardum filium; secundis Mariam; deinde Elisabetam heredes reliqvit. 37

1547 XLI. EDUARDUS VI. ex Johanna Semeria F. à constantia animi, amore recti & studio literarum incredibili, Thuano commendatus, sub tutoribus XVI. accersitis Petro Martyre, Bucero & Fagio, Missa abrogata, pontificiam religionem profligavit, lentoq; veneno, ceu creditur, à Johanne Dudlejo, Northumbriæ duce, qvi regnum affectabat, anno ætatis XVI. est sublatus. Thuanus libro XIII. hectico eum morbo decessisse tradit. 6

1553 XLII MARIA, Henrici VIII. ex Catharina Arragonia F. pontificia religione iterum in Anglia asserta, idq; opera imprimis Reginaldi Poli Cardinalis, nuncii apostolici, cujus matrem Margaretam Henricus VIII. securi subjecerat, atroce persecutione adversus evangelicos, & eos, qvi sententiam divortii contra matrem Catharinam tulerant, sæviit: restitutionem tamen bonorum ecclesiasticorum impetrare non potuit. Thomam Crammerum archiepiscopum Cantuariensem vivum exussit, eiq; Reginaldum Polum substituit: Buceri & Fagii cineres effossos ad ro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

gum; Petri martyris uxorem effossam, cum ipse Argentoratum rediisset, ad lacum damnavit. Capitis etiam cum patre, socero & marito damnavit Janam vel Johannam Suffolciam, Henrici VII. ex filia Maria proneptem, filiam Henrici Graji, Suffolciæ ducis, uxorem Gilfordi, ex Johanne Dudlejo Northumbriæ duce nati, qvam Eduardus VI. curante id Dudlejo, ideo testamento heredem scripserat, qvia Maria esset ex incestuosis nuptiis, Elisabeta ex impudica matre nata; Johanna autem avia Henrici VIII soror fuerat. Hæc Maria fuit regis filia, sed rejecta: regis soror sed fastidita: à patre in testamento substituta, sed à fratre exheredata: summo loco nata, sed velut privata: multis si forte petita procis, recusata pluribus: rejecta à suis, contemta ab inimicis, præter omnem spem, superata fortunæ invidia, regni sceptra successione hereditaria consecuta est, & Philippo Hispaniarum heredi, Caroli V. filio, ea conditione nupsit, ut, si liberi non nascerentur, Philippo nihil juris in Angliam esset. Et decessit sine liberis anno ætatis XL. Dicitur qvinqꝫ annis plures carnificis manu sustulisse, qvam Henricus annis XXXVII. In gratiam mariti Philippi bellum Gallis denunciavit: sed illi non tantum Scotiam adversus reginam sollicitaverunt, sed & Caletum ei extorserunt, qvod jam cc. amplius annis in potestate Gallorum fuerat. Hydropis morbo periit.

1559 XLIII. ELISABETA, filia Henrici VIII. ex Anna Bolenia, à Maria sorore initio fuerat carceri mancipata, sed eidem postea in regno surrogata: cujus encomium est apud Thuanum libro CXXIX. In Cameracensi pacificatione Gallus illi post octennium promisit restitutionem Caleti: sed tempore illo exacto, causæ facile repertæ sunt ex auxiliis, qvæ interea Condæo adversus regem submiserat, qvare non restitueretur. Interea Missam pontificiam denuo abolevit Elisabeta: annatas, decimasqꝫ regno addixit: episcoporum potestatem non imminuit, nec in Romanenses, qvi cum papa sentire pergebant, igne & gladio desævit, nisi qvi postea adversus qvietem regni in gratiam papæ, à qvo regina excommunicata erat, aliqvid moliebantur: inter qvos fuit Edmundus Campianus & alii Jesuitæ. Ejus tempore Puritani in Anglia cœperunt fundamenta Puritanismi jacere, & omnes in ecclesia ministrorum

ordi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ordines deteſtati. Mariam Stuartam, filiam Jacobi V. & matrem
Jacobi VI. regum Scotiæ, qvæ primum Franciſco II. regi Galliæ,
deinde Henrico Stuarto agnato, tandem Jacobo Heburno nupſe-
rat, ſupplicio ultimo ob inſidias ſibi ſtructas poſt diuturnam ca-
ptivitatem affecit: claſſem Hiſpanicam cxxxiv. navium, in qvibus
xxx. amplius millia hominum, invincibilem vulgo dictam, toto
qvadriennio apparatam, qvæ Britanniam decreto pontificis Six-
ti V. Hiſpano addictam, ſub duce Perezio Guſmanno videbatur
penitus ſubverſura, per Fr. Dracum egregia victoria evertit, feli-
citatem undiq;, ſapienter omnia agendo, experta. Hic eſt ille
Dracus, qvi vaſtata Hiſpaniola & Promontorio viridi capta, pri-
mus, toto terrarum orbe anno ſeculi LXXX circun navigato, inco-
lumis in Angliam rediit: qvem poſt octennium æmulatus Thomas
Candiſchius idem conatus eſt & feliciter præſtitit, ut eſt apud
Thuanum libro LXXXIX. Præſtitit id qvoq; Olivarius Belga, ut eſt
libro cxxv. A variis rivalibus è diverſis regnis hæc regina peteba-
tur, ſed partim qvia averſabatur nuptias, partim qvia ſolenniter
cautum erat, ne extero marito nuberet, à matrimonio abſtinuit. 44
1603. XLIV. JACOBUS VI rex Scotiæ, Mariæ & Henrici Stuarti, re-
gis Scotiæ, filia, Henrici VII. ex filia Margareta, elocata Jacobo IV.
Scotorum regi, abnepos, regno Angliæ ſuum conjunxit, & ma-
gnam poſthac Britanniam vocari juſſit: pacem cum Hiſpanis ſan-
xit: princeps literatiſſimus: multorum expertus inſidias, jamq;
ictu tormentario petitus; jam conſpiratione illuſtrium virorum
vexatus; jã ixcIↄ. pondo pulveris pyrii, à ſceleratis parricidis, facti-
onis Hiſpanicæ & Jeſuiticæ ſtudioſis, occultati ſub curia, in qva pu-
blicis regni comitiis Nonæ Novembris anni cIↄIↄcv. dictæ erant,
cum proceribus & Ordinibus regni, niſi fata avertiſſent, peritu-
rus. Qvæ cauſa fuit, ut Jeſuitis igni & aqva poſthac interdice-
retur, qvia Henricus Carnetus, & alii ex iis, conſpirationis ignari
non fuere. Hoc rege Coloniæ Anglorum in Virginia inſulisq;
Barmudis & in nova Anglia ad juſtæ reip. ſpeciem excrevere. 22
1625. XLV. CAROLUS F. ducta uxore Henrietta Maria, Henrici IV.
regis Galliarum filia, cum ceremonias Scotis imperaret Anglicis
conformes: multi autem illorum non tantum id recuſarent, ſed
& epiſcopos, qvibus imputabant typhum, tyrannidem & hetero-

 doxiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

doxiam, ejici vellent, à Puritanis perſvaſi, res armis agi cœpit. Hibernis etiam incubuit hæc tempeſtas Nam cū juberentur pontificios expellere, & Thomas Wentwort eorum prorex, qvod videbatur pro religione pontificiorum fraudem feciſſe, ex ſententia Parlamenti ultimo ſupplicio eſſet affectus, pro libertate conſcientiæ & regia prærogativa militem ſcripſere. Dicuntur in Hibernia circa primum triennium ultra ccc. millia è proteſtantibus è medio ſublata, pontificiis in illa inſula ſuperioribus exiſtentibus. Rex vero poſt variam belli aleam tandem captus ab exercitu adverſo & diuturna clauſus cuſtodia, per judices à militia datos, ſecuri eſt ſubjectus, & Angli forma regni mutata in liberam rempublicam conſenſerunt. Vide, qvæ dicentur in rebus Scoticis. Subjungemus interim Genealogiam regum Angliæ in compendio.

GENE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

GENEALOGIA REGUM ANGLIAE.

Gvilielmus Conqvestor 21. rex Angliæ, Dux Normann. VII. cujus genealogia est in histor. regum Sic. & Neap.

22. Gvilielmus.
23. Henricus I.
Mathildis, ux. Gothofredi Andegavensis.
Adela, nupta comiti Blesensi & Campan.
24. Stephanus.
Eustachius ante patrem defunctus.

25. Henricus II.
Fulco rex Hierosol.

Henricus, patri rebellis.
26. Richardus I.
Gothofredus.
Arthurus.
Johannes sine terra
28. Henricus III.
Richardus imperator.

29. Eduardus I. Eboracensis rosæ albæ.
30. Eduardus II. ignavus, in carcere mortuus.
31. Eduardus III. fortis, rex quoq. Galliæ.
Edmundus gibbosus, Lancastrius, rosæ rubræ.
Henricus. Johannes. Thomas ab Eduardo II. decollatus.
Henricus.

Eduardus niger ante patrem defunctus.
32. Richardus II. ab Henrico IV. dejectus.
Johannes Magnus Gandavensis: cujus uxor Blanca Eboracensis.
33. Henricus IV.
Edmundus.
Eduardus, al. Richardus.
Richardus Plantagoneta.
Blanca, uxor Johannis Magni Gandavensis.

34. Henricus V. ex cujus vidua Catharina, nupta Ovino Tedaro natus est
35. Henricus VI. ab Eduardo IV. in carcere necatus.
Edmundus, comes Richemontis.
39. Henricus VII. gener Eduardi IV.
36. Eduardus IV.
Eduardus V. a patruo Richardo III. necatus.
Richardus.
Georgius.
38. Richardus III. ab Henrico VII. cæsus.

40. Henricus VIII. cui nati sunt
ex Catharina Hisp.
42. Maria.
ex Anna Bolenia.
43. Elisabetha.
ex Johanna Semeria.
41. Eduardus VI.
Margareta, ux. Jacobi IV. regis Scot.
Jacobus V. rex Scot.
Maria Stuarta.
42. Jacobus rex Angl. & Scot.
43. Carolus decollatus.
Carolus II. electus rex Scotiæ anno 1650.
Henricus.
Jacobus.
Maria, nupta principi Auraico anno 1641.
Henrica Maria.
Arthurius I. cujus uxor Catharina Hispanica: ante patrem defunctus.
Maria, uxor Caroli ducis Sufolciæ.
Francisca, ux. Henrici Grais.
Johanna Graja Sufolcia, ab Eduardo VI. heres scripta, decollata per Mariã reginã.

Humfredus, dux Glocestriæ, tutor Henrici VI.

III. Satis

III. *Satis in Anglia versati sumus. Ingrediamur in vicinam Scotiam.*

Scotia, à Ptolemæo minor Britannia, à Tacito Caledonia, ab aliis Albania vocatur: in qva qvi meridionalem partem habitant, vicinia Anglorum ad morum humaniorum cultum assvefacti sunt. Septentrionales vero ultra montem Grazbainé silvestres sunt sermone & habitu, vivuntq; Hibernicis moribus. FERGUSIUM Hector Boethius & Georgius Buchananus faciunt Scotorum primum regem, filium Ferqvardi, regis Hiberniæ, eumq; anno ante Christum natum CCCXXXX. regnum Scotiæ contra Germanos irrumpente, qvos Romani Pictos vocaverunt, constituisse censent. Ab hoc ajunt decimum septimum METELLANUM in summa qviete regno præfuisse, cumq; Christus nasceretur, Augusti imperatoris amicum factum; ejus ex sorore nepotem & successorem CARACTACUM à Romanis sæpius victum & tandem captum, Romamq; perductum, circumacta fortuna in regnum rediisse: hunc qvi secuti sunt, cruentis præliis cum Romanis depugnasse, tandemq; eos agris suis expulisse: regem à Fergusio XXXII. DONALDUM I. circa annum Christi CC. fidem nostram suscepisse: EUGENIUM I. regem à Fergusio XXXIX. à Maximo Romanorum legato, & Pictis cum magna parte nobilitatis in pugna esse interfectum, & Scotos deinde multis annis sine rege fuisse. Tandem FERGUSIUS II. ex Scandia, ubi diu exulaverat, ad regnum avitum reversus, sceptrum corripuit. Et post eum continua serie reges numerantur usq; ad annum DCCCXXXIX. qvo Picti scribuntur in Britannia à KENNETO II. rege LXIX. prorsus attriti & deleti. Hunc Kennetum vocant tertium regni Scotici conditorem, qvia illud in duplam magnitudinem auxit, novisq; legibus, qvas Macalpinanas vocant, prudentissime attemperavit, & ad fanum Andreæ sedem episcopalem transtulit. Inde jam crebrescere bonæ literæ in Scotia, & posita barbarie mores hominum mitigari, & series rerum diligentius notari cœpit: nec puduit Carolũ M. & alios reges ex Scotia accersere, qvi literas in scholis regiis profiterentur. Effloruere post Kennetum imprimis qvatuor MISCOLUMBI, tres ALEXANDRI, duo DAVIDES, qvos scriptores à rebus gestis copiose describunt. Tandem regnum summo procerum consensu delatum est ad ROBERTUM STUARTUM, in cujus familia longa serie ad nostra usq; tempora permansit. Sed hæc omnia ex catalogo seqvente rectius intelligentur.

REGES

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

REGES SCOTIAE, *ex Hectore Boetho & Buchanano.*

An. mundi. *An. regni.*

3618. I. FERGUSIUS, Ferqvardi regis Hiberniæ filius, evocatus à Scotis contra Germanos Pictos irrumpentes, & cum Brittonibus sociatos. Sed cum Brittones postea fraudulenter agerent, ut Picti simul cum Scotis everterentur, Fergusius fædere cum Pictis inito Brittonum regem Coilum evertit. 25

3643. II. FERITHARIS Fr. qvia filii Fergusii nondum erant regno pares, rerum summæ nomine tutorio qvoad vitam præfectus est: adversu qvem cum Ferlegus, Fergusii filius, non cessaret clam consilia agitare, & tandem ad Brittones confugeret, Ferithari defuncto non successit Ferlegus, sed frater ejus junior Mainus. 15

3658. III. MAINUS, Fergusii F. optimus. 29

3687. IV. DORNADILLA F. legum venaticarum conditor. 38

3725. V. NOTHATUS Fr. nomine tutorio, ob tyrannidem cæsus à Dovalo. 10

3735. VI. REUTHERUS, Dornadillæ F. à Dovalo sine consensu populi rex factus, in civilibus bellis regnum amisit primo; deinde recuperavit. 27

3761. VII. REUTHA, Dornadillæ F. LLator senex se abdicavit, ut Thereo jam adulto cederet. 17

3778. VIII. THEREUS Reutheri F. ob tyrannidem sexto anno profugit ad Brittones: Hinc usqȝ ad mortem ejus tanqvam prorex præfuit Conacius. 8

3786. IX. JOSINA, Fr. medicinæ expertus. 24

3810. X. FINNANUS, F regum libidinem voluntate publici consilii circumscripsit, & Druydum sedem in insula Mona constituit. 30

3840. XI. DURSTUS, F. tyrannus uxorem regis Brittonum filiam repudiavit prostitutam, & cum in odio omnium esset, postqvam plures procerum ad se invitatos inter pocula sustulisset, communi omnium nomine sublatus est. 9

3849. XII. EVENUS, Drusti patruelis, ex exilio retractus, in qvod à Drusto conjectus fuerat, rex creatus, cives primus in suum nomen sacramento adegit, & legibus gentem formavit. 19

3868. XIII. GILLUS, cum Dochamum & Dorgallum Dursti filios de regno contendentes astute commisisset, ut uterqȝ perderetur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

fraudibus ad regnum emersit: idq; tyrannice administravit, & omnem Eveni prolem sustulit, excepto Edero à nutrice servato. Ideoq; bellum adversus eum suscipitur à proceribus, & illo in Hiberniam profugo, prorex Cadvallus constituitur. 2

3870. XIV. EVENUS II. Finnani ex fratre nepos, ope Cadvalli rex constitutus, Gillam tyrannum perdidit in acie, Gethi III. Pictorum regis gener. Belum Orcadum regem & Æbudas tumultuantes compescuit. 17

3887. XV. EDENUS, Eveni F. sub qvo Britannia à Cæsare est vectigalis facta. 48

3935. XVI. EVENUS III. F. ob libidinem à proceribus ad perpetua vincula damnatus, & in illis strangulatus ab inimicis. Prorex interim fuit Cadallanus. 7

3942. XVII. METELLANUS, Ederi ex fratre nepos, sub qvo Christus natus, rex pacificus. 41

Post Chr. *An. regni.*

34. XVIII. CATARACUS seu Cataractus, Cadallani filius, nepos Metellani ex sorore, Æbudas compescuit: cujus tempore Claudius Orcadas, teste Orosio, Eutropio & Beda, superavit: in qvibus bellis Cataracus ipse occubuit: qvanqvam Buchananus de eo ideo dubitat, qvia, teste Tacito, ante Julii Agricolæ adventum ea pars Britanniæ Romanis fuit incognita. 18

56. XIX. CARBREDUS, Fr. à duce Neronis Paulino clade affectus. 15

71. XX. DARDANNUS, Metellani nepos, electus, qvia Corbredi filius erat immaturus, tyrannice præfuit, &, cum regiam stirpem Corbredi vellet perdere, ipse à proceribus, duce Galdo, mori jussus est. Capite defuncti ad ludibrium proposito, corpus in cloacam est projectum. 3

74. XXI. GALDUS seu CORBREDUS II. Corbredi F. Tacito Galgacus dictus, à J. Agricola Romanorum duce valde afflictus. Emersit tamen, J. Agricola à Comitiano revocato. 29

103. XXII. LUGTACUS F. libidinosus, crudelis & avarus, concursu multitudinis occisus. 3

106. XXIII. MOGALDUS, Galdi ex filia nepos, Romanos sub Adriano magna clade affecit. Ejus tempore Adrianus curavit vallum & fossam inter Tinæ & Esiæ æstuaria per LXXX. passuum millia ducere,

ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ut Scotos & Pictos à provincia Romanorum in Britannia excluderet. Interfectus & ipse est à conjuratis, inter qvos filius Conarus. 35

141. XXIV. CONARUS, F. bella cum Lollio Urbico Romanorum duce gessit: deinde ob novas exactiones imperatas & ob flagitia in carcere detentus, & qvamdiu in eo vixit, illius loco Argadus prorex est constitutus. 21

162. XXV. ETHODIUS, Mogaldi ex sorore nepos, tumultus Æbudarũ compescuit per Argadinum, regni consortium adscitũ: à fidicine Hiberno tandem noctu occisus, in ultionem propinqvi à rege peremti. 32

194. XXVI. SATRAEL, Fr. Ethodii liberis extinctis, cum in proceres sæviret, dum seditiones passim excitabantur, noctu à suis domi strangulatus est. 4

198. XXVII. DONALDUS, Fr. optimus: primus Christianus: magna clade à Severo imp. affectus, & ad conditiones pacis petendas adactus. Hujus tempore Severus finem imperii Romani vallum duxit inter Bodotriæ & Glottæ æstuaria, eiq; vastum præsidium addidit, plus LXXX. millibus passuum à vallo Adriani. 17

215. XXVIII. ETHODIUS II. Ethodii I. F. stupidus: cui proceres nomen qvidem regium in honorem Fregusii reliqverunt, præfectos autem singulis regionibus dederunt, qvi jus dicerent. Occisus est tumultu familiarium. 16

231. XXIX. ATHIRCO F. libidinosus, manum sibi intulit, cum Nathalocus, cujus filias stupraverat, impetum cum conjuratis in eum faceret. 11

242. XXX. NATHALOCUS, rex vitio factus, variis artibus proceres sibi adversos oppressit. Cum igitur arma undiq; in eum compararentur, à qvodam suarum familiarium oppressus est. Et sic redierunt Athirconis liberi, ad mortem hactenus qvæsiti, qvi ad Pictos profugerant. 10

252. XXXI. FINDOCHUS, Athirci F. ab insulanis ex Æbudis, qvi ex Hibernia adscitis auxiliaribus copiis sub Donaldo duce insulano causam Nathalici cæsi agebant, diu vexatus: tandem à fratre Corantio per immissos percussores peremtus. Corantius primum ad Brittones fugit; deinde ad Romanos. 10

262. XXXII. DONALDUS II. F. adversus Donaldum insulanum, qvi se

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſe pro rege gerebat, electus à proceribus, vix circumacto anno in clade occubuit, cæſus à Donaldo inſulano. 1

263. XXXIII. DONALDUS III. inſulanus, tyrannus, tandem à Grathilintho, Findochi filio, qvi diu periiſſe credebatur, per inſidias necatus. 10

273. XXXIV CRATHILINTHUS, Findochi filius, liberis tyranni ſublatis pacate regnavit, niſi qvod ob canem regi carum, à nonnullis Pictis, qvos in amicitiam admiſerat, belli ſemina ſparſa ſunt. Res tamen pacata eſt, cum Carauſius adverſus Maximianum purpuram indueret. 48

321. XXXV. FINCORMACUS, Fr. Octavium Britanniæ regem contra Romanos defendit. 47

368. XXXVI. ROMACHUS, Crathilindi ex fratre nepos, cum Fethelmacho & Anguſiani patruelibus de regno diu certavit. Repentina tandem nobilitatis conjuratione ob tyrannidem cæſus, & caput ejus pilo affixum, lætum populo ſpectaculum circumlatum eſt. 3

371. XXXVII. ANGUSIANUS, Romachi patruelis, Pictos, qvi cauſam cæſi Romachi egere, una acie fudit cum rege eorum Nectamo; altera ipſe cæſus eſt, occumbente ſimul Nectamo. 2

373. XXXVIII. FETHELMACHUS, Auguſiani patruelis, à Pictorum ſicariis, cum bella Scotorum cum Pictis nondum ceſſarent, in cubiculo confoſſus. 3

376. XXXIX. EVENUS ſeu EUGENIUS, Fincormachi F. Hujus tempore dux Romanorum Maximus, Pictis in amicitiam adverſus Scotos allectis, gravi bello Scotos preſſit, & aliqvot victoriis potitus, in acie peremit Eugenium, & ad preces Pictorum omnes Scotos ante certum tempus Britannia excedere juſſit, & agrum eorum inter Romanos & Brittones & Pictos diviſit. Illi per Hiberniam, Æbudas, Scandiam & Cimbriam diſperſi, ſubinde qvidem conabantur ſedes patrias, adjuti ab Hibernis & aliis, repetere, ſed diu fruſtra fuere, donec tandem Picti, qvos Romani legibus Romanis uti juſſerant, id meram ſervitutem rati, Durſtum, Hengiſti filium, crearunt regem, & Ferguſium, Eugenii cæſi ex fratre Ethodio nepotem, in Scandia exulem revocari curarunt. 11

VACUA REGNI SEDES XXVII. ANNORUM POST CÆSUM EUGENIUM ET EJECTOS SCOTOS. 27

414. XL. FERGUSIUS, Eugenii ex fratre Ethodio nepos, qvi in juven-

tute

fuit à partibus Francorum adversus Gallos ftetit, cum exercitu Danorum ex Scandia redux, societate cum Durſto Pictorum rege inito, contra Brittones & Romanos tamdiu bella geſſit, donec vallo Severi diruto, tractoq; in amicitiam Dionetho, Britanno, poſtea rege Brittonum dicto, non ſemel conflixit cum Romanis & Britannis, tandemq; in acie una cum Durſto occubuit. 16

430. XLI. EUGENIUS II. F. nomen regium habebat; Græmus avus ejus maternus poteſtatem. Hoc tempore Romani & Brittones, ubi vallum antea fuit ductum à Severo, murum è lapidibus, VIII. pedes latum, XII. altum extruunt per XXX. millia paſſuum, eumq; caſtellis diſtingvunt & freqventes toto littore ſpeculas excitant, ne illac Scoti & Picti in Britanniam irrumperent. Sed cum Romani variis aliis bellis distracti abiiſſent, Scoti & Picti fundamenta muri paſſim ſubruebant: & qvanqvam pax coaluit, tamen brevi poſt nova belli ſemina ſunt ſparſa, & Brittones à Pictis & Scotis victi, jubebantur nullum neq; Romanorum nec alterius gentis exteræ exercitum acceſſere, & Umber fluvius eſt illis finis conſtitutus. Illi vero paulo poſt regem creant CONSTANTINUM è Britannia Gallica accerſitum: qvem deinde VORTIGERNUS, homo potens & ambitioſus, ut ſibi regnum qværeret, per corporis cuſtodes obtruncari curavit: & rex factus, Saxones ſibi conciliavit, eorumq; duci Hengiſto agros attribuit, ut pro Britannia tanqvam ſuo domicilio & penatibus poſthac dimicarent. Sic confluxere Juti, Saxones & Angli è Germania in Britanniam. Et Vortigernus ope eorum Scotos & Pictos victos ultra Adriani vallum repulit. 22

452. XLII. DONGARDUS, Fr. eccleſiarum curam egregiam geſſit. 5

457. XLIII CONSTANTINUS, F. crudelis, avarus, libidinoſus, à nobili Abudenſi, cujus filiæ ſtuprum intulerat, necatus. 22

479. XLIV. CONGALLUS, Dongardi F. laudabilis: cujus tempore Merlinus & Gildas ob divinandi opinionem nomen ſunt conſecuti. 22

501. XLV GARANUS, Fr. Lothum Pictorum regem & Uterium regem Brittonum à ſocietate abſtraxit Saxonum. Et ita tres reges multas de Saxonibus victorias ſibi peperere. Hoc tempore ARTURUS rex Brittonum varias victorias à Saxonibus retulit. Suorum tandem fraude Garanus extinctus eſt. 34

 535.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

535. XLVI. EUGENIUS, Congalli F. Arturum regem Brittonum & Modredum regem Pictorum adversus Saxones juvit auxiliis. 23
558. XLVII. CONGALLUS, F. pacificus. 10
568 XLVIII. KINNATELLUS, Fr. xv. mense cessit Aidano regno, cum ipse non suffecerat. Hujus tempore floruit S. Columba. 2
560 XLIX. AIDANUS, Gorani F. Hujus tempore Saxones post obitum Arturi Britannos in peninsulam Valliam compulerunt, & heptarchian constituerunt; sociatisq; sibi Pictis, diuturna bella adversus Britannos & Scotos gessere. 35
605. L. KENNETHUS. 1
606. LI. EUGENIUS IV. Aidani F. pius & pacificus. 16
622. LII. FERCHARDUS, F. ob scelera & hæresin Pelagianam à proceribus in jus tractus & in vincula conjectus, in quibus ipse sibi mortem conscivit. 14
636. LIII. DONALDUS IV. Fr. laudabilis. 14
650. LIV. FERCHARDUS II. Ferchardi F. ob jugulatam uxorem, stupratas filias, & alia scelera, ab episcopo Calmanno communione exclusus & à lupo vulneratus, in febrim, & tandem in morbum pedicularem incidit, cumq; vili veste indutum se jussisset in publicum ferri, ut scelera fateretur, brevi post interiit. 18
668. LV. MALDUINUS, Donaldi F. satis probus. 20
688. LVI. EUGENIUS V. Donaldi F. Egfridum Northumbriæ regem prælio vicit. 4
692. LVII. EUGENIUS VI. F. doctus & pius. 7
699 LVIII. AMBERKELETHUS, Findani F. Eugenii V. nepos, pravus, cum bellum pararet in Garnardum Pictorum regem, noctu incerta sagitta, dum egrederetur ad necessaria naturæ, percussus est. 1
700. LIX. EUGENIUS VII. Fr. bellum cum Pictis finivit, filia Garnardi Spondalia ducta: quæ cum à conjuratis esset interfecta, ipse rex ad causam dicendam in jus est vocatus, & insons inventus. 17
717. LX. MORDACUS, Amberkeleti F. probus. 15
730. LXI. ETFINUS, Eugenii VII. F. probus. 31
761. LXII. EUGENIUS VIII. Mordaci F. in rebus turbidis probus; pace facta flagitiosus; in cœtu procerum confossus. 3
764. LXIII. FERGUSIUS III. Etfini F. flagitiosus, periit veneno ab uxore dato, vel strangulatus ab ea, cum nollet abstinere à pellicibus:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

bus: & cum multi insontes cædis rei essent facti, ipsa pectus transfodit cultro, facinus superiori loco confessa. 3

767. LXIV. SOLVATHIUS, Eugenii VIII F, optimus; qvi cum podagra vexaretur, Donaldus bonus se regem Æbudarum vocavit: in primis tamen turbis sublatus. 20

787. LXV. ACHAJUS, Ethini F. cujus tempore Carolus Magnus Johannem Scotum seu Albinum habuit præceptorem, & plures viros doctos è Scotia accersiit in Galliam. 22

809. LXVI. CONGALLUS, patruelis. 5

814. LXVII. DONGALLUS, Solvathii F. in transitu amnis extinctus. 6

820. LXVIII. ALPINUS, Achaji F. à Pictorum rege Brudo cæsus 3

823. LXIX. KENNETHUS F. vires Pictorum duobus ingentibus præliis penitus fregit, &, qvi cladi superfuere, omnium rerum inopes in Angliam fugerunt. Hic Kennethus habetur pro tertio regni Scotorum conditore: cumq; initio proceres in bellum adversus Pictos consentire nollent, juvenem piscium siccatorum exuviis indutum, noctu illis in eodem conclavi dormientibus, immisit, ut voce per longum canalem emissa, tanqvam cœlitus demissus, ad bellum eos hortaretur. 31

854. LXX. DONALDUS Fr. cum Anglorum rege Olbretho, qvi pro Pictis arma corripuerat, bis prælio congressus, primo victoriam reportavit; deinde captus, sub duris conditionibus dimissus est. Pictorum agri inter Scotos & Anglos sunt divisi. Reliqviæ eorum abierunt exulatum ad Cimbros & Scandianos. Ferunt aliqvi, eum ob ignaviam in carcerem conjectum, in qvo sibi ipsi manus intulerit. 4

858. LXXI. CONSTANTINUS II. F. cujus tempore Dani, sub Hubba regis fratre & Humbro, pro Pictis restituendis expeditionē in Scotiam susceperunt, & primo prælio victi, altero regem captum occiderunt, & spoliis collectis ad naves redierunt. 16

874. LXXII. ETHUS, Fr. Alipes, ob flagitia à proceribus captus, regnum ejerare coactus, & in custodia tertia die mortuus est. 1

875. LXXIII. ETHO GREGORIUS, Dongaldi F. cognomine magnus, varias victorias à Danis, Anglis & Hibernis retulit. 18

893 LXXIV. DONALDUS V. Constantini II. F. prudens. 11

904. LXXV. CONSTANTINUS III. Ethi F. fœdus cum Danis adversus

Anglos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Anglos iniit: qvod cum vix biennium durasset, Scotis relictis, Dani cum Anglo fœdus percussere. Qvo vix qvatuor annos continuato, Eduardus Anglus Danos sic afflixit, ut denuo ad Scotos redirent: qvorum rex Constantinus, cum filium Milocolumbum mitteret in Angliam, magna clade affectus est, in qva major nobilitatis pars Scotiæ occubuit, & Athelstanus rex Angliæ magnam Scotiæ partem occupavit. 39

943. LXXVI. MILOCOLUMBUS F. Cimbriam & Vestmariam ab Edmundo Angliæ rege recepit, hac lege, ut sacramentum Anglorum regi tanqvam supremo eorum locorũ domino diceret: noctu à conjuratis interfectus, dum luxuria diffluentes juniorum morem coerceret. 15

958. LXXVII. INDULFUS, cujus tempore Dani sub Hagone & Helrico Scotiam in prædam, classe L. navium invecti, habuere, & ipsum Indulfum, dum prædatores seqvebatur, interemere. 10

968. LXXVIII. DUFFUS, Milocolumbi F. qvem aliqvi nobiles juvenes, qvibus leges ab eo adversus luxuriosos & prædones latæ displicebant, maleficarum veneficiis petierunt: qvæ cum tandem deprehensæ essent effigiem regis ceream lento igne torrere, rex est morbo levatus, postqvam imago cerea fracta, & veneficæ punitæ sunt. Rex optimus in flore juventutis in cubiculo est percussus, & cadaver clam exportatum & in loco obscuro sepultum. Facinus curavit præfectus arcis Donaldi, cujus precibus facinorosos aliqvos non exemisset pœnis. 5

973. LXXIX. CULENUS, Indulfi F. sumtis à regicida pœnis, totus fuit luxui & libidini deditus. Tandem cum ad comitia Sconam iret evocatus, à Thano seu præfecto regionis, cujus filiæ stuprum intulerat, in itinere est occisus. 5

977. LXXX. KENNETHUS III Duffi Fr. regno recte constituto & aula neqvitiæ ministris purgata, Danorũ impetus sensit, qvi ingenti classe advecti, jam in fugam regis conjecerant exercitum. Et totus ille periisset, nisi HAJUS jugo pro armis arrepto cum duobus filiis prælium restituisset, & fugientes Scotos in prælium revocasset: cui deinde jura nobilitatis sunt data. Initia regni proba, pravo postea consilio sunt corrupta. Nam cum hactenus Scoti è propinqvis regum defunctorum non proximos, sed maxime idoneos, modo è Fer-

do è Fergusio sangvinem ducerent, eligere consvevissent, veneno clam sustulit Milocolumbum, juvenem juventutis Scotis principem, Duffi filium: inque comitiis legem novam persvasit ordinibus, ut regibus morte sublatis liberi succederent. Et sic ejus filius Milocolumbus, Cambriæ præfectus, est princeps Scotorum declaratus. Cambriæ præfectus enim idem est Scotis, qvod Delphinus Galliæ. Interfectus tandem est à Funella, cujus filium Crathiliuthum ob avum necatum ad supplicium rapuerat, sive per eqvites in insidiis locatos, sive per statuam æneam ita artificiose fusam, ut cum illam in arce Funellæ curiose rex inspiceret, sagittam in regem emitteret, & eum necaret. 17

994. LXXXI. CONSTANTINUS, Coleni F. neglecto Milocolumbo, & lege Kennethi nova abrogata; à nonnullis proceribus est electus. Hinc intestina bella inter Constantinum & Milocolumbum: in qvibus ipse Constantinus tandem occubuit. 1½

995. LXXXII. GRIMUS, Duffi F. pace cum Milocolumbo facta, permisit ipsi post fata sua regnum, & prolapsus in vitia, tandem in arce à Milocolumbo est captus, & excœcatus, & paulo post defunctus. 8

1003. LXXXIII. MILOCOLUMBUS, Kennethi F. rex optimus, ad qvem Svenotto è Dania exul confugit, ejusque auxiliis usus in regnum rediit. Cum hoc ipse deinde, cum rex Angliæ esset factus, Milocolumbus vario Marte depugnavit, donec pax coalesceret. Hoc tempore sancitum est, ut nobilium liberi, defunctis parentibus, ad XXI. ætatis annum in potestate regum essent, rexque proventus omnes, præterqvam qvod in educationem liberorum impenderetur, acciperet. Econtra rex omnes agros regios nobilitati divisit, & decessit sine liberis masculis. 30

1033. LXXXIV DONALDUS, Milocolumbi ex filia nepos, cujus tempore cum Sveno Norvegiæ rex, Svenottonis filius, denuo cum classe in Scotia adesset, Macbethus, Donaldi regis consobrinus, cum ad inducias res pervenisset, solano somnifero panes & vinum, cum è vite tum ex hordeo confectum, infecit, & de Norvegis in somnum datis victoriam sine sangvine reportavit, & paulo post, ut ipse regnaret, regem Donaldum obtruncavit. 7

1040. LXXXV MACBETHUS, consobrinus, LLator primo decennio, & optimæ frugis; postea tyrannus: qvem tandem Macduffi Thani

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſeu præfecti exulis conſiliis Milocolumbus, Donaldi filius, hacte-
nus in Anglia commoratus, impetrato ab Eduardo rege Angliæ
exercitu x. millium, evertit. 17

1057. LXXXVI. MILOCOLUMBUS, Donaldi F. qvi primus dicitur in
Scotiam nomina ducum, marchionum, comitum, baronum & Ri-
darum introduxiſſe. Macbethi filium Luthlacum, qvi ſe regem
dixerat, initio perdidit: deinde in prædonum colluvie purganda
fuit occupatus. Cum Anglis ei etiam fuit negotium: adverſus
qvos dum bellum gereret, una cum filio Eduardo eſt ferro in
oculum adacto interfectus, cum adeſſet, ut claves arcis, qvæ ſe
volebat dedere, acciperet. 36

1093. LXXXVII. DONALDUS BONUS ſeu albus, Fr. invaſor regni,
poſt ſextum menſem in Æbudas profugit. 1

1094. LXXXVIII. DUNCANUS, Milocolumbi nothus, adverſus Do-
naldum accerſitus, ab amicis Donaldi obtruncatus. 2

1096 LXXXIX. EDDARUS, Milocolumbi F. 10

1106. XC. ALEXANDER Fr. acer, ob latrones regno pulſos, dictus. 18

1124. XCI. DAVID Fr. ducta in Anglia uxore Mathilde, in dotem co-
mitatus Northumbriæ & Hundintoniæ accitus eſt. Cum Stepha-
no Angliæ rege de provinciis in Anglia ad ſe pertinentibus bellum
aliqvandiu geſſit, qvod ita eſt compoſitum, ut eas maternæ here-
ditatis nomine tanqvam beneficiarius retineret. 29

1153. XCII. MILOCOLUMBUS, Davidis ex filio jam defuncto ne-
pos, qvem Henricus vetere patrimonio in Anglia exuit: qvod
cum bello Anglus vindicare meticuloſus non auderet, varios ſu-
orum tumultus ſenſit. 12

1165. XCIII. GVILIELMUS, Fr. Northumbriam ab Anglo repetiit, &
partem accepit, cum ſe beneficiarium de morte profiteretur.
Cum autem totam peteret, inde bellorum ſemina: in qvibus ca-
ptus Gvilielmus; nec niſi xv. obſidibus & qvatuor arcibus datis,
ad ſuos redire permiſſus eſt, & conſenſu procerum in verba jura-
vit Henrici regis Angliæ, regnumq; Scotiæ in ejus fidem & clien-
telam dedit: de qvo tamen ſubdubitat Buchananus, dicitq; , Ri-
chardum regem Angliæ, cum expeditionem in Syriam meditare-
tur, regi Scotorum omnes arces reddidiſſe, eumq; & poſteros ab
omnibus pactis abſolviſſe, regnumq; Scotiæ utendumq; fruen-
dumq; eo jure permiſiſſe, qvo majores id tenuerant. 49

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

1214. XCIV. ALEXANDER II. F. cum se Johanni regi Angliæ opponeret, à pontifice Romano fulmine execrationis petitus. Pace tamen inter reges composita, fulmen etiam desœviit. 35

1249. XCV. ALEXANDER III. ab Achone rege Norvegiæ, qvi CLX. navibus aderat ad aliqvot insulas promissas, sed non traditas occupandas, bello est petitus. Ex illo virtute Alexandri Stuarti explicatus, tandem ab eqvo lapso excussus, fregit cervicem: & in eo defecit stirps mascula Fergusii. 66

1285. INTERREGNUM sex præfectorum per septennium fere: qvo tempore inter competitores de successione in regno Scotiæ disceptrabatur. Inter eos præcipui erant JOHANNES BALLIOLUS & ROBERTUS BRUSSIUS è Scotica nobilitate: ille, qvia Davidis regis ex filia majore neptem in matrimonio habebat; hic, qvia ejusdem regis Davidis ex filia minore erat pronepos. Eduardo rege Angliæ judice, res est disceptata permissu procerum: qvi, cum sententia esset dicenda, pollicitus est regnum Balliolo, si se in regum Anglorum clientela profiteri vellet. 7

1292. XCVI. JOH. BALLIOLUS, cum regni conditionem accepisset à rege Eduardo, in verba ejus juravit. Fecerunt idem pleriq; proceres: sed paulo post, cum bella inter Gallum & Anglum fervecerent, negabant, regi suo, non convocatis ordinibus, licuisse qvicqvam, qvod ad totius regni statum pertineret, promittere. Ideoq; partibus Galli se addixere, & deditionem regni revocavere, omnemq; renunciavere amicitiam Anglo. Ille bello statim petiit Scotiam, &, victoria in acie reportata, Balliolum regem cepit. Sic proceres in ejus verba jurare sunt adacti. Absente autem in Galliis Eduardo, Scoti illa usi occasione, proregem creavere Gvilielmum Vallam, qvi omnes Anglos Scotia exegit. Cum tamen ipse rex è Gallia esset redux, copias qvidem Scotorum initio profligavit, sed in altera acie ipse fugatus est; in tertia totam Scotiam recepit, & omnes in ejus fidem, metu coacti, præter unum Vallam, qvi in latebras discessit, jurarunt. 14

1306. XCVII. ROBERTUS BRUSSIUS junior, Davidis regis abnepos, non ferens injurias ab Anglo, regnum arripuit, patriam è servitute liberaturus. Sed qvia Cumanios, gentem in Scotia potentem, haberet inimicos, & præcipuos ex illis, ne nocerent, in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ipsa æde sacra sustulisset, cladem etiam unam atque alteram ab Anglo pateretur, diu miseram in locis desertis sustinuit vitam. Ope tandem Milocolumbi Levinii, & Gilberti Haji, & postea Jacobi Duglassii, plerasque arces ab Anglorum potestate liberavit, fusisque semel & iterum hostibus in ipsam Angliam irrupit. Eduardus II contra, patre defuncto, exercitum ingentem, qvem ferunt c. millium bellatorum fuisse, in Scotiam induxit: cui xxx. millia opposita, egregiam reportavere victoriam. Grati erga regem, victoriam multis annis proseqventem, Scoti decreverunt, ut, si stirps ejus mascula decederet, seqvior sexus in familia succederet. Et qvanqvam pontifici Romani fulmine percussi essent Scoti, cum tamen rem omnem illi exponerent, non saltem eo liberati, sed & Scotiam esse à beneficio Anglorum liberam pronunciatum est: ipsique Angli omni jure in regnum Scotorum cesserunt. Robertus rex moriens, heredem scripsit Davidem filium octennem; proxime Robertum Stuartum ex filia nepotem. 23

1329. XCVIII XCIX DAVID F. cum, patre defuncto, esset octo tantum annorum, primum sub prorege Randolfo; deinde sub Duncano, tandem sub Andrea Moravio re[illegible] est administrata. Post triennium autem EDUARDUS BALLIOLUS, Johannis Ballioli F. ope Anglorum, regnum arripuit. David, rex minorennis, interea apud Philippum Galliarum regem est educatus. Variæ hinc turbæ, & cum David regnum occupaturus adesset è Gallia, statim post eversum Balliolum ab Anglis victus & captus est: ipse etiam rex Gallorum Johannes in alia pugna ab Eduardo rege Anglorum est captus. Scoti regem suum post x. annum captivitatis liberarunt [illegible]. millibus marcarum Anglicarum: eique defuncto substituerunt nepotem ex sorore Robertum Stuartum. 48

1370. C. ROBERTUS II Gvalteri Stuarti, Scotiæ Senescalli filius, prioris regis Davidis ex sorore nepos, nullo regũ felicitate inferior, etsi initio à Richardo II. Angliæ rege cladem passus. 20

1390. CI. JOHANNES, F. rex declaratus, nomen ROBERTI III. adsumsit; perpetuisque bellis cum Anglis conflixit. Alter ejus filius ferocissimus David, à patruo Roberto, qvi regno inhiabat, peremtus; alter Jacobus, cum navi contenderet in Galliam, ab Anglis captus, per xix. annos extorris patria fuit: Pater eo nuncio acce

pto

pto ex ægritudine animi anno cIↄ ccccvi. obiit. Post eum Rober-
tus frater, Robertusq; filius Mordacus, tanqvam regni gubernato-
res & proreges, omnia ex arbitrio suo suspenderunt, donec Jaco-
bus ab Anglis liber in avitum regnum, sed pro beneficio novo 35
feudo obstrictus, restitueretur.

1423. CII JACOBUS I. F. multas leges tulit: latrocinia compescuit:
ad scholas literarum ordinandas animum intendit: sacerdotum
insolentiæ frenum injecit: per sicarios xxviii. subornatos à
fratre Gvalthero (qvi postea hujus fratricidii graves pœnas de-
dit) plagis tandem periit: musicus nulli cedens: socer Ludovi- 14
ci XI regis Gall.

1437. CIII. JACOBUS II F. septennis patri suffectus, sub cura Alexan-
dri Levistonis, domesticis seditionibus Wilhelmi Crighonis can-
cellarii, & Archimbaldi Dugiassii, ejusq; filiis, graviter primis an-
nis afflictus. Illis pacatis, bellum in Angliam transtulit, inq; obsi-
dione arcis Roxburgensis vi ignis machina tormentaria erumpen- 25
tis exanimatus est.

1460. CIV. JACOBUS III septennis regnum adiit, & paulo adultior
factus, consvetudine pravorum, in omnem licentiam est effusus,
edoctusq; Astrologicis & maleficarum mulierum prædictionibus,
sibi à suis exitium imminere, in immanem degeneravit tyran-
num. Inde occulta in ejus caput facta est conjuratio, cui & ipse
filius nomen dedit, teste Jovio. Res tandem devenit ad arma, &
rex ex acie fugiens, in molendina peremtus, omnium ordinum
decreto jure cæsus judicabatur, ut Buchananus libro xii. qvo ejus
vitam complexus est, edisserit. Ducta Margareta Norvega, jus 28
sibi firmavit in insulas Orcades.

1488. CV. JACOBUS IV. F. ut Anglos ex Gallia, cujus regem amicum
habebat, revocaret, in Northumbriam progressus, magno cum
suorum numero, inter qvos etiam Alexander, regis frater, epi-
scopus S. Andræanus, cui Erasmus Roterodamus parentavit, ab
Anglis cæsus est. Hujus tempore monstrum novi generis in Sco-
tia natum est, inferiore qvidem corporis parte, ut Buchananus il-
lud libro xiii. describit, specie maris, neqvicqvam à communi ho-
minum forma discrepans, umbilicum vero supra, trunco corpo-
ris ac reliqvis omnibus membris geminis; qvod diligenter edu-

catum in musicis mirabiliter profecit, varias lingvas edidicit, &
annos ætatis xxiix. complevit.
1513. CVI. JACOBUS V. F. biennis patri successit, prorege interea 25
constituto Johanne Stuarto, magno regis patruo, duce Albinæ.
Fuit ingenio acri, sed qvod vitio temporum parum fuit excultum:
laboris, algoris, æstus, inediæ patientissimus. Latronibus à ma-
leficiis cohibitis, cum bellum adversus Henricum VIII. regem An-
gliæ pararet, nec successus initio experiretur felices, animi mæ-
rore decessit, & mascula carens prole, Mariam filiam ex conjuge
Maria Gvisiana, Claudii Lotharingi Gvisii filia, Longovillani du-
cis vidua, paulo ante natam, reliqvit heredem. Interea dum
adolesceret hæc regni heres, regina mater, femina ingeniosa, sed
arrogans, purioris religionis cultores variis modis exagitavit, &
regni cura in se devoluta, cum Henricus VIII. filiam ejus suo
filio Eduardo, postea regi, in torum peteret, maluit, ut illa Fran-
cisco II. regis Galliarum filio nuberet, & propterea infantulam in
Galliam misit, ut ibi educaretur.
1542. CVII. MARIA F. VIII. dierum ante patris obitum nata, qvam ta- 29
men alii scribunt postumam fuisse, in Galliis educata, nupsit Fran-
cisco II. regi Galliarum. Eo statim, anno ætatis XVII. ex vulnere
in ludicris accepto, defuncto, cum Mariam Angliæ reginam intel-
ligeret mortuam, qvia erat Henrici VIII. ex sorore Margareta Ja-
cobo IV. nupta proneptis, se pro herede gessit, titulosq; ac insi-
gnia regum Anglicorum in omni suppellectile apponi curavit:
inq; Scotiam ex Galliis reversa, familiaritate parum decora & se-
cretis congressibus Davidis Rizii, musici & sycophantæ usa, tan-
dem nupsit Henrico Arlejo Stuarto, comiti Leviniæ, Matthæi
Stuarti filio, agnato suo, ex Anglia revocato, qvo confugerat.
Ille erat pronepos Henrici VIII. ex sorore Margareta, secundis
nuptiis post Jacobum IV. Archibaldo Duglassio elocata: qvæ pe-
perit Margaretam, uxorem Matthæi Stuarti, comitis Leviniæ, &
qva natus est prædictus Arlejus, qvem Maria regina regem di-
xit. Hic tamen statim uxori, qvia Rizium à latere reginæ abstra-
ctum curaverat interfici, exosus esse cœpit. Vivente etiamnum
illo, & ab aula segresso, Maria Jacobum Heburnum, comitem
Bothuelium, adulterii reum, qvippe qvi duas, aut, ut alii dicunt,
tres

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tres uxores adhuc habebat vivas, & cum propinqva alterius uxoris ante contractum matrimonium stupri consvetudinem habuerat, in torum adsumsit, regemq; Henricum Stuartum, antea veneno tentatum, pulvere pyrio sub lecto ejus posito & accenso, adustum tolli curavit. Id proceribus adeo displicuit, ut captam reginam regno indignam censerent, ejusq; filium bimulum pro ea, sub tutela proregis Jacobi Stuarti, nothi Mariæ fratris, substituerent. Illa carcere elapsa, copiis per Hamiltonios collectis regnum conabatur recuperare. Sed à prorege victa, cum in Gallias, ad maternos amicos profectura, per Angliam iter faceret, à regina Elisabeta primum est liberaliter habita; deinde, cum turbas movere in regno Anglico videbatur ob odium in reformatam religionem, majori sedulitate asservata; tandem arctiori custodia detenta. Captivitatis impatientia efferata, cum ipsius reginæ vitæ insidias strueret, nec proceres Scotiæ gravissima eam accusatione perseqvi cessarent, ab assessoribus Parlamenti sententiam dicentibus damnata, & anno seculi LXXXVII. anno ætatis XLIV. securi percussa est. Bothuelius in Dania in furorem prolapsus expiravit, cum nobilem illic virginem post stuprum duxisset & deseruisset. 25

1567. CVIII. JACOBUS VI. Mariæ & Henrici Arlei Stuarti filius, in regem Angliæ anno cIↃIↃcIII. electus, dominium totius insulæ primus obtinuit, gener Friderici II. regis Daniæ. Vide historiam Anglicam. 58

1625. CIX. CAROLUS, F. cum frustra ambiisset Mariam regis Hispaniarum Philippi IV. sororem, & ipse illuc ad consummandum matrimonium ad sponsam profectus, nimis duris conditionibus implicaretur, Henriettam Mariam, Ludovici XIII. regis Galliarum sororem, non benignioribus duxit conditionibus. Illius soror Elisabeta nupserat Friderico Palatino, postea regi Bohemiæ, sed infaustis auspiciis electo. Ipse primordia regni in classe adversus Hispanos paranda, junctis viribus cum unitis Belgarum provinciis locavit: cumq; ærarium esset exhaustum, & Ordines subsidium negarent, argentum aliunde conqvisivit, novaq; classe primum Hispanos vexavit: deinde Rupellanis à rege suo in Gallia obsessis auxilium, sed frustra, tulit, Buckingamio præcipuo classis ducto-

re

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

re officium non satis, ut arguebant Ordines, faciente, & ob id, cum naves vellet conscendere, per Janum Feltonem nobilem Anglum confosso. Pax qvidem inter reges coaluit: sed inter Carolum & subditos convenire non potuit. Nonnullos proceres, eorum protervia offensus, in carcerem conjecerat: sed qvos judices constituerat, qvi de eorum causa cognoscerent, illi tanqvam præter consvetudinem lecti, sententiam dicere renuebant. Magis adhuc efferebantur animi, cum, ut firmius tria regna sociaret, liturgiam seu formulam rituum ecclesiasticorum, qvam jam pater illius persvadere omnibus voluerat, per archiepiscopum promulgaretur, lege addita, ut ceremoniæ sacræ in Anglia receptæ, servarentur qvoqȝ in Scotia, diversiqȝ in clero ordines ubiqȝ essent. Puritanis in Scotia hæc non placebant, qvi, autore Alexandro Leslæo, fœdere facto, qvod Convenant vocant, harmoniam confessionum, cujus vigore omnes ex Britannia episcopi erant ejiciendi, opposuerunt Liturgiæ. Simul Edinburgum & arces alias munierunt: exercitus conscripserunt: regiis copiis semel atqȝ iterum se opposuerunt. Anglis interim cum fratribus Scotis pugnam detrectantibus, rex pacem parum æqvis conditionibus iniit: nec amplius ob motus sistendos liturgias rationem habuit, omnibusqȝ jura sua firmavit. Sed nec sic turbæ sedatæ. Anglorum proceres & Ordines convocati à rege, ut Scotorum secessionem coercerent, cum sibi à doctoribus pontificiis, publice in aula reginæ, qvod per pacta licebat, obversantibus metuerent, jus impetrarunt Parlamenti canvocandi, alias à rege convocari & dimitti soliti: atqȝ primum per duos menses; deinde per triennium congregati, noluerunt conventum dissolvere, anteqvam omnia rectius essent constituta. Ab hoc tempore nonnulli in utraqȝ domo seu camera Parlamenti, nempe in inferiore, qvam vocant communium, in qva eqvites & cives, & in superiore, in qva duces, comites & barones cum rege considere consveverant, id autoritatis sibi sumsere, ut omnia à suo nutu suspenderent. Contra hos rex qvidem arcem firmavit præsidio, & majestatis tenax, qvinqȝ ex inferiore & unum è superiore domo, tanqvam perduelles tradi sibi volebat, armatisqȝ cinctus Parlamentum ingressus, ad pœnam eos rapturus erat. Sed illi corona stipati, senatumqȝ ingressi, novam

faci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

faciem omnibus rebus inducebant. Plebs commota corripuit arma. Parlamentarii, qvos forte rex reos abſolvit, damnabant: qvos damnarat, abſolvebant: qvemq; ille præfectum arci Londinenſi præfecerat, plebe urbis jam in templorum ornamenta ſæviente, removebant, militiæq; poteſtatem ſibi arripiebant. In his turbis Romanæ religioni addicti, regno Angliæ prohibebantur, interq; eos Roſettus comes, poſtea Cardinalis. Prorex Hiberniæ Thomas Wentwort, tanqvam pontificiis æqvior, capitis damnatus: regi vectigal & claſſis ademta: fœdus cum Scotis initum: fautores regis è Parlamento excluſi. Qvin & illo invito conſeſſus extra ordinem in urbana curia conſtitutus, coram qvo graviora negotia diſceptarentur: XII. epiſcopi jus ſuum ſcripto defendere auſi, in carcerem conjecti: archiepiſcopus Cantuarienſis, Gvilielmus Laudus, tanqvam Liturgiæ autor, cum aliqvot tribunis, tanqvam proditionis reis, ſecuri ſubjectus: regina ad dimittendos, qvi populo diſplicebant, adacta. Plebs jam armata, regem, ut tyrannum & reip. hoſtem habuit. Eo cum uxore & liberis dilapſo, præfectis urbium edixere Parlamentarii, ne regiis amplius mandatis ſine ſuo conſenſu obſeqverentur, & Hamptoncourtii primum; deinde Vindeſorii lactitanti præſcripſere conditiones, ut adinſtar Scotorum poſthac regerentur, ipſisq; ad lubitum comitia conſcribere & munia diſtribuere liceret, utq; epiſcopi parlamento arcerentur. Rebus ita per totam Angliā exaſperatis, rex Hulla, propugnaculo maritimo, qvo admitti voluit, excluſus, literis ad mitiora Ordines invitavit: cumq; in aulam eum vellent reverti, non ille qvidem ſe iis credere audebat, durioribus tamen conditionibus, in qvibus regi proponendis proceres ſuperioris ordinis non prius conſenſere, qvam minis & periculo à plebe imminente adacti, ſtaturum ſe promiſit, & ad arbitrium populi reos majeſtatis antea factos crimine liberavit. Interim ejus amici ex nobilitate è comitiis aut domum ſeceſſere, aut in exilium voluntarium abiere: & ſic uterq; conſeſſus hoſtibus regis eſt totus relictus: qvorum tamen ex magno numero jam vix XXV. in C tandem vix XVI. in ordine ſuperiore; LXXX in inferiore numerabantur. & rex conſenſit de excludendis è comitiis epiſcopis, & ſeverum in pontificios edictum publicavit, uxoremq; regiam ad comitan-

mitandam filiam Gvilielmo Nassovio desponsatam cum filio natu majore in Belgium dimisit. Paulo post, cum in electos aliqvos regni ministros consentire nollet, ad arma eo ipso tempore conclamatum est, qvo in Hibernia jam omnia bello ardebant. Nonnulli enim proceres pontificiæ religioni dediti, populum in Hibernia instinctu sacrificulorum concitarant, ut immani sævitia in Anglos per insulam sparsos conjurati insurgerent, & CL. plus minus millibus mactatis, nomen Anglorum per Hiberniam extinctum, seq; in libertatem à jugo Anglico vellent liberatos. His rex initio qvidem exercitum opposuerat, tantoq; ardore Hiberni in fugam conversi, in cædes conqvisiti sunt, ut ducentorum amplius millium sangvine, cæsorum antea Anglorum manibus sit parentatum: sed ob turbas undeqvaq; incalescentes, inducias cum Hibernis in annum pactus, milites in auxilium contra Parlamentarios, & qvi jam cum illis sentiebant, Scotos revocabat. Illi vero, qvicqvid à regiis hactenus partibus in Hibernia steterat, misso illuc exercitu in suam redegere potestatem, & totam vim in regem convertere. Qvi contra audebat hiscere, inter proscriptos numerabatur. Episcopis ordo adimebatur. Rex, nobilitate ad se convocata, vim vi amoliri conabatur, & copiis nonnullis instructus Eboracum contendebat. A civibus exceptus, acta scriptis publicis defendit: causamq; illius Cantiani & Somersetenses magis probabant, qvam Parlamenti. Hinc tribunum, qvi Hullæ sibi portas præcluserat, affecit supplicio: comitem Essexiæ & alios rebelles dignitatibus privavit: justoq; jam exercitu cinctus, in spem qvandam videbatur erectus. Northingami signa primus explicuit. Parlamentum contra Essexium præfecit copiis. Hinc non unum prælium. In ultimo, cum jam post Essexium Thomas Fairfaxius baro & Olivarius Cromwellius exercitui præessent, rex victus Oxoniam fugit, & cum Roberto filio, duobusq; Friderici Palatini filiis, Roberto & Mauritio, ibi aliqvamdiu obsidionem toleravit. Tandem clanculum urbe egressus veste peregrina, in castra Scotorum, qvi jam in Angliam exercitum xxcI). Anglis submiserant, sese recepit, inq; eorum se fidem dedit. Illi Parlamento eum tradiderunt, cum fides de indemnitate ejus data esset. Robertus regis filius, Oxonia à Fairfaxio occupata, cum corona & sceptro

abdu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

abducebatur Londinum: unde tamen paulo post habitu muliebri dilapsus, pervenit in Belgium: principes Palatini in Germaniam dimittebantur. Interim Parlamentum in duas factiones, utrasq; tamen regi adversas, scindebatur. Una erat Presbyterianorum, qvi receptari volebant regem, sed arctissimis conditionibus constrictum: & hi probabant ordines ecclesiasticos, cumq; illis sentiebant Scotorum pleriq;. Altera vocabatur Independentium, qvi nec regi, nec regimini ecclesiastico submitti volebant. Et, si fides habenda est Salmasio in defensione regia pro Carolo I. ad Carolum II. cui postea Miltonius apologiam pro populo Anglicano opposuit, hi Independentes primum in nova Anglia, duce femina Hutchinsohnia, adinstar Anabaptistarum Monasteriensium, qvorum genuina soboles esse videntur, adversus civilem & ecclesiasticum statum multa sunt moliti: deinde in Hollandiam sese, & inde in veterem Angliam infudere. Dogma illorum esse dicit, reges omnes, qvanqvam pios, pro Christi inimicis esse habendos, nec posse stare ecclesiam, nisi removeantur hi libertatis hostes. Jam tempore Elisabetæ ait eos esse vocatos Puritanos, & regem Jacobū illos in Doro basilico germanas & veras ecclesiæ atq; reipublicæ pestes vocavisse: tria illorum genera numerari: unum Separatistarum, qvi ab ecclesia Anglicana se segregant totos, & in rigidiores distingvi, qvi dicuntur ab autore Brunistæ, atq; in remissiores Robinsohnianos: alterum Non-conformatistarū, qvi non totos se separant: tertium deniq; Conformatistarū, qvi, licet statum regni non probent, se tamen illi accommodant. Hos Puritanos cuivis sine discrimine, etiam feminis, ex ambone ut sermones sacros habeant, concedere, & cum illis reliqvos, qvi ex Reformatis reges & regiam dominationem damnant, ad prætextum belli sumsisse episcoporum fastum & liturgiam, qvasi parum verbo Dei & libertati congruentem: uno igitur Independentium nomine venire tam fanaticos cujuscunq; religionis, qvam Reformatos, qvi omnem ecclesiasticum & civilem magistratum recusant. Cumq; illis Presbyteriani sese opponerent, cum rege, in insula Vecte in custodiam dato, de transactione aliqvamdiu actum est. Sed Independentes attractis ex se legionibus earumq; ducibus, undecim præcipuos Presbyterianorum, qvos vocabant Malignantes, ipsi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

iisdem Rebelles dicti, ex Parlamento ejecere. Presbyteriani contra exules dignitati restituebant, & jam alteri factioni pares erant, imo prævalebant, deque rege in regnum recipiendo pene concluserant. Sed cum Independentes opera legionum copias sibi oppositas feliciter profugassent, Fairfaxius, rege ex insula in arcem aliam, Scotis frustra contradicentibus, Londinumque tandem abducto, omnia, qvæ cum eo jam transacta erant, rescidit: adversæ factioni addictos partim in carceres abripuit; partim à consiliis removit: ipsum regem, invita imo destructa superiori Parlamenti camera, jussit coram CXL. judicibus, cum ex aliis tum ex tribunis militum lectis, tanqvam neglectarum regni legum, belli adversus ordines suscepti, oppressionis & calamitatum in Anglia & Hibernia, & ceremoniarum in ecclesia mutatarum reum, causam dicere: frustra excipientem contra processum, anno seculi XLIX. ultimo Januarii, securi subjecit. Et sic rex trium regnorum, manu larvati carnificis, ante regium palatium, tota urbe inspectante, decollatus est: qvod ipsum etiam duci Hameltonio & aliis viris principibus contigit, qvi regi militaverant. Hinc monarchico statu damnato, XL viris sub nomine custodum Anglicæ libertatis, potestas permissa, & filio regis, Carolo II omnis regni spes edicto publico præclusa. Scoti tamen eidem anno seqventi in regnum recepto, tanqvam legitimo suo regi, certis conditionibus fidem dedere, vimque belli per bienniū sustinuere. Qvo exacto, cum Carolus ad diadema Anglicanum recuperandum exercitu è Scotis collecto in Angliam subita irruptione penetraret, uno prælio ad Worcestriā sic attritus est, ut pene solus fuga se proriperet in Belgium, & inde in Galliam. Angli interea novæ reip. legibus se sic firmarunt, ut à regibus etiam, qvanqvam eorum communis causa agi videbatur, amicitia eorum per oratores ambiretur. Belgæ qvoque antiqva amicitiæ jura illis conditionibus, qvibu hactenus fuerant usi, obtulerunt: sed cum duriores illæ ponerentur, qvam in qvas consentire possent, post diuturnos tractatus utrinque bellum decretum est. Qvod dum viget, dejectis illis, qvi jam per qvadriennium post regicidium Anglicæ reip. in perpetuo Parlamento præfuere, dux exercituum Cromwellius formam reip. constituit, qvæ magis vergit ad democratiā, ut certi viri in Parlamento

succes-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

successivo ad jus populo dicendum & summam rei tractandam considеant, liberis ad hoc munus suffragiis electi.

IV. *Ex Hibernia, teste Buchanano, dixisti, vicinas insulas habitari cœpisse. Dignam igitur illam judico, qvam ex Scotia egressi, non prætereamus.*

Hibernia, priscorum Ogygia, Eryn incolis, & Anglis Irlandia, Ptolemæo Ivernia, sicuti Solino & Juvenali Juvernia dicta, non ab unius generis hominibus incolitur. Qvi enim legibus teneri recusant, & incultius vivunt, silvestres vocantur Hiberni: qvi legum potestatem sanctam habent, illos vocant Anglo Hibernos. Totius insulæ qvinq; sunt in universum provinciæ, in certos comitatus distinctæ: Momonia ad austrum; Lagenia ad ortum; Cannachtia ad occasum; Ultonia ad septentriones; in ipso demum medio Midia: qvas singuli qvondam reguli gubernarunt. Hi sæpenumero inter sese dissidebant, & alius alium prava æmulatione oppugnabat: non nemo etiam totius insulæ regem sese profitebatur. Qvam ob causam Henricus II. rex Angliæ de Hibernia occupanda cum proceribus Angliæ consilia agitavit, & discordiis Hibernorum usus, anno CIↃ CLXXII. principatum insulæ obtinuit, reguliq; nonnulli se ejus beneficiarios in provinciis suis agnoscere cœperunt. Etsi autem ab hoc usq; tempore reges Angliæ se Hiberniæ dominos appellaverant: regulorum tamen nomina & potestates in insula illa usq; ad Henricum VIII permansere: cui tandem O neal dominus Ultoniæ, (Nam Hibernici primarii proceres nomina sua à qvarta fere vocali exordiuntur, ut alius dicatur O Carolus; alius O-Rorcius: alius O-Morus) omnia sua in manus tradidit, & perfecit, ut, cum mallent aliqvem Hiberniæ regem, qvam dominum esse, idem in comitiis Hibernicis rex totius Hiberniæ ab ordinibus declararetur. Ex hoc tempore reges Angliæ eo proregem ablegarunt, qvi regia pene majestate conspicuus, & comitibus, episcopis, baronibus, cancellario stipatus, jus dixit insulanis. Illi qvidem in libertatem sese semel atq; iterum vindicare annisi sunt, subsidiis usi Hispanorum: sed provida reginæ Angliæ cura ad obseqvium rebelles fortiter revocavit, licet magna insulanorum pars adhuc in Romani pontificis religione perduret. Qva de re confer Thuanum libro XI. in fine. Qvæ bella superioribus annis concusserunt Angliam & Scotiam, implicuerunt simul Hiberniam: & postqvam rex Angliæ securi est percussus, & resp. libera in Britanniam introducta, ut illi qvoq; Hiberni nomen dent, continuis adhuc bellis qværitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

LIBRI TERTII
SECTIO V.
de regnis Daniæ, Norvegiæ & Sveciæ.

I. *Prisci, ni fallor, eas terras, qvas hæc tria regna complectuntur, olim insulam crediderunt, eamq; Scandiam seu Scandinaviam vocavere.*

Recte id ex antiqvis autorum scriptis observasti. Sed nunc satis constat, versus septentrionem ultra Boddicum sinum Balthici seu Svecici maris, qvod Plinius sinum Codanum vocat, cohærere continenti Scandiam, vaginam illam & officinam gentium, ex qva qvi fiorente Francorum imperio egressi sunt, uno nomine Normannos appellarunt. Ipsam Daniam qvod attinet, dicta est illa olim Codania, à populis Codanis, qvi & Teutoni vocati sunt. Pars ejus hodie in Cimbrica chersoneso, qvam Jutlandiam vocant, sita est: pars in altera continenti Sveciam attingit, & Sconia seu Scandia vocatur, inq; Hallandiam, Scaniam & Blekingiam dividitur: partem insulæ constituunt, ceu sunt Selandia, olim Codanonia, cujus metropolis est Hafnia seu Copenhagium; Gotlandia, olim Gothia; Bornholmium; Fiona cum adjacentibus insulis minoribus, Falstria, Arra, Alsa, Tolsinga & Aroe. Præter hæc omnia rex Daniæ suo imperio, jure ducatus Holsatiæ, unde est oriundus, coercet Norvegiam, Islandiam, partem Grœnlandiæ, partem etiam Holsatiæ. Præcipuum redituum robur in vectigalibus, qvæ à transeuntibus navibus in freto Danico ad Elsenoram & Cronenburgum penduntur, habet positum. Sed ut hæc geographis accuratius describenda relinqvamus, ad historias Danicas nos convertemus: qvas cum conscripturi essent Saxo Grammaticus, Albertus Kranzius, Wartislaus dux Pomeraniæ, alii: posterior semper priorem imitatus, unus tamen ab altero non raro diffidentia est attestatus. Res Danicas à DANO, Humeli regis Sveciæ XVI. filio, aliqvot seculis ante Christum natum sunt auspicati: qvem dicunt à Cimbris adversus Saxones invitatum, virtute id meruisse, ut rex eorum diceretur, & regno nomen Daniæ imponeretur. Svaningus in chronologia Danica constituit triplex temporum intervallum: & in primo ponit NOACHIDAS & patres, qvi primi gentis Danicæ conditores fuerunt; in altero judices seu SUFFETES, & duces Cimbrorum & Gothorum in Cimbria magna; in tertio REGES per VIII. dynastias distributorum. PATRES PRIMOS ex fragmento, characteribus Gothorum priscis descripto, facit qvinq; nempe Noahum, Japhetum, Gomerum I. qvi in Wallandia

con-

consederit; Thogormum, qvi in Phrygia; Gomerum II. qvi maritimo itinere in Europæam Scythiam commigraverit, & inde anno mundi CIↃIↃCCCL. coloniam duxerit per varias provincias in Cimbriam seu Jutiam, & in illa cx. annos super vixerit. SUFFETUM seu JUDICUM & ducum ponit XII. interq; eos primum Segudum, & sextum Gothum, unde dicta Gothia; ultimum Boghium, qvi per annos IↃCCCCXLIX. præfuerint usq; ad annum mundi CIↃIↃCCCCCX. Ab hoc tempore ponit reges, eosq; per VIII. dynastias seu familias dispescit: qvarum qvinq; sunt regum paganorum; tres Christianorum. Dicit enim, primam regum familiam fuisse DANICAM, & in ea à Dano, Humeli (regis Sveciæ XVI) filio, qvi primus Daniæ regio nomine post exautoratos judices cœperit præesse usq; ad Rolvum, XIII. reges numerari per annos lxxII. alteram DANO-SVECICAM, in qva ab Hothero è familia Regneri regis Sveciæ & Svanæidh Danæ usq; ad Haidanum II. Daniæ numerentur reges XIX. per DLXXII. annos: tertiam GOTLANDICAM, in qva ab Ungvino Gothlando ad Burchardum regem XXXVIII. numerentur IV. reges per IV. annos: qvartam SCANORUM, in qva à Burchardo ad Siwaldum II. fuerunt qvatuor reges per CXXVI. annos: qvintam NORVEGORUM priorum ab Olao vegeto ad Henningum: in qva fuerunt reges XXII. per annos CCCLXXXV. Sed in hac dynastia est hiatus plurium annorum apud Saxonem, ut Cranzius ipse id lib. II. Dan. cap. XXV. observat. Et hactenus numerantur familiæ regum paganorum. Inde ponuntur tres familiæ regum Christianorum, nempe sexta NORVEGORUM POSTERIORUM à Siwardo II. rege LXXX. in qva per annos CCXXXVII. reges XVII. usq; ad Magnum, cognomento Bonum, numerantur: septima ANGLO-DANORUM à Svenone Esthrithio, in qva reges XXIII. usq; ad Christophorum Palatinum per annos CCCLXIII. tandem octava OLDENBURGICORUM à Christiano I. in qva jam præest octavus rex Fridericus III. qvæq; hoc anno CIↃIↃCLII. jam [illegible] annos rebus Danicis præfuit. Cæterum hæc est series regum Daniæ secundum Saxonem & alios.

SERIES REGUM DANIAE.

An. ante Chr. *An. Regni.*

1074. HUMBLUS vel Humelus, præfectus Scaniæ & Selandiæ, unde videtur dicta gens Gothorum Angvia. 70

1034. I. DAN in Dania, ab illo nomen sortita, dicitur circa tempora regis Davidis & Salomonis præfuisse. Fuit in Anglia Cimbrica ei synchronus Angul. 40

994.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

994. II. & III. LOTHER & HUMBLUS, Dani filii, inter se de regno certantes, donec Humblus captus regnum deponeret Lother postea ob tyrannidem interfectus est. 28

966. IV. SKYOLDUS, Lotheri F. qvi nondum xv. annorum ursum ferum sibi obvium cingulo ligavit: qvemq; alii faciunt filium Othini ex Saxonia egressi & in Dania principatum adepti. Ab hoc reges Daniæ dicti sunt Skyoldungi. 80

886. V. GRAMUS F. qvem dicunt, Sveciæ rege Sichtungo socero & præfecto Gothiæ Svarino cum VII. fratribus in duello aurea clava peremtis, Sveciam & vicinas regiones tributarias fecisse, sed mox à rege Norvegiæ Svibdagero, genero suo, qvem ob raptam filiam perseqvebatur, debellatum periisse, & sic tria Daniæ, Sveciæ & Norvegiæ regna sub unius imperium esse revocata. 31

855. VI. SVIBDAGERUS, Grami gener, rex Norvegiæ, ut ipse socerum peremerat, ita à filio Grami Haddingo est interfectus. 40

815. VII. VIII. GUTHORMUS & HADDINGUS, Grami filius: qvorum hic, recuperato regno patrio, innumeris victoriis vires gentis suæ confirmavit. Ejus tempore Saxo nil pene, nisi veneficia Harrgrepæ & Othini memorat. Dunam in Norvegia incensis fungis ad hirundinum caudas alligatis, & hac techna igne urbi illato, domuit: tandemq; in gratiam amici regis Sveciæ Hundingi, cui superesse noluit, sese populo inspectante suspendit. 66

761. IX. FROTHO I. Haddingi filius, qvem canunt, Russis, Frisis, Britannis subjugatis, dracone etiam thesauris incumbente peremto, patrias victorias continuasse, metumq; omnibus finitimis incussisse, donec à sororio Regnero rege Sveciæ perimeretur, vel, ut alii tradunt, in expeditione adversus eum siti enecaretur. 77

684. X. HALDANUS F. fratribus Roe & Scato sublatis, regnum parricidio occupavit, raroq; exemplo tyrannus senectute, non ferro vitam finivit. 56

628. XI. XII. ROE, unde dicta est Roschildia, & HELGO F. qvi Scalcum Vandalum ad tributa bello adegit, diviso imperio præfuerunt. Roe est à Svecis interfectus. Helgo ob continuam piraticam & bella Svecis & Saxonibus illata, rex maris est dictus, & qvia per inscitiam suam ipsius filiam THORAM, è rustica sibi natam, duxit, seipsum suspendit. 63

565.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

565. XIII. ROLVO KRAGE, Helgonis F. ab Hiartwaro Scaniæ comite per insidias sublatus. 48

524. HIATWARUS Svecus, rex unius diei, statim à nobili Dano Wigone peremtus, & ob id à multis inter reges non numeratus.

524. XIV. HOTHERUS, rex Sveciæ, filius Horthbrodi, nepos Regneri, regis illius Sveciæ, qvi fuit gener Haddingi ex avia Svanhida, sorore Frothonis I. regnum Daniæ, tanqvam avito sibi jure debitum, occupavit. 42

482. XV. RORICUS SLENGEBAND vel Raske, F. cujus vitam à magicis ludicris, ut pene priorum omnium, prolixe describit Saxo. Vandalum Mascum bello fatigavit. 50

432. XVI. VIOLETUS F. Inter hunc & Roricum alii ponunt tres alios reges, Hortwendel, Fengi & Amlethum, Rorici nepotem. 68

364 XVII. WERMUNDUS F. prudens, sed cæcus: qvem alii faciunt regem Daniæ XXIV. Illo ob senium & cæcitatem contemto, Saxones sibi regnum depoposcerunt. Filius vero ejus Uffo, qvem hactenus crediderant mutum, congressus simul cum filio regis Saxonum & cum robustissimo ejus pugile, ademto Danis probro, utrumqve peremit. 70

294. XVIII. UFFO F. alias Oluff seu Olavus mansvetus. 30

264 XIX. DAN II. F elatus, & ob id infelix. 37

227. XX. HUGLETUS parvus seu Lille, filius vel frater Dani, adversus piratas felix. 52

175. XXI. FROTHO II. vegetus, F. qvi Frogerum regem Norvegiæ cum X. ducibus peremit, & sibi diadema Norvegiæ peperit. 30

145 XXII. DAN III. F. bellis Saxonicis implicatus. 69

76. XXIII. FRIDLEVUS celer, F. qvem dicunt, Britannia subjugata, cum J. Cæsare, qvi id non potuerat, fœdus pepigisse. Hallandis fertur & Irlandis jugum imposuisse. 37

39. XXIV. FROTHO III. Magnus, F. qvem censent tempore nati Christi præfuisse: vir fortissimus, à malefica femina, ceu fabula docet, in bovem transformata necatus: cujus rebus describendis totum librum qvintum impendit Saxo. Dicitur regnum ad Græciam usqve propagasse, & vel CCXX. reges, si qvis credere velit, domuisse, perqve Ericum ducem, Vandalorum regem, Sturmicum peremisse. 55

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Post Chr. natum. *A. R.*

16. XXV. HIARNO SCALDER, parentibus natus obſcuris, rex electus, qvia Fridlevũ, Frothonis filium, credebant in Norvegia peremtum, & Hiarno Frothonem elegantiſſimo epicedio celebraverat. 5

21. XXVI. FRIDLEVUS II. Frothonis III. F. domum redux, cedere juſſit Hiarnam. 11

32. XXVII. FROTHO IV. F à Svertingo Saxoniæ regulo interfectus: cujus tempore floruit Starcharterus Svecus, heros & gigas famoſiſſimus. 46

78. XXVIII INGELLUS F. gener Svertingi: ignavus, ſed à Starcharterо ad frugalem vitam reductus: & ab eo tempore ſeptem filios Svertingi in ultionem patris peremit. 23

101. XXIX OLAUS I. F. moriturus Haraldo filio maris imperium; regnum Frothoni diſtribuit. 10

111. XXX. XXXI. FROTHO V. F. fratrem HARALDUM I per inſidias peremit, poſtea ab Haraldi filiis cæſus. 19

130. XXXII. XXXIII. HALDANUS II. BIERGRAMUS, Haraldi F. freqvens in duellis cum gigantibus Svecicis. Frater ejus HARALDUS à nonnullis inter reges Daniæ refertur. Ab Haldano I. reges Norvegiæ genus ducunt. 15

145. XXXIV. UNGVINUS, rex Gothiæ, teſtamento Haldani rex factus, teſte Saxone. Alii eum faciunt filium Haldani. Oppreſſus eſt ab æmulo Regnaldo Sveco in acie. 9

154. XXXV. SIWALDUS F. alias Siwardus, Regnaldo in cruento prælio cæſo, regnum reliqvit filio. 22

176. XXXVI. SIGARUS, filius aut gener Siwaldi, qvia Hagbartum Norvegum, à qvo regiæ filiæ Signæ ſtuprum erat illatum, laqveo perdiderat, & Signa ſe mortuo ſociam addiderat, viciſſim ab Hacone Hagbarti fratre eſt peremtus. 23

199. XXXVII. SIWALDUS II. F. qvo in bello peremto, qvod gerendum ei fuit cum Hacone, cum omnis familia regia maſcula defeciſſet, qvinq; gubernatores regni ſunt creati, ex qvibus Oſtmar præfuit Scaniæ; Hundingus Siælandiæ; Hano Fioniæ; Roricus & Haterus Jutiæ. 11

210. XXXVIII. HALDANUS III. fortis, filius Borcari, nobilis Scani, ex proſapia regis Haldani Biergrami & Drottæ, Regnaldi regis Nor-

Norvegiæ filiæ. Cum Juretha, virgo regia, Sigari neptis & Siwal-
di filia, à nonnullis proceribus esset Saxonum principi desponsata,
sponsam sibi bello petiit & obtinuit. Cæsus tandem à proceribus
reliqvis. 50
360. XXXIX. HARALDUS HYLDETAN III. F. qvinqꝫ in Dania re-
gulos sustulit, & post varia facinora tandem in bello corruit adver-
sus Ringonem Sveciæ regem, cui ccc. virgines interfuerunt, di-
ctæ Skioldmöræ. Et sic Danicum regnum in potestatem Sveco-
rum pervenit. 66
326. XL RINGO, alias Haqvinus, rex Sveciæ, Haraldum cæsum regiis
exeqviis magnifice extulit, eoqꝫ Danorum animos demulsit, illisqꝫ
HETHAM, aliqvam ex Amazonibus Danicis, post annum elapsum
præfecit: qvæ post fata Haraldi Hyldetani Jutiæ & insularum re-
gina fuit. Sed qvoniam feminæ Dani parere negabant, Olo eam
primo minis; deinde armis cedere, & Jutia contentam esse adegit. I
327. XLI. OLO seu OLAUS II. vegetus, Haraldi ex sorore nepos, ex
gubernatore Scaniæ, cui à Ringone præfectus fuerat, pulsa Hetha,
rex Daniæ. Fingunt eum tam invicto robore, ut Sveciam ingres-
sus, primo die cum uno pugile; altero cum duobus; tertio cum tri-
bus, & ita continuatis victoriis, undecimo die cum undecim con-
gressus sit. Starcharterus eum tandem in balneo confodit. Hunc
Starcharterum dicunt Svecum qvidem fuisse, sed Arctoum orbem
perpetuis laboribus, tanqvam qvendam Herculem, obiisse: oppres-
sis opem tulisse: omnes ad bonam frugem admonuisse: in Russia,
Norvegia, Thracia, Polonia robur exercuisse: Daniæ imprimis re-
gibus in debellandis hostibus inserviisse: summa sobrietate, qvam
etiam versibus commendasse creditur ad posteros transmissis, me-
ruisse, ut tertiam hominum ætatem expleret. Hæc omnia præter
historicos, etsi fide multis dubia, Olaus Magnus prolixe testata fe-
cit. Imprimis memorabile est, qvod in Norvegia pro rege, regiaqꝫ
sponsa cum IX. pugilibus robustis, non singulis, sed universis con-
gressus, multisqꝫ vulneribus confectus, colono in agris sua vulnera
commisisse dicitur obliganda, qvi evulsas intestinorum partes pri-
stino loco restitueret, elapsamqꝫ extorum congeriem nexili vimi-
num complexione perstringeret. Tam robustus gigas, cujus unum
dentem sex pollium magnitudinem habuisse scribunt, post tria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ætatis ſecula, ne morbo interiret, auro, qvod ob interfectum regem Daniæ Olonem acqviſierat, ſibi Hartherum qvendam emit interfectorem. 6

533. XLII. OMUNDUS F. regi Norvegiæ filiam extorſit. 10

543. XLIII. XLIV. SIWARDUS F. qvem Gotharus rex Svecorum, cui filiam negaverat, Germanis in auxilium evocatis, ad extrema adegit. Cæſo illo, frater ejus BUTHLUS aliqvamdiu regnum adminiſtravit. 7

550. XLV. JARMERICUS, Siwardi filius, captus à Vandalis, adolevit apud eos: deinde profugus ab illis & rex factus, Viſmarum regem Slaviæ in prælio evertit. Et qvia uxorem Svawildam, regis Helleſponti filiam, ob falſam ſtupri ſuſpicionem, eqvorum calcibus protriverat, ab uxoris fratribus bello petitus, & amputatis pedibus & manibus occiſus eſt. 17

567. XLVI. BRODERUS F. inceſtus cum noverca falſo accuſatus. Illa necata, ſupplicium, ad qvod condemnatus fuerat, ſingulari fato evaſit. 2

569. XLVII SIWALDUS III cujus ſtirps ignota. 9

578. XLVIII. SNIO, cujus tempore ajunt propter annonæ caritatem imbelles primum viros & feminas eſſe occiſos; deinde nonum qvemq; hominem dimiſſum, ut novas ſedes qværerent: & qvi ex iis eſſent, Longobardos eſſe dictos. Ab hoc tempore lacuna eſt in ſerie regum per ccc. annos. Gregorius Turonenſis autor eſt, anno lxxvi regem Danorum Chochilaicum in claſſe ad Galliarum littora evectum, & exſcenſione in Auſtraſiam facta, in poteſtatem Theodorici Francorum veniſſe. 22

696. XLIX. BIORNO, ignotus qva ſtirpem. 4

700. L. HARALDUS IV. F. 14

714. LI. GORMO I. F grandævus & ſapiens: qvem ferunt ccc. ſociis aſſumtis in aqvilonem enavigaſſe, & ſtupenda miracula vidiſſe. Hunc aliqvi primum inter reges Daniæ Chriſtianum æſtimant, à Torchello converſum. 50

764. LII SIGEFRIDUS F. ſocer Wittekindi M. interfuit bellis adverſus Carolum M 1

765. LIII. GETRICUS ſeu Gothofredus Fr. ex bellis cum Carolo M. notus Vallum Danicum excitavit prope Sleſvicum per Cimbriæ cervicem: cæſus tandem à ſatellite. 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

809 LIV. OLAUS III. F. intestinis bellis agitatus. 1

810 LV. HEMMINGUS, Sigefridi F. pacem sanxit cum Ludovico imperatore. Hoc defuncto regnum varie est distractum, postquam amicitia cum Caroli M. filiis esset juncta. Nam Siwardus II Norwegus insulas; Ringo Danus Jutlandiam obtinuit. Ambo ex jure uxorum sibi regnum vendicarunt. 2

812 LVI. LVII. SIWARDUS II Gotrici ex filia nepos, Siwardi V. regis Norvegiæ filius, rex Danorum per Scaniam, Seelandiam & vicinas insulas: & RINGO Olai III. F. rex per Jutiam, mutuis vulneribus conciderunt. 5

817. LVIII. LIX HARALDUS V. KLACK, Ringonis F. cui statim se opposuit REGNERUS Lodbrogo seu Reginfridus, Siwardi II F. variis per Europam victoriis clarus, Achilles Danicus vulgo dictus, qui singulis filiis, qvorum novem habuit, qvanqvam alii tot non agnoscunt, singula regna fertur reliqvisse. Haraldum Klack ob Christianos receptos regno Jutiæ exclusit. Ille ad Ludovicum imperatorem confugiens, Christo nomen dedit, Moguntiæ a Rabano baptisatus, auxiliisq; Saxonicis roboratus, cum terras amissas recuperasset, infamis factus est religionis desertor, pulsusq; denuo, in Frisia obiit. Regnerus autem, qvocum diuturna bella gessit, acerrimus paganæ religionis oppugnator, cum arma in Angliam & Hiberniam transferret, ab Helle Hiberniæ rege captus est & serpentibus objectus, atq; ab iis necatus. Ab hoc tempore Dania diu cum pietate & superstitione est luctata. 26

843 LX. SIWARDUS III. Regneri F. Snogoie dictus, cum patris mortem, Helle capto & vulturibus objecto, esset ultus, intestinis bellis est fatigatus. 3

846. LXI. ERICUS I. frater Haraldi V. Circa hæc tempora Ansgarius archiepiscopus Bremensis in idolis extirpandis fuit occupatus: nec tamen universam Daniam potuit Christo associare. Normanni etiam cum Rollone egressi in Galliam, novi principatus jecerunt fundamenta: de qva expeditione egimus in historiis Italiæ. 1

847 LXII. ERICUS II. puer, Siwardi III. F. initio pulsus, post restitutus: Christo primum adversus; inde Christianus, Ripensis templi conditor. 16

863. LXIII. CANUTUS I. parvus seu hirsutus, F. 10

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

873. LXIV. FROTHO VI. F. in Anglia baptisatus. 16

889. LXV. GORMO II. F. Anglicus, qvia in Anglia natus. 8

897. LXVI. HARALDUS V. F. 22

919. LXVII. GORMO, persecutor Christianorum: adversus qvem Henricus Auceps, imperator, marchionatum Slesvicensem erexit. Uxor ejus Thura, Ethelredi Anglorum regis filia heroina, viro animosior, in Danorum commentariis celebratur. 11

930. LXVIII. HARALDUS VI. Blatandi F. tempore Ottonis I. imperatoris: à qvo graviter pressus, tandem baptisma admisit, condiditq; qvatuor episcopatus, Slesvicensem, Ripensem, Arthusiensem & Othoniensem. Hic nota, qvod hunc Haraldum inter reges Daniæ alii numerent LIX. alii LXX. alii LXXI. LXXII. LXXV. qvod item aliis sit Haraldus V. aliis VII. Richardo, Normannorum duci, adversus regem Galliarum bis opem tulit: Marchionatum Slesvicensem sustulit: à filio Svenone regno & vita pulsus est. 50

980. LXIX. LXX. SVENO F. à furcata barba cognominatus, una cum patre baptisatus, à susceptore Ottone M. SVENOTTO dictus, cum & patri regnum vitamq; ademisset, congressus in acie, & Christi fidem ejurasset, omnia Christianorum littora infesta habuit: à Pomeranis Julinensibus captus, tandem & ab Erico IX. Sveciæ rege ejectus, annos XIV. in Scotia exulavit: in exilio ad Christi agnitionem reversus, non regno saltem restitutus est, sed & Angliæ regnum occupavit, ut in Anglicis historiis dictum. Vicit etiam Olaum, Tryggonis filium, qvi primus regum Norvegiæ Christianam fidem est amplexus: eoq; in fuga aqvis submerso, istius qvoq; regni diadema sibi imposuit. Dicunt aliqvi, Olaum in mare qvidem se præcipitasse, ne in manus hostium veniret, sed incolumem scopulos emersisse, & post fata Svenonis Norvegiam recuperasse, &, cum in idololatria & magicis artibus abolendis totus esset, in procerum odium incurrisse, & regno denuo ejectum, reversum tertia vice, coronam martyrii anno cIↄxxvii. adeptum, divorum numero accessisse. Id interim notandum, qvod Svenonis beneficio feminæ in regno Daniæ fruuntur jure hereditario, qvia regem captivum suis ornamentis redemerant. Tres reliqvit filios, qvibus tria reliqvit regna: Haraldo Angliam; Svenoni Norvegiam; Canuto Daniam. Filius ejus HARALDUS VI. (VII.) tam, cum pater apud Anglos debel-

debellatos ageret, qvam extincto illo, aliqvamdiu una cum fratre Canuto M. regnavit. 34

1014. LXXI. CANUTUS II. magnus, F. socer Henrici II. imperatoris, rex Daniæ & Angliæ, Norvegiam, devicto S. Olao, denuo sibi asseruit, gentemqꝫ Estoniam suo adjecit regno, & monachis primus in Dania locum concessit, legesqꝫ curiales & castrenses promulgavit, hodienum validas. 22

1036. LXXII. LXXIII. CANUTUS III. durus F. Norvegiam Magno, S. Olai regis Norvegiæ filio, concessit: Angliam Eduardo reliqvit: absqꝫ liberis anno cIↄXLV. obiit. Post illum qvatuor annis regnum Daniæ cessit MAGNO, S. Olai filio, Norvego: qvi tamen tandem ejectus est à Svenone M. qvi hactenus præfuerat Norvegiæ. 12

1048 LXXIV. SVENO M. III. Canuti M. ex sorore Estrita nepos, Ulfonis Angli, aut, ut Saxo Grammaticus censet, Saxonis, puta Anglo-Saxonis, filius. Aliqvoties à rege Norvegiæ Magno victus & fugatus, rediit tamen, & qvinqꝫ reliqvit filios, qvi omnes post patrem ordine regnarunt. Hic regnum Daniæ fecit Alexandro II. pontifici tributarium, & promisit illi denarium Petri. Instituit qvoqꝫ qvatuor episcopatus, Lundensem & Dalbyensem in Scania; Wigburgensem & Burgiaviensem in Cimbria. Fabulantur, Svenonis hujus proavum Ursum seu Biorgonem, ex ursi cum puellæ concubitu enatum, unde genitus sit Trugillus, pater Ulfonis, avus Svenonis. 29

1074. LXXV. HARALDUS VII. (VIII.) primus Svenonis filius, ignavus. 2

1076. LXXVI. CANUTUS IV. sanctus seu martyr, secundus Svenonis filius, per proditionem fratris Olai, cum in Angliam meditaretur profectionem, peremtus. 12

1088. LXXVII. OLAUS IV. famelicus, qvia ejus tempore ingens fames extitit, tertius Svenonis filius, in lecto mortuus inventus. 7

1095. LXXVIII. ERICUS III. bonus, qvartus Svenonis filius, condidit archiepiscopatum Lundensem, Dominiqꝫ sepulcrum invisurus, expiravit in Cypro. 7

1102. LXXIX. NICOLAUS, qvintus Svenonis filius, ab Obotritis prælio victus, & à successore, fratris filio, dejectus regno, atqꝫ à Slesvicensibus ad portam templi occisus. Ejus filius Magnus, paucis annis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

annis ante patris obitum, Canutum S. patruelem perfide obtruncavit, & postea in Scania ingenti prælio fusus occubuit. 32

1134. LXXX. ERICUS IV. Emundus seu illustris, Erici III. filius, fugatus primum à patruo Nicolao, postea eundem regno dejecit: multa loca amissa recuperavit: errata majorum emendavit. Publice jus dicens, lancea à sicario est transverberatus. 5

1139. LXXXI. ERICUS V. agnus, Erici boni ex filia Anna Haqvino nupta nepos, regnum cucullo commutavit. 10

1149. LXXXIII SVENO III. Erici agni filius, Scanienium rex factus, ad socerum Conradum III. imperatorem, victus ab æmulis, confugit, & redux in regnum, bello contra Waldemarum I. redintegrato, iterum victus occubuit. 11

LXXXIII. CANUTUS V. Nicolai ex filio Magno nepos, rex Jutiæ factus, post varias digladiationes cum Svenone III. & Waldemaro I. tandem per insidias à Svenone sublatus est. 7

1160. LXXXV. WALDEMARUS I. magnus, Erici boni ex filio S. Canuto duce Slesvicensi nepos, Rugios, Obotritos, Rostochienses, Stetinenses, Wolgastanos bellis variis petiit, & Pomeranorum Julinum destruxit. Res ejus gestas Saxo prolixe libro XIV. & XV. describit. Floruit ejus tempore Absolon, episcopus Roschildensis, cujus imprimis ope Rugiani fidem Christi susceperunt. 24

1184 LXXXV. CANUTUS VI. F. infeliciter adversus imperatorem & Brandeburgicos pugnavit. In hoc desinit Saxo. 18

1202. LXXXVI LXXXVII WALDEMARUS II. Fr. Hamburgum ab Ottone IV. imperatore, cui se illud dederat, recuperavit. Livonos & Esthos bellis fatigavit: tandem à comite Sverinensi captus, & ab Holsatiæ comite victus. Multum illi negotii facessiit WALDEMARUS III. ex regio sangvine per XIII. annos, & à multis inter reges Daniæ recensetur. 40

1242. LXXXVIII. ERICUS VI. F. dolo à fratre Abele captus & capite truncatus. 8

1250. LXXXIX. ABEL, Fr. fratricida, à Frisiis rebellibus interfectus. 2

1252. XC. CHRISTOPHORUS I Fr. in bello Holsatico captus, & magno lytro redemtus. Qvia archiepiscopum carceri incluserat,

hinc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

hinc regnum Daniæ excommunicatione subjacuit totis XVII. annis: & Christophorus rex hostia eucharistica, veneno tincta, per Arnefastum episcopum Arhusiensem enecatus est. 27

1259. XCI. ERICUS VII. F. Glepping cognominatus ob stupra matronis illata, decimasq; in usum profanum translatas, à conjuratis LXX. vulneribus peremtus. 27

1286. XCII. ERICUS VIII. F. frustra regem Sveciæ Byrgerum bello tentavit: variis modis Megapolitanos & Pomeranos afflixit. 35

1321. XCIII. CHRISTOPHORUS II. Fr. ignavus & infortunatus, non solum à Stalsundensibus & Wolgastanis principibus, qvibus Rugiam eripere conabatur, victus, sed & à proceribus dejectus est. Cumq; WALDEMARUS, dux Slesvicensis, qvem aliqvi IV. ob id vocant, regno inhiaret & triennio id obtineret, ad priorem dignitatem eum subditi revocarunt. 12

1333. XCIV. WALDEMARUS (IV.) III. reprobus, F. ut in afferendo regno fuit gloriosus, qvod receperat vastatum & depauperatum, sed reliqvit postea florentissimum, ita ab insatiabili avaritia & tyrannide adversus nobiles pessime apud historicos audit, variis suorum rebellionibus vexatus. Reliqvit duas filias, qvarum Margareta nupsit Haqvino Norvegiæ regi; Ingeburga, Henrico duci Megapolitano elocata, Mariam peperit, Wratislai VII. ducis Pomeraniæ uxorem: ex qva natus est Ericus X. dux Pomeranorum, qvi post Margaretam tribus orbis Arctoi regnis præfuit. 42

1375. XCV MARGARETA, F. Semiramis Danica, uxor Haqvini, Norvegiæ regis, filium Olaum enixa fuerat, cum pater Waldemarus diem obiret. Pupilli igitur nomine regni habenas regendas corripuit. Nec renuebant proceres, præsertim cum omnia negotia cernerent ab illa prudentissime expediri. Interim Sveci rege suo Magno, cognomine Smecho, ob libidines & crudelitatem remoto, & præterito ejus filio Haqvino, jam Norvegiæ rege electo, regnum ad Albertum Megapolitanum, Magni ex sorore nepotem detulerant. Margareta, uxor Haqvini, qvo jam & patre mortuo, omnium suffragio regina Daniæ & Norvegiæ declarata fuerat, id ægre ferens, Albertum regem Sveciæ anno CIↃCCCLXXXIX. bello afflictum cepit, jamq; trium regnorum domina, habito

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

generali omnium ſuorum conventu, anno ſeculi LXXXVIII. impetravit, ut, qvia filius ſuus Olaus V. jam diademate Danico in pueritia cinctus deceſſerat, ab uno rege potentiſſima regna perpetuo gubernarentur, adoptavitq; Ericum Pomeranum, ſororis ſuæ Ingeburgæ ex filia Maria nepotem, eumq; primo regem Sveciæ declaravit, cumq;, mare transfretatura, in navi expiraſſet ſenex, eidem etiam regna Daniæ & Norvegiæ reliqvit. 37

1412. XCVI. ERICUS IX. Wartislai VII. ducis Pomeranorum & Mariæ F. Ingeburgæ (qvæ ſoror fuit Margaretæ Danæ) & Henrici Megapolitani nepos, regno ſe abdicavit: conditor Landscronæ. Difficillimis cum Slesvicenſibus, maritimisq; civitatibus bellis, Svecorumq; ſeditionibus & Danorum offenſionibus defatigatus, ſibi in Pomerania ſua qvietum invenit locum. Et qvanqvam eum nonnulli accuſant proditionis, perjurii, rapinæ & adulteriorum, innocentiam tamen ejus in Chronicis noſtris Pomeranicis vindicavimus. 26

1438. XCVII. CHRISTOPHORUS III. Johannis Palatini comitis & Bavariæ ducis atq; Sophiæ filius, Wartislai & Mariæ ex Ingeburga natæ nepos, Erici Pomerani ex ſorore Sophia nepos, à Danis electus poſt abitum Erici, etſi initio à Svecis, qvi Carolum Canuti filium ex Mareſcallo conſtituerant regni gubernatorem, repudiatus eſt, tandem tamen, perſvaſis in concilio generali proceribus, omnia regna Erici obtinuit. Eo poſt decennium mortuo, Dani ſibi Chriſtianum I. comitem Oldenburgenſem præfecerunt, & Carolũ Canuti filium, qvem Sveci, exterorum regum pertæſi, regem creaverant, ex Gotlandia occupata expulerunt, eamq; inſulam regno ſuo adjunxerunt. Sveci qvidem rebellione nova excitata, Caroloq; ejecto, ſe iterum Danorum ſocietati aggregantes, unum regem cum iis Chriſtianum ſuſceperunt: ſed eo iterum ob præfectorum Danicorum libidinem rejecto, poſt ſeptennium Carolum revocarunt. Poſt qvem Sveci ſibi præfecere Gubernatores, regium nomen reſpuentes, principis admittentes. Sed Daniæ reges, Sveciæ regnum ſibi vendicantes, Johannes & Chriſtianus II. eos multis bellis afflixere, donec Guſtavus regni libertatem A. C. cIɔIɔxxiii. recuperaret. 10

1448. XCVIII. CHRISTIANUS I. Theodorici fortunati comitis Olden-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

denburgensis & Delmenhorstani filius, ex stirpe Witttekindi, cum Dani & Norvegi Adolphum ducem Slesvicensem ad regnum capessendum evocarent post Christophorum, & ille gravem ætatem causatus, hunc nepotem suum ex sorore Christianum sibi præferret, ducta Christophori III. vidua, Dorothea Brandenburgica, Daniæ regnum adiit. Jure etiam hereditario ducatus Slesvicensis, defuncto avunculo Adolpho, ad eum devolutus est. Eodem tempore Holsatiam in feudum ab imperatore Friderico II. accepit, non amplius sub nomine comitatus, sed ducatus. Pulso à Svecis Carolo Canuti filio, regnum qvoq; Sveciæ suscepit administrandum. Cum Carolus denuo esset receptus, varia ei erant bella gerenda. Prima Academiæ Haffniæ fundamenta hic rex posuit, & Dithmarsiam à Friderico III. imperatore in beneficium obtinuit. 33

1481. XCIX. JOHANNES F. fratrem Fridericum exclusit ex provinciis, qvas pater illi testamento reliqverat, parte saltem illarum ei relicta. Victoria adversus Svecos parta, per triennium se eorum regem gessit. Inde ad Dithmarsos obseqvium detrectantes conversus, infelicem expeditionem suscepit. Nam à ruricolis cum florentissima nobilitate victus, vix fuga vitam servavit. Id sentientes Sveci, causati, non indigenas præfici arcibus, autore Stenone Sturen gubernatore, defecerunt, captaq; regia uxore Christina, electoris Saxoniæ filia, cum absens rex esset ad cogendos milites, omnem ei fidem renunciarunt. Ille injuriam ulturus, exercitu L. millium collecto, in Sveciam seditionibus internis flagrantem contendit, filiumq; Christianum in Norvegiam misit, qvi in tumultuantes severe animadvertit. Sed Lübecenses Svecis terra mariq; fuere subsidio, Danosq; impedierunt, ne qvicqvam hoc rege prospere agerent. 32

1513. C. CHRISTIANUS II. alias Christiernus, F. gener Philippi regis Hispaniarum per Isabellam, magno conamine regnum Sveciæ bello redintegrato repetiit, & Holmia frustra obsessa, dum pacis studium simulabat, obsides sibi ex proceribus Svecis datos contra datam fidem abduxit: tandemq; regnum Svecis partim vi, partim fallacibus promissis extorsit, & tyrannide inter Christianos inaudita, tertio coronationis die, in nobiles, episcopos,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſenatores & cives, qvin & in mortuum Stenonem deſæviit, & alios qvidem necavit; alios omnibus bonis privavit: legatos regni Sveciæ ad perpetuos carceres damnavit; Poloniæ peremit. Hac de cauſa non tantum Sveci per Guſtavum, ſed & Jutti ab impotente illius dominatu ſe liberarunt. Qvorum exemplum imitati reliqvi in Dania & Norvegia, ſenatus imprimis regni, eum regno depoſitum illuc adegerunt, ut fuga in Belgium ſibi conſuleret. Fruſtra pro ipſo interceſſere imperator, rex Hungariæ, electores: noviq; Danorum & Svecorum reges, Fridericus I. & Guſtavus I. fœdus adverſus eum pepigere. Poſt x. annorum exilium, cum copiis conſcriptis regnum repeteret, & accepto ſalvo conductu, nondum regis manu firmato in Daniam navigaret, de pacis conditionibus cum patruo acturus, ita Haffniæ exceptus eſt, ut ad perpetuam damnaretur cuſtodiam, in qva poſt xxvii. annos expiravit. Uxori optimæ Iſabellæ pellicem, Syburgis vetulæ infamis filiam, adjunxerat: ex cujus inſtinctu pleraq; ſe indigna geſſit. Filius ejus Johannes, dux Holſatiæ, anno ſeculi xxxiii. ſine prole eſt defunctus: cui proceres Daniæ, dejecto patre, & recepto in regnum Friderico I. in conventu publico promiſerant reſtitutionem regni paterni poſt fata Friderici. Sed qvia eodem pene tempore cum Friderico, in comitatu Caroli V. ſine maſcula prole extinctus eſt, regnum pervenit ad Friderici filium Chriſtianum III. 9

1522 CI. FRIDERICUS I pacificus Chriſtiani I. F. optimus & æqviſſimus rex, à ſenatu in locum dejecti Chriſtiani II. electus, magna cum laude regnum adminiſtravit, & fermento pontificio ſtudioſe repurgato, ex Anna Brandeburgica reliqvit Chriſtianum III ſucceſſorem; ex Sophia Pomeranica Johannem ſeniorem; Adolphum; Fridericum epiſcopum Hildeſienſem. Adolphi filii ſunt Fridericus; Philippus; Joh Adolphus; Chriſtianus; Joh. Fridericus epiſcopus Bremenſis & Lubecenſis. Johannes Adolphus dux Holſatiæ genuit ex Auguſta Friderici II. filia Fridericum, qvi hodie præeſt Holſatiæ; Adolphum. Hic rex, dum pacem cum Guſtavo Svecorum rege adverſus Chriſtianum II. pangeret, cauſæ tractatio de Gotlandia in aliud eſt dilata tempus. Illa inſula, cujus metropolis eſt Wisburgum, variis dominorum viribus ſemper

eſt

est jactata. Antiqvitus ad regnum Sveciæ, tanqvam jurisdicti-
oni ecclesiasticæ Lincopensis subjecta, pertinebat. Deinde per
regem Albertum in bellis adversus Margaretam Daniæ reginam
Ordini Cruciferorum est oppignorata: & recepta qvidem, sed
postea ab Erico rege, cum regno decessisset, retenta, Svecisq; in-
vitis Christiano I. tradita. Hinc materia diuturnarum inter Sve-
cos & Danos litium, præsertim, qvia Dani contendunt, insulam à
Waldemaro IV. esse subactam, & consensu Alberti regis, solemni- 11
bus literis, regno Danico anno cIↃCCCLXVI. concessam.

1533. CII. CHRISTIANUS III. F. cum interregnum aliqvot anno-
rum post obitum Friderici intercessisset, pontificiis varia consilia
agitantibus, tandem sedatis turbis & Hafnia deditione accepta, à
J. Bugenhagio coronatus, immortale justitiæ, religionis & felici-
tatis nomen nobis reliqvit. Mortem ex nuncio divino prænovit,
diemq; ultimum admiranda clausit constantia. Filius ejus secun-
dogenitus Magnus, anno seculi LXIX. contulit se ad Johannem Basi-
liden, ejusq; factus cliens, rex Livoniæ est declaratus, & in affini-
tatem magni ducis Russorum, ducta Maria, Basilidis ex fratre ne-
pte adscitus. Cumq; magno exercitu bis Revaliam frustra obsedis-
set, nec Livoniam ad arbitrium Basilidis subegisset, misere habi-
tus ad Polonos confugit, à qvibus in Curlandia aliqvot arces acce- 26
pit, donec anno cIↃIↃLXXXIII. moreretur.

1559. CIII. FRIDERICUS II. F. virtute & fortuna præstans, Dith-
marsiam cum patruis, Johanne & Adolpho, Holsatiæ ducibus, sub-
egit, & septennale bellum cum Svecorum rege Erico gessit, donec
Stetini anno cIↃIↃLXX. pax constitueretur. Stetinensibus hinc pri-
vilegium datum, ut nihil amplius in vectigal pro nave in freto Da-
nico solverent, qvam aureum rosæ nummum. Regiam scholam 29
Soranam fundavit biennio ante mortem.

1588 CIV. CHRISTIANUS IV. F. patri defuncto decennis succedens,
anno cIↃIↃCXI. regi Sveciæ Carolo, qvi ex titulo Norvegiæ suum
amplificaverat, in Norvegia propugnacula exstruxerat, & fines
regni cum detrimento Daniæ in Lappia ampliaverat, exercitu in-
structissimo conscripto, bellum indixit, & Calmariam non saltem,
sed & Elsburgum & Goldbergum aut expugnavit, aut deditione
accepit. Sed Gustavus Adolphus, patri Carolo in regno Sveco-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

rum fuccedens, damnum illud tanta alacritate compenfavit, ut, cũ Danus ob peftes & clades ab exercitu imparatus effet, ea illi neceffitas imponeretur, ut pacem bello præferret, qva anno feculi XII. Calmaria Svecoꝛ titulus regni Norvegici integer Dano relictus eft. Interim in Germanico imperio turbæ eæ concitatæ funt, qvæ per XXX. annos univerfum pene concuffere. His fedandis inter alios rex Daniæ incubuit, circuliq́ inferioris Saxoniæ præfectura in fe fufcepta, excitatus ad id Anglorum, Batavorum & Gallorum promiffis, infaufto omine belli molem in fe derivavit. Hameliæ enim ex vallo in foffam profundam fubjectam cum eqvo delapfus, ingens vitæ periculum adiit, variisq́ per triennium cladibus ad pacis conditiones anno feculi XXIX. protractus eft, liberandamq́ Germaniam Svecorum regi Guftavo Adolpho reliqvit. Cumq́ atrocibus bellis in Germania ab hoc tempore incumberetur, ipfeq́ tandem inter diffidentia imperii Germanici membra fruftra pacem tentaret, & interea adverfus regnum Sveciæ multa agere videretur, bellum ei anno feculi XLVII. adverfus Svecos, ex Germania fimul & Svecia irrumpentes, gerendum fuit: qvo feqventi anno fopito, brevi deceffit, cum paulo ante CHRISTIANUS V. jamdudum rex declaratus, filius ejus primogenitus, in itinere ad aqvas Ægranas, qvas valetudinis curandæ gratia petierat, deceffiffet, & fœdus inter ipfum & Batavos arctius coaluiffet, qvibus vectigal in freti Danici anguftiis certis conditionibus conceffum eft. 50

1648. CV. FRIDERICUS III. F. gener Georgii, ducis Brunsvicenfis: ad qvem regnum poft fratris primogeniti Chriftiani V. fata devolutum eft.

* *

GENE-

GENEALOGIA FAMILIAE OLDENBURG ... IUM, 770
inq; ea regum Daniæ, & Ducum

WVittekindus M. WVigbertus F. WValtpertus, comes Ringelheimensis ... rcem
Oldenburgam à patre inchoatam perfec

Theodoricus, F. Sigfrid, F. Ulrich, F. WVittekindus IV. stirps marchionum ... rus in Ringelheim.
... us.
Otto, F. Johannes, F. Sigfridus, marchio 1. Brandeb. F. Mechtildis, ux ... bert.

Rixa, F. ux. Hajonis, dynastæ Frisii. qvem tamen aliqvi faciunt
Rixæ agnatum, nepotem vel pronepotem Reginoberti.
... men cum leone ab
...). damnatus.
... pro patre cum le-
... us vicit, & Elma-
... heredem.

Elmarus I. dynasta Frisiæ & comes Oldenb. post Fridericum.
Christianus bellicosus, hostis Henrici Leonis.
Mauritius, F. Christianus, F. Johannes, F.
Johannes, cujus p...
ria bella gess...
Frisiis.

Johannes F. Conradus F. Christianus F.
Theodoricus fortunatus. 1440. Ejus uxor erat Hedvigis,
soror Adolphi Slesvicensis, regis Daniæ postulati.
Christianus Del ... um decessissent,
archiep. Brem ... nhorstum: un-
de varia bella

Christianus I. ...

Gerhardus.
Johannes.
Antonius.
Johannes.
Joh. Fridericus.

Mauritius.

Fridericus I. rex.

Christianus III. rex. Joh. senior. Fridericus ep. Hildes...

... hannes I. rex.
... ristianus II. rex.
... hannes ob. 1532.

Johannes jun. dux Holst. in Sunderborg/XXIII. liberorum pater.

Magnus, gener Joh. Basilidis, ducis Mosc.

Fridericus II ... phus.

Christianus IV. rex ...

Joh. Frid. ep. Bremensis & Lubec.
Christianus.
Philippus.
Fridericus.
Johannes, ep. Lubec. residens Eutini.
Adolphus, obiit in pugna Lipsiensi 1631.
Fridericus natus 1635.
Joh. Augustus.

ex Christina, nobili Sex filiæ, proceribus nuptæ.
Dana. WValdemarus Christianus, comes, sponsus
filiæ regiæ Moscoviæ.
Ulricus, in Germ. bell. cæsus 1633.
ex Anna Brandeb. Fridericus III. rex. - Christianus.
Christianus V. ante patrem defunctus 1647.

Christianus. Joh. Christian.
Ernestus. Alex. Heinr.
Alexander - - Ern. Gunther.
Augustus. Georg Frideric.
Joh. Adolph. Augustus.
Phil. Ludov.
Frideric. in Norb-burg. Joh. Bogisl.
Christ. Aug.
Rud. Frid.
Franc. Philipp.
Philipp. in Glücks-burg. Christianus.
Car. Albertus.
Adolphus.
Christiana, ux. Christiani, duc. Sax. J. G. filii.
Sophia Hedwig, ux. Mauritii, ducis Sax. J. G. filii.
Albertus.
Joh. Georg. Joh. Adolf.
Joach. Ern. in Plö(ne). Augustus.
Joh. Ernst.
Bernhardus. Bernhard.
Car. Heinr.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

GENEALOGIA FAMILIAE OLDENBURGENSIUM,
inq; ea regum Daniæ, & Ducum Holsatiæ.

VVittekindus M. VVigbertus F. VValtpertus, comes Ringelheimensis & Oldenburgensis, qui arcem Oldenburgam à patre inchoatam perfecit. F.

Theodericus, F. Sigfrid, F. Ulrich, F. VVittekindus IV. stirps marchionum Montferratensium.
Meinerus in Ringelheim.
Siboldus.
Ringelbert.

Otto, F. Johannes, F. Sigfridus, marchio I. Brandeb. F. Mechtildis, ux. Henrici I. imp.

Rotbertus, F. ux. Hajonis, dynastæ Frisii. quem tamen aliqui faciunt Elimaræ agnatum, nepotem vel pronepotem Reginoberti.

Huno, ad certamen cum leone ab Henrico imp. damnatus.
Fridericus, qui pro patre cum leone congressus vicit, & Elmarum scripsit heredem.

Edwardus I. dynasta Frisiæ & comes Oldenb. post Fridericum.
Christianus bellicosus, hostis Henrici Leonis.
Mauritius, F. Christianus, F. Johannes, F.
Johannes, cujus posteri varia bella gesserunt cum Frisiis.

Johannes I F. Conradus F. Christianus F.
Theodoricus fortunatus. 1440. Ejus uxor erat Hedvigis, soror Adolphi Slesvicensis, regis Daniæ postulati.
Christianus Delmenhorstanus, cujus posteri cum decessissent, archiep. Bremenses ad se trahebant Delmenhorstum: unde varia bella.

Gerhardus.
Johannes.
Antonius.
Johannes.
Joh. Fridericus.

Mauritius.
Christianus I. rex Dan. & Norveg.

Fridericus I. rex.
Johannes I. rex.
Christianus II. rex.
Johannes ob. 1532.

Christianus III. rex. Joh. senior. Fridericus ep. Hildes. Adolphus, dux Hols. heres Norveg.

Johannes jun. dux Hols. in Sunderberg, XXIII. liberorum pater.
- Albertus.
- Joh. Georg.
- Joach. Ern. in Plö. (ne.
  - Joh. Adolf.
  - Augustus.
  - Joh. Ernst.
  - Bernhard.
  - Car. Heinr.
- Bernhardus.
- Philipp. in Glücksburg.
  - Franc. Philipp.
  - Christianus.
  - Car. Albertus.
  - Adolphus.
  - Christiana, ux. Christiani, duc. Sax. J. G. (filii.
  - Sophia Hedwig, ux. Mauritii, ducis Sax. J. G. filii.
- Frideric. in Nordburg.
  - Joh. Boguil.
  - Christ. Aug.
  - Rud. Frid.
- Joh. Adolph.
- Augustus.
- Alexander - -
  - Joh. Christian.
  - Alex. Heinr.
  - Ern. Gunther.
  - Georg Frideric.
  - Augustus.
  - Phil. Ludov.
- Ernestus.
- Christianus.


Magnus, gener Joh. Basilidis, ducis Mosc.

Fridericus II. rex.
- Christianus IV. rex ob. 1648.
  - ex Anna Brandeb.
    - Ulricus, in Germ. bell. cæsus 1633.
    - Fridericus III. rex. - Christianus.
    - Christianus V. ante patrem defunctus 1647.
  - ex Christina, nobili Dana
    - Sex filiæ, proceribus nuptæ.
    - VValdemarus Christianus, comes, sponsus filiæ regiæ Moscoviæ.
  - ex pellicibus - -
    - Joh. Ulricus.
    - Ulr. Christian.
    - Elisabetha, Alefeldio nupta.
- Ulricus, ep. Sverinensis. Christianus Ulricus.
- Johannes, sponsus filiæ regiæ Moscoviæ.

Johan. Adolphus.
- Fridericus in Gottorp.
  - Adolphus.
  - August. Frid.
  - Gustav. Ulr.
  - Christ. Alb.
  - Joh. Georg.
  - Fridericus natus 1635.
- Adolphus, obiit in pugna Lipsiensi 1631.
- Johannes, ep. Lubec. residens Euthini. Joh. Augustus.
- Fridericus.
- Philippus.
- Christianus.
- Joh. Frid. ep. Bremensis & Lubec.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

II. *Qvinam reges Daniæ Norvegiam suo regno adjecerint, qvinam eam olim gubernaverint, edissere.*

Norvegia, ut olim florentissima fuit, cum à suis regibus, sibi juxta sangvinis rationem succedentibus, gubernabatur, ita, qvamprimum eligi cœperunt reges, à primævo vigore multum remisit. Distribuitur in v. præfecturas, Bahusium ab halecum captura celeberrimum, Aggershusium, Bergam ab emporio suo notissimam, Nidrosiam & Warthusium. Primum eorum regem faciunt SVIBDAGERUM, qvem dicunt ducentis ante natum Christum annis non saltem regis Daniæ Skioli filiam ad stuprum rapuisse, sed & ejus fratrem bello superatum trucidasse, Daniæq; & Sveciæ regna sibi vendicasse. Utriusq; posteros, gigantibus non absimiles, cruentis bellis sæpe congressos, testantur, & victoriam jam huc, jam illuc inclinasse. Tempore Caroli M. qvo Gotricus Danis præfuit, Norvegiæ rex fuit GOTO: cujus filia, cum Olao regi Daniæ nuberet, jus regni Norvegici una ad illum & nonnullos ejus posteros detulit. Sed HARALDUS Pulcricomus circa annum Christi IↃCCCLXXIIX. primus fuit, qvi non saltem Danicum jugum penitus excussit, sed & oligarchiam nobilium & toparchas, qvi tanqvam reguli qvidam suis qviq; terris antiqvitus præfuerant, sustulit, & de novo Norvegici regni fundamenta jecit. Cujus pronepos fuit OLAUS TRYGGO, heros fortissimus, superstitionis paganæ felicissimus extirpator. Trigesimus secundus autem ab Haraldo est HAQVINUS ille, cujus uxorem fuisse Waldemari III. regis Daniæ filiam Margaretam, Danicam illam Semiramiden, à conjunctione trium regnorum celebratissimam, supra diximus. Sed qvia pauca de rebus Norvegicis in literas missa sunt, & qvæ de regibus Norvegiorum dicuntur, non apud omnes fidem merentur, saxosa hæc & avia septentrionis loca celeri cursu præternavigabimus.

III. *Dixisti, reges Daniæ suo qvoq; imperio Islandiam, partem Grœnlandiæ, partem etiam Holsatiæ coercere. In his igitur terris paulisper subsistemus.*

Angrimus Jonas Islandus in libello de Islandiæ gentis primordiis & veteri republica testatur, hanc insulam primum à primo inventore Naddoco pirata Snælandiam vocatam fuisse: Gardarum deinde Sveeum, qvi eam post Naddocum ingressus sit, appellasse Gardarsholmiam: famosissimum tandem piratam Flocconem, cum pyxidis nauticæ usus nondum esset, beneficio trium corvorum, qvos è navigio emiserat, ut cognosceret ex eorum volatu, qvam in partem terra esset, eandem insulam invenisse, & Islandiæ ei nomen imposuisse: accidisse autem circa annum IↃCCCLXXIV. cum Haraldus pul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

pulcricomus, Norvegiæ rex, nobilitati antiqva jura adimeret, ut nobilissimus qvisqꝫ imperium ejus invisum detrectaret, &, cum variis seditionibus regnum agitaretur, Ingulfus, Naddoci & Gardari Floconis vestigia secutus, transferendæ in Islandiam, hactenus prorsus incultam & desertam, habitationis antesignanus fieret. Eum postea plurimi Norvegorum audacter secuti, cum conjugibus & liberis in Islandiam concedentes, sese in libertatem vendicarunt, & forma aristocratica novam rempublicam, in universam insulam dispersam, inqꝫ certas Reppas, tanqvam tribus, distinctam, sub Reppagogis seu tribuum magistris & nomophylacibus, prudenter circumscripserunt. Tandem circa annum Christi millesimum rex Norvegiæ pientissimus, Olaus Tryggo, suis ad Christum subditis deductis, fidem etiam in Islandia doceri curavit, qvæ tanta subito incrementa sumsit, ut duobus in insula episcopatibus opus esset, qvorum unus dicitur Holensis, alter Scalholtinus. Tandem insulani in Norvegiæ regis obseqvium sese denuo contulerunt, & nunc temporis Daniæ regibus, qvi rerum in Norvegia potiuntur, subjecti sunt. Adjacet Islandiæ ab occasu æstivo, immenso terrarum tractu, Gronia seu GROENLANDIA. Hæc insula, an continens terra sit cum Armenia, incertum est. Qvæ littora autem cognita sunt, in ea sibi reges Daniæ itidem imperium vendicant. Adjacet ei etiam FRISLANDIA & aliæ minores insulæ, qvæ regi nulla fere re, nisi piscium captura utiles sunt. Sed ad HOLSATIAM nos convertemus, qvæ veteribus dicta est Nordalbingia, qvia per Albim à meridionali Germania separatur. Paruit illa ab eo tempore, qvo Christi religionem amplexa est, Carolo M. ejusqꝫ filio Ludovico pio, qvorum beneficio comitibus est concessa. Aliqvam tamen partem Nordalbingiæ veteres domini, beneficio Albionis, qvi fuit Wittekindi M. patruelis, retinuere jure hereditatis usqꝫ ad Ottonem I. qvi HERMANNO BILLINGIO, duci Saxoniæ à se creato, Nordalbingiam qvoqꝫ regendam attribuit. Hujus posteris post CI annos extinctis, Henricus V. Lothario, comiti Qverfurti, postea imperatori, ob fideles operas in bellis locatas, Nordalbingiam cum universa Saxonia in beneficium contulit. Et hic Lotharius Adolphum I. comitem Schawenburgensem Holsatiæ anno cIↄcxiv. imposuit gubernatorem, nomine comitis. Stemma ille retulit ad Adolphum Salinglevium, cui frater Bruno à Conrado II. impetravit, ut primus comes Schaumburgensis, ob operam in variis expeditionibus præstitam, anno cIↄcLxiv designaretur. Ab illo Adolpho I. recta linea descendunt ADOLPHUS II. ad Demminum ab Obotritis

anno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

anno cIↄCCLXIV. cæſus: ADOLPHUS III. qvi poſt tertiam expeditionem in Palæſtinam cum Friderico I. & Henrico VI. ſuſceptam, à Canuto Daniæ rege victus & abductus eſt: ADOLPHUS IV. GERHARDUS I. Huic Gerhardo I. duo fuere filii, HENRICUS, ſtirps ducum Slesvicenſium, & GERHARDUS II. cæcus, ſtirps comitum Holſatiæ & Schaumburgii. HENRICUS, ampliſſima familia propagata, pater fuit GERHARDI, à Dithmarſis anno cIↄCCCXXII. victi; avus HENRICI FERREI, qvi oblatum regnum Sveciæ recuſavit, & proavus illius GERHARDI, qvi primus anno cIↄCCCLXXXVI. à Margareta, trium ſeptentrionalium regnorum regina, ducatum Slesvicenſem ſeu Suder Jutiam in feudum accepit. Gerhardi hujus filius ADOLPHUS poſt Chriſtophorum regem Daniæ à ſenatu ad regni gubernacula evocabatur: ſed cum & ſenex jam eſſet, & liberis careret, ætatis excuſatione, ſororis ſuæ filium CHRISTIANUM, comitem Oldenburgenſem, ad faſtigium regni commendatione evexit, egitq; cum Ordinibus Holſatiæ, ut ſe vivo Chriſtianum, ad qvem ducatus Slesvicenſis velut ad dominum feudi alioqvin perventurus erat, Holſatiæ etiam dominum, poſthabitis Schaumburgenſibus comitibus, reciperent, idq; ſancirent, ut poſthac ambo ducatus, Slesvicenſis & Holſatiæ, unum haberent principem. Et ab hoc tempore, abolita comitum Holſatiæ appellatione, à Friderico III. imperatore Holſatia titulo ducatus in gratiam Chriſtiani I. regis Daniæ inſignita eſt: cujus partes IV. ſunt: Holſatia peculiariter ſic dicta, in qva eſt Chilonium & Rendesburgum: Wagria, qvam ſub poteſtate ſua Slavi qvondam & Rugiani detinuere, Lubeca & Oldenburgo nobilis: Stormaria ſeu Marſia, qvæ Hamburgum & Crempam complectitur: & Dithmarſia ſeu Teutomarſia, inter Albis & Eydori oſtia, cujus incolæ, libertatis avitæ tenaces, etſi per Fridericum III. imperatorem Chriſtiano I. regi in feudum conceſſæ ſunt, tamen defuncto ipſo debitam ejus ſucceſſoribus ſubjectionem detrahere, & ſuo jure vivere voluerunt. Nec exigua cum regum Daniæ, principumq; Holſatiæ & nobilitatis ſtrage, ſervitus aliqvoties ipſis intentata eſt, donec à Chriſtiani I. nepotibus, Friderico II. rege & Johanne ſeniore, atq; Adolpho Holſatiæ ducibus, anno cIↄIↄLIX. ſub jugum inſvetum redacti, pars in meridionali plaga regibus Daniæ; pars verſus Boream Holſatiæ ducibus parere didicerunt. Qvod bellum Dithmarſicum luculenter deſcriptum apud Thuanum libro XXII. legitur: qvi ipſe libro XLI. notat, duces Holſatiæ, ut Holſatiam ab imperatore, ita Slesvicenſem ducatum à rege Daniæ in beneficium accipere: an autem beneficio libero illum obtineant & heredita-

rio, cujus etiam feminæ capaces sint, de eo inter regem & duces anno cIↄIↄLXXVII. disceptatum esse. Cæterum ex GERHARDO II. GOECO, comite Holsatiæ & Schaumburgii, fratre Henrici, continua serie prodiere COMITES SCHAUMBURGENSES, Adolphus VII. anno cIↄCCCXV. defunctus: Adolphus VIII. Otto I. qvi feliciter bella gessit adversus Magnum Torqvatum, ducem Lunæburgensem, eumq; in acie anno cIↄCCCLXXIII. peremit: Adolphus X. à qvo comitatus Sternbergensis per matrimonium & præfectura Pinnebergensis ex pacto cum Holsatis est acqvisita: Otto II. qvi, acccepta à Christiano I. rege Daniæ certa pecuniæ summa, suo in ducatu Slesvicensi juri anno cIↄCCCCLX. renunciavit: Johannes der Stive / cujus uxor Corda qvinqvagenaria peperit Jodocum: Jodocus, pater Ottonis, Adolphi, Antonii & Jodoci. Otto episcopus primum fuit Hildesiensis: deinde, resignata episcopa, qvadraginta annis gubernator fuit patriæ, & anno cIↄIↄLXXVI. defunctus, præter Hermannum atq; Antonium episcopos Mindenses, reliqvit filium Adolphum, unde natus est Julius, & Ernestum, conditorem Academiæ Rintelensis, à Ferdinando II principem imperii creatum. Adolphus fuit archiepiscopus & elector Coloniensis multis annis: Antonius fuit archiepiscopus & elector Coloniensis. Jodocus, qvi sedem habuit in Gehmen, filios habuit Henricum, Jodoci Hermanni patrem, Joh. Ottonem, Hermannum & Georg. Hermannum. Cæterum, qvod attinet COMITUM OLDENGENSIUM familiam, unde natus est Christianus I. rex Daniæ, Christianus bellicosus tempore Friderici Barbarossæ floruit: qvem ordine seqvuti sunt Mauritius, Ottoni IV carus: Christianus, cujus frater Otto arcem Delmenhorst anno cIↄCCXLVII. extruxit: Johannes: Johannes: Conradus, qvi sua prudentia tumultuantes Bremenses anno cIↄCCCLXVI. compescuit: Christianus: Theodoricus fortunatus, qvi per primam conjugem Adelheidem, heredem & filiam Ottonis Delmenhorstani, jura comitatus Delmenhorstiæ acqvisivit; ex altera Hedvigi Slesvicensi genuit Christianum I. regem Daniæ, cujus genealogia jam est exposita, & Gerhardum bellicosum, qvem linea recta seqvuntur Johannes: Antonius: Johannes, Antonii Delmenhorstani frater: Antonius Guntherus, ut hæc patent ex Saxonia Chytræi.

IV. Superest in Scandia gens Svecorum populosissima: à qva cum hisce annis nostra nobis libertas reddi cœperit, majori illa nobis reverentia salutanda est.

Sveciæ populos nationi Germanicæ accenset Tacitus, & jam suo tempore dicit apud illos & opibus honorem fuisse, & unum nullis exceptionibus non

non precario jure imperitasse. Seculis subseqventibus non saltem remotissimas gentes armis sibi submiserunt, sed &, tribus Scandiæ regnis sub suam potestatem tractis, meruerunt, ut reges Sveciæ tres in suis insignibus ostentent coronas. Etsi autem Dani & Norvegi à suis postea regibus gubernari cœperunt, qvanta tamen Svecici regni, qvamqve vasta moles sit, ex catalogo provinciarum, qvas, parte etiam Norvegiæ occupata, complectitur, liqvet. Dividitur in ipsam Sveciam, Gothiam, Finlandiam, Ingriam atqve Estoniam. Sveciæ pars altera complectitur Uplandiam, cujus præcipuæ urbes sunt Stockholmia, sedes regia, & Ubsalia sede archiepiscopali & regia schola celebris; Vestmanniam; Dalecarliam; Nericiam; Sudermanniam mineris non cupri & ferri solum, sed & argenti fertilissimas. Altera ejusdem pars continetur in provinciis Nordlandicis, qvæ sunt Gestricia & Helsingicæ regiones, qvarum coloni partim sunt nativi Helsingii, suis olim regibus in Medelpadia, Angermannia & Bothnia subjecti, partim Lappones, genus hominum simplex & probum, qvorum pars meridionalis in qvinqve præfecturis & territoriis regi paret Sveciæ; qvi versus oceanum occiduum in Finmarchia & Scricfinnia inveniuntur, regem Norvegium venerantur; reliqvi orientales ad mare usqve album Russorum imperia sustinent. GOTHIA, patria illa & genitale solum Gothorum, ut Johannis Magni verbis utar, inter duas potentes & nunqvam satis concordes gentes Sveones & Danos sita, ne, hostibus obsessa, utrumqve latus tueri continenter cogeretur, perpetuam societatem cum Svenonibus, sive qvod potentia & opibus præstarent, sive qvod eorum mores mitiores essent, inire curavit. Unde factum, ut Sveci & Gothi utplurimum uni paruerint regi, & ita in unam gentem coaluerint. Gothiam autem dividunt in occidentalem, cui præter Vestrogothiam, Daliam, & Vermelandiam olim annumerabatur Hallandia: & in orientalem, in qva sunt Ostrogothi, Smalandi & insulani in Oelandia: qvibus antiqvitus accensuerunt Gotlandiam, Scaniam & Blekingiam. In FINLANDIA seu Finnonia, regione amplissima, ut olim lingvam, ita reges qvoqve peculiares habuerunt, qvos cum Svecorum reges sibi subjicere, Careliam, extremam ejus provinciam, Russi occuparunt: de cujus dominio postea diu varioqve Marte inter Svecos & Russos certatum est, donec Magnus Smechus, rex Sveciæ, constitutis imperiorum certis limitibus, eam cum Georgio duce Novogardiæ divisit. Sed cum ante aliqvot annos Carolus IX. rex Sveciæ Basilium Zuski, magnum Russorum ducem, à Polonis suisqve admodum pressum, ex maximis difficultatibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

explicuisset, Carelia Ruthenica, qvam & Kexholmiam seu Carelogorodiam vocant, ei promissa, &, cum ab ingratis Russis, pacto neqvicqvam stantibus, negaretur, à Caroli filio, Gustavo Adolpho, armis petita & occupata est. Hic ipse Gustavus Adolphus INGRIAM etiam, qvam Russi Igeram vocant, regno Sveciæ adjecit, & ad Notteburgum seu Orescam, ut & Ivanogoradum, Jamagorodum & Capuriam, arces munitissimas, sibi tradendas Michaelem Fedrovizium, magnum Moscoviæ ducem adegit. ESTONIAM tandem, magnã Livoniæ partem, Ericus XIV. reliqvis suis provinciis adjecit, eamq; adversus Moscovitas anno clↄlↄlxi. defendendam suscepit. A qvo tempore reges Sveciæ Revaliam, qvod præcipuum est in Estonia oppidum, cum provinciis in hac Livoniæ parte reliqvis obtinuerunt. Longius progressus Gustavus M. universam Livoniam, cui hactenus Poloni jura dederant, in suam fidem recepit, & successibus heroe dignis usus, in Borussiam, & inde in extremas Germaniæ oras victricia arma intulit. Ultimo etiam bello, qvod anno xliv. & xlv armis subito ex Germania simul & Svecia in Daniam translatis gestum est, accessit regno Sveciæ Jempterlandia, Hernthal, insulæq; Gotlandia & Oesalia, atq; ad certos annos Hallandia, qvibus elapsis de ea novis transactionibus locus est. In pace Osnabrugensi anno seculi nostri xlix. Svecis accessit ex imperii feudis archiepiscopatus Bremensis, episcopatus Verdensis, Wismaria cum aliqvot præfecturis, & Pomerania occidentalis cum haud exigua parte orientalis. Defuncto rege Gustavo M. senatores & ordines regni anno seculi xxxiv. congregati, formam imperandi approbarunt, qvam vivus adhuc rex consignari curaverat, ut secundum eam, si qvando rex vel foris occuparetur, vel morbo jactaretur, vel etiam sub tutela ageret, omnia administrarentur, scilicet ut qvinq; sint regni collegia suprema: nempe JUSTITIÆ, in qvo Dapifer regni est præses, & qvatuor tribunalia, Stockholmiæ in Svecia; Jenecopiæ in Gothia; Aboviæ in Finlandia & Dorpati in Livonia: MARTIALE sub directione Marchi seu Campiductoris: AMMIRALITATIS sub regni Thalassiarcho: CANCELLARIÆ, sub directione Cancellarii: & CAMERÆ SUPPUTATIONUM, sub moderamine Thesaurarii. Sunt qvoq; in regno constituti Archimarescallus, qvi aulæ præest & solemnitates ejus gubernat: Præfectus armamentarii: Hipparchus: Præfectus venationum: item xxi. præfecti seu gubernatores totidem provinciarum: xiv. legiferatus, ad qvos spectat replica seu actio secunda earum causarum, qvæ in territoriorum placitis per appellationem eo devolvuntur: xxiii. legiones peditum; viii. eqvitum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

R. Regum Sveciæ seriem jam mihi exponi velim.

Hic vero vix invenias, qva methodo ingrediaris. Rerum Svecicarum scriptores, interqꝫ eos Johannes Magnus archiepiscopus Ubsaliensis, & L. Paulinus episcopus Strengnensis, à Magogo, Noachi ex Japheto nepote, reges Gothorum & Svecorum deducunt, & Magogo ajunt qvinqꝫ filios fuisse, Svenonem, Getharum, Thorum, Germanum, Ubbonem: duosqꝫ ex his imperium Scandiarum ex ostiis Tanais per Finlandiam, transmisso Venedico & Bothnico sinu, adiisse, ut pars cisfilvana Svenoni; transfilvana Getharo cesserit: filium autem Svenonis Ubbonem ante tempora Abrahami Upsaliam condidisse. Alii Gothos & Svecos progeniem æstimant Germanorum, ex Gomero, omnium Cimmeriorum seu Cimbrorum & Teutonum patre: gentisqꝫ antiqvum decus priscæ nostræ Germaniæ populis, qvibuscum lingvæ & morum habuerunt commercium, deberi: nec Magogo, Turcorum & Massagetarum circa Caspium mare progenitori, vendicant Gothos, sed Gomero, primogenito Japheti filio, cujus filius Ascanes, Bosporo Cimmerio, id est, Gomerio trajecto, per totam Celtiam posteros disperserit, & omnibus illis, qvi Celtica lingva, qvalis procul omni dubio Gothica & Svecica est, utuntur, originem dederit. Huc inclinant, qvi Tvisconem putant fuisse Gomerum, & Mannum Ascanezum. Et hi censent, verisimilius esse, è Svevorum, tanqvam nobilissimæ Ascanezi progeniei, nomine ipsam Sveciam & Svioniam derivari, & Noachidas in prima provinciarum distributione cum imbelli uxorum & liberorum turba per avia & gelida deserta, qvæ Sarmaticis aliisqꝫ populis à lingva Celtica prorsus alienis, cesserunt, sed juxta littora Vistulæ progressos, relictis passim gentibus, tandem per sinum Codanum, id est, Gothanum seu Gothicum, in Sveciam & Gothiam transmarinam è cismarina transiisse. Nos, ne qvicqvam, qvod ad cognitionem historiæ pertinet, prætermisisse videamur, cum regnum illud describendum est, cui his temporibus nostra Pomerania accrevit, seriem regum Svecorum, prout nectitur, apponemus.

REGES SVECORUM ET GOTHORUM.

I. MAGOG Japheti filius Noachi nepos circa annum mundi 1788.

II. SVENO, F. cujus frater. III. GETHAR præfuit Gothis, pater vel avus ERICI regis VI. qvi imperium propagavit in insulas Danicas.

IV. UBBO, Fr. Upsaliæ conditor.

V. SIGGO Fr. ex superiorum progenie, Sigrunæ oppidi conditor, circa tem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ca tempora Abrahami: post qvem judices apud Svecos per cccc. annos seqventes reges apud Gothos.
VI. ERICUS, Getharis filius vel nepos.
VII. UDDO, qvem J. Magnus ponit circa tempora Abrahami, cum forte rectius ponatur circa tempora Josuæ.
VIII. ALO.
IX. OCHINUS seu OTHENUS.
X. CAROLUS I.
XI. BIORNO I.
XII. GETHAR II.
XIII. SIGGO II. alias GERTUS.
XIV. ERICUS II qvem Johannes Magnus habet pro illo Berico, qvi regna Gothiæ & Sveciæ conjunxit, & Ulmerugis, Curetibus & Livonibus mari trajecto bellum intulit, regni interea fascibus commendatis filio Humulpho. Sed Bericus ille rectius circa tempora Christi nati ponitur.
XV. HUMULPHUS, F. pacificus, utriq; regno præfuit.
XVI. HUMELUS, nepos Humulphi, filium Danum suum, qvod non diffitentur ipsi Dani, dedit Danis regem; Angulum Anglis; Norum Norvegis: victoriosus, donec vixit, adversus Pomeranos, Mechlenburgos, Curlandos.
XVII. GOTHILAS F. in bellis transmarinis pro Danis occupatus.
INTERREGNUM aliqvot annorum.
XVIII. XIX. SIGTHUNGUS, alias Sichtrudus, Gothilæ nepos, in Svecia: & SCHARING in Gothia. Cum Sigthungi filiam Groam Gramus rex Daniæ, qvam frustra à patre petierat, rapuisset, exorto inde bello, Sigthungus, ut & Scharinus, cum Gramo congressi, duello periere.
XX. SVIBDAGERUS, rex Norvegiæ, consangvineus Sigthungi, adscitus à proceribus ad Sveciæ & Gothiæ regnum, ut raptum raptu compensaret, classe in Daniam educta filiam Grami abduxit: qvod cum pater vindicaturus adesset, oppressit eum, & omnia Aqvilonis regna conjunxit: tandemq; à Grami filio Guthormo est peremtus.
XXI. ASMUNDUS F. ab Haddingo, Grami altero filio, magicis artibus adjuto, una cum filio Henrico est peremtus.
XXII. UFFO graviter vexatus ab Haddingo Dano, & ab eo tandem per insidias oppressus.
XXIII.

XXIII. HUNDINGUS F. pace cum Danis constituta, fœdus iniit cum eorum rege Haddingo, ut neuter alteri superesset: cumq; Haddingus postea diceretur à genero suo Guthormo necatus, ipse se in potu melleo suffocavit: qvod inaudiens Hundingus, laqveo vitam finivit.

XXIV. REGNERUS F. diu odiis novercæ Thorildæ à regno paterno exclusus, illud tandem, ope Svanvitæ, Haddingi Danorum regis filiæ, qvam deinde fecit regni & tori consortem, recuperavit, uxorisq; fratre Frothone, à qvo impetebatur, represso, diu tranqvillo regno usus est.

XXV. HOTHEBROTUS F. Russis & Esthonibus subjugatis, Gritham Norvegam duxit, Danosq; Roe eorum rege peremto, tributarios fecit: inq; expeditione adversus eos denuo suscepta inter fluctus maris tempestate coorta expiravit.

XXVI. ATTILUS F. cum fratre Hothero à Gevaro Norvegiæ rege optime educatus, cum uxor ejus Ursilia Danica, clam ipso, cum thesauris regiis aufugisset, Danis illis, qvibus jam pater jugum imposuerat, cū rebellionem molirentur, canem primo Racconem; deinde illo ab aliis canibus discerpto, pugilem Laesum, eoq; mortuo, ejus servum pediculosum Snium præfecit. Non cessabat tamen Rolvo, rex Danorum reliqvorum, Attilo sese opponere. Sed ab Hiartwaro, Attili consangvineo, ex insidiis peremtus est.

XXVII. HOTHERUS I. Fr. Nanna Gevari Norvegi regis filia, Herleti & Gerriti sorore ducta, Daniæ regnum suo adjecit, Baldero regis filio ejecto primum; deinde in altera expeditione trucidato. Postea in prælio adversus Boum Ruthenorum regem victor occubuit, relicto successore Roderico filio in regno Sveciæ, Gothiæ & Daniæ.

XXVIII. RODERICUS F. continuatis primo non sine egregio successu bellis adversus Ruthenos, arma postea movit in Curetes & Vandalos: cumq; interea in Dania Horwendillus, Fengo & Amletus rebellarent, contentus fuit tributo ab illis transmisso.

XXIX. ATTILUS II. F. populis versus orientem ad obseqvium tractis, adversus Wermundum qvi injusto titulo regnum Daniæ usurpabat, in aciem progressus, sua manu Frovinum athletam in duello prostravit, & Wermundo sub conditione tributi regnum tandem promisit. Frovini filii, Rhero & Vigo, ulturi necem parentis, per insidias postea sustulerunt Attilum.

XXX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XXX. BOTHWILDUS F. vel N. ignavus & tyrannus: hinc à Danis; illinc à Ruthenis oppugnatus: profugit ad Curetes: pacato tamen regno reversus, ad frugem qvodammodo videbatur magis compositus.

XXXI. CAROLUS II. nepos, pater patriæ & LLator. Generum Tordonem Norvegum propter injurias uxori illatas acie fugavit, & suis manibus percussit.

XXXII. GRIMMERUS, impius, templum Upsaliense spoliavit thesauris, populum tributis exhausit, & à Curetibus tandem victus & in furcam sublevatus est.

XXXIII. TORDO I. F. probior patre, Curetes eorumq; fœderatos Saxones & Ulmerugos graviter ultus, & classe bis advenientes bis repressit.

XXXIV. GOTHARIUS III. Tordonis ex fratre nepos, aurea secula videbatur reduxisse. Socerum suum Frogerum regem Daniæ ulturus, qvi à Frothone II. rege Danorum fuerat peremtus, arma adversus Danos feliciter expediit, eorumq; regem in acie extinxit. Pro filio tamen ejus Dano, pace facta, postea adversus Saxones in acie stetit.

XXXV. ADOLPHUS F. hostem invenit Danum, filium Frothonis II. sed ingratitudinem ejus, classe educta, sic castigavit, ut ipsam Daniam sub tributum mitteret.

XXXVI. ALGOTHUS, Adolphi ex fratre nepos, princeps optimus.

XXXVII. ERICUS III. F. in Esthones & Curetes movit, & suorum seditiones prudenter compescuit.

XXXVIII. LINDORMUS F. sociatos Esthonibus Russos compescuit. Adversus Fridlevum etiam, Daniæ regem, Gethari regis Norvegiæ armis adjutus, voluit aliqvid conari: sed in hoc frustra fuit, cum Hollandi & Frisones, duce Hervillo, à partibus Danorum starent.

XXXIX. XL. ALARICUS I. Lindormi N. cum Svecorum regnum adiret, GESTILLUS seu GESTIBLINDUS ex antiqvo Gothiæ regum sangvine oriundus, à Gothis rex eligitur. Inde inter utrumq; bella. Victoria cessit Gestillo, in duello adversus æmulum potiori: qvi moriturus regnum reliqvit ERICO IV. diserto, suo consangvineo, qvi ipsi antea cum fratre Rollero à rege Norvegiæ subsidium adduxerat, & Alarici filium in duello peremerat. Et hic Ericus, sopitis utriusq; gentis odiis, est ille, cujus tempore dicunt Chri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Christum natum esse. Juvenis adhuc adversus Frothonem III. Danum à rege Norvegiæ Gethero cum classe missus, rem strenue egit, socio semper usus Rollero, postea Norvegiæ rege. Cum pax coaluisset, non tantum amicum eloqventiæ certamen cum Frothone rege iniit, ejusq; sororem Gunwaram in torum assumsit, sed & tres pugiles Grepos cum ipsorum patre Vestaro prostravit, & matrem eorum Gotvaram, lingva admodum procacem, sic prudentibus responsis emollivit, ut auro victorem donaret. A Danis etiam impetum Humonis, Hunnorum regis, qvi cum innumerabili exercitu per Russiam aderat, egregia virtute avertit, & rex factus, cum insigni laude xxxviii. annos præfuit. Ejus tempore famosissimus ille sive gigas sive pugil Starcharterus heroica facinora, ultra fabulas celebrata, per tota tria secula cœpit peragere. Et, ni fallor, hic Ericus IV. est Bericus seu Bericius ille, qvi è Scandia trajecit secundum Jornandem in Germaniam.

XLI. XLII. HALDANUS I. & GETHRICUS F. divisis inter se regnis cœperunt tempore Neronis præesse: ille in Svecia; hic in Gothia. Ille, auxiliis usus Ruthenorum & Fridlevi Dani, Norvegios hostes repressit, tandemq; à proceribus peremtus est: hic arma ultramarinis populis intulit, &, si fidem meretur relatio J. Magni, populi ab eo educti, propagatis amplius victoriis, Pictis in Scotia & Svizeris in Helvetia dederunt originem.

LXIII. VILMERUS Gethrici F. viribus in Russos conversis, usq; ad Tanaim pervenit.

XLIV. NORDIANUS F. cessit Russia, à rege Ruthenorum & Scytharum Hervito inde pulsus. Hunc Hervitum aliqvi dicunt in ipsa Svecia aliqvandiu regnasse.

XLV. XLVI. SIVARDUS I. Haldani filius, per Starcharterum regno Sveciæ præficitur. Sed CAROLUS III. Nordiani filius, præest Gothis. Illum evertit Haldanus II. rex Daniæ; hunc Frotho V. itidem rex Daniæ.

XLVII. ERICUS V. Sivardi I. ex Uvilda nepos, bello cum Haldano & Heraldo Danis continuato, per insidias tandem perimitur.

XLIIX HALDANUS II. Caroli III ex filia Signe nepos, strenuus adversus piratas & pugiles gigantes

XLIX. EUGENUS seu UNGVINUS, rex Gothiæ, consangvineus Hal-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

dani II. proceribus Sveciæ & Daniæ sic placuit, ut tribus annis præesset: à proceribus tamen nonnullis Sveciæ tandem senex in bellum protractus occubuit.

L. LI. REGNALDUS è regio Svecorum sangvine ortus, postqvam Euginum evertit, rex Sveciæ per conjuratos electus est: SIWARDUS autem, Eugeni filius, pater Sigari regis Daniæ, regnum Gothiæ & Daniæ administravit, donec ab Ingone I. rege Sveciæ perimeretur.

LII. AMUNDUS I. Regnaldi filius, cujus qvatuor filii Hacho, Hagbertus, Helvinus, Amundus, vivo adhuc patre, grave bellum gesserunt adversus Algerum & Alphum, Sigari regis Daniæ filios. Hagbertus ex illis, furtivis Signæ, Sigaræ regis filiæ, amoribus potitus, ob id ad furcam damnatus est: qvo facto Signa seipsam jugulavit. Helvinus & Amundus sunt cæsi in acie.

LIII. HACHO F. vivo adhuc patre gubernacula adiit Sveciæ, & expeditione in Hiberniam facta, totus tandem vindictæ adversus Danos ob fratrum suorum cædem incubuit, eorumq; regem Sigarum in prælio peremit.

LIV. INGO I. à proceribus Sveciæ electus, regnum etiam Gothiæ adiit, Sivardo eorum rege oppresso.

LV NEARCHUS F. cum laude præfuit, sed brevi.

LVI FROTHO seu FROEUS Fr.

LVII. URBANUS à proceribus electus.

LIIX. OSTANUS I. F. Regnaldum Norvegiæ regem evertit, & filiam ejus Drotham in subterraneis latebris repertam duxit.

LIX. LX. LXI. LXII. LXIII. LXIV. LXV. LXVI. ATTILUS III. à Svecis; FIOLMUS à Gothis electus. Inde intestina bella. Fiolmus in dolium, unde ebrii bibebant, per lusum præcipitatus, interiit: & successit illi filius SVERCHERUS F. patre multo probior, sed paulo post eqvo lapsus & extinctus: qvem in Gothia excepit filius VALANDER, qvocum diuturna bella Sveci gesserunt, à dæmonio tandem suffocatus. Hunc VISBUR F. ob tyrannidem brevi à filiis aversus, excepit. Post illum præfuit DOMALLER F. patre non-melior: eoq; idolis ob sævitiam immolato, filius ejus DOMARUS: qvi regnum Gothicum in manus Dageri regis Sveciæ resignavit: cum interea DIGNERUS, Ostani I. ex sorore nepos, qvi Attilo in regno Sveciæ successit, qvietus ageret.

LXVII. DAGERUS I. F. cui Domarus de regno Gothiæ cessit, contra Ruthenorum principem Rethonem bellum feliciter gessit, sed à Danis oppressus.

LXIIX. ALARICUS II. aliis ALVERUS F. continuavit bella adversus Ruthenos.

LXIX. INGEMARUS I. aliis INGO II. F. ab uxore, è regia Danorum stirpe orta, strangulatus est. Illa ob scelus viva est defossa.

LXX. INGELLUS I. F. expeditionem adversus Haraldum III. Daniæ regem finivit, ducta ejus sorore Bera: qvæ tamen, cum esset femina impudica, causa fuit, ut Ingellus à fratre obtruncaretur.

LXXI. GERMUNDUS F. à Danis, qvos ad extrema redegerat, strangulatus.

LXXII. HAQVINUS, Ringo cognominatus, F. peremto in acie Haraldo III. Daniæ regnum Sveciæ junxit: eiq; Hetham dedit gubernatricem: qvam removit Olo rex Daniæ XLI. à Starchartero postea in balneo confossus.

LXXIII. EGILLUS F. diu bella gessit cum Omundo Dano, ad qvem Thonno, præfectus ejus, defecit: in nono tandē conflictu superatus.

LXXIV. GOTHARUS IV. alias HOTHERUS II. F ducta Omundi filia, pacem cum Danis sanxit, à fratre tandem Fasthone sublatus. Sub hoc tempore censent Longobardicam expeditionem per Achonem & Ibbonem è Svecia esse in imperium Romanum susceptam: de qva vide librum II. sect. IV.

LXXV. FASTHO Fr.

LXXVI. GUDMUNDUS F.

LXXVII. ADELUS, Gothari nepos, victo Jamero rege Daniæ, copiis Pomeranorum & Vandalorum adjutus, cum sacrificaturus templum Dianæ esset ingressus, eqvo prolapsus interiit.

437. LXXIIX. OSTANUS II. F. propter exactiones graves invisus, dum vino & somno sepultus jaceret, à nonnullis, igne in ædes immisso, combustus est.

LXXIX. INGEMARUS II. alias INGO III. Canutus, F. optimus, cum omnibus vicinis, ut & transmarinis populis, feliciter bella gessit: à Danis tandem in insula Longa obtruncatus.

LXXX. LXXXI. HOLSTANUS I. Ingemari filius, rex electus est in Gothia; BIORNO II. ejus gener in Svecia. Ille cum Danorum regi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

regibus Siwaldo & Snione de Schöningia & Hallandia jure prius; deinde armis disputavit,& imprimis Snionem,qvi ipsius conjugem raptu abduxerat, gravi bello persecutus est, & Daniam sui juris fecit. Hic qvietior egit.

LXXXII. RAVALDUS I. Biornonis F. crudelis in feminas Danorum.

LXXXIII. SVARTMANNUS, Danos, ne rebellarent, admodum vexavit.

LXXXIV. TORDO II. F. sub qvo Dani in libertatem se restituerunt, præfecto sibi Haraldo, antea ex Dania in Angliam relegato. Causam Haraldi suscepit Arthurus, & immensis copiis congressus cum Tordone, Daniam sibi subjecit.

LXXXV. RUDOLPHUS F. deposito diademate, ad Gothos in Italia commorantes se contulit.

LXXXVI. HATHINUS II. Herulis regem petentibus, primo dedit Uffonem filium, & eo defuncto, Hathinum filium.

LXXXVII. ATTILUS.

LXXXVIII. TORDO III.

LXXXIX. ALGOTHUS LLator, cum Satyris hyperboreis & Ruthenis bella gessit.

XC. OSTANUS III. ex regio sangvine non oriundus: ignavus & tyrannus.

XCI. ARTHUS, Algothi F. optimus: unde in civitatibus Hanseaticis ædes regis Arthi nomen obtinuisse dicuntur.

XCII. HAQVINUS III. Ostani III. filius, tyrannus.

XCIII. CAROLUS IV. F. qvem fata tantum terris ostenderunt.

XCIV. CAROLUS V. F.

XCV. BIRGERUS F.

XCVI. ERICUS VI. F. rex optimus.

XCVII. THORILLUS avarus tyrannus, templorum spoliator, ab Haraldo rege Danorum in prælio cæsus.

XCVIII. BIORNO III. F. pacificus.

XCIX. ALARICUS III. F. pacificus.

C. BIORNO IV. F. fœderatus Carolo Magno contra Gotricum regem Danorum: primus Christianus: cujus tempore Herbertus, primus ecclesiæ Lincopensis episcopus, & Ansgarius passim in Aqvilone evangelium prædicaverunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

CI. BRATEMUNDUS cum fratre Sivardo regno dejectus & cæsus.
CII. SIVARDUS III. Fr. qvi Saxoni Fro dicitur, oppresso rege Norvegiæ Sivardo, qvi Bratemundo opem tulerat, tandem à feminis Norvegis, ob libidinem & violentiam, ope Regneri regis Daniæ cæsus.
CIII. HEROTHUS Regnero regi Daniæ, qvocum de Schöningiæ dominatu diu vario Marte pugnaverat, tandem filiam Thoram despondit cum dote Schöningiæ, conditione adjecta, ut duos sive serpentes, ceu vocat Saxo, sive sævos ursos, ut censet Johannes Magnus, prius conficeret.
CIV. CAROLUS VI. Saxoni SORLO dictus, invasor regni, cæsus à Danorum rege Regnero, qvi, cum pro Herothi regis filio Ingevallo videbatur initio sumsisse regnum Sveciæ & Gothiæ, filio suo Biornoni V. Herothi genero, illud peperit.
CV. BIORNO V. Regneri regis Daniæ filius, Herothi regis Sveciæ & Gothiæ gener ex filia Thora, qvia sine procerum consensu regnum adierat, illud diu retinere non potuit.
CVI. INGEVALLUS seu INGELLUS II. Herothi F. ab ejecto Biornone ejusq; fratre Ivaro afflictus, donec in aula flammis, per proditores repentino immissis, absumtus est.
CVII. OLAUS I. Trätelia F. Danica bella continuit, donec nuptiis res transigeretur. Alter ejus filius Haldanus concessus est Norvegis petentibus rex; alter Ingo IV successit in regno Gothiæ & Sveciæ.
CVIII. INGO IV. F. gener Regneri regis Daniæ, felix adversus Russos.
CIX. ERICUS VII. F. magus.
CX. ERICUS VIII. F. victoriosus: sub qvo bella cum Danis & multis aliis recruduere, confæderatus Ottoni I. imperatori.
CXI. ERICUS IX. alias STENCHILLUS I. Christianæ fidei incrementa nova dedit ad prædicationes S. Adelwardi & S. Stephani.
CXII. OLAUS II. sub qvo S. Sigfridus ex Anglia totam pene Sveciam idolomanniæ subtraxit, difficilia cum S. Olao Norvegiæ rege bella nuptiis terminavit, in generum illo adscito.
CXIII. AMUNDUS II annosus F. pientissimus rex.
CXIV. AMUNDUS III. F. à Canuto rege Daniæ fugatus.
CXV. HAQVINUS IV. Vestrogothus, qvietus.
CXVI. STENCHILLUS II. Olai II. ex sorore nepos, rex optimus.
CXVII. INGO III. à bellis Ruthenicis celebris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

CXVIII. HASLANUS II. Fr. pius.
CXIX. PHILIPPUS F. pacificus & mansvetus.
CXX. INGO IV. veneno extinctus.
CXXI. CXXII. RAVALDUS II. Ingonis II. F. Svecorum; MAGNUS I. Nicolai Dan. regis filius, Gothorum rex, discordibus suffragiis electi. Uterq; temerariis consiliis usus, infelicem vitæ finem sortitus est. Ille periit ob tyrannidem; hic, cum fratrem S Canutum perfide obtruncasset, ab Erico patruele ingenti prælio fusus occubuit.
CXXIII. SVERCHERUS II. comes, vivo adhuc Magno, à Gothis primum; deinde à Svecis electus: cujus filius Johannes, cum Ulvildam Norvegam Nicolao Danorum regi desponsatam rapuisset, occasionem perniciosо dedit bello. Nicolaus à patre profectus adversus Danos, ab ipsis ob libidinem peremtus est: nec diu ipse Svercherus postea superfuit, cæsus à servo.
1150. CXXIV. CXXV. ERICUS X. sanctus, rex Sveciæ, Ingonis IV. gener ex filia Christina, propagavit fidem Christianam in Finnones: Upsaliæ templum magnificentius extruxit: leges æqviores tulit: peremtus anno regni decimo, cum militem tumultuarium, rebellibus nonnullis, qvos aliqvi ex Danis firmabant, opponeret. CAROLUS VII. interim Svercheri II. filius, à Gothis rex electus, cum mortem Erici S. esset ultus, à Svecis etiam rex admittitur. Et ab hoc tempore utrumq; regnum indissolubili nexu cohærere cœpit. Hic rex, pace cum Danis firmata, Upsaliam archiepiscopatus dignitate auxit: peremtus tandem ex insidiis à Canuto, S. Erici filio. 18
1168 CXXVI. CANUTUS S. Erici filius, rex electus, patris morti vindicandæ perrexit insistere: inq; Daniam exercitum misit sub Haraldo duce: sed qvem Canutus II. rex facile repressit. 24
1192. CXXVII. SVERCHERUS III. Caroli VII. filius, à Canuti filio, qvem dejecerat, ingenti clade in civili bello affectus, occubuit. 18
1210. CXXVIII ERICUS XI. Canuti F. sub qvo ob agrorum fertilitatem dicunt aurea fuisse secula. 8
1218. CXXIX. JOHANNES I Svercheri III. F. cognomine Pius, præmatura morte sine relicta prole defunctus, fecit, ne ulterius Svercheri & Erici posteritas alternis vicibus, non sine ingenti gentis detrimento, regnaret. 4
1222.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

1222. CXXX. ERICUS XX. Balbus, Erici XI. F. in bellis adverſus
ſeditioſos & infideles felix: conditor collegii Upſalienſis ſub IV. Pro-
feſſoribus, anno cIↃcccxxxv. qvod Sixtus IV. poſt annum XLI. Acade-
micis privilegiis ad formam Bononienſis Univerſitatis donavit. 28
1250. CXXXI. WALDEMARUS, Erici XII. ex ſorore Ingeburgi ne-
pos, Birgeri ducis Gothorum & gubernatoris regni filius, urbis
Stockholmiæ conditor, cum fratrem Magnum, ducem Suderman-
niæ, inſtinctu uxoris faſtuoſæ Sophiæ Danicæ, regno ejiceret, ab il-
lo, Danicis uſo auxiliis, regia dignitate exutus eſt, cum nimis ſecu-
rus, inſtante jam hoſte, latrunculorum ludo cum uxore ſe oblecta-
ret. Gothiæ tamen adminiſtrationem, captus à fratre, obtinuit. 26
1276. CXXXII. Magnus II. Ladelås, Fr. perpetuis bellis adverſus
fratrem Waldemarum, ſeditioſos ſubditos, &, qvi iis ſuccenturi-
abantur, Danos occupatus. 6
1282. CXXXIII BIRGERUS, F. conditor Wiburgi, Careliæ partem
ſuperſtitionibus paganis occœcatam ſubegit, cumq́ Moſcovitis acie
decernens, victor factus, Kexholmiam occupavit: qvam tamen
illis iterum cedere coactus, arcem Landscroniam extruxit, & feli-
citer terra mariq́ hoſtibus reſtitit. Sed illi arcem novam, præſidi-
ariis militibus peſte abſumtis, facile expugnarunt. Et Birgerus con-
tra fratres Ericum XIII & Waldemarum, ſibi ſuſpectos, parricidali
bello inſurgens, ab ipſis, Norvegorum & Danorum ſubſidio fretis,
cum liberis captus & carceri incluſus eſt. Liber tandem dimiſſus,
cum iis regnum diviſit: mox tamen invitatos ex inſidiis compre-
hendit, inq́ turrim conjectos fame enecavit. Id parricidium ultu-
rus Svecorum ſenatus anno cIↃcccxxvi. Birgero ejecto, ejus filium
Magnum capite plecti juſſit, & gubernatorem regni Matthiam Che-
telmundum conſtituit, à qvo Magnus Smeek, puer adhuc, ad re-
gnum evectus eſt. 34
1326 CXXXVI. MAGNUS III. SMEEK, Erici XII. in turri enecati
filius, heres Norvegiæ, ſub tutore Chetelmundo initio felix & flo-
rens, recte regno præfuit: deinde, ducta uxore Blanca Gallica, libi-
dinibus totus deditus, raro regni curam egit: ideoq́ regnorum ſe-
natores ei filios imperii ſocios adjunxerunt, Ericum in Svecia & Go-
thia, Haqvinum in Norvegia. Ericum ipſa mater Blanca ad ſe vo-
catum veneno enecavit. Haqvinus ob id ex Norvegia accitus,
captum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

captum patrem in custodia detinuit, & in regno Sveciæ confirmatus, cum Elisabetam Holsatiæ ducis filiam ducturus esset, è captivitate dimisit. Ille ad Danorum regem Waldemarum profectus, curavit, ut sponsa Holsatica cum legatis in itinere caperetur, & Haqvinus Waldemari regis Daniæ filiam Margaretam duceret. Holsaticæ causam Albertus, dux Megapolitanus, Magni sororius, intercessionibus primum, deinde armis egit, filiusq; ejus natu medius Albertus, à Svecorum proceribus rex est creatus, qvi Haqvinum regem Norvegiæ, qvia tyrannidi patris non videbatur adversari, ultro præteriere. 44

1363. CXXXV. ALBERTUS MEGAPOLITANUS, Magni Smeeki ex sorore Euphemia, Alberto duci Megap nupta, nepos, avunculum regno depositum reditibus qvidem sat lautis dotavit: sed ille auxiliis filii Haqvini, Norvegiæ regis, totum regnum recuperaturus, militem contraxit. Victus, per septennium in carcere delituit, donec inde ab Haqvino extraheretur, & Albertus, debito sumtuosior, Svecis, à qvibus vectigalia solito majora colligebat, & exteris in regno dignitates conferebat, displicere inciperet. A suis enim, cum à Margareta, Haqvini jam defuncti uxore, Daniæ & Norvegiæ regina, bello peteretur, desertus, cumq; filio Erico captus, & per septennium in carcere detentus, in patriam ægre dimissus est. Ab hoc tempore Svecia sub Daniæ regibus seculum amplius fluctuavit. 25

1388. CXXXVI. MARGARETA, Waldemari regis Daniæ filia, Haqvini ex Magno Smeeko nati uxor, trium regnorum consensu, Calmariæ in comitiis anno cIↄcccxciv. decrevit, ut salvis omnium legibus & privilegiis perpetuo nexu regna manerent conjuncta: suæq; sororis Ingeburgis & Henrici Megapolitani (qvi frater erat Alberti) nepotem, Mariæq; & Wartislai VII. Pomerani filium Ericum, consentientibus regni proceribus, heredem declaratum Sveciæ anno cIↄcccxcv. præfecit, ipsaq; in navi, qva transfretare voluit, XVI post anno expiravit. 8

1396. CXXXVII. ERICUS XIII POMERANUS, Sveciæ primum per XVI. annos; deinde Daniæ etiam & Norvegiæ rex præfuit, ut XLII. anni regni ejus in universum supputentur. Cum Engelbertus Dalecarlus excitasset Danica præsidia ex arcibus Svecicis, Danorumq;

1438. CXXXVIII. CHRISTOPHORUS, Palatinus Rheni & dux Bavariæ, Erici Pomerani ex ſorore Sophia nepos, filius Johannis Ruberti electoris & imperatoris, à Danis rex electus, cum Sveci cauſarentur, regem à Danis, ſe inſciis, accitum, non ſtatim ab illis receptus eſt. Conſtituerunt enim Carolum Canuti, Weſtgothum, qvi Finlandiæ præfectus hactenus fuerat, regni gubernatorem. Poſt qvadriennium tamen, confirmatis Svecorum privilegiis, Upſaliæ eſt coronatus Chriſtophorus: qvo tempore Svecicum & Gothicum jus per Regnaldum Ingermundum Latine verſum prodiit, ante aliqvot annos ex regni legibus & conſtitutionibus per epiſcopos & ſacerdotes in unum corpus redactum. 10

1448. CXXXIX. CXL. CAROLUS VIII. Canuti Bonde, eqvitis aurati, ſenatoris regni, & Finlandiæ gubernatoris filius, ex antiqvis Gothorum regibus oriundus, regni mareſcallus, à proceribus exterorum imperia faſtidientibus rex Sveciæ electus, & paucis poſt annis Norvegiæ etiam axiomate potitus, inſulam Gotlandiam, in qva Erici præſidia adhuc erant, occupavit. Sed eam confeſtim Chriſtianus I. rex Daniæ illi eripuit. Cumq; præfecti Caroli inſolentius agerent, poſt novennium, autore archiepiſcopo Upſalienſi, expulſus, conceſſit Dantiſcum, ſucceſſoremq; accepit CHRISTIANUM I. regem Daniæ, qvem ipſum tamen poſt ſeptennium regno iterum exegerunt, revocato ex Boruſſia Carolo. Varia inde bella & perpetui motus. Carolo anno ſeculi LXX. defuncto, Steno Sture ſenior, nepos Caroli regis ex ſorore, regni gubernator conſtitutus, fecit, ut Chriſtiano regi Daniæ toto vitæ tempore ſpes Sveciæ adimeretur. 22

INTERREGNUM ſub gubernatore STENONE STURE. 13

1483. CXLI. JOHANNES, Chriſtiani I. F. cum patri defuncto in regnis Daniæ & Norvegiæ communi ordinum conſenſu ſurrogaretur, Sveci initio qvidem ab eo abhorruerunt, ſatis proſpectum ſibi rati ſub gubernatore Stenone Sturen. Tandem tamen certis conditionibus anno ſeculi LXXXIII. eum receperunt: qvibus cum non videretur ſtare, & bello Dithmarſico eſſet implicatus, gubernator ab ejus obedientia regreſſus, arces pleraſq; muniit præſidiis, & Ruſſos, cauſam Dani agentes, egregiis victoriis repreſſit per Svantonem Sture, ex alia Sturiorum familia oriundum: qvo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

cum tamen paulo post ob prædam, cujus partem ad se putabat pertinere, graves ei discordiæ intercessere. Cumq; Johannes rex classe ad Calmarinum portum appulisset, Svanto ab ipsius partibus contra Svenonem stetit: & rex, sancita amnestia Holmiæ, receptus, & diademate regni anno seculi xcvii. cinctus, filium simul Christianum II. sibi successorem designari curavit: paulo tamen post Sveno gubernator, variis calumniis apud regem traductus, proceres regni Holmiæ Wadstenum convocavit, & nisi conditionibus, in qvas juraverat, rex rectius staret, qvam hactenus factum, fidem ipsi renunciavit. Hinc iterum bella. Arces Steno redegit in potestatem: reginamq; Holmiæ à rege relictam obsedit & in deditionem accepit. Interpellante tamen Raimundo Cardinali, Alexandri VI. nuncio, arma posita, regina dimissa, & dies transactioni Stralsundiæ dictus: qvi anteqvam illucesceret, Sveno anno cIↃIↃIII. obiit, mortiq; vicinus Svantonem Sture, hactenus in Danorum partes propensiorem, eo pertraxit, ut, depositis odiis, patrii regni libertatem propugnare inciperet. Et huic post fata Svenonis, cum tractatus pacificationis Stralsundii decreti non procederent, regni gubernationem proceres demandarunt: qvi, qvamdiu vixit (vixit autem in gubernatione ultra octennium) conatibus Danorum viriliter restitit: Calmariam & alias arces illis extorsit: Lubecenses in partes traxit. Defuncto in gubernatione anno seculi xii. præterito in electione æmulo Erico Trollio, filius ejus Steno Sture junior est surrogatus. 32.

1513. CXLII. CHRISTIANUS II. F. & vivo patre & post illius obitum diu conflixit cum gubernatore Sveciæ Stenone: & qvanqvam ab illius partibus erant archiepiscopus Upsaliensis, Jacobus, regni primas, & Gustavus, Erici Trollii filius, qvi postea successit Jacobo: prævaluit tamen Steno, & armis Svecos, cum rege sentientes, ad obseqvium retraxit: arcem archiepiscopi Stekensem solo æqvavit: regem ab oppugnatione Holmiæ avertit: tandem fulmine pontificis Leonis X. percussus, cum jam octennio gubernatoris muneri cum laude præfuisset, in prælio ex vulnere obiit anno seculi xx. Et nunc tandem Christianus certis conditionibus à proceribus Sveciæ, licet Holmenses cum vidua Stenonis & nonnullis aliis se ei opponerent, & non nisi vi adacti reliqvis consentirent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tirent, rex eſt receptus & coronatus. Vix fidem dederat, & in omnes, qvos ſibi putavit adverſos, eo prætextu, qvod à papa eſſent excommunicati, necdum archiepiſcopo de damnis antea illatis ſatisfeciſſent, mortis ſententiam tulit. Fuerunt illi, qvi conatibus archiepiſcopi antea reſtiterant, interq; eos Strengnenſis & Scharenſis epiſcopi; Ericus, Guſtavi poſtea regis pater, cum multis aliis proceribus in convivio captis; tres conſules, & omnes Holmiæ ſenatores. In promiſcuam etiam plebem Holmienſem factus eſt militum impetus, ædesq; direptæ per triduum, ſed nec ætati impuberi parcitum. Cadavera triduo jacuere in foro inſepulta: poſtea una cum cadavere Stenonis Sturen effoſſo cremata ſunt. Poſtqvam ſic Holmiæ & alibi rex deſævierat, & in Daniam redierat, Sveci in Lubecenſium & fæderatorum civitatum ſocietate illi bellum indixerunt. Sed & Norvegi & Dani ab eo defecerunt, ut in hiſtoria Danica diximus: ipſeq; poſt decennale exilium, cum anno ſeculi XXIII. fuga ſe in Germaniam & in Belgium recepiſſet, regreſſus in Daniam, ad perpetuos carceres damnatus eſt. 10

1523. CXLIII. GUSTAVUS I. genus ab Erico S. Sveciæ rege per lineam maternam ducens, ex illuſtri familia Waſorum, qvæ proximum ſemper dignitatis poſt Sturorum familias obtinuit, oriundus: cujus abavia, Nicolai uxor, fuit Caroli VIII. regis avia paterna; avia autem Brigitta, Johannis uxor, habuit Carolum VIII. avunculum, & Stenonem Sture ſeniorem fratrem. Pater ejus, Ericus de Ridboholm, eqves fuit auratus, ſenator regni & præſes Alandiæ. Ipſe, poſt probatam Stenoni adverſus hoſtes virtutem, antea obſes in Daniam miſſus fuerat: ſed admodum indigne habitus, cum fata patriæ adverſa intelligeret, è cuſtodia elapſus, habitu ruricolæ Lubecam venit, &, Danis indignantibus, permiſſus eſt remeare in Sveciam. Ubi aliqvamdiu in agris ſuis latitans, cum proceres, interq; eos ſuum patrem Ericum, in foro capite eſſe truncatos inaudiret, & ipſe ad necem qværeretur, in Darlecarliam profugit, manuq; exigua gradum ſibi ad majora firmavit, & anno ſeculi XXI. gubernator regni electus, fugatis magno cum labore & induſtria Danis, occupatisq; urbibus & arcibus, qvas tenebant, cum feliciter omnia adminiſtraret, anno ſeculi XXIII. rex Svecorum deſignatus, & qvinqvennio poſt coronatus, patriam à crude-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

crudelitate subjugatam intra biennium vindicavit: civiles discordias extinxit: leges salubres sanxit: sacros religionis cultus, non tamen sine tumultu ab archiepiscopo Johanne Magno, postea profugo, & ab aliis episcopis, qvibus arces & feuda ademerat, necessariisq; contentos esse jubebat, excitato reparavit: Russorum impetus fortiter repulit: hereditariam regum successionem in regnum hactenus electitium introduxit, ut spem recuperandi regni Danis præcluderet. Reddita Friderico regi Danorum Blekingia, sed insula Gotlandia retenta, pacem cum illo firmavit: in Darlecarlia cum PseudoSturius à Prælatis illi opponeretur, feliciter eum oppressit, profugumq; Rostochii gladio percuti curavit: summaq; cum laude rebus prudentissime præfuit. Res ejus gestas Chytræus & Paulinus prolixe descripsere. 37

1560. CXLIV. ERICUS XIV. primus Gustavi F. suscepit Revaliam, totamq; Estoniam in protectionem, hostesq; expertus Danos, Lubecenses, & imprimis Polonos, magnis affectus cladibus, atq; à suis se prodi ratus, inq; furorem conjectus, multa se indigna commisit, necatisq; præcipuis regni senatoribus, ipsoq; præceptore Dionysio Beurneo, fratrem Johannem, Finlandiæ ducem, qvod cum Polonis affinitatem junxisset, ultra qvadriennium cum uxore ejus Catharina, Polonorum regis Sigismundi Augusti filia in custodia detinuit. Cumq; Catharinam concubinam, militis gregarii filiam, ex qva jam duos liberos susceperat, sorori Sophiæ, cujus cum Magno Saxoniæ duce nuptiæ celebrabantur, præferret, fratres ejus, Johannes è custodia solutus, & Carolus, eum obsederunt, captumq; sub custodia detinuerunt, ut ex libro XLI. & XLIII. Thuani constat. Dicunt, hunc Ericũ comitatus & baronatus dignitatem, à temporibus admissæ in Svecia religionis purioris, conferri intermissa, denuo cœpisse nonnullis conferre: qvem morem deinde subseqventes reges imitati, plures ab egregia virtute conspicuos his titulis decorarunt. Filius ejus ex Catharina pellice nothus, Gustavus, magnis promissis à magno duce Moscoviæ evocatus, cum nollet ritibus Græcis initiari, ad mortem usq; in Moscovia detentus, obiit. 7

1568. CXLV. JOHANNES III. alter Gustavi F. post septennale bellum cum Danis Stetini pacem iniit, in qva lis de tribus coronis penitus

sublata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſublata; limites regnorum ducti; prætenſiones unius regni in alterum irritæ factæ; loca in Livonia, alia Svecorum; alia Danorum protectioni ab imperatore relicta. Inde Ruſſos aggreſſus, utramq; iis Narvam, Livonicam & Ruſſicam, qvam vocant Ivanogorodum, ademit, finesq; regni ad XL. milliaria extendit: Ruſſicam tamen Narvam hoſtis anno ſeculi XC. recepit. 24

1592. CXLVI. SIGISMUNDUS F. in cuſtodia, cui pater fuerat commiſſus, natus, & à matre in pontificia religione educatus, qvoniam maternum genus ex Jagellonica Poloniæ regum ſtirpe duxit, Maximiliano Auſtriaco in electione regis Poloniæ eſt prælatus. Qvo tamen ipſo hereditarium amiſit regnum. Nam qvod contra juramentum, poſt mortem patris, cum rex in Svecia inungebatur, præſtitum, videbatur religioni repurgatæ ſe hoſtem profiteri, & peregrinos milites in præſidiis regni disponebat, partemq; Livoniæ, Moſcovitis ſubtractam, à Svecis transferre ad Polonos conabatur, patruum Carolum invenit adverſarium: qvem ut reprimeret, anno ſeculi XCVIII. cum qvinq; millibus in navel impoſitis pervenit in Sveciam ex Polonia, omnia ad arbitrium diſpoſiturus. Carolus initio de conditionibus pacis agebat: poſtea Polonos aggreſſus, magna eorum parte cæſa, caſtrisq; expugnatis, Sigismundo hanc neceſſitatem impoſuit, ut, cum reditu- rus eſſet in Poloniam, præter alias conditiones, ſibi proceres Sveciæ traderet, qvi ad ipſum transiiſſent. His ultimo ſupplicio affectis, belloq; in Livoniam translato, regnum Sigismundo eſt abdicatum, & Carolus anno CIƆIƆCIV. rex Sveciæ proclamatus. 7

1599 CXLVII. CAROLUS IX. tertius Guſtavi F. cui Johannes, frater Sigismundi, ultro ceſſit, poſtqvam decreto ordinum publico Sigismundus abdicatus eſſet, ad regni gubernacula admotus, cum Finlandos & Eſtonios, qvi in fide Sigismundi perſeverabant, in ordinem redegiſſet, in Livonia ſedem belli conſtituit, & aliqvot oppidis opera Johannis Naſſovii & Farensbachii occupatis, victoriisq; nonnullis reportatis, nonnunqvam etiam in varia discrimina tractus, Rigam metropolin non ſemel tentavit. Ad hanc cum anno ſeculi currentis VI. caſtra locaſſet, à Polonis & Curlandorum duce victus, ultra IX. ſuorum millia amiſit: ipſe vulneratus eſt. Non tamen deſtitit fortunam porro experiri, & anno eodem dia-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

demate cinctus, Weissensteinio deditione capto, Rigam iterum iterumque, qvanqvam frustra, obsidione pressit. Cum Danis qvoque & Russis illi bella gerenda erant. Danus ægre ferebat, qvod naves Danicæ, in Livoniam cum commeatu missæ, essent interceptæ, & Carolus jurisdictionem in Lappios, populos hyperboreos, Norvegiæ conterminos, sibi vendicaret. Huic Calmariam & alia loca ademit. Russorum duci Basilio, tam à suis, qvam à Polonis presso & admodum vexato, suppetias per Jacobum de la Gardie tulerat, inque belli sumtus redimendos assignari sibi curaverat Careliam cum arce Kexholmia seu Carologorodia. Sed Russis fraude nativa agentibus, bellum enatum est, qvo ipsa Kexholmia & Novogardia vi tandem occupata, in Svecorum manus pervenit. 12

1611. CXLVIII. GUSTAVUS ADOLPHUS MAGNUS F. defuncto parente, aleam trium difficillimorum bellorum adversus Danos, Polonos & Russos subiit. Cum Danis altero regni anno in pacis conditiones descendit, omnique exercitu in Careliam traducto, variis victoriis Russos eo adegit, ut Careliam atque Ingriam cum munitissimis arcibus pacto irrevocabili sibi cederent, suoque in Livoniam juri renunciarent. Qvadriennio post, ut Polonos ad æqvas conditiones pacis pertraheret, in Livoniam & Curlandiam signis infestis impetum fecit: Rigam & Dornamündam, postea etiam, profligato Stanislao Saphiea, Kakenhausium, Dorpatum & præcipua provinciarum illarum oppida & arces occupavit: nec à Lithuania se abstinuit: classe etiam in Borussiam advectus, occupato Pillaviæ portu, Braunsbergam, Varmiam, Elbingam, Mariæburgum, Mevam, Mariæburgensem insulam & Derschaviam, adeoque qvævis obvia, incredibili celeritate, nihil impetum regis Polonorum ad Mevam moratus, in suum obseqvium traxit. In Germania etiam exercitum VIII. millium conscribi, & in Poloniam per Marchiam sub tribunis Streifio & Teufelio conduci curaverat. Sed ille in confinibus Pomeraniæ ad Hammersteinium dissipatus est. Deinde ex Svecia, qvo ineunte bruma navigaverat, redux, ipsa propugnacula & portum Dantiscanorum in periculum, qvanqvam non sine vulnere, adduxit, cumque hostes, adventu Stanislai Coniecpolsky recreati, recepta Meva, castra ipsi ad Derschaviam opposuissent, acerrimi sunt conflictus habiti, in qvibus rex victor qvidē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

discessit, sed, cum castra oppugnaret, grave vulnus denuo accepit: spesq; tractatæ jam pacis in adversis castris regiis decollavit, cum rex Hispaniæ classem Polono promitteret, cui militem Wallenstenius imponeret, & sedem belli in ipsa Svecia figeret. Postea, cum post leviores pugnas Brodnicia in potestatem Svecorum venisset, Wrangelius egregia victoria ad Gorznoviam potitus, ipsum Thorunium, qvanqvam frustra, oppugnavit. Tandem Arnheimius auxilia ab imperatore ex Pomerania Polonis adduxit, & anceps prælium ad Trzcianam est habitum, in qvo occubuit Reingrafius junior, & ipse rex in periculum venit. Arnheimius post prælium, cum Poloni Mariæburgum peterent, nec ipse adversus electorem Brandenburgicum, cujus vasallus erat, vellet hostiliter agere, dimissus, accepit successores Henricum Julium, ducem Lawenburgicum, & Philippum Mansfeldium. Sed brevi post per Gallicos & Anglicos oratores induciæ in annos VI. sunt stabilitæ. Qvo facto, ut vim exercituum Cæsareanorum, ex oppositis Sveciæ littoribus suis regnis imminentium, averteret, anno hujus seculi XXX. eodem Junii die, nempe XXV. qvo centum abhinc annis confessionis Augustanæ articuli Carolo V. solemniter exhibiti sunt, Germaniæ fines in nostra Pomerania, mari huc devectus, attigit: præsidia Cæsarea ex munitissimis locis successu plane heroico ejecit: Pomerania è faucibus hostium erepta, in Marchiam, inde in Saxoniam, Misniam, Thuringiam, Franconiam, Palatinatum, Bavariam, atq; ad Alpes ipsas progressus, Tillium tamdiu afflixit, donec vita simul & spe, qvam de extirpanda religione repurgata conceperat, expelleretur. Præcipuas imperii urbes, de salute sua sollicitas, & pressos hactenus principes, fœdere pio sibi adjunxit: ad extremas usq; Germaniæ oras victricia signa circumtulit: ipsos hostes partim benevolentia ad se venerandum invitavit, partim armorum robore coercuit. Tandem heros incomparabilis, ut Saxoniam à nova copiarum Cæsarearum irruptione liberaret, pedem ex superiori Germania retrahens, in pugna Lützensi victor, gloriosa & se digna morte occubuit, suisq; & omnibus nobis, qvam facile sit iis vincere, qvi justam causam defendunt, demonstravit.

1633.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

1633. CXLIV. CHRISTINA, F. inter feliciſſimas heroinas merito numeranda, cum anno ætatis octavo patrem amiſiſſet, x' prioribus regni annis, dum interea qvinqꝫ tutores è regni ſenatoribus, & inter illos imprimis regni archicancellarius, Axelius Oxenſtierna, cui rex directionem conſilio:ũ pacis & belli per Germaniam commiſerat, rerum curam in ſe devolvebant, eo ardore in ſtudium literarum, lingvarum & omnium regiarum artium incubuit, ut ſexum videatur ſuperare. Interea per totam Germaniam, Bohemiam & Sileſiam exercitus Svecici, in regis Galliæ & Ordinum proteſtantium ſocietate, victoriis regis fortiter inſtitere, qvod lib.II. ſect.v. qv. XVIII. legi poteſt. Et qvanqvam poſt cladem Nortlingenſem res eorum nonnihil cœperunt nutare, præſertim cum in tranſactione Pragenſi pleriqꝫ Germaniæ principes ſe ad partes Cæſaris reciperent, variis tamen tropæis erectis, denuo ſunt ſtabilitæ. Qvamprimum regina, jam majorennis, faſces regni ipſa corripuit, impetus ab Albi in Moraviam usqꝫ factus, & ipſa Viennæ atqꝫ Vratislaviæ ſuburbia in prædam habita: ſubitoqꝫ miles in Holſatiã & Daniam ad machinationes Danorum impediendas ex diverſis partibus deductus, regem ad pacis conditiones adegit, regreſſusqꝫ in Bohemiam, ducibus Cæſaris, juxta incedentibus, non unam extorſit victoriam: Haſſiam exitio ſubtraxit: bis per Franconiam in Bavariam infuſus, in ipſa Helvetia robur ſuum illis probavit, qvi diſſentiebant. Ultimus tandem impetus, isqꝫ adeo gravis, ut ipſa arx Pragenſis cum tertia urbis parte interciperetur, ſubſedit in Bohemia, cum tricennale bellum Oſnabrugis hac lege componeretur, ut reginæ Sveciæ pro arcium & urbium reſtitutione, qvas per Germaniam & Bohemiam occupaverat, archiepiſcopatus Bremenſis, epiſcopatus Verdenſis, Pomerania citerior cum Stetino & nonnullis aliis Pomeraniæ ulterioris oppidis, ut & Wiſmaria in Mechlenburgia, cederentur. Biennio poſt regina, Holmiæ coronata, Carolum Guſtavum, Palatinum Rheni, Guſtavi Adolphi Magni ex ſorore nepotem, hereditarium Sveciæ principem & ſucceſſorem declaravit, regnumqꝫ prudentiſſimis conſiliis ſic ſtabilit, ut ex tota Europa ſubinde legati Holmiam confluant, amicitiam inter eam & potentiſſimos reges ſtabilituri.

VIVAT, FLOREAT, ET AD SEROS ANNOS FELIX SIT.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

GENEALOGIA REGUM SVECIAE POSTERIORUM.

Sigismundus, præcipuus ex regni Sveciæ magnatibus.
Nicolaus Esbet Auratus regni senator anno 1186.
Christiernus E. A. regni senator, Holmensis Gubernator.
Christiernus de VVasa, regni armiger.
Carolus de VVasa, regni armiger.
Catillus de VVasa, regni armiger.
Nicolaus de Biornos, E. A. regni senator, Holmensis gubernator, cujus uxor Christina, fuit soror aviæ paternæ Caroli VIII. regis Sveciæ.
Christianus de Biornos, E. A. archidapifer, procerum supremus.
Johannes de Orebs E. A. regni senator: cujus uxor Brigitta fuit Caroli VIII. regis ex sorore neptis, & soror Stenonis Sture, gubernatoris regni.
Ericus de Ridboholm E. A. regni senator, præses Alandiæ, capite plexus à Christierno II.
GUSTAVUS I. rex Sveciæ post Christiernum II.

- Cæcilia, uxor Ioan. Emdes.
- Carolus, ex quo Lewenhaupti, Gryppi.
- Christina, ex qua Oxenstiernæ.
- Margareta, uxor Joch. Brahen.
- ex Catharina Magni, ducis Sax. filia
  - ERICUS, rex Sveciæ.
- ex Margareta, Erici Abrahami de Lekolm, Gubern. VVestroGoth. filia
  - Gustavus in Moscovia obiit, illuc evocatus à Borisio, magno duce.
  - JOHANNES, rex Sveciæ.
    - SIGISMUNDUS, rex Pol.
      - ex Anna Austriaca
        - VLADISLAUS, rex Poloniæ.
        - Sigismundus Vladislaus, obiit tener.
      - ex Constantia, Annæ sorore
        - JOH. CASIMIRUS, rex Pol.
        - Joh. Albertus Cardinalis, episcopus Cracov.
        - Car. Ferdinandus archiep. Plozens. episc. Neuß.
        - Alex. Carolus.
        - Anna Cathar.
    - Johannes, dux OstroGothiæ.
  - Catharina, ux. Eduardi, comitis Frisi.
    - Enno III. comes Frisi. or.
      - Rudolph. Christ.
      - Ulricus.
      - AnnaMaria, ux. Ad. Frid. duc. Meg.
  - Cæcilia, ux. Christophori Badensis.
  - Magnus, dux Ostrogothiæ.
  - Anna Maria, ux. Georgii Joh. Palatini
    - Georg. Gustav.
      - Anna, ux. Lud. El. Pal. & Ern. Frid. March. Bad.
    - Joh. Augustus.
      - Carol. Ludov.
      - Joh. Frideric.
    - Lud. Philipp.
      - Philipp. Lud. Neob.
    - Georg. Johan.
      - Georg. Otto Sulzb.
  - Sophia ux. Magni III. ducis Sax.
  - Margareta, ux. Christoph. duc. Megap.
  - CAROLUS, rex Sveciæ
    - ex Anna Maria Palatina
      - Ludovicus, dux Suderm.
      - Catharina, ux. Johannis Casimiri Bipontini Palatini
        - Carolus Gustavus, Pal. Rheni, princeps Sveciæ hereditarius.
        - Adolph. Johannes.
        - Chr. Magd. ux. Frider. march. Bad.
        - Mar. Euphros. ux. Magni de L. Gardie.
        - Elenor. Cather. ux. Frid. Landg. Hess.
      - Carolus Philippus, dux Suderm.
      - Maria Elis. ux. Johannis ducis Ostrog.
    - ex Christina Holsatia
      - GUSTAVUS ADOLPHUS II. M. rex Svec.
        - CHRISTINA, regina Sveciæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

LIBRI TERTII
SECTIO VI.
de provinciis Sarmaticis Moſcoviæ, Poloniæ, Bohemiæ.

I. *Eccur Moſcovitas, Polonos, Bohemos, uno Sarmatarum nomine cenſes?*

QVos Sarmatas vocamus, Græci appellant Sauromatas, ad qvos referuntur Slavi, à gloria ſic dicti, Veneti ſeu Heneti, & qvicunq; Slavonica lingva in ampliſſimo utriusq; Sarmatiæ tractu utuntur. Utriusq; dico. Nam ex geographica orbis terrarum deſcriptione conſtat, Sarmatiam aliam eſſe Europæam ſeu cisBoryſthenicam; aliam Aſiaticam: & illam non ſaltem comprehendere Ruſſiam albam, qvæ eſt pars magni ducatus Lithuaniæ, ſed & Ruſſiam rubram, qvæ dicitur Roxolania, & pertinet ad Poloniam, magnamq; partem Moldaviæ, Hungariæ, & minoris Tartariæ, qvæ Crimæa dicitur, comprehendit; hanc dici Ruſſiam nigram, ultra Tanaim & fontes Boryſthenis poſitam, vulgo dictam Moſcoviam, & ad mare Hyrcanum & Caucaſæos montes excurrentem. Nos per Sarmaticos populos indigitamus illos, qvi lingvæ, utut ſuis dialectis variatæ, commercium habent, ut ita Bulgaros, Raſcios, Dalmatas, Bohemos etiam, comprehendamus. Eorum aliqvos hiſtorici teſtantur ad meridiem olim converſos, Græciæ magnam partem compleviſſe, qvorum adhuc tantus ſit numerus, ut ex iis conſtet robur exercitus Turcici, & lingva Heneta in aula Turcica uſum lingvæ patriæ pene obſcurarit: reliqvos maximam partem veteris Germaniæ, ubi Vandalorum, Marcomannorum, Qvadorum, Ligiorum, Eluſiorum, Bojorum, Svevorum & Hermundurorum ſedes fuerunt, partitis agminibus & ducibus, ac mutatis nominibus, occupaſſe; Polonos nominatos, qvi in terra Vandalorum veterum, & in parte aliqva Marcomannorum ac Qvadorum conſederunt: Bohemos, qvi vallem montibus Sudetis concluſam ſubegerunt; Moravos, qvi ad ortum inter Bohemos & Polonos montana incoluere cœperunt; Sileſios, qvi poſt Moravos loca ad Viadrum obtinuerunt: Sorabos, qvi in Hermunduris intra Sudetos montes & Albin ad Salam usq; ſedes habuerunt: Windos ſeu Venetos & Henetos, qvi ſinum Venedicum & mare Balthicum ad oſtia Albis usq; accoluerunt; Luſatios, qvi inter Henetos & Sorabos medii, Svevo amni finitimi fuerunt; Circaſſios & Qvinqvemontanos, qvi Pontum accoluerunt. MOSCOVITAS qvod attinet, illos olim vocarunt Ruſſos, Roxolanos, Ruthenos, Moſcos etiam, qvorum dominus, etſi potentiſſimorum regum vires facile adæqvat, & abſoluto imperio magis, qvam ullus alius pri-

principes, si Turcum excipias, in subditos utitur, non tamen ab exteris nationibus rex, sed magnus dux appellatur. Subditi eum vocant Czar, qvod aliqvi Cæsaris putant esse nomen, & ob id imperatorem eum salutant. Sed qvi Ruthenicæ lingvæ gnari sunt, eo vocabulo neminem sciunt denotari, qvam regem, qvo titulo admodum delectatur. Subsunt ei, præter duo regna versus meridiem, Casanum & Astracanum, qvæ Johannes Basilides Tartaris ademit, xxviii ducatus, qvorum præcipui sunt Moscovia & Volodimeria, qvibus versus orientē adjacet utraq; Neogardia, Tvera & Rhezania; versus occidentem Severia, Smolensco, Jarislovia, Syberia. Multæ ex his sunt provinciæ olim suis legibus, suisq; principibus gubernatæ, & tractu temporis ad obseqvium Moscovitarum pertractæ: qvas inter præcipuus est ducatus Severiensis, qvorum duces antiqvitus sui juris fuere: postea magnis ducibus Lithuaniæ multos annos paruere: inde, cum tota Lithuania Poloniæ, beneficio Jagellonis, accrescebat, Polonis tributum dedere: tandem à Jagellonis filio, Casimiro, ad Johannem Moscoviæ dominum defecere, & perfidiæ innocenter accusati, à Basilio principatu & vita exuti sunt. Idem contigit ducibus Bielskiæ, qvi qvondam Lithuano pendere tributum consveverere, tandemq; se Basilio Russiæ domino subjecere. Nec meliora fata sensit Plescovia, amplissimæ regionis ejusdem nominis metropolis, qvam Russi Pskoviam vocant. Proditione enim sacerdotum in Russorum manus pervenit, civesq; Moscoviam deducti, urbem suam aliis habitandam concesserunt. Novogardia etiam magna olim ducem Moscoviæ non agnoscebat dominum: tantumq; ei tribuebatur, ut vulgo adversus Deum & illam nihil valere diceretur. Sed cum amplissimæ civitatis incolæ dissidere inter se cœpissent, Moscus litis arbiter constitutus, oppidi totiusq; ducatus, in qvo Narva Russica, juxta arcem Ivanogorodum, Jamma & Coporegia sunt omnium famigeratissima, dominium invasit. Et notetur, qvod Moscovitarum archiepiscopus, olim à patriarcha Constantinopolitano sit confirmatus; à proximis tamen [illegible] annis ab imperatore Russiæ nominatus, consecretur à duobus vel tribus suis suffraganeis.

II. *Amplissimis provinciis præesse magnum ducem Moscoviæ, vel geographicæ tabellæ evincunt, in qvibus magna terrarum vastitate dominium ejus comprehenditur. Sed qvid in historiam de Moscovitis relatum sit, edoceri velim.*

Annales Russorum dum originis suæ incunabula repetunt, majores suorum ducum ad Augustum [illegible] sive falso, sive ornandæ suæ gentis desiderio, referunt. Huic enim negantur aliqvot fuisse sive [illegible], sive agna-

tos, certis provinciis præfectos: ex qvorum posteris descenderit PRUSSUS, qvi ad mare Balthicum & Vistulam considens, Prutenis seu Prussis, antea Ulmigavis dictis, anno Dom. nomen dederit. Fratrem ejus credunt fuisse VEYDENUTUM, qvi omnem Prussiam juxta numerum liberorum in XII. ducatus seu provincias distribuerit. Abnepotes Prussi tres nominant, eosq; Waregis præfuisse dicunt, qvos Petrejus Sveciis; alii aliis accensent, RURICUM, SINAUM, TRUVOREM. Hos ajunt, cum Rutheni seu Mosci absq; imperio qvidem, sed non ab q; intestinis dissidiis, spaciosis campis habitarent, svasu Gostomisli viri apud Novogardenses nobilis cum sobrino Olgo seu Olecho, in terras eorum transmisisse: incolas ad qvandam humanitatem traduxisse: diviso inter se imperio diu rebus præfuisse: reliqvis sine prole defunctis, Ruricum, Novogardiæ dominum, (qvo in oppido prima imperii sede constituta fuit) heredem omnium provinciarum sub tutore Olecho reliqvisse IGOREM: hujus Igoris uxorem OLGAM, cum ex longinqva expeditione, qvam in Nicomediam usq; susceperat, redux in itinere à Pizingis seu Peccingis in Bulgaria cæsus esset, à Pizingorum principe Maldito in torum petitam, ut maritum ulcisceretur, non solum legatos, sed & præcipuos eorum proceres in convivio obtruncasse, magnaq; strage edita, passeribus & columbis, qvas certa pactione sibi dari voluerat: ignem in fomitibus alligatis iis dimissis urbem hostium incendisse, omnemq; eorum ditionem sibi subjecisse. Hanc divam habent Russi, & dicunt Constantinopolin profectam, sacris Græcarum ecclesiarum fuisse initiatam, & novo Helenæ nomine nuncupatam. Filium ejus SVANTOSLAUM, qvem Zonaras videtur Splendosthlabum nominare, non potuisse ajunt adduci, ut se Christo consecraret, armis se unice jactitasse, inq; Bulgariam profectum, non una victoria contentum, in Græciam etiam adversus Johannem Zimiscem imperatorem copias traduxisse: sed victum fuga sibi consuluisse, in qva Bulgari illi, qvos Pizingos in vicinia Lithuaniæ vocant, duce Lithuano Curete, ex insidiis eum peremerint, cranioq; ejus in formam poculi præparato hæc verba insculpserint: Qværendo aliena, propria amisit. Facta hæc sunt circa annum DCCCCLXXI. Tres filios reliqvit Svantoslaus, JAROPOLCUM & OLGUM seu Olechum legitimos, & è pellice Malisca natum WOLODIMIRUM: inter qvos etsi provinciæ ultima patris voluntate divisæ fuerant, odiis tamen illi inter se cœperunt dissidere parricidalibus. Jaropolcus Olgum; Wolodomirus Jaropolcum trucidavit: Wolodomirus profugus ad Waregos, collecto ibi mihi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

misse, primo ducem Plescoviæ Rochwolochdum, qvi filiam ei negaverat Rochmidam, cum filiis peremit: dein cæso Jaropolco solus rerum potitus, libidinis flammâ, qvæ hactenus infami fuerat, & præter vii. uxores ccc. pellices nutriverat, extinctâ, Basilii Porphyrogeniti & Constantini X. Imperatorum Byzantinorum sorore Annâ in matrimonium ductâ, religionem Christianam secundum ceremonias Græcorum anno Iɔcccclxxxix. amplexus, Basilius dici voluit, & difficili bello adversus Polonos gesto, sedem regiam in nova urbe, à se Wolodomiria dicta, constituit, finitimasq; provincias, interq; eas Lithvaniæ partē, adjecit imperio Russorum. Octo ex ejus filiis, qvos plurimos habuit, divisa inter se Russia, cum suam qvisq; partē alteri inviderent, mutuis vulneribus conciderunt. SEWOLDUS regnavit Wolodomiriæ & erat inter fratres potentissimus; SVANTOPOLCUS Kioviæ; JAROSLAUS Nougardiæ; alii alibi. Ex his Sewoldus primo fugavit Sventopolcum: sed ab illo vicissim ope Polonorum est ejectus. Superstes fuit unus Jaroslaus, & post diuturna cum finitimis, & imprimis cum Polonorum rege Micislao II. bella, filio ejus Casimiro I. sororem Mariam elocavit. Sed nostra methodo & hujus historiæ seriem periclitabimur, ad rectius intelligendas res Moscoviticas.

GENE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

GENEALOGIA MAGNORUM DUCUM MOSCOVIAE.

I Ruricus cum fratribus, Sinao & Truvore, anno 861 venit in Russiam.
II. Igor à Bulgaris cæsus: cujus uxor III. Olga, in baptismo anno 954 Helena dicta.
IV. Svantoslaus à Bulgaris cæsus.

V. VVolodomirus seu Basilius. Jaropolcus. Olgus.

VI. Jaroslaus Neogardiæ. Sevvoldus VVolodomiriæ. Svantopolcus Kioviæ.

VII. Zaslaus. VIII. VVsevolodus I. Viceslaus. VVolodomirus.

Stopolcus. VVolodomirus. IX VVolodomirus monomachus, primus CZAR dictus.
X. VVsevolodus II.

XI. Georgius. VVsevolodus II. Micislaus.
XII. Demetrius. Andreas. Romanus. Micislaus.
XIII. Georgius. XIV Jaroslaus. Daniel. Basiliscus. Sventoslaus.
Leo.

XV. Alexander. Andreas. Theodorus.
XVI. Daniel.
XVII. Johannes.

XVIII. Simeon. XIX Johannes.
XX. Demetrius.

XX. Basilius. XXII. Georgius.
XXIII Basilius cæcus.
XXIV. Johannes, primus universæ Russiæ dominus. Andreas. Demetrius.

XXV. Basilius, antea Gabriel Johannes.
XXVI. Johannes Basilides. Georgius. Demetrius.

Iconomasia, nupta Theodoro patriarchæ. XXVII. *Theodorus, post quem* XXVIII. *Borisius Fedrovitius.* *Demetrius à Borisio necatus.* *Johannes à patre necatus.*

XXXIII. *Michael Fedrovitius.* *Johannes. Mikita.* XXXIX *Theodorus, post quē* XXX *Demetrius fictus: post quem* XXXI *Basilius Zuski: post quem* XXXII *Vladislaus, regis Polon. filius.*

XXXIV *Alexius. Irene, sponsa VValdemari Dani.*

Jaroslai

Jaroslai filii, majorum exempla secuti, exitialibus inter se dissidiis æstuabant, & Russiam partim Polonis, partim Polonis, partim populis ab oriente irruentibus, quos vel Gothos, vel Hunnos fuisse verisimile est, diripiendam exposuerunt. Post diuturnas turbas omnes principatus redierunt ad Jaroslai ex filio WESEVOLODO nepotē WOLODOMIRUM, monomachum dictum, à bucephalo suo celebrem, qvi Kioviæ ad Borysthenem sedem fixit regiam, Græcorumq; imperatorem armis ad pacem multis muneribus redimendam, nomenq; Czaris sibi impertiendum adegit. Wolodomiro natus fuit WESEVOLODUS II. qvi qvidem octo reliqvit filios, sed qvorum plerosq; nutui suo principes Poloniæ pene in omnibus habebant obseqventes, qvibusq; tanqvam beneficiariis imperabant. Divisæ enim erant Russorum vires in varios cognatorum dissidentium principatus: & qvanqvam sæpenumero jugum Polonorum copiis lectissimis excutere conabantur, inferiores tamen plerumq; prælio excesserunt. Wesevolodi II. ex filio GEORGIO & nepote DEMETRIO fuit pronepos GEORGIUS, qvo à Batto, rege victoriosissimo Tartarorū, cæso, anno cIↄccxxxvii. universum Russorum imperium in potestatem Tartarorum redactum est. Erat hoc illud tempus, qvo qvadripartitus Tartarici regis exercitus, in omnes mundi plagas egressus, omnem terrarum orbem miseris modis afflixit. Habuerunt qvidem Russi in hac servitute suos adhuc duces, sed à Tartaris petitos, & magna provinciarum parte spoliatos: inter qvos JAROSLAUS, Georgii nuper cæsi frater, primus fuit. Huic tres fuere filii, THEODORUS seu Fedor, ALEXANDER, & ANDREAS, qvi denuo de principatu, etsi precario, contendebant. Ex eorum altero Alexandro natus DANIEL, primus sedem in urbem Moscoviam transtulit, qvod tamen nonnulli Georgio, primogenito ejus filio, adscribunt. Danielis filius natu minimus fuit JOHANNES, Kaleta Ruthenica lingva vocatus, qvod assidue ad erogandam pauperibus stipem secum peram portabat. Ejus filii, SIMEON & JOHANNES, ordine patri successerunt. Johannis filius DEMETRIUS primus fuit, qvi, excusso jugo Scythico, sub qvo [illegible] annos hæserant Russi, Tartarorum Chamo Mamai, &, eo in prælio cæso, ejus successori Tachtamisco, tributū urgenti cumq; hostibus ausus fuit prœliis tribus congredi, prioribus superior, ultimo maxima strage profligatus est. Post eum imperitavit anno cIↄIↄlxxxvii. filius BASILIUS, ex Bulgaria armis occupata celeberrimus. Hic morti vicinus, qvod de legitima filii Basilii nativitate dubitaret (mater enim ejus Sophia, magni ducis Lithvaniæ filia,

filia, in suspicionem adulteri venerat) fratrem successorem sibi nominavit GEORGIUM. Res in judicium coram arbitro Tartaro vocata est. Dicta pro Basilio sententia. Sed Georgius vi principatum abstulit, ejusq; filii, ANDREAS & DEMETRIUS, patre defuncto, Basilium, cum potestatem repeteret, captum & excœcatum in monasterium detruserunt. Indigne id ferentes bojarones, qvi Moscis nobiles sunt, Basilium monasterio eductum sibi iterum præfecerunt. Post qvem seqventi serie imperarunt:

1450 XXIV. JOHANNES M. Basilii cœci filius, qvi se universæ Russiæ principem primus appellavit, ob id nomen magni sortitus: Twerensem ducem Michaelem, socerum suum, principatu exuit: Novogardiam magnam, qvæ ante id suum peculiarem ducem habuerat, fraude interceptam, sui juris fecit: ex hac civitate auro & argento ccc. currus oneratos abduxit: cæteros ferè omnes Russiæ principes, ex ipsorum dissensionibus occasione captata, in ordinem redegit: Tartarorum jugum penitus excussit: Ivanogorodum ad Narvam Ruthenicam è regione Narvæ Livonicæ condidit: inde Livonis maximas sæpe clades intulit: generum suum Alexandrum, regem postea Polonorum, Casimiri filium, qvia ceremonias Græcæ religionis extructione novi templi, qvod promiserat, non promoveret, oppugnavit, eiq; Severiensem ducatum & alias provincias ademit. Tandem à Waltheri Plettenbergio, magistro Livoniæ, duobus prœliis victus, inducias Livonis qvinqvaginta annorum; Lithvanis per sexennium indulsit. Ex prima uxore Maria, Twerensis ducis filia, genuerat Johannem; ex altera Sophia seu Zoe, Emanuelis imperatoris Constantinopolitani filia, præter alios Gabrielem. Johanni addixerat Moscoviam; Gabrieli Neogardiam; aliis alia. Vivo adhuc patre, mortuus est Johannes, relicto filio Demetrio. Huic, cum here Moscoviæ destinaretur ab avo, noverca Sophia, calumniis curavit in carcerem compingi. Moriturus tamen avus successionem illi confirmavit. Qvum nondum esset ætatis confirmatæ, Gabriel titulo gubernatoris assumto imperator dici cœpit. 42

1492. BASILIUS F. antea Gabriel dictus, ex Sophia seu Zoe Constantinopolitana, altera Johannis M conjuge, natus, Plescoviam, urbem Lithvaniæ liberam, in factione abeuntem, arbiter electus, anno cIↄIↄix. in servitutem conjecit: arcem & ducatum Lithu-

anorum

annorum Smolenciensem ad Borysthenem, sæpe antea tentatam, tandem artibus Michaelis Glinski, viri magnanimi, è Lithuania ob interfectum Mareschalum, à qvo ignominiose fuerat habitus, cum fratre Basilio profugi, occupavit: Casanenses Tartaros mari ac terra fatigavit. Petrejus & Olearius scribunt, victis Tartaris Casanensibus Basilium præfecisse regem Scheale: sed illum mox esse expulsum, cum Mendligerius & Sapgerius, principes Tartarorum Crimenses, illis tulissent suppetias: hos principes in ipsam Russiam duxisse exercitus, & fugato usq; in Novogardiam Basilio, ipsam magni ducis sedem Moscoviam in prædam habuisse, nec prius retulisse pedem, qvam ille se Crimensium Tartarorum profiteretur tributarium: hinc aliqvo tempore Sapgerium Casanensibus; Mendligerium Crimensibus præfuisse: Basilium qvidem Casanam postea oppugnasse: sed expugnationem tandem anno cIↃIↃLII. per Johannem Basiliden factam esse. Hunc ipsum Basilium Sigismundus rex Poloniæ, duce Constantino Ostroskio, memorabili clade affectum, è Lithuania profligavit. Duxerat ex cIↃ bajaronum filiabus in unum locum congregatis Salomeam, præ omnibus electam. Hac ob XXI annorum sterilitatem repudiata, inq; monasterium intrusa, associavit sibi Helenam, Basilii Glinskii filiam. Sed Salomea in monasterio paulo post peperit Johannem Basilidem: qvem tamen alii ex Helena, altera illius conjuge, ob extremas tandem libidines à proceribus veneno sublata, prognatum dicunt. 41

1533 XXVI. JOHANNES BASILIDES F. tyrannus, Russis Ivan Vasilowiz dictus, primis annis satis probus fuit, & amicitiam imperatorum nostrorum, artificesq; ab illis, & adversus Turcas milites expetiit, qvanqvam Lubecensium judicio videbatur dolo agere: in insignibus aqvilam bicipitem primus Russorum usurpavit: Tartarica regna, Casanum ad Volgam & Astracanum ad mare Caspium, provinciis suis adjecit, limitibus imperii in Persidem usq; prolatis: Livoniam XXV. annis atroci bello vexavit: in Lithuania urbem Polozko & alia oppida expugnavit, ut legere est libro XXI. Thuani, & parte prima Chronicorum Moscoviticorum P. Petræi. Sed tandem omnia, qvæ in Lithuania & Livonia, inq; Balthici & Finnici sinus littoribus tenuerat, adeoq; non exigvam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Russiæ partem, partim Johanni regi Sveciæ, partim Stephano regi Polonorum cedere coactus, ea tyrannide, cũ in alios, tum in suos, qvos de conspiratione cum Polonis habebat suspectos, desœviit, ut reliqvorũ, qvos novimus, tyrannorum truculentia lusus videatur. Non pepercit fratri Georgio; non optimo filio Johanni, qvẽ, qvod à proceribus in bellum profecturis dux erat peritus, sua manu occidit; non socero, duci Twerensi; non virginibus innoxiis; non intimis amicis; non integris provinciis & urbibus, ut exemplo perennaturo sunt Neogardia, ubi ultra CCLXX. hominum ultra duo millia trucidavit, Plescovia, ducatus Twerensis. Magnum, Holsatiæ ducem, Friderici II. regis Daniæ fratrem, allexerat ad sese, ipsiq; suam ex fratre Georgio neptem elocarat, regemq; Livoniæ designarat. Sed cum minus prospere, ut diximus, in Livoniam res tandem gererentur, trucidatis ejus ministris, crudeliter illum habuit, donec tandem è Russia ad regem Polonorum profugus, in exilio vitam finiret. Tandem cum carnifices & semetipsum damnatorum defatigasset suppliciis, & biennio ante obitum, per interpositionem legati pontificii Antonii Possevini cum Polonis transegisset, fœda morte desperabundus obiit, nec ejus cadaver postridie inventum esse dicitur. Præter filiam Iconomasian, qvæ Theodoro Mikitewiz, tandem patriarchæ, nupta peperit Michaelem, XXXII. Moscoviæ ducem, duos reliqvit filios, Theodorum Johannis interemti fratrem uterinum ex prima uxore, & Demetrium, qvi, qvod septimo aut octavo matrimonio contra leges Russorum prognatus esset, non admodum in pretio habebatur, & à Borisio Uglitii anno ætatis IX. peremtus est. 51

1584. XXVII. THEODORUS seu Fædor Ivanowiz, F. ingenio simpliciore, ob tranqvillitatis amorem, imperii gubernatorem adscivit Borisium Fedrovitium, cujus sororem Irenam Udoviam duxerat. Anno CIↃIↃXCIV. cum Svecis post funesta bella pace firmata, transegit, & sine herede vitam finiit, veneno, ut creditur, à Borisio peremtus. 13

1597. XXVIII. BORISIUS GUDENOW vel Odonow Fædorowiz, qvi originem suam Scythis seu Tartaris adscribere solitus est, alterum Johannis tyranni filium Demetrium minorennem Uglitii, ubi educabatur, clam per sicarios; alterum Theodorum magnum ducem,

si famæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

si famæ credendum est, lento veneno necavit, ut sibi imperium pararet. Antequam fatis concederet Theodorus, sceptrum agnato proximo Theodoro Mikitewiz Romanovio porrexit: quod cum ille cum tribus fratribus præ modestia non acciperet, Borisius, magister stabuli, affinitate Theodori defuncti sororii nisus, cum aliud simularet, quasi monasterium præ diademate electurus, illud sumsit, & à populo, clandestinis suggestionibus persvaso, dux petitus & confirmatus est. Hic videbatur omnia in subditorum salutem dirigere, mercaturam promovere, justitiam administrare, pacem cum vicinis colere. Filia sua Axinia duos procos regios in Moscoviam invitavit, alterum Gustavum Svecum, Erici XIV. ex concubina Catharina filium, qvem ob constantiam in religione repudiavit, sed in Moscovia detinuit; alterũ Johannem Danum, Friderici II. regis Daniæ filium, qvi intra duos menses mortuus obiit. Ejus tempore Moscovia seditione, peste & fame tanta afflicta est, ut fama pene fidem superet. Nam in una urbe Moscoviæ [illegible] millia intra annum periisse dicuntur. Tandem cum Gregorius qvidam, Russis dictus Griska vel Gregorius Utropeia, Jaroslaviæ natus ex nobili sangvine, ob perviciaciam qvondam ad monasterium relegatus, instigante qvodam monacho, se pro Demetrio Johannis tyranni filio, qvi mortem Uglitii provide effugisset, primum in Lithuania apud ducem Adamum Wesnewezky venditaret, & postea auxiliis regis Poloniæ Sigismundi, commendante eum Palatino Sendomiriensi, cujus filiæ nuptias & præterea, fabulam agentibus Jesuitis, abrogationem Græcæ religionis in Moscovia promisisse dicitur, exercitum in Russiam duceret, nec victus cessaret Moscovitas armis facessere, Borisius sive veneno sive mœrore extinctus est. 8

1605. XXIX THEODORUS seu Fædor Borissowiz F. à subditis ad Demetrium fictum deficientibus desertus, & capitis post semestre imperium una cum matre per sicarium à Demetrio ficto, ad imperium vocato, strangulatus est, rumorq; sparsus, qvasi venenata potione se enecasset. 1/6

1605 XXX DEMETRIUS FICTUS, alias Griska Utrepeia, qvem alii vocant Gregorium Strepium, qvem tamen plurimi verum Johannis Basilidis filium fuisse credunt, cum matre veri Demetrii è mo-

nasterio in aulam qvasi sua revocata, & veritatem dissimulantes religionem & ceremonias Moscoviticas susq; deq; haberet, exteros satellites assumeret, vetitos Russis cibos apponi curaret, nec gravitate & virtute tantos duces decente res ageret, Basilius Zuski, qvem paulo ante ob conspirationes ad mortem damnatum, cum jam securi caput submisisset, liberaverat, nono die nuptiarum, qvas magno apparatu cum Maria, Georgii Mnizekii Palatini Sendomiriensis filia, celebrabat, facto tumultu eum occidit, & cadaver comburi curavit, materq; veri Demetrii nunc demum eum filium negavit. Et qvidem, qvi Poloni sponsam comitati fuerant, aut magno numero trucidati, aut in carceres & custodias cum sponsæ socero, sororio, aliisq; proceribus, abrepti sunt, è qvibus tandem eos PseudoDemetrius II. liberavit.

1606 XXXI. BASILIUS ZUSKI IWANOWIZ, qvamprimum delatum ad se imperium adibat, inaudiit fictum iterum Demetrium erupisse. Nam Gregorius Scacopsky, aliqvis ex proceribus Russorum, Polonis favens, correpto magni ducatus sigillo, in Poloniam profugit, &, ut suis ob Polonorum cædem ægre faceret, Polonicis Cosaccorum auxiliis exercitu collecto, diuturnam sustinuit obsidionem, donec alter PseudoDemetrius, qvem ægre tandem tantæ tragœdiæ actorem invenit, cumq; qvo se aufugisse, ejusq; loco alium qvendam obtruncatum fuisse finxit, adesset. Ludimagister ille qvondam fuerat, ex Russia alba oriundus, nomine Johannes, tamq; strenue jam partes suas obibat, ut, cum multorum dominorum fundos servis addixisset, Polonorum auxiliis, qvi ad suos liberandos sine regis autoritate magnis copiis, qvas . millium numero æstimabant, confluxerant, & procerum nonnullorum è Russia armis, Basilium non tantum in acerrimo conflictu profligaret, sed & obsidione in biennium fere protracta obsideret. Ex his angustiis ut se Basilius extricaret, Polonos hactenus in custodia detentos, cumq; illis ipsam PseudoDemetrii I. sponsam cum socero & sororio, liberos in castra Polonorum dimisit: cumq; sponsa ex composito PseudoDemetrium II qvasi genuinum Demetrium publice affectu conjugali salutaret, theatricæ hujus scenæ apparatus novus est qvæsitus: mansitq; in castris sponsa personati Demetrii hac conditione, ut non prius in ample-

xum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

subveniret, quam imperium occupasset. Carolus IX. interim, misso ad Basilium Petro Petræo, Chronicorum Moscoviticorum autore, ubi ei erat illi auxilia contra perfidos PseudoDemetriorum conatus, ad quos procul dubio per jurata Papæ Romani mancipia erant, ad statum religionis in Moscovia & vicinis regionibus mutandum, erant instigati. Quia autem hactenus suis se viribus crediderat restiturum hostibus, oblatas copias non acceptarat. Nunc autem, cum in angustias ultimas diuturna obsidione esset redactus, auxilia ante repudiata per legatos petiit, & hac conditione ... millia armatorum sub Jacobo de la Gardie obtinuit, ut Kexholmiam Svecico regno hereditario jure possidendam traderet, quamprimum hostibus esset erepta. Hoc ipso tempore, quo Svecorum exercitus ad ducem Moscoviæ ex periculo expediendum aderat, & in itinere Kexholmiam, Nöteburgum, Porckoviam, Staram Russam ad deditionem adigebat; alias autem arces, ut Torsocum & Troin, à Polonorum impetu liberabat, nec infeliciter semel atque iterum cum hoste confligebat, Sigismundus rex Poloniæ alia parte Smolenciensem arcem, Lithuanis antea à Moscovitis ereptam, gravi obsidione in alterum usque annum pressit. Sic Russia ab ipsis Russis sub PseudoDemetrio, atque à Svecis & Polonis, eodem tempore, igne, ferro, & populationibus variis est afflicta. Sveci jam cum Russorum campiduce Scopino se conjunxerant: cumque Poloni, qui partes PseudoDemetrii defendendas in se sub Sapeiha, & Storouskio devolverant, ipsis ad Tweram occurrerent, bis intra triduum in acie cum illis congressi, bis victores extiterunt, etsi prima vice à Russis deserti. Sed & novis copiis ex Svecia aucti, cum in castra ipsorum impetus fieret ab hoste, fortiter eum repulerunt. Interim PseudoDemetrius, licet nondum imperium occupasset, in torum admisit sponsam ... à patre relictam. Cumque Rusinskius, dux Polonorum, qui à partibus ejus stabant ad Moscoviam, intelligeret, regi Sigismundo non placere, quæ agebat, ipseque cum suis jam fraudem aut sentire aut detegi incipe-ret, & impostorem graviter increpuisset, ille ... clam nova conjuge profugit, & receptus à Cosacis gentibus, defensores hactenus Polonos acriter persequi cœpit, donec partim dilaberentur, partim denuo se ad eum reciperent. Profugum habitu militis per

XLVIII. mi[illegible] conjux post aliqvot dies insecuta est, maluitq́ omnia adversa cum impostore pati, qvam cum ignominia in patriam reverti. Jacobus de la Gardie interim viam sibi ad ipsam Moscovitarum metropolin patefecerat, & amice receptus à Basilio, pro reddita ipsi libertate magnis qvidem exceptus muneribus, sed cum porro operam illi addiceret ad Polonos ab obsidione arcis Smolenciensis avertendos, nec tamen militibus promissum stipendium solveretur, novæq́ copiæ, denuo ex Svecia submissæ, itidem frustra stipendium flagitarent, & dum tumultuari milites cœpissent, in angustias à duce Polonorum Solkouski esset redactus, & à perfidis Russis, & præcipua parte exercitus ad hostes transfugiente desertus, pedem retraxit, & ubiq́ perfidiam Russorum expertus est. Hi ipsi etiam Basilium Zu[illegible]ky, ducem suum, ob res minus prospere, minusq́ circumspecte gestas, in monasterium detruserunt, & postea, cum per factiones Sigismundi, in obsidione Smolenciensi adhuc occupati, filium Vladislaum elegissent, Polonis tradiderunt, apud qvos in custodia mortuus est. Nonnulli qvidem, ut diximus, Vladislaum regis Poloniæ filium; sed alii PseudoDemetrium sibi depoposcerunt, qvi denuo Moscoviã gravi obsidione premebat. Sed hic paulo post à Tartaris, qvorum duo amplius millia in exercitu habebat, qvia ipsorum duces male tractaverat, postqvam triennium fuisset tumultuatus, est in venatione peremtus, ejusq́ uxor Maria paulo post filium postumum enixa est, qvem vocavit Demetrium, inq́ cujus fidem se statim Colugienses dedere. 10

1610. XXXII. VLADISLAUS, regis Pol. Sigismundi filius, à Russis electus, certis qvidem conditionibus, qvibus cautum est, ne ipsi baptismi Russici necessitas imponeretur, utq́ in aula liceret ipsi Polonos circa se habere, imperium adiit, & per legatum ducemq́ exercitus juramentum fidelitatis suscepit. Sed cum adventum in Russiam procrastinaret, exercitum ejus v[illegible]. millium tantopere vexarunt, ut milites, sub duce Solkouski ad desperationem adacti, urbem Moscoviam, in qva ultra [illegible]cccc armatorum dicuntur fuisse, toto biduo incendiis fœdarent, nec qvicqvam ædium præter arcem & templum restaret. Ferunt, ex Russis [illegible] amplius millia interiisse in hac urbis populosissimæ desolatione. Poloni, à Russis in

arce

arce obsessi, liberum tandem abitum impetrarunt, & tandem an-
no seculi xiii. à Russis repudiato Vladislao, & præterito Carolo
Philippo, regis Sveciæ filio, duce Sudermanniæ, cui spem regni
iniicerant, Michaelem Fædrovitium i. e. Theodori filium elege-
runt. Qvod anteqvam factum est, Sigismundus III. Vladislai
pater, arcem Smolenciensem, qvæ integro fere seculo in pote-
state Russorum fuerat, post obsidionem xviii. mensium fame ad de-
ditionem adegit. Svecorum autem rex arcem Kexholmiam,
qvam contra fidem datam negabant Moscovitæ, per Jacobum de
la Gardie vi conatus est occupare: cumq; intelligeret, Moscovi-
tas sibi regem præfecisse Vladislaum Polonum, Svecorum hostem,
nec amplius conditionibus fæderis stare velle, ad ipsam magnam
Neogardiam castra posuit. Ordines in illo ducatu, ut sibi con-
sulerent, Svecis initio fidem fecerant, se alterum regis filium sive
Gustavum Adolphum sive Carolum nomine ducis magni præfe-
cturos. Sed cum fraude agerent, & hostilia jam minarentur, Ja-
cobus de la Gardie anno seculi xi. exigua manu urbem, qvam ma-
gnam vocant, & de qva in proverbio dicere consveverant: Qvis
Deo & magnæ Neogardiæ resistere potest? invasit & diripuit.
Tunc demum serio ad pacis conditiones descenderunt, & induciis
impetratis, legatisq; in Sveciam missis, alterum ex regis filiis sibi
ducem [illegible]. Exercitus interim Svecicus, donec legati
ejus redibant, Ladigam, Notheburgum, Ivanogorodum, Jamogsi-
odum & alias arces occupabant. Eo ipso tempore Carolus IX.
rex Svecorum, anteqvam ex Moscovia legati adessent, mortali-
tatem explevit: filiusq; ejus Gustavus Adolphus, postea magnus
cognominatus, diademate cinctus, fratrem Carolum Philippum
Neogardiensibus ducem destinavit, eumq; post biennium in Mo-
scoviam misit, ut non Neogardiæ saltem, sed & per totam Mosco-
viam imperium sponte oblatum adiret. Neogardienses qvidem
perstitere in fide: sed cum Michaelem Fædrovitium à reliqvis
Russis, rejecto Vladislao, electum intelligeret, ultro fratri suum
jus adversus hostes proseqvendum cessit. 3

1613 XXXIII. MICHAEL FÆDROVIZIUS, Johannis Basilidis ex filia
Iconomasia, Theodoro Mikitewiz patriarchæ nupta, nepos: cui
statim Demetrius postumus sub tutore Iwani Martinowiz Ca-
ruski,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ruski, qvi regnum Aſtracan & Caſan in poteſtatem redegit; deinde PſeudoDemetrius III. qvi non ſe; ſed alium a Tartaris occiſum eſſe mentiebatur; Sveci item & Poloni multum negotii faceſſebant. Demetrium poſtumum & PſeudoDemetrium III. vivos cepit & ſuſtulit. Nam cum Maria ex Sendomiria, primi & ſecundi PſeudoDemetrii uxor, ſuum filiū, qvem à patre poſtumum enixa erat, negligi, & Michaelem Fedrovizium illi præferri ſentiret, nupſit peremti mariti tribuno Johanni Zakoſkio, ejusq́ tutelæ filiolum, tanqvam hereditarium Moſcoviæ ducem, commendavit. Hic per biennium cauſam infantis egit: qvo exacto, cum auſus eſſet congredi cum Ruſſis, captus eſt & infami pali ſupplicio ſublatus; infans ſuſpenſus; & mater ejus in carcere enecata eſt. Tertius autem, qvi pro Demetrio, Johannis Baſilidis filio, ſe venditavit, & Tartarorum conatibus ſe finxit ſubtractum, & hactenus ſcribæ officio functus fuerat, Iwanogrodæ qvidem & in viciniis provinciis, ut & in ipſa Pleſcovia, fidem eſt emendicatus: jamq́ exercitu Coſaccorum inſtructus, à Svecis auxilia ſpecioſis conditionibus petiit. Cum autem illi, Petrejo rerum Moſcoviticarum hiſtorico ad verum rerum ſtatum explorandum in Moſcoviam ablegato, intellexiſſent, fucum denuo ſubeſſe, tertius ille impoſtor à ſuis ipſius militibus in fuga vulneratus & captus, Ruſſisq́ traditus ſupplicium ſe dignum ſubiit. Rex Sveciæ interim, ad perfidiam Ruſſorum ulciſcendam, ipſe cum exercitu aderat, & Andogovia occupata ipſam Pleſcoviam gravi premebat obſidione. Cum autem rex Britanniæ Jacobus, legatis miſſis, armorum deponendorum autor fuiſſet, in has conditiones in pago Stolbowa pax coaluit, ut rex Sveciæ, reſtitura Neogardia, StaraRuſſa, Porkovia, Ladiga & Andogovia, retineret non ſaltem Kexholmiam, ſed & Ivanogorodum, Jamariam, Coporiam, Notheburgum, certamq́ auri ſummam reciperet, & dominus eſſet poſthac Ingriæ. Hic ipſe Fædrovizius arcem etiam Smolencienſem, fruſtra antea tentatam, à Polonis recuperavit, & cum iis pacem ſanxit certis conditionibus, cum Vladiſlaus Ruſſis jus ſuum remiſiſſet. Filiam Irenen Waldemaro Chriſtiano, comiti Sleſvicæ & Holſatiæ, Chriſtiani IV regis Daniæ filio, elocaturus, cum multis illum pollicitationibus, promiſſis duobus ducatibus ad Volgam, ne[illegible]pe

dans-

Sandalia & Jeraslavia, & certa ei ſpe de religionis libertate facta, à patre anno ſeculi XLIV. cum CCC. aulicorum comitatu impetraſſet; proceres vero & epiſcopi in nuptias conſentire nollent, niſi ſacris Græcæ religionis ſponſus initiaretur; nec ille religionem mutare vellet, licet toto ſesqvianno, variis rationibus ad id ſollicitaretur, ſubito mortuus, filio reliqvit principatum. 34

1645. XXXIV. ALXEXIUS F. Waldemarum à ſe honorifice dimiſit, cum ad ſacrorum permutationem non poſſet perſvaderi.

III. Polonia jam nos invitat: qvam cum vicinam nos Pomerani habeamus, jamdudum geſtiit animus, rempublicam luſtrare Polonorum.

Polonia, aut, ut eloqvitur Wippo, antiqvus ſcriptor in vita Conradi Saliqvi, Bolonia, olim exiguis terminis fuit circumſcripta. Nunc præter Poloniam minorem, in qva ſunt Cracovia, Sendomiria & Lublinum, atq; Poloniam majorem, in qva ſunt Poſnania & Gneſna, civitas regia, & archiepiſcopi totiusq; Poloniæ Primatis ſedes, comprehendit Lithuaniam, cujus metropolis eſt Vilna; Ruſſiam albam, in qva eſt Novogradum & Smolenſkum; Samogitiam; Maſoviam, in qva Varſovia, Dobrinenſis & Plocenſis ſatrapia; Ruſſiam meridionalem ſeu rubram, alias Roxolaniam, in qva Podolia, Volhynia & Kiovia, cujusq; incolæ pontificis qvidem Romani ſacram jurisdictionem ſuperiori ſeculo ineunte agnoſcere cœperunt, ſed ſalva religione Græca ac ritibus. Boruſſiam qvoq;, Livoniam & Curlandiam beneficiarias habet provincias: Livoniæ tamen præcipuam partem rex Sveciæ in ſuum traxit obseqvium. Partem præterea noſtræ Pomeraniæ & Caſſubiæ olim complexa eſt Polonia: qvæ tamen, ſi excipias Pomerelliam, in qva eſt Dantiſcum, ad duces noſtros rediit. Leoburgum etiam & Butovia, qvæ beneficio regis Poloniæ libero à ducibus Pomeraniæ poſſidebantur, nunc, poſtqvam ſtirps ducum defecit, reliqvis Poloniæ provinciis acceſſere. Valachiæ princeps, etſi jam Turcum agnoſcit ſupremum dominum, majeſtatem tamen regis Polonorum veneratur, & veluti potenti vicino ſtatis temporibus honoraria mittit, qvanqvam antea tributum perſolvebat, & in verba ejus jurabat. Sed in delineandis regnorum limitibus nos haud occupari meminerimus, id munus geographis competere non neſcii. Regum & principum hiſtorias in compendio proponimus. Qvod tamen antequam hic agimus, de forma reip. Polonicæ hoc monendum eſt, qvod conſiſtat in rege, ſenatu & nunciis municipalibus. Ille electione creatus, etſi abſolutus monarcha non eſt, abſolutus tamen eſt legum in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

comitiis factarum executor, & omnium in regno dignitatum collator: iste constat ex CL. viris, nempe episcopis, Palatinis, Castellanis & officialibus majoribus electus, & ad legum custodiam deputatus: hi in singulis provinciis libere electi sunt, qvasi qvidam tribuni & ephori ex populo. Nec qvicqvam statum regni concernens, nisi consentientibus omnibus statibus, decerni potest. Notandum & hoc est, qvod eqvites Polonorum gravioris armaturæ cum hastis dicantur Hussari; cum sclopetis Harcabusseri; levioris, Cosaci: pedites autem alii vocentur Haiducci è Polonia aut Hungaria conscripti; alii Cosaci Zaporoviani, ex agris Russiæ, vicinis Scythiæ, sub proprio duce conducti. Cæterum LECHUM & ZECHUM fratres, Croatæ filios, tradunt ex Illyrico ob nescio cujus viri cædem profugos, in peregrinas terras venisse, & Zechum in Bohemia; in Polonia Lechum consedisse; utrumq; novi imperii autorem extitisse. Id contigisse putant circa annum DL. qvanqvam Vapojus & Neugebawerus cum Hagecio tempus horum fratrum referunt ad annum DCXLIV. Lechum ejusq; posteros trans missa Vistula ajunt longe lateq; novæ potestatis incrementa qvæsivisse, & per Pomeraniam atq; Mechlenburgiam in ipsam Daniam impetum nonnunqvam fecisse. Deficiente Lechi familia, cum inter proceres de novo principe eligendo haud conveniret, DUODECIM PALATINI, qvos Vayvodas vocant, constituti sunt, qvi imperio aristocratico jus dicerent, & munia obirent publica. Sed pertœsi tandem gubernationis Palatinorum Poloni, CROCUM seu Cracum elegerunt, qvem dicunt Cracoviam condidisse, & draconem, ex vasto qvodam specu jumentis & hominibus insidiantem, sulphure & pice peremisse. Hagecus eum fecit Lechi filium: sed alii à Lecho jam alterum seculum tempore Craci fluxisse dicunt, eumq; ignorant sangvinem à Lecho trahere. Ferunt nonnulli, eum ex Gracchis Romanorum descendere: sed ferunt sine certa fide. Reliqvit, præter filiam VENDAM, duos filios, CRACUM & LECHUM. Primogenitus in regno patri successit: sed mox à fratre per insidias in venatione interemtus est. Qvod scelus qvamprimum Polonis innotuit, parricida, qvi jam regem se dixerat, principatu dejecto, Vendam sibi præfecere. Hæc, virginitatem perpetuo servatura, malebat esse princeps, qvam principis uxor: &, cum à Rudigero, duce qvodã Germaniæ, vel armis ad matrimonium invitaretur, victo illo, aut, aut Cromerus refert, militibus cum femina de amore certare nolentibus, sese, qvod sub conditione victoriæ voverat, in profluentem præcipitavit. Sic imperium rediit ad duodecim palatinos: à qvibus

qvia

qvia res adversus hostes ingruentes minus solerter administrabatur, PRIMISLAUS omnium acclamationibus princeps renunciatus est. Hunc ob insignem vafritiem Lescum appellaverunt, & egregio politarum galearum, ab arboribus suspensarum, strategemate à Moravis & Hunnis reportasse victoriam testantur. Hoc ipso tamen tempore Poloni ad tributum Carolo M. dandum adacti sunt. Post Primislaum rerum potiti sunt Lescus II. & III. principes frugales & magnanimi. Lescum II dicunt, cursu eqvorum à Polonis indicto, ut, qvi primus ad metam perveniret, post Primislaum regno potiretur, stilis ferreis in sabulo defossis eqvos competitorum remoratum, stadium vicisse, & hac techna regnum obtinuisse. Lesco III. fuerunt filii XX. ex qvibus solus POPIELUS legitime dicitur natus fuisse, qvi, patre veneno necato, rex factus, regiam sedem, relicta Cracovia, Gnesnam transtulit. Filius ejus POPIELUS II. crapulæ, luxui & voluptatibus unice deditus, imperium omne uxori commisit, ejusq; suggestionibus XX. patruos, variis provinciis præfectos, ad convivium invitatos, venenato poculo sustulit: ex qvorum deinde cadaveribus enati sunt mures admirandæ magnitudinis, qvi absumtis primum regiis filiis, tandem regem & reginam depasti sunt. Post hunc PIASTO, Cussisconis filius, civi Crusficiensi, à liberalitate & aliis virtutibus admodum commendato, imperium delatum est: cujus posteri usq; ad Ludovicum, Hungariæ regem, Poloniam rexerunt, & ex qvibus adhuc supersunt duces Lignicenses & Brigenses. Nos una serie omnes comprehendemus.

SERIES PRINCIPUM AC REGUM POLONIAE.

An. Chr.		An. Reg.
	I. LECHUS I. conditor Gnesnæ.	
	DUODECIM PALATINI.	
	II. CRACUS, conditor Cracoviæ.	
	III. CRACUS, F. Hunc Cromerus non habet, & Lechum II. ait etiam dictum fuisse Cracum.	
	IV. LECHUS II. F.	
	V. VENDA, soror.	
	DUODECIM PALATINI.	
781.	VI. PRIMISLAUS seu LESCUS I.	23
804.	VII. LESCUS II.	6
810.	VIII. LESCUS III. F.	5
815.	IX. POPIELUS I. F.	15

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

830. X POPIELUS II. F. 12

IV. Familia Piastorum.

842. XI. PIASTUS è media plebe electus, ætatem ad cxx. annum produxit, unde Piastei principes dicuntur hodienum, qvi ex sangvine ejus oriundi fuerunt, vel etiam, qvi non ex peregrinis, sed ex incolis regni in comitiis subinde poscuntur. Sunt, ut Lud. Decius antiqvitatum Polonicarum scriptor, qvi Piasti tempora referunt ad Juliani imperium, aut ad annum CCCLVIII. 19

861. XII. ZIEMOVITUS, F. prudens & fortis, qvæ regno Bohemi, Hungari, Borussi & Pomerani ademerant, recuperavit, &, Suntabojo regis Moravorum filio interemto, regno Moraviæ finem imposuit, qvod deinde à variis populis discerptum est. 31

892. XIII. LESCUS IV. F. virtutum paternarum æmulus, sed pacificus, Heinrico aucupi imperatori omnem regionem Henetorum circa Oderam, bello victus, concessit. 21

913. XIV. ZEMOMISLAUS, F. princeps bonus & beneficus. 51

964. XV. MICISLAUS seu MIESKO, F. tranqvillo gubernavit Polonos, nisi qvod Ruthenicum, & pro pupillo Boleslao, uxoris ex fratre nepote, Bohemicum gessit bellum. Hic primus religionem Christianã confractis idolis anno DCCCCLXVI. professus, X. episcopatus condidit, regiumq; titulum à pontifice petiit, sed non obtinuit. Estq; ille, qvi cœcus natus, præter omnem spem ex miraculo visum recepit. 35

999. XVI. BOLESLAUS I. CHROBIUS seu ACER, F. primus rex, socius & amicus R. imperii ab Ottone III. anno CIↃ. creatus, monarcha potentissimus, omnibus hostibus finitimis in bellis Bohemicis, Russicis, Borussiacis superior. Kioviam Russiæ duci ademit: Poloniæ fines amplissime dilatavit. Sed cum, Ottone III. & Henrico II. imperatoribus defunctis, nollet fidem dare Conrado II. imperatori, & jam expeditio in eum pararetur, morte prævenit imperum. Ejus tempore Borussi S. Adelbertum, Hungarorum apostolum, interfecerunt. 26

1025. XVII. MICISLAUS II. F. ignavus & infelix, à qvo omnes pene populi à patre subacti defecerunt, Ottonem fratrem statim sibi adversum habuit: qvem qvanqvam in Russiam fugaret, ille tamen ad Conradi II. imperatoris opem & gratiam confugiens, dux Poloniæ est renunciatus. Micislaus autem fugit in Bohemiam

ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ad ducem Udalricum. Sed cum Otto ex insidiis interfectus esset à qvodam familiari, bona cum gratia Conradi imp. Micislaus rediit in Poloniam, & Tetrarchæ nomine tertiam ejus partem obtinuit: reliqvæ duæ partes aliis commendatæ, ut hæc omnia leguntur apud Wipponem in libro de vita Conradi. 9

1034. INTERREGNUM septennale post Micislaum viguit, in qvo tamen mentio fit Bretislai, qvi se Henrico opposuit. 7

1041. XVIII. CASIMIRUS I. F. Micislai, è monasterio Cluniacensi, qvo cum matre Rixa, Ehrenfridi Palatini filia, Ottonis III. ex sorore Mathilde nepote, à Polonis expulsus confugerat, hac lege eductus, ut singula capita, exceptis nobilibus, qvotannis nummulum pontifici expenderent, princeps justus & clemens, Masoviam rebellem, cujus dominationem Maslaus Micislai II. pocillator invaserat, & de suo nomine Massoviam vocaverat, compescuit: Silesiam Bohemis ademtam regno adjecit: sedem episcopalem Vratislaviam transtulit. 18

1059. XIX. BOLESLAUS II. audax, bellicosus & fortunatus, tandem in exilio periit, excommunicatus à pontifice ob interfectum ad aram D. Stanislaum, episcopum Cracoviensem, qvi eum à vita dissoluta abducere conatus fuerat. Hoc ipso facinore perdidit Polonia regium nomen, qvanqvam subinde duces regium sibi titulum sumserunt, qvod Schaffnaburgensis dicit etiam anno cIↃ LXXVII. factum. Cæterum plures fuere his temporibus in Polonia duces, sed unus inter eos habitus est superior. 23

1082. XX. ULADISLAUS I. HERMANNUS, Fr. gener Henrici III. imperatoris, prudens miles, diademate cingi non potuit, metuentibus episcopis, ne malam apud pontifices inirent gratiam: qvam ipsam ob causam successores, ut diximus, diu titulo regio dicuntur abstinuisse. 28

1103. XXI. BOLESLAUS III. F. Crivoustus seu distortus ob oris carbunculum dictus, fuit bellicosissimus, & plerumqve victor: cum fratre Spitigneo notho, cui Masovia, Pomerellia & Borussia à patre attributa fuerant, cumqve Bohemis, Pomeranis, Moravis, Roxolanis, Heinrico V. imperatore, qvadragies septies conflixit. Filii ejus qvinqve, Uladislaus, Boleslaus, Miceslaus, Henricus, Casimirus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

mirus, patrio regno in plurimos principatus discerpto, bellis civilibus inter se dimicarunt. 37

1140. XXII. ULADISLAUS II. F. cum fratrum ditionibus inhiaret, pulsus, apud imperatores Germaniæ annos XIII. exulavit, donec fratribus reconciliatus, Silesiam acciperet. Ex hoc principes & duces Silesiæ oriundi sunt. Filii enim ejus, Boleslaus proceres, Mieslaus & Conradus, à Friderico Barbarossa imperatore, cui fideles in bellis operas præstiterant, Silesiæ ducatum in feudum acceptum inter se diviserunt. 6

1146. XXIII. BOLESLAUS IV. CRISPUS, Fr. bella gessit cum Conrado imperatore, Uladislaum reducturo, & cum Prutenis. Illi commeatum interclusit; ab his victus est. Tandem Fridericus Barbarossa anno CIↃCCLVII. cum, ut testatur Radevicus libro I. de ejus gestis, debitum fidelitati sacramentum detrectarent Poloni, & solitum singulis annis tributum qvingentarum marcarum negarent, & manifesto ab imperio desciscere viderentur, magnis copiis Oderam, circa Glogoviam, transgressus, eo adegit Boleslaum, ut Posnaniæ pedibus imperatoris advolutus, fidelitate jurata, in gratiam reciperetur, & duo millia marcarum auri imperatori, CIↃ. principibus, XX. imperatrici, CC. argenti marcas curiæ solveret, expeditionem Italicam juraret, & Magdeburgi in comitiis, in causa fratris expulsi, sententiam audiret. Statim tamen post discessum imperatoris à pactis Boleslaus recessit. 28

1174. XXIV. XXV XXVI. XXVII. MICISLAUS III senex cognominatus, Boleslai III filius, Uladislai II. & IV. frater, post qvadriennium ob varias exactiones principatu motus, fratrem CASIMIRUM II. successorem accepit, qvi statu reip. Polonicæ emendato, novisq; legibus confirmato, barbaricos nobilium mores castigavit, & expeditione in Russiam & Prussiam facta, victorias ab omnibus hostibus amplissimas reportavit, tandemq; inter pocula non sine veneni suspicione subito, XVII imperii anno, extinctus est. Lectus in ejus locum filius LESCUS ALBUS. Sed patruus illius Micislaus antea pulsus, occupata sede regia Cracovia, dignitatem amissam recuperavit, variaq; eam belli & fortunæ vicissitudine sibi asseruit, qvater ejectus, toties receptus. Obiit tandem anno CIↃCCII. filiusq; ejus ULADISLAUS III. LASCONOGUS, à gracilitate

crurum

ærum ſic nuncupatus, patrium qvidem principatum adiit, ſed à Leſco albo poſt triennalem regni uſurpationem fugatus, in Siciliam conceſſit, ubi mœrore animi occubuit. Ideoq; Leſcus albus, ſuprema in Polonia poteſtate recepta, non ſine laude imperio præfuit, tandemq; à Svantipolco, Pomeraniæ ulterioris principe, in balneo obtruncatus eſt. 55

1227. XXVIII. BOLESLAUS V. Leſci Albi F. PUDICUS dictus ob perpetuam, qvam vovit cum uxore continentiam, patre à Svantipolco Pomeraniæ principe interfecto, ſeptennis fuit ſub tutoribus. Patruus Conradus, dux Maſoviæ, alter Caſimiri II. filius, qvi ad tuendos fines contra Boruſſos evocavit Teutonicos milites, eum cum matre captum poteſtate exuere conabatur. Sed fuga elapſus, auxilio Henrici barbati, Sileſiæ ducis, principatum recepit. Nec tamen ſic infelicitatem effugit. Tartari enim, Poloniam armis & igne ingreſſi, in Hungariam usq; eum fugaverunt. Interea corripiunt clavum reipublicæ Polonicæ Boleslaus calvus, dux Sileſiæ, qvi mox à Tartaris cæſus eſt, & Conradus, dux Maſoviæ inqvietus, qvi, ut diximus, ordinem Teutonicum adverſus furorem Boruſſorum nondum ad fidem converſorum accivit. Sed tandem Boleslaus revocatus adhuc annos xxxvi. illud adminiſtravit. 52

1279. XXIX. LESCUS NIGER, filius Caſimiri ducis Cujaviæ, nepos Conradi ducis Maſoviæ, pronepos Caſimiri II. adoptatus à Boleslao, felicior initio principatus, qvam exitu vitæ. 10

1289. I. Hinc varii principes de Cracovienſi principatu & Poloniæ dominatu inter ſe contenderunt: Boleslaus Maſoviæ dux: Henricus probus, dux Uratislaviæ: Wenceslaus Bohemus: Primislaus poſthumus, majoris Poloniæ dux, Micislai III. abnepos, & Uladislaus Locticus, dux Siradienſis. Inter qvos cum Polonia varie divideretur, tandem PRIMISLAUS II. POSTHUMUS, anno cIↃ CCXCII. cum ei ulterior Pomerania ſeu Pomerellia acceſſiſſet, iterum uſurpavit regium nomen diu intermiſſum: ita tamen, ut, qvamvis ſuprema ei concederetur poteſtas, maxima autoritas remaneret penes regni ſenatum ex nobilitate conſtantem: egregio ſane temperamento, ut regius qvidem fulgor in ampliſſimo regno refulgeat, ſapientiſſimis tamen ſenatorum & nobilitatis

animad-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

animadverſionibus intra æqvitatis terminos contineatur, ut ſeqvitur Thuanus libro LVI. Primislao à marchionibus Brandenburgenſibus, qvibuscum inimicitias de finibus alebat, ex inſidiis poſt ſeptimum regni menſem obtruncato, ULADISLAUS rex ejus nominis I. LOCTICUS, i. e. cubitalis, ob brevem naturam ita dictus, Leſci nigri frater, regnum obtinuit: ſed qvod parum idoneus habebatur, poſt triennium ejectus, omnibusq; ſpoliatus fortunis, locum dedit anno CIↃCCC. Wenceslao Bohemiæ regi, Primislai II. genero, qvi & ipſe regium in Polonia titulum uſurpavit. Romam nihilominus, & deinde Hungariam petens, milite conſcripto, Wenceslao defuncto, & ejus filio Wenceslao à nobili eqvite aurato interfecto, regnum denuo recepit. Polonorum interim nonnulli regem ſalutavere Henricum Glogovienſem Sileſium. Cujus tamen copias cum aliqvoties profligaſſet Uladislaus, ab univerſis tandem receptus eſt Ordinibus, fortunam ſecutis, & anno CIↃCCCXX diademate regio præcinctus. Hac de cauſa in ſerie regum Poloniæ ſolet hic Uladislaus Locticus primus poni. Sileſiis tamen principibus nova gubernationis forma non placebat. Lithuani interim atq; Cruciferi infeſtis armis ſæpe fecerunt excurſiones. 44

1333. II. CASIMIRUS III. magnus, Uladislai Loctici filius, ultimus ex ſtirpe Piaſti maſculina, princeps pace belloq; inclitus, leges ſanxit: ſcholam Cracovienſem aperuit: Ruſſos fatigavit: bella cum Valachis & Lithuanis geſſit: eqvo tandem, dum cervum inſeqvebatur, lapſus deceſſit. Ab hoc tempore Sileſii ſe in libertatem vindicarunt, qvia regi ex ſangvine Piaſteo non oriundo parere nolebant, cum ipſi à Piaſto ducerent originem. Sed cum variis inter ſe diſſenſionibus agitarentur, Carolus IV. tandem, rex Bohemiæ & imperator, cum ſucceſſoribus regno Bohemiæ illos obſtrinxit. 37

1370. III. LUDOVICUS, rex Hungariæ, Caſimiri ex ſorore Eliſabeta nepos, adoptatus ab avunculo Caſimiro, matri adminiſtratione regni permiſſa, in Hungaria plerumq; vixit, rerum Polonicarum negligentior. 12

V. Familia Hungar.

1382. IV. HEDVIGIS, filia Ludovici, natu minor, ſpreto à Polonis Sigismundo, poſtea imperatore, Mariæ primogenitæ marito, qvem Ludo-

Ludovicus socer successorem declaraverat, regina est salutata: quam cum duceret JAGELLO, Odgerdi filius, nepos Gedimini, dux Lithuaniæ, post Christiana sacra suscepta, ULADISLAUS II. dictus, omnes suas provincias, inter qvas Samogitia & pars Russiæ, præter Lithuaniam, Poloniæ regno jure sempiterno adjunxit, & xi. millia cruciferorum in insigni prælio Grunwaldico seu Dannebergico prope Mariaburgum, & nondum elapso semestri, qvod tamen Chronica in dubium vocant, iterum x. millia peremit, & victis fractisque pacem concessit. 42

1434. V. ULADISLAUS III. F. evocatus ad regnum Hungariæ, ad Varnam à Turcis cæsus, hoc epitaphium meruit:

Romulidæ Cannas; ego Varnam clade notavi.
Discite mortales non temerare fidem!
Me nisi pontifices jussissent rumpere fœdus,
Non ferret Scythicum Pannonis ora jugum. 10

1444 INTERREGNUM, in qvo ad Boleslaum Masoviæ ducem rerum summa spectavit. 3

1447. VI CASIMIRUS IV. Uladislai III. frater, incredibili virtute Poloniam ab hostibus defendit: cum Matthia rege Hungariæ atrox in Silesia bellum gessit: Stephanum Walachiæ palatinum regno Poloniæ subjecit: Borussiam, magna felicitate domitam, à militibus Teutonicis liberavit, à qvibus tamen insignem cladem ad Conitium anno CIↃCCCCLIV. accepit, qva xxx. suorum millia, ducibus rem imprudenter gerentibus, amisisse dicitur. Sed ipsum tandem ordinis magistrum, multorum annorum bello fatigatum, Poloniæ subjecit, cumque tandem bellum adversus Hungaros, qvorum & Bohemorum regnum, se invito, Uladislaus filius natu major adierat, moveret, lenta febri consumtus expiravit. 45

1492. VII JOHANNES ALBERTUS, F. infelix, non solum ex Hungaria, qvam contra fratrem Uladislaum sibi asseruit, turpiter & cum damno recessit, sed & infeliciter Walachiæ palatino Stephano bella movit, Moldavicamque cladem passus, Tartaris in Podolliam & Russiam effusis, & centena amplius millia hominum ex Poloniæ regno abducentibus, suasque incursiones vel tertia vice magno cum regni detrimento repetentibus, haud resistere potuit. 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

1501. VIII. ALEXANDER, Fr. adverſus Ruſſos & Tartaros paulo fortunatior fratre. 6

1507. IX. SIGISMUNDUS I. Fr. felix regni pacator, contra Walachos, Tartaros, Turcos proſpere pugnavit, & ad pacem pacis ſtudioſiſſimus eos compoſuit. Cruciferos regno penitus ſubjecit. Adverſus ſolos Moſcovitas, qvorum rex Baſilius ei Smolenskium cum tota provincia & aliis compluribus arcibus eripuerat, infelicius bella geſſit, niſi qvod dux ejus Conſtantinus tandem egregia victoria ad Boryſthenem Baſilium profligavit, qvam deſcribit Jovius libro XIII. Regnum Daniæ, ejecto Chriſtierno, ſibi oblatum recuſavit, & Ludovico fratris F. mortuo, vota Hungarorum modeſta fruſtratus eſt excuſatione. 41

VI. Familia Lithuanica.

1548. X. SIGISMUNDUS AUGUSTUS F. vivo patre Lithuaniam ſusceperat gubernandam: filiam Ferdinandi imperatoris Eliſabetam duxerat, eaq; defuncta, clam patre, ſenatu etiā regni inconſulto, in torum ſuſceperat Barbaram Radziviliam, Gregorii Caſtellani Vilnenſis filiam, Stanislai Gaſtoldi Trocenſis viduā, qvam ob pulcritudinem perdite amabat. Illam, cum poſt patrem eſſet electus, in comitiis dimitti volebant proceres, indignam judicatam, qvæ regina appellaretur. Sed qvam fidem eidem ſemel dederat, maluit ſervare, qvam rex eſſe: eaq; amoris conſtantia impetravit tandem uxori regiam coronam. Illa tamen paulo poſt gangræna obiit: & ſic in torum regis per diſpenſationem pontificis venit primæ uxoris ſoror Catharina. Hic rex, cujus vitam deſcripſit Stanislaus Orichovius, jura Polonica in unum corpus redegit: cumq; paſſim reciperentur, qvi purioris religionis rationes monſtrabant, & multi ex eqvitibus pontificias ſuperſtitiones abominari cœpiſſent, variis turbis in cauſa religionis eſt implicatus: tandem tamen omnis decretorum judicii eccleſiaſtici executio contra eqveſtres ſuſpenſa eſt. Cæterum Moſcovitam à Livonia, cujus patrocinium ſuſceperat, in ſe avertit & profligavit: Albertum, primum Boruſſiæ ducem ex ordinis Teutonici magiſtro factum, adverſus imperatorem, qvi eum proſcripſerat, protexit: ultimū militiæ Livonicæ magiſtrum, Curlandiæ ducem creatum, in ſocietatem regni Poloniæ, fidelitatis juramento recepto, admiſit. Et qvia rex in Polonia tenetur illa bella propriis impenſis

gere-

gerere, qvæ fortuito in confiniis regni eveniunt, qvartam censuum fisci regii partem ſtipendiis militum, qvi ſint in perpetuis limitum præſidiis, aſſignavit. 25

1571. INTERREGNUM duorum amplius annorum, petentibus regnum, Erneſto filio Maximiliani imperatoris, Sigismundo regis Sveciæ Johannis filio, & Johanne Baſilii filio, Ruſſorum duce; nonnullis ex Polonis Piaſtum, i. e. regem è Polonis eſſe eligendum clamantibus. 3

1574. XI. HENRICUS VALESIUS, dux Andegavenſium, Henrici II. regis Galliarum filius, ad Galliam poſt fratris Caroli IX. obitum regendam ex Polonia, in qva ſex menſes fuerat, per Viennam & Venetias, indeqꝫ per Sabaudiam in Gallias clam diſceſſit. ½ Gallus unus

1574. INTERREGNUM, in qvo aliqvi ordines elegerunt Maximilianum II. imperatorem. Ab aliis Stephanus Bathoræus electus eſt. Et hi, dum Maximilianus diutius ſuper conditionibus regni ſuſcipiendi deliberat, & de Anna Polonia filio ſuo archiduci Erneſto elocanda remoratur, prævaluere. 2

1576. XII. STEPHANUS BATHORÆUS, palatinus Tranſilvanus, gente Hungarus, Stephani Bathori filius, ex illa familia qvæ dicitur de Somlio, & alia eſt ab ea, qvæ eſt Bathoræorum de Bathor. Hic, regis Sigismundi ex Anna filia gener, adverſus Maximilianum imperatorem regnum obtinuit, & ob negatum ſuffragiū & fidelitatis juramentum Dantiſcanos, Maximiliano faventes, qvanqvam irrito conatu, gravi obſidione preſſit. Seqventi tamen anno mortuus Maximilianus finem bello Dantiſcano maturavit, & urbs recepta eſt in gratiam. Hic rex judicium tribunalis regni generale inſtituit, in qvo Petricoviæ uno ſemeſtri, & altero Lublini per judices annuos, ſpeciatim nominatos, cauſis & litibus eqveſtris ordinis vice regis ſuprema manus apponitur. Præſidia etiam militaria contra Tartarorum incurſiones per Coſacos melius diſpoſuit. Hi non ſunt gens peculiaris, ſed eqvites levis armaturæ, ex provinciis Poloniæ oriundi, qvi, relictis domi primo vere familiis & uxoribus, conſveverunt olim ad inſulas Boryſthenis Zaporovianas, ubi Niſovii antiqvitus habitarunt, ſic dicti, qvaſi inſulani, qvarum qvidem LXX. numerantur, convenire, & omnes Tauricanorum Tartarorum tranſitus obſidere, continuisqꝫ excurſionibus VII. Familia Bathoræa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

onibus eos divexare, in pontum etiam Euxinum ſubinde naviga-re & à Turcis prædas agere. Stephanus illis caſtrum Techtimi-row ad ripas Boryſthenis attribuit, ut ibi, tanqvam in conſiliorum & magiſtratus militaris ſede, dux Coſacorum Zaporovianorum, qvem ipſis rex præfecit, reſideret. Tractu temporis, cum irru-ptionibus in Tauricam & terras alias Turcis ſubjectas, poſt pacem inter Polonos & Ottomannicam domum firmatam, etiam moniti non ceſſarent, Koniecpolſius anno noſtri ſeculi xxv. exercitu edu-cto ad obſeqvium eos reduxit, ut ſolis ſtipendiis contenti abſtine-rent ab excurſionibus in ditiones Turcicas. Anno xxxi. cœpe-runt tumultuari, cum aliqvæ cohortes poſt pacem in Boruſſia cum Sveco factam apud eos in ſtativa & hoſpitia eſſent diſpoſitæ. Hoc ad ſe extirpando eſſe factum veriti, arma ſumſerunt, & tandem poſt multos ſangvinolentos cum Koniecpolſio conflictus ad offi-cium redierunt. Hinc cum vicini proceres, qvibus Coſaci obſta-re videbantur, qvo minus poſſeſſiones & cenſus ad Boryſthenem augerent; ipſiq; Tartari & Turci iterum iterumq́; Coſacos incu-ſarent turbatæ pacis, refrenare voluere Poloni eorum licentiam, & anno xxxvii. ex decreto regis arcem Hudacum ad eos compri-mendos conſtruxere. Illi vero præſidium Hudaci, ſuumq́ ducem, ſibi ſuſpectum, Konowizum trucidarunt, & ejus loco Paulucum ſibi præfecerunt. Hic tamen, artis militaris minus expertus, mox profligatus, captus & capite plexus eſt. Sed Coſaci, alio ſibi du-ce Demetrio Timiſſewico præfecto, damnum illud ſtatim compen-ſarunt, nec prius, qvam ſecuritate ſibi data, ad obſeqvium rediere, ex arbitrario numero in ſex millia contracti, ſub militia Polonæ ducis regimine. Qvamprimum autem Uladislai mortem intelle-xerunt, graviores tumultus concitarunt, ut poſtea conſtabit. Cæ-terum Stephanus rex Ruſſo Polociam & alias civitates atq; arces eripuit, totaq; Lituania & Livonia expulſus eſt dirus hoſtis, Sveco ex alia parte illi etiam, Eſtonia & Revalia occupata, incum-bente. Riga Livoniæ metropolis anno ſeculi lxxxi. ſe ſubmiſit re-gi. Totum hoc bellum complexus eſt ſex libris Reinh Heiden-ſteinius. Egregium monumentum, ipſi à Joanne Zamoſcio can-cellario poſitum, cui ſumma rerum ab eo geſtarum inſcripta eſt, legatur in parte v. Chronici Sax. Chytræi.

1587. XIII. SIGISMUNDUS III. Sigismundi regis ex Johanne Sveciæ rege & Catharina filia nepos, cum Maximilianus, Matthiæ imperatoris frater, ab alia factione electus, Cracoviam ad regnum sibi firmandum obsideret per Zamoscium regni archicancellarium, in Silesiam cum fugavit, cepit, cumque titulo regis Poloniæ renunciaret, dimisit, &, invitis Polonis ducta Anna Austriaca, cum, in comitiis inquisitionis armatis, suspicionem collusionis cum Austriaca domo de se removisset, & securitati reip. cavisset, feliciter initio per eundem Zamoscium bella in Moldavia & Walachia gessit, & Michaele Palatino Walachiæ profligato, Hieremiam Mohilam Moldaviæ ducem, sibi socium & fidelem, utut Turcis tributarium, isti dynastiæ præfecit. Paulo tamen post Tartari, profligatis subsidiis Polonicis sub Stephano Potocio adductis, Moldaviam Turcis submiserunt, & in Podoliam usque excurrerunt: & ab hoc tempore Turci cœperunt Palatinum imponere Moldaviæ, quæ hactenus duces suos proprios habuerat. Sigismundus autem, pace cum Turcis constituta, & patre Johanne defuncto, classe Dantisco solvens, cum pervenisset in Sveciam rex, atque prius, se solam Augustanæ confessionis religionem in regno Svecico admissurum, jurato promisisset, per Lutheranum episcopum inauguratus est. Post triennium autem Carolus dux Sudermanniæ, regis patruus, Sveciæ gubernator, ad libertatis & religionis securitatem, comitia regni in Svecia indixit, Svecique Sigismundum, qui anno seculi XVII. cum milite navibus impositis advenerat, & Stockholmia cum arce in potestatem recepta, infelici cum eo acie ad Lincopiam congressus fuerat, &, quia in Svecia sperata subsidia non invenerat, jam inde discesserat, regno abdicarunt: quia peregrinos præsidiarios milites in arcibus Svecici regni disposuisset, & per Jesuitas religioni vim intentasset. Hinc diuturnum illud & variæ fortunæ bellum inter Polonum & Svecum exarsit, quorum hic libertatem & religionem; ille avitum regnum asseruit. Interea turbæ Jesuiticæ regnum Polonicum vehementer concusserunt: cum Moscovitis etiam tamdiu pugnatum est, donec arx Smolenciensis sibi anno hujus seculi XI. redderetur. Hinc gravis tumultus in ipsa Polonia excitabatur à Rokosianis seu proceribus nonnullis confœderatis, quorum antesignani fuere palatinus Craco-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Cracovienfis & Johannes Radzivilius: qvi in Rocos, id eſt, conventu campeſtri, congreſſi arma corripuerant, incuſato rege, qvaſi aliqva in perniciem reipub. & derogationem libertatis illius moliretur. Rex, cum ſatis caviſſet regno, nec tamen illi acqviefcerent, turbatoribus illis prælio anno feculi VII. profligatis, pacem reſtituit: qvam tamen paulo poſt turbavit bellum Moſcoviticum, qvod varia fortuna geſtum eſt, jam milite ob non ſoluta ſtipendia tumultuante, jam turbatis in Ruſſia per PſeudoDemetrios rebus omnibus, filio regis Uladislao à Ruſſis principe electo; jam iterũ rejecto. Deinde cum in bello Hungarico rex imperatori contra hoſtes auxilia Coſacorum ſubmiſiſſet, eo ipſo Turcorum imperator concitatus eſt ad pacem, qvæ hactenus illi cum Polonis fuerat, diſſolvendam. Irrupit enim, dimiſſa Perſis Babylone, primum in Moldaviam, & illic profligato & peremto Zolkievio, qvem rex in ſubſidium Moldaviæ miſerat, bellum Polonis anno XX. denunciavit. Oppoſuit ei Vladislaum filium & Carolum Chodekievicium, ſupremum belli ducem, qvi, occupata Tyræ fluvii ripa in Moldavia, caſtrisq; ibi ſub Chozimum poſitis, intra vallum & foſſam ſubſiſtebant. Aderat ipſe Oſman Turcorum imperator cum CCC. armatorum millibus & auxiliariis Tartarorum copiis & caſtra ſibi oppoſita fruſtra oppugnabat. Præliis aliqvot levioribus commiſſis, cum tandem ipſe rex expeditionem ſuſciperet, & in defuncti Chodekievizii locum ſurrogatus eſſet Stanislaus Lubomiercius, ad exercitum à diuturna obſidione in caſtris liberandum, anteqvam ille adeſſet, pax coiit cum Turca conditionibus antiqvorum pactorum, poſtqvam LX. millia Turcorum circa caſtra & multo plures in reditu periiſſent. Vix bello hoc Turcico, qvod vocant Chotimenſe, Sigismundus erat defunctus, cum Guſtavus Adolphus, rex Sveciæ, in Livoniam irrupit, & Rigam, Dunamundam, aliaq; oppida vi occupavit, eaq; patravit, qvæ jam ſupra ſunt enarrata. Dum ita in Boruſſia bellum ardebat, Stephanus Chmielecius, à Coniecpolſio adverſus Svecum properante in Ruſſia relictus, longe minori Coſacorum manu XXX. Tartarorum millia ad flumen Reſiam profligavit, tanta felicitate, ut vix novem ex ſuis deſideraret. Eadem felicitate Chmielecius anno ſeculi XXX. ſexaginta Tartarorum millia Ruſſiam ingreſſa ita fregit, ut, præda omni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

omni dimiſſa, pauci ad ſuos reverterentur. Regi defuncto Vla-
dislaus Sigismundus ſtatuam ex ære poſuit, ſuperpoſitam colu-
mnæ marmoreæ, ea altitudine, ut tota mole, a baſi ima ad ſummi-
tatem pedes LXXX. æqvet. Poſtqvam pax illi cum Turcis coaluit,
vix ingens periculum domi evaſit, cum Piccarſius, nobilis Polonus,
neſcio qva cauſa, qvibusq; conſciis, in limine templi bis illi acina-
cem impegit, & vulnus, nec tamen lethale, inflixit. Cum illius
prima uxor, Anna Auſtriaca, Caroli archiducis filia, eſſet defun-
cta, ſororem ejus Conſtantiam ſecundis nuptiis duxit. 45

1632. XIV VLADISLAUS SIGISMUNDUS F. ſub primis regni auſpi-
ciis à Ruſſis, qvi illi poſt Baſilium Zuski imperium detulerant,
bello petitus, fortiter defendit Smolenskium, hoſtesq; ingen-
ti virtute ad eas, qvas voluit, pacis conditiones adegit, &
Severiam cc jam annis à Lithuania divulſam recepit. Paulu-
cium Coſacorum ducem ob rebellionem capitis ſupplicio affecit.
Turcos etiam & Tartaros, qvi Ruſſis ſubſidio venerant, per Co-
niecpolſium multis cladibus attrivit: cumq; damnum hoc Tur-
corum imperator Abazio Baſſæ imputaret, ſtrangulato illo,
pacem cum Polonis renovavit. Rex interim, cum eodem pe-
ne tempore duos fratres, Johannem Albertum Cardinalem, & Ca-
rolum Ferdinandum, egregiæ indolis amiſiſſet, anno ſeculi XXXV.
cum Svecis pacem hactenus ſexennem ad XXVI. annos firmavit
his conditionibus, ut Sveci omnia in Boruſſia reſtituerent; in Li-
vonia autem, qvicqvid utraq; pars hactenus poſſedit, porro poſſi-
deret. Uxor ejus prima fuit Cæcilia Renata, filia Ferdinandi II.
imp. unde natus eſt Sigismundus Vladislaus, in infantia defunctus:
altera Ludovica Maria Gonzaga, Nivernenſis ducatus in Gallia
heres, ex qva anno ſeculi XLV. ducta nullos genuit liberos. To-
runii in Boruſſia conventum religionis cauſa indixit: ſed qvi
majoribus odiis occaſionem præbuit. 15

1647. XV. JOHANNES CASIMIRUS, Fr. Cardinalis, habitu depoſi-
to, fratri ſucceſſit, ejusq; relictam duxit viduam. Vivo adhuc
fratre Bogdanus Chmielnicius, ex gregario Coſacorum milite cen-
turio & ad comitia regni internuncius, tandem Coſacorum præ-
fectus, ſuper agri ſui finibus in litem cum Czaplinſcio ſubpræfecto
Conjecpolſciano incidens, injuria ab illo & aliis proceribus, ut
cauſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

cauſabatur, affectus, cum manu Coſacorum ad inſulas Boryſthenis Zaporovianas ſe receperat: cumq; illi opponeretur regni exercitus, ad Tartaros Budziacenſes confugiens, qvos ducebat Tahaibegus præfectus Præcopienſis, ſub Tauricæ ſeu Crimenſis Tartariæ principe ſeu Chano, Islano Giereio, exercitum Polonicum, qvem ducebat Potocius Coniecpolſcii ſucceſſor, oppoſitum duplici victoria delevit, manumq; ſtipendiariorum Coſacorum IV. millium, qvam ſecum duxerat, ad ſe tranſeuntes, ut & agreſtes ex Ruſſia qvaqva collectos, ſub ſpe libertatis illis procurandæ, recepit, ducibus aut cæſis aut captis. Cumq; interea Uladislaus rex in Lithuania diem extremum obiiſſet, durante interregno, alio loco alius Coſacorum dux Crzivonochius, Ruſſia & Podolia crudeliter devaſtata, non prius ceſſavit, qvam a Viſniovecio duce impetus ejus ſiſteretur. In his turbis hoſtis Leopolin occupavit; Zamoſcium etiam oppugnavit, ſed fruſtra. Hinc cum regnum adiiſſet Joh. Caſimirus, paucorum menſium induciæ: qvibus durantibus, fruſtra de conditionibus pacis agebatur. Iis exeuntibus, duces qvidem Poloni, Firlejus & Lanckoronius, rebelles aliqva clade affecere. Sed illi denuo, Tartarorum copiis numero [illegible]. millibus, interq; eos ipſo Chano Tartarorum evocatis, caſtra regia ad Sparaſium obſederunt, oppugnarunt, & ad extremam famem redegerunt. Cum rex ipſe ad liberandos ſuos militem adduceret & ad Sborovium hæreret, anteqvam tota nobilitas evocata adeſſet, Chanus & Chmelnicius cum CXI. millibus (relictis CC. prope millibus Coſacorum & Ruſſicæ plebis; Tartarorum vero XL. millibus in caſtris) ipſi obviam progreſſi, non tantum gravem illi cladem ad Sborovium intulere, ſed & ipſum in caſtris per biduum oppugnavere. Tandem Chanus, amicitiæ cum Poloniæ regibus hactenus cultæ à rege commonefactus, cum ſtipendium militare antiqvitus à regibus Poloniæ Chanis militibusq; Crimenſibus dari ſolitum, & præterea gratia Coſacis promitteretur, in pacem conſenſit. Sic Coſaci veniam rebellionis impetrarunt, totiusq; exercitus nomine Chmelnicius fidem & obſeqvium regi juravit: & Lithuania, cui alia parte Coſaci & agreſtium rebellium ſævitia incumbebat, dum à Radzevilio fortiter defendebatur, periculo per amicam compoſitionem ſubtracta eſt.

Hinc

Hinc in comitiis constitutum, ut Kioviæ respublica senatorem habeat, Kiscelus palatinus res actionesq; Cosacorum è propinqvo arbitretur, ejusdem autoritate exercitus Cosacorum per Ukraynam in XL. millium numerum certasq; leges componatur. Interim Chmelnicius sibi in aula Ottomannica qvæsivit patrocinium & obtinuit: spemq; concepit de Russia in feudum seu beneficium à Turcis accipienda, cumq; Tartarorum Chano denuo sociatus, in Walachiam irruptione facta, palatinus Basilius, Polonorum amicus, non prius discrimine se expediit, qvam pecunia oblata, & filia Timotheo Chmelnicii filio in uxorem promissa. Sed & Chmelnicius non cessavit, dum pax constitit, variis seditiosorum rusticorum injuriis nobilitatem in Polonia Rathenicam permittere: idq; egit, ne nobilibus intra terminos Cosacorum stativis destinatos agri ulli essent. Poloni, ut sibi consulerent, stipendiarias L. millium copias confecere, consensumq; est in generalem nobilitatis universæ evocationem: cumq; Chmelnicius nihil de ferocia remitteret, recta in eum anno seculi LI. ipse rex copias duxit, exercitu in X. grandes legiones diviso. Ille vero denuo omnia igne & ferro miscere; Tartaricum Chamum cum ingentibus Tartarorum & nonnullorum Turcorum copiis ad se recipere: & jam CCCL. millia Cosacorum, Tartarorum, rebelliumq; agrestium in copiis numerare. Post bidui velitationes tota tandem acie pugnatum est. Victi Tartari, fuga se ad sua recepere, una cum ipsis fugiente Chmelnicio. Cosaci & agrestes, numerum pene CC. millium æqvantes, inclusere se castris. Hi cum ad extrema tandem essent adacti, pacem per nuntios petiere, & cum illa nimis dura promitteretur, taciti diffugere. In fuga tamen multa millia ab inseqventi victore cæsa sunt, & diligenter cautum, ne dispersorum reliqviæ denuo coirent. Edicto tandem rebellibus agrestibus venia commissorum data, dummodo Cosacorum obseqvium respuerent. Similes clades accepit rebellis turba in Lithuania per Janrissium Radzevillium; similes ad montes Carpathi in vicinia Hungariæ, cum se agricolæ voluere in libertatem asserere, oppressa nobilitate. Chmelnicius qvidem, regressus à Chano, dispersas vires cœpit circa Kioviam convocare, & noves exercitus novis Tartarorum auxiliis ostentare: sed Potocius dux Polono-

rum & Radzevillius in illis profligandis ita strenue fuere, ut tandem has pacis conditiones acciperet, qvibus exercitus Cosacorum Zaporovianus in posterum jubebatur esse xx. millium, regiq; sub suo duce & reip. mereri, & in solo Palatinatu Kioviensi stationes habere, liberoq; religionis Græcæ exercitio frui, & Tartaros à se dimittere. Ad rectius intelligendas Polonorum, adde Hungarorum, Bohemorum & Silesiorum historias, posteriorum regum Poloniæ genealogiam subjiciemus.

GENEALOGIA POSTERIORUM REGUM POLONIAE.

Boleslaus III. Crivoustus, Vladislai I. filius, ob. an 1139

Vladislaus II. Boleslaus IV crispus. Casimirus II. dux Cracov. Micislaus senex.

Boleslaus procerus, dux Vratisl. Micislaus, dux Oppol. & Tesch.
Henricus barbat9.
Henricus pius occisus à Tartaris.
Casimirus.
Vladislaus.
Boleslaus calvus. Conrado
Boleslaus, stirps ducum Svidn. Jauriensi & Munsterberg.
Henricus obses, stirps ducum Lignic. & Brigensi.
Henricus III. stirps ducum Glogov.
Conradus, dux Steinav.
Primislaus, dux Sprott. & Sagan.
Oppol.
Vladislaus, stirps ducum Hung.
Casimirus, stirps ducum Teschin.

Conradus Lasconogus seu loripes, dux Oppol.

Conradus, dux Masoviæ
Casimir9, dux Cujav. Zimovitus, dux Masoviæ.
Vladislaus, rex I.
Casimirus M. rex II.
Elisabeth, ux. Caroli Ruberti, reg. Hung. Ludovicus, rex Polon. III. & Hung.
Hedvigis, uxor Vladislai II. Jagellonis regis IV.
Lescus niger, dux Cracov.
Boleslaus. Zimovitus. Zimovitus. Janussius, dux VVarsoviæ. Boleslaus. Conradus ob 1503.

Lescus Albus, Boleslaus pudicus, duces Cracov.
Vladislaus III. Lasconogus seu Loripes.
Otto. Vladislaus sputator. Primislaus, dux Posnaniensis. Primislaus posthumus, qvi regium nomẽ usurpavit.

Casimirus IV. rex VI. gener Alb. imp.

Vladislaus III. rex Polon. V. & Hung.
Joh. Albertus, rex VII.
Alexander, rex VIII.
Sigismundus rex IX.
Sigism. Aug. rex X. post quẽ Henr. Vales. rex XI.
Anna, ux. Steph. Batorei, regis XII.
Catharina ux. Joh. reg. Svec.
Sigismundus III rex XIII.
Vlad. IV. rex XIV.
Joh. Casimirus, rex XV.
Carol Ferdinand episc. Neuf.
Joh. Albertus.
Ph. VVilh. Neuf.
Anna Cath. Constantia, nupta
Vladislaus rex Hung. & Boh.
Ludovicus, rex Hung. & Boh. gener Ferdin. I. imp.
Anna, uxor Ferdinandi I. imp.

V. *Cum in hiſtoria Polonorum ſæpius Cruciferorum mentionem fecerit, qui quæſo illi ſunt?*

In expeditione ſacra, cum jam Hieroſolyma eſſet à Saracenis recepta, & Friderico Barbaroſſa in fluvio merſo, filius ejus Fridericus anno cIↄcxc. in obſidione Aconæ ſeu Ptolemaidis per biennium protracta milites variis morbis affligi, nec tam à ducibus ſuis, qvam à mercatoribus Lubecenſibus & Bremenſibus curari videret, pietatem iſtam imitaturus, nobilem Germanorum ordinem fundavit, qvi & ægrotis conſuleret, & hoſtibus Chriſtiani nominis reſiſteret. Hic ordo Aconæ prius ſub magiſtro in xenodochio coaluit, conſtitutis xxxi fratribus religioſis. Deinde, cum reditibus annuis fundisq; amplis donatus, brevi vires & incrementa ſumſiſſe videretur, tandem à Conrado duce Maſoviæ, qvem Boruſſi, fidei noſtræ tunc temporis hoſtes, nimium affligebant, in auxilium hac ſpe evocatus eſt, ut non ſaltem terram Culmenſem tanqvam ſuam haberet, ſed & omnium provinciarum in Boruſſia, olim Prydzia dicta, è qvibus barbaros ejecturus eſſet, dominium obtineret. Omnis hæc Boruſſia juxta numerum filiorum, qvos VEDEMUTUS, princeps Boruſſiæ, circa annum CCCLXXIII aut, ut alii ſcribunt, LXXXVI. diviſa fuit in XII. provincias. Frater Vedemuti natu major, PRUTENUS vel PRUSSUS, nomen creditur Prutenis vel Boruſſis dediſſe, & ſenio jam confectum deorum cultui ſe addixiſſe, ſupremumq; in illorum templis pontificatum in ſe devolviſſe. Ipſe autem Vedemutus, procreatis prius XII. filiis, cum jam annum ætatis CXX. attigiſſet, creditur ſe vivum in flammas dejeciſſe, ut pro ſalute ſuorũ ſe diis manibus devoveret. Duodecim autẽ illæ in Boruſſia provinciæ his veniunt nominibus. Sudavia ſine oppidis: Sambia, in qva Regiomontũ: Natangia, in qva Velavia & Heiligbeil: Nadrovia ſine oppidis: Schlamonia, in qva Tilſiũ & Tapiaw: Bartonia, in qva Bartenſteinium: Galindia, in qva Raſtenburgũ: Varmia ſeu Ermlandia, in qva Allenſteniũ: Hogkarlandia ſeu Pogeſania, in qva Braunsbergum & Elbinga: Pomeſania, in qva Marienburgum: Culmia, in qva Thorunium: Michelavia, in qva Straſburgũ. Qvibus acceſſit poſtea pars Pomerelliæ, in qva Dantiſcũ. Ad tam opulentas provincias occupandas invitati eqvites Teutonici ſeu Cruciferi (ſic enim vocabantur, qvia crucem nigram in pallio & clypeo albo gerere conſveverunt) ſubito advolarunt, ordinisq; magiſter, qvi primum in Palæſtina; deinde Venetiis ſedem fixit, magiſtros provinciales cum militibus in Boruſſiam anno cIↄCCXXVI. ablegavit. Hi intra L. annos totam fere provinciam ſibi ſubjecerunt. Tandem, cum

provincialium illorum magistrorum XVII. jam per LXXX. annos Borussiam tenuissent, ex Italia ipse supremus ordinis magister numero XI. GOTHOFREDUS, comes Hohenloensis, emigrans, sedem fixit Mariæburgi, & loco provincialium magistrorum magnum Commendatorem & Marescallum constituit, ipsumque Dantiscum anno clɔcccxi. cum tota Pomerellia occupavit, Samogitiam etiam pactione accepit, ea felicitate usus, ut tandem sacer hic ordo qvatuor episcopatibus, Culmensi, Ermlandensi, Samlandensi & Pomesano; LV. civitatibus, XLVIII. arcibus, & decies novies millibus pagorum definiretur, annuosque ordinarios reditus centies octies millibus Rhenanorum æstimaret. Tam opulenti monachi cum tandem ad ipsam Lithuaniam occupandam animum adjicerent, & subinde Jagelloni seu Uladislao IV. regi Poloniæ nova bella moverent, ab eo anno clɔccccx. prope Mariæburgum binis prœliis ad Grünewaldum seu Danneburgũ superati & cæsi, ut XL. millia suorum cum ipso supremo magistro, Commendatore & Marescallo; & denuo, semestri vix elapso, X. millia desiderarent, nec exigua Borussiæ parte exciderent. Chronica tamen Borussorum, à Schuzio edita, postremam cladem in dubium vocant. Sed major adhuc eos postea excepit calamitas. Qvod enim omnia ad arbitrium suum vocabant, & discordes secum agebant, nobiles & civitates Borussiæ adversus eos fœdus inierunt, & sententia à Cæsare, ad qvem lis delata fuerat, nimis rigide lata, juramento fidelitatis magistro ordinis renunciato, sese & universam Borussiam in Casimiri regis Poloniæ clientelam & defensionem contulerunt. Tandem, cum Casimirus cladem Conizianam, qva XXX. millia suorum desideravit, accepisset, hæc transactio anno clɔcccclxvi. facta est, ut Cruciferi totam Borussiam superiorem, qvæ continet Elbingam, Pomerelliam, Culmensem ditionem, Neringam, & nunc regia Borussia dicitur, regi cederent; inferiorem cum metropoli Regiomonto sibi beneficio regis Poloniæ retinerent. Viguit hæc transactio, donec FRIDERICUS, Saxoniæ dux, magister ordinis constitueretur. Ille enim auxiliis & consiliis Maximiliani imperatoris confisus, juramentum fidelitatis regi detrectavit. Sed parum proficiens, ad fratrem Georgium in Misniam se recepit. Post qvem ultimus & qvidem XXXIV. ordinis magister ALBERTUS, marchio Brandenburgensis, cum aliqvot annos militiæ Teutonicæ præfuisset, & plurima bella cum Polonis gessisset, habitu Cruciferorum anno clɔlɔxxv. deposito, creatus Borussiæ dux, se regno Poloniæ submisit. Proscripsit eum eqvidem imperator, sed rege Poloniæ causam ejus agente, omnia frustra fuere. Hic Albertus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Academiæ Regiomontanæ fundator, successorem habuit filium ALBERTUM FRIDERICUM, cui ob ægritudinem mentis diuturnam curator GEORGIUS FRIDERICUS patruus, marchio, à Stephano rege Poloniæ datus est. Successit illi marchio & elector JOHANNES SIGISMUNDUS, Alberti Friderici gener: post qvem filius GEORGIUS WILHELMUS elector, & post eum illius filius FRIDERICUS WILHELMUS ducatum Borussiæ adierunt. Hic operæ pretium me puto facturum, si series magistrorum ordinis Teutonici adjiciatur, cum inde non exigua lux historiæ affulsura videatur. Si cui placet, seriem qvoque Magnorum magistrorum eqvitum Melitensium nosse, illam in Archontologia Cosmica Gothofredi parte tertia inveniet.

SUPREMI MAGISTRI ORDINIS TEUTONICI.

An. Chr. *An. Reg.*

1191. I. HENRICUS WALPOT, Germanus, octuagenarius, primus est ordinis, hoc tempore XL. eqvitibus constantis, magister electus, tempore Henrici VI eo ipso anno, qvo Christiani Ptolemaida seu Aconam Saladino extorserunt. 9

1200. II. OTTO CARPENIUS, Germanus, cujus tempore in Livonia ensiferorum ordo est fundatus ab Alberto episcopo Rigensi, cujus antecessorem cum multis Christianis barbari obtruncaverant. 6

1206. III. HERMANNUS BARTH, alias BRAND, Olsacensis, una cum prioribus duobus Anconæ sepultus. 13

1211. IV. HERMANNUS à SALZA, Misnicus aut Thuringus, primus supremi magistri ordinis nomen assumsit: & jam multi magistri provinciales ab ejus pendebant nutu, eqvitumque jam numerabantur agmina. Hoc tempore barbari Borussi facta irruptione, CCL. amplius templis, innumerisque pagis & oppidis eversis, multos è Christianis vinctis in servitutem abduxerant. Conradus dux Masoviæ & dominus Culmiæ in subsidium eqvites Livonos ensiferos evocarat. Sed ad Dobrinum victi & cæsi recesserant. Eqvites igitur ordinis Teutonici, qvorum jam bis mille censebantur, promissa illis Culmia & Dobrinia, omnibusque illis terris, qvas essent barbaris erepturi, invitavit ad expeditionem Borussicam. Magister igitur ordinis, qvi in Italiam egressus fuerat ad pontificem, contractis qvantiscunque copiis, duxit aliqvos suorum & alia Germanorum auxilia in Borussiam, & illis præfecit magistrum provin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

cialem Hermannum Balckium, qvi Viſtula trajecta Popinum Boruſſorum in Pomeſania ducem proſtravit, & occupatis plurimis locis, interq; ea Thorunio & Culmio, cæſis etiam auxilio Svantepolci ducis Pomeraniæ orientalis Boruſſis ad arcem Slemmo, victricia omnibus Boruſſiæ provinciis intulit arma, & qvi fidei Chriſtianæ ſe patiebantur initiari, in obſeqvium eos ſervavit, reliqvis omnibus interfectis. His ſucceſſibus motus enſiferorum in Livonia magiſter Volqvinius ſe conjunxit anno cIↄccxxxvii. Teutonico ordini: & ab hoc tempore à magiſtro ſupremo, qvi xx. millia ſuorum in Boruſſiam duxerat, magiſtri provinciales Livoniæ dari cœperunt. Hoc tempore anno cIↄccxxiii. à Waldemaro rege Daniæ Narva; poſt ſeptennium Revalia eſt condita. 29

1240. V. CONRADUS, LANDGRAVIUS THURINGIÆ & Haſſiæ: cujus tempore Svantepolcus dux Pomeraniæ, ſuſpectam ducens potentiam ordinis ſuccreſcentem, ſe Boruſſis ducem præſtitit, & varia fortuna rem egit: Mariæburgi ſepultus. 13

1253. VI. POPPO AB OSTENAU, qvi hactenus fuerat magiſter provincialis, cujus tempore Samlandenſes auxilio Primislai Ottocari regis Bohemiæ & aliorum Germaniæ principum exercitu LX. millium ſubjecti & ad fidem protracti ſunt. Et ab hoc Bohemorum rege Regiomontum nomen accepit. Poppo autem ſenex reſignavit gubernationem. Aliqvi dicunt, ad Ligniciam in Sileſia à Tartaris omnia tunc vaſtantibus interemtum eſſe. 11

1264. VII. HANNO SANGERHUSENSIS, qvi, cum Dietericus Miſniæ marchio novas copias ordini adduxiſſet, ter tribus præliis cum barbaris feliciter conflixit. Treveris ſepultus. 11

1275. VIII. HARTMANNUS, COMES AB HELDRUNGEN: cujus tempore cum jam intra LIV. annos tota Boruſſia in poteſtatem ordinis redacta eſſet, arma Lithuanis inferri cœperunt. Venetiis eſt ſepultus. 8

1283. IX. BURCHARDUS à SCHWENDER urget bellum Lithmanicum. Mortuus eſt in Rhodo. 7

1290. X. CONRADUS à FEUCHTWANG bellum propagavit in Samogitiam. Pragæ expiravit. 7

1297. XI. GOTHOFREDUS, COMES HOHENLOENSIS, novas copias ex Italia in Boruſſiam anno cIↄccxcix. deduxit. Sed eodem anno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

anno resignatam ob senectutem dignitatem cessit successori. Hactenus fuerant magistri in Borussia provinciales; sed ab hoc tempore supremi magistri adjunxere sibi illorum loco magnum commendatorem. 12

1309 XII. SIEGFRIDUS FEUCHTWANG primus bello adortus est Pomeraniam orientalem, qvam vocamus Pomerelliam, in qvam, post mortem ultimi in ea ducis Mestovini, rex Poloniæ, marchiones Brandebargenses, ordo Teutonicus & duces Pomeraniæ occidentalis jus sibi vendicabant. Ordini autem Dantiscum statim cessit proditione. Mariæburgi, ubi sedem fixit, sepultus est. 3

1312. XIII. CAROLUS DESFART TREVIRENSIS gravia gessit bella cum magno duce Lituaniæ. Viennæ sepultus. 13

1325. XIV WERNERUS ab ORSELEN: cui rex Bohemiæ Johannes Lucelbergensis cum aliis principibus magna adduxit contra Lithuanos auxilia. E contra rex Poloniæ Uladislaus impetum fecit in Borussiam, cum qvo tamen brevi pax coaluit. Wernerus autem ab aliqvo fratrum est necatus. 6

1331. XV. LUDERT, DUX BRUNSVICENSIS, cujus tempore bella recrudvere cum Polonis, & duobus prælijs cum illis certatum, nec, qvamdiu vixit Uladislaus, pax resarciri potuit. Sepultus Regiomonti. 4

1335 XVI. DIETERICUS, COMES ALTENBURGENSIS, accepit è Bohemia & vicinis locis auxilia adversus barbaros, & ingentem illis victoriam extorsit. 6

1341. XVII LUDOLPHUS KONIG à WEIZAU, Saxo, muris Dantiscum inclusit, mente tandem motus. 4

1345. XVIII. HEINRICUS DESMER AB ARSBERG, multis contra Lithuanos victoriis insignis. 6

1351. XIX. WEINRICUS à KNIPRODE, à cujus nomine Kneiphovium Regiomonti nunc primo conditum est dictum, qvasi Kneiprodishovium. Constituit consistorium Mariæburgense, magnisq; & continuis bellis adversus magnum Lithuanorum ducem Kinstondi, ejusq; fratres, fuit implicitus. A pontifice ob decimas negatas fulmine excommunicationis est petitus: sed pecunia intervenientem omnia composita sunt. 31

1382. XX. CONRADUS ZOLNER à ROTENSTEIN, cujus tempore Jagel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Jagello magnus dux Lithuaniæ, fide Christi cum universis subditis recepta, rex Poloniæ electus est. 9

1391. XXI. CONRADUS à WALLENRODE, primus usurpavit titulum principis, & male vulgo audit, qvia doctrinam Albingensium fovebat. 4

1395. XXII. CONRADUS à JUNGINGEN: cujus tempore ordo jam totus fastu turgebat. Volebant vocari Creutzherren: sed populus eos vocabat crucifigentes. Neomarchiam titulo emtionis à Sigismundo acqvisivit. 12

1407. XXIII. ULRICUS à JUNGINGEN, Conradi ex fratre nepos, nulla pene causa regem Poloniæ ad bellum provocavit: sed in prælio Dannebergico anno cIↃccccx. cum IↃc. fratribus & multis militum millibus, victus à Jagellone Poloniæ rege, cecidit. Victis pax data est. 3

1410. XXIV. HENRICUS REUSS, COMES à PLAWEN, cum ipsi à fratribus diffidentibus potestas esset data, ut, qvem vellet, eligeret, elegit seipsum. Sed post triennium depositus est ob sævitiam & carceri perpetuo inclusus. 6

1413. XXV. MICHAEL KUCHMEISTER à STERNENBERG, qvi & ipse depositus est, sed cum titulo spontaneæ dimissionis. 9

1422. XXVI. PAULUS RUSDORF, cujus tempore bella cum Polonis recruduere. Rex evocavit adversus Ordinem Hussitas ex Bohemia, qvi per Neomarchiam & Pomerelliam eruperunt in Borussiam anno seculi xxxiii. Brevi post defuncto rege Jagellone, alias Uladislao IV. dicto, perpetua pax inter Uladislaum V. & Ordinem sancita est, invito tamen & contradicente imperatore. Hoc tempore, qvamprimum ab externis bellis qvies data est Ordini, internis dissidiis bipatentes sunt fores apertæ. Oppida enim in Borussia cum nobilitate nimis se opprimi causabantur, & frustra petebant vel xi. gravaminum remedia. Cum non audirentur, fœdere inter se icto decreverunt, injuriis Ordinis, nisi cessaretur ab illis, vi resistere. Qvia etiam magistri provinciales in Livonia, Germania & alibi absq; consensu supremi magistri eligi cœpere, hinc etiam causæ discordiarum in ipso Ordine. Fratres etiam in suis conventibus discordes agebant: ipseq; supremus magister, ut tutum se præstaret, Dantiscum concessit. 19

1441.

1441. XXVII. CONRADUS AB ERLICHSHAUSEN, ultimus per totam Borussiam magister Ordinis. 9

1450. XXVIII. LUDOVICUS AB ERLICHSHAUSEN, intentato Borussis excommunicationis papalis fulmine, conabatur Borussorum fœdus dissolvere: sed frustra. Res agitata est aliqvamdiu coram Cæsare, missis utrinq; oratoribus & nunciis. Ille pro Ordine dixit sententiam, & jussi fœdus dissolvere Borussi, suis privilegiis & libertati fraudem fati fieri, fidem supremo magistro anno ejus seculi LIV. renunciavere, seq; regi Poloniæ Casimiro in clientelam salvis privilegiis commisere: arces Thorunii, Dantisci & aliorum oppidorum vi aut dolo occupatas partim suis præsidiis commisere, partim demoliti sunt. Auxilia econtra undiq; ex Germania Teutonicus Ordo impetravit, & ingens illud prælium ad Cônitium commissum est, in qvo victor ordinis magister, direptis regis castris, multa loca recuperavit. Imperator proscriptione etiam in Borussos detonuit. Tandem post varia prælia, per interpositionem pontificis, anno CIↃCCCCLXVI. transactum, ut magister Ordinis esset inter principes regni Poloniæ in regis obseqvio, & regis posthac esset tota Pomerellia, Culmia, Michlovia: reliqva Borussia Ordinis. 17

1467. XXIX. HENRICUS REUSS, COMES à PLAWEN. 3

1470. XXX. HENRICUS REFTE, comes à RICHTENBERG. 7

1477. XXXI. MARTINUS TRUCHSES à WEZHAUSEN, Francus, pace, qvam antecessores cum rege Poloniæ sancte inierant, rupta, regis Hungariæ Matthiæ patrocinio, multis suorum dissentientibus, se submisit. Sed adversus hostem egressus, desertus à suis, confugit cum paucis ad episcopum Heilebergerum. Casimirus interim rex Poloniæ in potestatem multa redegit loca: & magister Ordinis, cum parum subsidii ex Hungaria submitteretur, novo se juramento denuo regis obseqvio obstrinxit. 12

1489. XXXII. JOHANNES à TIEFFEN, HELVETIUS, in expeditione, qvam Casimirus IV. rex Poloniæ adversus Stephanum Bogdanum Walachiæ despotam suscepit, vitam finiit. 9

1498. XXXIII. FRIDERICUS, DUX SAXONIÆ, detrectavit regi juramentum fidelitatis, coram Cæsare causam egit. 13

1511. XXXIV. ALBERTUS, MARCHIO BRANDEBURGENSIS, ul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

timus ordinis magister supremus, cum regi jam bello rem agenti resistere amplius diffideret, & frustra Dantiscum obsidione tentasset, deposito sacro habitu, post XIII. annum factus est à rege, cujus erat ex sorore Sophia nepos, dux Borussiæ. Fratres, qvi dissentiebant, alium ordinis magistrum elegere WALTHERUM à GROENBERG, inq; jus coram Cæsare Albertum vocavere. Cæsar etiam dictis non parentem proscripsit. Frustra omnia. Obiit tandem Albertus anno seculi LXVIII. Post qvem qvi duces Borussiam rexerint, supra jam enarravimus. Qvæ consilia pravis autoribus, interq; eos Paulo Schalichio & aliis, ultima senectute egerit, & qvæ turbæ inde fuerint enatæ, legatur apud Thuanum libro XXXVIII.

VI. *Dic qvæso, qva occasione Ordo Ensiferorum in Livonia, cujus fecisti mentionem, primitus sit institutus.*

Livonia in partes tres, non loco tantum, sed & lingva distinctas dispescitur, nempe Estiam, cujus metropolis est Revalia, inq; qva est Narva, Dorpatum, Parnovia & insula Osilia; Lettiam, in qva Riga; & Curlandiam, ad qvam pertinet Semgallia & sedes in ea ducum, Mitovia. Has provincias anno CIↃCLVIII. primi detexerunt mercatores Bremenses, tempestate in sinum Livoniæ ad Dunæ ostium delati. Ibi sacello Kircholmio extructo, MENARDUS monachus Segebergensis, qvi plurimos converterat, Livonum ab archiepiscopo Bremensi episcopus est designatus, sede Uxekelæ constituta. Post illum sacris præfuerunt primo BERTHOLDUS; deinde ALBERTUS, qvorum ille tandem à barbaris occisus, Rigam fundavit; hic mœnibus cinxit, & præterea in societatem adscivit eqvites sacros, qvi ad fidei Christianæ amplificationem in septentrionem ablegati fuerant. His Albertus tertiam provinciarum, qvas armis essent capturi, partem addixit. Dicti sunt hi eqvites sacri peculiari nomine ENSIFERI, qvia binos enses sangvineos vesti candidæ intertextos gerebant pro symbolo. Ordo eorum ab Innocentio III. anno CIↃCCIV. est confirmatus. Primus eorum magister VINNO cum alia feliciter egit, tum arcem Torpæ, antea Russis subjectam, & Kokenhusiam occupavit. Ejus successor VOLQVINIUS à principibus Germaniæ adjutus res strenue egit adversus Lithuanos, Samogitas, Semigallos & Russos. Et qvia ordo Teutonicus in Borussia circa hæc ipsa tempora admodum invaluit, placuit Livonibus, ut fratres militiæ Livonicæ in ordinis Teutonici societatem adsumerentur, hac lege, ut à supremis cruci-

fero-

fciorum magiſtris conſtituerentur magiſtri provinciales in Livonia; econtra epiſcopi Boruſſiæ, Varmienſis, Culmenſis, Pomezanenſis & Sambienſis ſe præſuli Rigenſi, tanqvam metropolitano, ſubmitterent. Succeſſu temporis jam foris pacatis rebus, ex æmulatione cœperunt inter ſe archiepiſcopus Rigenſis & magiſter ordinis Livonici cauſas bellorum civilium nectere: nec erat armatis difficile, res ſacerdotum turbare. Cumq; archiepiſcopi, qvibus magiſter ordinis fide & obſeqvio obnoxius erat, de jure ſuo nihil remitterent, & undiqvaq; auxilia conqvirerent, ſæpe ad arma ventum; exactus ſæpe archiepiſcopus: ſeditiones etiam ruſticorum hac occaſione excitatæ, qvibus magna nobilitatis pars cum liberis & conjugibus trucidata eſt. Tandem conventum eſt Dantiſci anno CIƆCCCXLVIII. ut manente penes archiepiſcopum Rigenſis civitatis integra jurisdictione, ordinis magiſter fide & obſeqvio, hactenus archiepiſcopo præſtari ſolitis, ſolveretur impoſterum. Bella tamen recruduerunt. Et res illuc redacta eſt, ut tandem Bonifacii IX. conſenſu JOHANNES à WALLENRODE eqves ordinis in archiepiſcopum conſecraretur. Qvi poſt eum ſacris antiſtites in Livonia præfuere, illis multum de jure erat remittendum. Qvin & tandem dimidia urbis Rigæ jurisdictio magiſtro ordinis conceſſa eſt. Interea omnia in Livonia luxu diffluebant, & multis jam annis nec epiſcopis nec ſacris eqvitibus ulla ſacra curæ erant: nec populus curabat alia, qvam qvæ ad voluptatem. Sed hujus ſuæ impietatis gravem invenerunt correctorem Ruſſum. Diu ab hoc preſſos, & tantum non penitus attritos, WALTHERUS PLETTENBERGIUS, XLI. Livoniæ magiſter, in libertatem aſſeruit: Bis enim cum illis feliciter conflixit, in Livonia primum, deinde ad Pleſcoviam. Dicitur vel nonagies mille hoſtium vix qvatuor ſuorum millibus aggreſſus, egregiam victoriam reportaviſſe. His victoriis hoſtes ad L. annorum inducias protraxit. Hic eſt ille, qvi ordinis Teutonici in Boruſſia fidei, exoluta certa pecuniæ ſumma Alberto, magiſtro ordinis Teutonici, Livonenſes ſubtraxit eqvites, ac princeps imperii eſt ſalutatus. Numerantur poſt illum anno ſeculi XXXV. defunctum ordinis magiſtri HERMANNUS: HASENKAMPIUS: JOHANNES RECKIUS: HENRICUS GALENIUS: WILHELMUS FURSTENBERGIUS. Poſtremi ex his Lutherano dogmati adſtipulati, adverſus Wilhelmum, Alberti novi in Boruſſia ducis fratrem, archiepiſcopum Rigenſem, ſacris pontificiis adhuc deditum, inteſtino bello inſurrexere, eumq; Rigæ obſeſſum & captum detinuere, nec prius ſuo loco reſtituebant, qvam bello à Sigismun-

do Augusto rege ad id adacti. Omnium ultimus ordinis in Livonia magister fuit GOTHARDUS KETLERUS, qvi ad impetum Russorum, à qvibus Wilhelmus Fürstenbergius per proditionem militum suorum captus in vinculis ad mortem usque detinebatur, facilius declinandum se regi Poloniæ anno cIↄIↄLXI. subjiciens, dux Curlandiæ & Semigalliæ declaratus est. Duo huic fuere filii, FRIDERICUS & WILHELMUS. Wilhelmi filius est JACOBUS, qvi jam rebus in Curlandia præest. Livoniæ autem reliqvæ proceres, homagio regi præstito, frui cœperunt libertate nobilitati Poloniæ æqvali: qvam etsi Russi gravi bello diu interturbabant, Stephanus tamen rex tandem, ejectis illis, Livoniam in tres Palatinatus distinxit: Vindensem, Dorpatensem & Parnaviensem.

VII. Dixisti, magnum Lithuaniæ ducem Jagellonem omnes suas provincias regni Poloniæ, cujus administrationem susceperat, addixisse. Unde autem illi Lithuaniæ duces trahunt originem, & qvanam reip. forma hic populus usus est?

Lithuaniam produnt vocari vel qvasi Litaliam, qvia aliqvi Italorum illic locorum consederint, vel qvasi Littalaniam, qvia Alanorum antiqvorum terra est, cui olim princeps LITTALANUS dominatus fuerit. Hunc Littalanum dicunt tempore Valentiniani I. anno Christi CCCLXV. cum Alanis & Gepidis, in Germaniam effusis, ad Rhenum à Sicambris cæsum, se in Prussiam recepisse ad Vistulam, & ibi cum suis consedisse, incolisque se permiscuisse: eo defuncto primum Prussorum atque Alanorum principem esse electum WEIDEWUTUM Alanum, familia copiosum, qvi remp. prudenter ordinaverit, & vagabundos certis legibus constrinxerit. Senex hic se sacrorum regem seu pontificem creavit: interque XII. qvos habuit, filios provincias distribuit. Minor ex illis LITTALANUS JUNIOR seu LITVO, matre Alana natus, cum premeretur à reliqvis fratribus, ex qvibus Samo Samogitiæ seu Sudoviæ atque Sambiæ nomen dedit, Alanos finibus Prussiæ eduxit in terram, qvæ nunc Lithuania vocatur. Post multa abhinc secula ferunt Italos qvosdam Venedico mari in Curonensem sinum, & inde in Samogitiam & Lithuaniam penetrasse, duce PALÆMONE. Et qvanqvam hunc Italorum adventum aliqvi alligant illi tempori, qvo vel Pompejani sub Libone victorem Cæsarem declinabant, vel nobiles aliqvæ familiæ, sive Neronis sive Attilæ crudelitatem vitaturæ, remotas à Romano imperio sedes qværebant, qvia tamen tertius à Palæmone nominatur Zivibundus, qvi circa annum Christi cIↄcc. vixit, necessum est, propinqvioribus seculis, qvibus Italia subinde commota est, hunc Italorum in has Sarmatiæ oras adven-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Adventum contigisse: qvingentorum capita ajunt eqvites Romanos fuisse,
qvi in his terris consederint. Præcipui inter eos Palæmon seu P. LIBO,
URSINUS, HECTOR, CÆSARINUS, COLUMNA & JULIANUS
DORSPRUNGUS, non armis, sed pacis artibus & humanitate incolas sibi
obstrinxere: & Palæmon dux Lithuaniæ atq; Samogitiæ est declaratus.
Mirum interim est, si hæc vera sunt, qvi tot è Christianis oriundi Itali in
superstitionem paganam consenserint, aut cultum Deorum non abrogave-
rint: nisi forte factum, ut pleriq; inter qvingentos illos eqvites ex Italia
qvidem venerint, sed origine Alani vel Sarmatæ, sive Hunnis sive aliis in
Christianorum provinciis aliqvamdiu militaverint, necdum superstiti-
onem ejuraverint, præfectoq; sibi Palæmone, in has oras non tantum ali-
qvid sermonis Italici, sed & rituum Romanorum vestigia intulerint. Pa-
læmone defuncto, tres ejus filii, BORCIUS, SPERA & CUNASSUS,
provincias patris partiti sunt, parte provinciæ Juliano Dorsprungo reli-
cta. Borco tamen suprema potestas tribuebatur. Cui sine liberis defun-
cto successere fratres ordine, primo Spera, dein Cunassus. Huic erant duo
filii, KIERNUS & GIMBUTUS: qvorum illi cessit Lithuania: huic Sa-
mogitia. A Kierno condita est Kiernovia, metropolis olim Lithuaniæ. Duo
illi fratres Russis primum eripuere Braslaviam, & ducatum Polocensem in
prædam habuere, ut & vicinam Lotsviam: deinde à Russis adversus Polo-
nos, à qvorum rege Boleslao II. diu vexati fuerant, in societatem evocati
aderant: sed à rege Polonorum Uladislao Hern anno fusi & fugati sunt.
Moriens post fratrem Kiernus, cum heredem regni non esset relicturus, ZI-
VIBUNDUM è Juliani Dorsprungi posteris adscivit heredem & generum,
elocata illi filia unica Pojata. Samogitia autem cessit MONTWILO, Gim-
buti filio. Ubi notant historici, qvod post Kiernum hiatus sit historiæ
integro amplius seculo: in qvo nihil nisi prædæ actæ. Intervenit illo tem-
pore famigerabilis Tartarorum expeditio, qvi qvaqvaversum sub duce
Changio ejusq; filiis egressi, toti pene orbi graves fuerunt: qva occasi-
one Lithuani usi, fines in Russiam proferebant. Toto hoc tempore ZIVI-
BUNDUS dux nominatur. Potuerunt plures, qvi sibi successerunt, ejus-
dem nominis fuisse. Interim cum Montwilo duo essent filii, ERDIVILUS
& VIKINDUS, Erdivilus collecto ingenti exercitu Russiam jam à Tarta-
ris vacuam ingressus, magnam ejus partem sibi submisit, & novum ibi prin-
cipatum Novogrodensem condidit circa annum [illegible] relicta Zivibundo
Samogitia. Ejus filius MICHAEL seu Mingailo Polociam addidit paterno

 prin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

principatui. Hoc ipſo tempore arma Cruciferorum Livonienſium Lithuaniæ cœperunt incumbere. Sed & hic methodi noſtræ memores, brevitati ſtudebimus, & Tabellæ intricatam alias hiſtoriam includemus.

DUCES LITHUANIÆ.

An.Chr.

Palemo ſeu Libo Italus cum Dorſprungo, Cæſarino Columna & aliis comitibus.

Borcus. — *Sperca.* — *Cunasſus.*

Gimbutus, dux Samogitiæ.
Montvvilus.
Erdivilus, dux Novogradenſis. — *Vitin- dux.*
Michael, dux Novogr. & Poloc.
Skirmundus, dux Novogr. qui Severiam fugatis Tartaris occupavit.
Lubertus. Piſimundus. — *in prælio cum Tartaris cæſi.*
Troynatus, cui varia bella cum Tartaris.
Algimundus.
Ginvilo dux Polocenſis.
Boryſ9. Chriſtianus primus, felix adverſus Ruſſos.
Baſili9. Rechvvold.
Ringoldus, victor Ruſſorum, titulum Magni Ducis Lithuan primus aſſumſit.
Ardvidus. — *Vikundus.* — *Theophilus.*
Mendogus ſeu Troynatus, Mendolfus tyrannus poſt Ringoldum: baptiſat9 anno 1252. & regio honore à pōtifice impercit: poſtea apoſtata: vir bellicoſus adverſus Ruſſos, Polonos & Cruciferos: cæſus tandem à Troynato.
qui obtrūcavit Mēdogum tyrannum, & tyrannus ipſe in balneo obtruncatus.
Volſtinicus, poſt cædem Troynati, è monaſterio magnus dux Lithuaniæ declaratus, à Ruſſis per inſidias necatus.
S Prexedis ſeu Poroſcovia, Hleb9, quo ſine prole defuncto, Ploceſib9 data eſt reſpubl libera 1235.

Kiernus, dux Lithuaniæ.
Pojata: quam duxit ZIVIBUNDUS è ſ ... ilia Dorſprungi.
Kukovoitis, cui & filio varia cum Cruciferis Livonis bella.
Utenes, qui in prædam habuit ſubinde Livoniam eo tempore, quo equites Teutonici in Boruſſiam evocati ſunt.
Svintorogus puer à tutore Ringoldo in privatum pene ſtatum dejectus, & præfectura Samogitiæ usq; ad annum ætatis 96. contentus: tandem poſt cæſum Volſtinicum magnus dux Lithuaniæ electus.
Giermondus, patri Svintorogo ſexagenarius in magno ducatu ſurrogatus, varia fortuna adverſus Ruſſos, Polonos, Cruciferos uſus.
Gilgnius. — *Trabus.*
Romundus. — *Narimundus. Troidenus. Doumandus.*
Giedrus. — *Olſi.* — *Laurus, monach9, qui ceſſit principatum Viteni Samogitæ.*
Ginvilus. — *Algimundus. Minaovus.*

An. Chr. *An. Reg.*

1275. GILIGNIUS, Giermondi F. qvi fratri Trabo conceſſit Samogitiam ea conditione, ut magno Lithuaniæ duci ſubeſſet. 3

1278. ROMUNDUS F. 1

1279. TRABUS, alter Giermondi filius. 1

1280. NARIMUNDUS F. fratribus ad privatum ſtatum redactis, certasq; poſſeſſiones in media Lithuania illis attribuit, ne, ſi provinciæ illis nomine patrimonii diſtribuerentur, potentia ducis exhauriretur. 2

1281. TROIDENUS F. à Leſco Poloniæ rege fuſus; à Doumando fratre tandem cæſus per ſicarios. Reliqvit filium Laurum, qvi degebat inter monachos, & tres nepotes, Ginvilum ex Giedio; Algimundum & Mindovum ex Olſa. Laurus intelligens patris cædem, ex clauſtris monaſterii, cui ſe mancipaverat, egreſſus, patruum Doumandum, qvi imperium cœperat uſurpare, in arce profligavit & peremit, ſeq; viciſſim inter monachos abdidit, & principatum, qvi offerebatur, ceſſit Viteni Samogitæ, qvi à Cæſarino Columna, ſocio qvondam Palæmonis, genus duxit, & in aula Troideni educatus fuerat, tandem magiſter curiæ ſeu mareſcallus, & Lauro autore magnus princeps Lithuaniæ. 3

1283. VITENES Samogita, ex ſtirpe Cæſarini Columnæ, continuis bellis & irruptionibus adverſus Polonos atq; Cruciferos vario eventu implicitus. Hic ſe & Lithuanos tributo perizomatum & ſuberum, qvæ qvotannis principi Kyovienſium tenebantur ſolvere, liberavit. 22

1305 GEDIMINUS F. qvem tamen alii, ſed falſo, faciunt magiſtrum ſtabuli, qvi, obtruncato Vitene, ejus uxorem duxerit & principatum obtinuerit. Continuavit bella cum Cruciferis: tandem inducias biennales cum ipſis pactus, ad domandam Ruſſiam arma convertit: cæſisq; hoſtibus, præter alias provincias ipſam Kyoviam metropolin cepit, ibiq; magnus Ruſſiæ dux à victis Ruſſis ſalutatus eſt. Præfecturam Kyoviæ demandavit Mindopho Hollano, qvi ſacra Chriſtiana ſuſceperat: Vilnam urbem condidit: à pontifice Romano ad fidem Chriſti ſuſcipiendam per legatos fruſtra eſt invitatus: ſocer Wenceslai Maſoviæ ducis & Caſimiri M. regis Poloniæ, qvi ejus filiam Aldonam in connubium

peri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

petierat cum dote xxiv. millium Poloni nominis captivorum. Tandem in oppugnatione arcis in bello renovato adversus Cruciferos telo incerto periit. Septem reliqvit filios, Montividium, Narimundum, Olgerdum, Kieyſtutum, Coryatum, Lubartum, Jawnutum: iisꝗ ſingulis ſingulas provincias teſtamento attribuit, Jawnutum autem, etſi natu non majorem, heredem principatus deſignavit. 24

1329. JAWNUTUS F. ab Olgerdo & Kieyſtuto fratribus ſtatim dejectus: cui tamen Zaslavienſis ducatus eſt attributus.

1329. OLGERDUS, Fr. ſtatim bellum in Pruſſiam convertit & late agros vaſtavit, cædem patris ultus. Inde exercitu verſus Boryſthenem ducto, Tartaros è Ruſſia profligavit & Podolia, novasꝗ regiones nepotibus ex fratre Coryato attribuit. Cumꝗ Demetrius magnus Ruſſorum dux, qvi jugum Tartaricum excuſſerat, ab eo per legatos Severiam, Volyniam, Kyoviam, Polociam, & qvicqvid Ruſſi nominis ſub Lithuano jure erat, repeteret, caſtra adverſus ipſam metropolin Moſcoviam movit, & ad æqvas pacis conditiones eum pertraxit. Theodorum, è fratre Coryato nepotem, ob rebellionem omnibus provinciis exuit. Paulo poſt diverſi principes Chriſtiani, à pontifice Romano Clemente VI excitati ſacro bello contra Lithuanos è paganiſmo extrahendos, prodibant ex Hungaria, Dania, Pruſſia, Livonia. Lithuani imbellem ætatem & ſexum in loca inacceſſa abdidere, cum hoſtis adeſſet, bipartito exercitu Livoniam & Pruſſiam invaſere, & omnia, ipſumꝗ Regiomontum flammis abſumſere. Omnis diverſorum regum & tam robuſti exercitus Lithuaniæ incumbentis conatus fruſtra erat, ut, cum inedia & morbis jam laborarent, fugientibus ſimiles, pedem retrahere cogerentur. Seqventi tamen anno, qvi erat cIↄcccxlvi. reverſi, cum Olgerdo acie congreſſi, eum profligarunt. Et ab hoc tempore mutuis vaſtationibus & direptionibus omnis res acta eſt. Caſimirus tandem rex Poloniæ, cum occupati eſſent Lithuani bello Pruſſico, Volyniam illis & Podoliam in Ruſſia armis extorſit. Recuperarunt tamen ſeqventibus annis Lithuani eas provincias, & ipſam Volodimiriam Polonis eripuerunt, præcipuas partes agente Kieyſtuto & reliqvis Olgerdi fratribus & nepotibus. Sed tandem, cum iterata expeditione

ingens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ingens exercitus ex Germania adversus Lithuanos educeretur, omnis pene Russia à Casimiro Lithuanis erepta est. Non tamen remiserunt animum Lithuani, licet ipsam Vilnam exurerent Prussi. In omnibus hisce bellis præcipua semper virtus enituit Kieystuti, filiorumq; ejus, Vitoldi & Patrici. 52

1381. JAGELLO, F. cui ab ipso patre successori electo Kieystutus cum sex filiis & decem fratres principatum cesserunt, etsi non natu majori: ipsi certis ducatibus & provinciis contenti erant, magno principi obstricti. Sed cum Woidiloni, à pistrino ad summos magistratus evecto, sororē Mariam elocasset, varii hinc per Woidilonis artes motus: quibus ipse Kieystutus, etsi initio Vilna occupata ipsum Jagellonē cepit, & Woidilonē ad pœnas traxit, tandem eversus est, & ad laqveū condemnatus. Filius ejus Vitoldus, cum profugisset ad Prussiæ magistrum, & hostilia omnia meditaretur, tandem in gratiā à patruele Jagellone est receptus. Interea cum defuncto Ludovico, rege Hungariæ & Poloniæ, Ordines in Polonia ejus filiæ Hedwigi regnum detulissent, Jagello, missis illuc legatis, nuptias ejus ambiit, pollicitus, se sacra Christianorum suscepturum, & magnum Lithuaniæ principatum, qvi hoc tempore præter Lithuaniam complectebatur Samogitiam, Severiam, Kyoviam, Volyniam, partem Podoliæ, Polesiam, Podlachiam, Vittepsciam, Polocram, Smolensciam, Mizislaviam, reip Polonæ æterno fœdere juncturum. Et qvanqvam Hedvigis adhuc infans desponsa erat à parente duci Austriæ Gvilhelmo, Vadimonio cc. millium adjecto, ejus tamen pecuniæ annumerandæ debitum in se transcripsit, &, cum dux Austriæ coram nuptias promissas Cracoviæ urgeret, advolans, sacrisq; Christianis cum ducibus initiatus, anno seculi LXXXVI. ab archiepiscopo Gnesnensi baptisatus, nomen Uladislai accepit, & peractis connubialibus sacris, rex Poloniæ inauguratus est. Id ægre tulit frater ejus Andreas Vigundus, & pertracto in societatem belli Lithuaniæ magistro, Lithuaniam sibi armis asserere voluit. Faciletepressus à Vitoldo, regis patruele, regisq; fratre Skirgailo, inq; potestatem redactus, ad carcerem est relegatus. Ab hoc tempore cultus Deorum superstitiosus in Lithuania penitus abrogatus, & episcopatus Vilnensis est conditus. Magnus autem dux Lithuaniæ renunciatus est Skirgailo, Jagellonis frater, in baptismo Casimiri nomen adeptus, ea tamen conditione, ut Jagelloni regi jus supre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

mum in Lithuaniam remaneret. Post Skirgailum præfectus est Lithuaniæ Vitoldus, Kieystuti filius. Qvo defuncto, Swidrigelus, frater Jagellonis, voluit vel invito illo Lithuanis præesse. Sed bello petitus & vi dejectus est, cessitq; administratio principatus Sigismundo alteri Jagellonis fratri, tandemq; ejus filio Casimiro, postea regi. Etsi autem ab hoc tempore à nemine, nisi rege Poloniæ, nomẽ magni Lithuaniæ ducis usurpatum est, in nobilitate tamen Lithuanica præter alios magna inter suos dignitate pollent duces Slucenses, & duces Olicæ Radzevilii, qvi qvoq; inter principes imperii Romani recepti sunt, ut & comites Cholochevicii.

VIII. *Qvantum intelligo, duces Silesiæ aliqvamdiu beneficio regum Poloniæ ditiones suas obtinuerunt, dein de à regno Polonico avulsi, Bohemorum imperia venerari cœperunt. Cum autem variæ illorũ sint familiæ, unde qvæso originem ducunt?*

Silesia qvondam à Qvadis regnabatur, qvos Tacitus numerat inter Germanos. Habuit adhuc reges tempore Constantini, ut est apud Marcellinum. Postea majoris Poloniæ pars habita est, & cum tandem tempore Wenceslai & Johannis Lützelburgensis, regum Bohemiæ, regno Bohemico sociaretur, Slesitæ sunt vocati à serpendo, qvia præter Polonos aliæ turbæ ex vicinis Misnicis, Pomeranis & Marchitis illuc inserpebant, ut testatur Dubravius. Uladislaus II. qvem supra regem, vel si mavis (cum regium nomen illo tempore in Polonia haud usurpatum fuerit) principem Polonorum XXII. fecimus, divisis cum fratribus regni paterni provinciis, præter summam rerum potestatem principatum qvoq; Silesiæ accepit. Sed qvamprimum cum fratribus, Boleslao Crispo, Miceslao sene, Henrico & Casimiro II. diffidere cœpit, cum illos terris suis exuere conaretur, ipse in exilium pulsus, tredecim annos extra patriam consumsit. Conradus III. primum, deinde Fridericus Barbarossa, imperatores Germanorum, suæ illum dignitati reddituri, validis copiis in Polonos impetum fecerunt. Imprimis Barbarossa rem eo perduxit, ut Uladislaus, fratribus reconciliatus, reciperet Silesiam. Reliqvit tres filios, qvorũ Boleslaus procerus facta divisione accepit Vratislaviam: Micislaus in Silesia superiori Opoliensem, Ratiboriensem & Troppaviensem tractum: Conradus loripes in Silesia inferiori Crosnam & Glogoviam occupavit. Conrado sine liberis defuncto, Boleslaus ejus ditionem ad se transtulit. Id ægre Micislaus tulit: & cruento fratres inter se bello condixissent, nisi à patruo Casimiro II. fuissent cohibiti. Ex Boleslao procero originem ducunt Vratislavienses & Lignicenses, ut & Glogovienses, Olsnicenses, Saganenses, Svidnicenses & Monsterbergenses duces: Micislao originem debent Teschinenses, Opolienses & Ratiborii principes. Ex schemate fiet res manifestior.

IX. *Progrediemur jam, si placet, in vicinam Bohemiam, quæ ex Sarmaticis provinciis superest.*

Illam antiqvitus Hermiones, dicti etiam Nemetes, insederunt. Hinc Boji sub Sigovesto ex Gallia Celtica anno mundi IIICIↃCCCLX. irrumpentes, illam sibi vendicarunt, & pars Hermionum, nomine Hermundurorum, ad Albim consedere. Bojos expulere circa nativitatem Christi Marcomanni, gens Svevica. Dux eorum fuit Maraboduus, qvi, victo à Romanis Ariovisto, cui suppetias tulerat, hanc provinciam sibi asseruit. Sed cum absolutum sibi in liberos populos imperium qværere videretur, opposuit se illi Arminius Cheruscus: & Catualda demum omni eum imperio exuit. Catualdam, ut est apud Tacitum, dejecit Jubillius, qvanqvam Hagecius ante Jubillium ponit regem Panilum. Hinc Romanorum potentia invaluit adversus Marcomannos: qvi tamen cum aliis populis non tantum se pedetentim jugo expedierunt, fæderibus aliorum Germanorum innixi, sed etiam illis expeditionibus interfuere, qvibus Romanum imperium tantum non eversum est. Anno CCCCXLIV. Attila, rex Hunnorum, his etiam in locis pedem fixit. Qvo tamen mortuo, libertas reparata est tempore Alarici Gothi. Cum tandem in provincias Romanas Svevica natio magno numero ex patriis sedibus sese exonerarent, Slavi irruperunt duce ZECHO: cujus frater Lechus post aliqvot annos è Bohemia in Poloniam progressus eam occupavit. Utrumqꝫ Croatia egressum memorant. Bohemi, à novo hospite, à qvo vitæ mitioris usum didicerant, se Zechios appellarunt: eoqꝫ vita functo, aliqvamdiu sine certo principe seditionibus variis jactati sunt, donec CROCUS, vir justus & omnium civium pater, rerum summæ præficeretur. Tres huic fuisse filiæ dicuntur: Brela, aliis Kazi dicta; Therka, aliis Lethka; & LYBUSSA. Illas ob veneficia & carmina Medeam dicas & Circem; hanc ob vaticinandi peritiam Sibyllam qvandam: qvæ per sortem regina facta, Bohemis leges dedit: Pragam condidit: omnia ad justitiæ normam administravit. Proceres nihilominus, muliebris gubernationis pertæsi, regem poposcerunt. Lybussa, effreni dimisso eqvo, seqvi illum jubet, si forte subsisteret coram viro mensæ ferreæ accumbenti, huic se nupturam & fasces tradituram. Substitit ille ad conspectum PRIMISLAI ruricolæ, de vomere, mensæ vice fungente, atrum panem & caseolum comedentis. Hic princeps & dux Bohemorum à legatis salutatus, magico aruspicio, cujus non minus ac Lybussa peritus erat, novum imperium firmavit, Lybussa anno IↃCCXXXV. mortua, viragines, more Sarmatico ad arcus

& eqvos magis, qvā ad pensa puellaria, adſvefactæ, auſpiciis VALASCÆ, qvæ puella miniſtra Lybuſſæ fuerat, per ſeptennium Bohemiam miſere afflixerunt, ipſumq; ducem arctiſſima obſidione diu qvaſi captivum tenuerunt. Ægre ſe tandem ex iis difficultatibus expediit. Poſteri ejus longa ſerie principatum tenuere, & qvidem initio in arce Vicegradenſi, qvæ arx ducalis erat, deinde Pragæ, ut ex ſubjecto Catalogo videre eſt: in qvo annos regiminis cujusq; regis mutuabimur ex Hagecio, qvacunq; etiam fide ponantur, cum multi adventum Zechi & Lechi ponant non in annum IↃCXLIV. ſed IↃL.

DUCES ET REGES BOHEMIAE.

An. Ch. *An. Reg.*

644. I. ZECHUS Slavus ſeu Sarmata ex Croatia. 17

661. INTERREGNUM. 9

670. II. CROCUS, Lediovi filius, in cujus nominis memoriam ferunt Cracoviam extructam à Polonis, qvos legibus ornarat. 39

709. III. & IV. LYBUSSA F. cum PRIMISLAO conjuge. 36

745. V. NEZAMISLIUS ſeu NIMISLAUS F. aliis ſtupidus & iners, Hagecio ſolers & probus, qvi Pragam mœnibus cinxit. 38

783. VI. MNATA, F. patri ſimilis. 21

804. VII. VOGENUS ſeu VORICIUS, F. cui ſe, cum à patre moriente æger eſſet relictus, Rohonicus initio oppoſuit, ſed ob duritiem à ſtatibus neglectus, Moravos, Saxones & Miſnicos in Bohemiam hoſtiliter ſæpius excurrentes repreſſit. 18

822. VIII. WENCESLAUS ſeu UNESLAUS F. qvem alii vocant CRZEOMYSLIUM. Sed Dubravius hos cenſet eſſe diſtinctos. Disſidia cum fratre Vratislao, principe Lucenſium ſeu Zatenſium, à qvo condita eſt Vratislavia, ad fratris poſteros tranſmiſit. 10

832. IX. CRZEOMYSLIUS, alias BELA, F. iners, absq; labore victoriarum fructus decerpſit. 20

852. X. NECLAN F. Contra hunc Vlaſtislaus, ejus patruelis, imperium affectat: ſed in prælio obtruncatur: ejusq; filius octennis à præceptore ſcelerate perimitur, jure ob id à Neclan ad ſupplicium condemnatus, à qvo mercedem ſperaverat. Cadit etiam in alio prælio Craſnizius, qvi auxilio Moravorum principatui inhiaverat. 21

873. XI. NOSTRICIUS ſeu HOSTIVITIUS, F. à fratre Miſtibojo, qvi tandem à cacodæmone ſuffocatus eſt, miſere vexatus. 17

890.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

890. XII & XIII. BORIVORIUS F. cum diverteretur ad regem Mo-
raviæ Svatoplucum, à S. Methodio Moravorum episcopo ad fidem
conversus & baptisatus est. Sed in regnum reversus, cœpit suis ob
acceptam fidem Christi esse invisus. C essit furori conjuratorum
& fugit ad Svatoplucum. Bohemi sibi præfecerunt STOYMI-
RUM, seu Stugmirum è Bavaria, Germanis Stilfridum dictum, ex
exilio Bavarico revocatum, in qvod ab Hostivitio conjectus fu-
erat. Sed & ipse brevi cœpit displicere, qvia in Bavaria Bohemice
loqvi dedidicerat. Et revocatus ad regnum Borivorius, secum ad-
duxit S. Methodium: à qvo ab impietate Bohemi avocati & Chri-
sto initiati, hoc impetrarunt, ut non Latino, sed Bohemico idioma-
te sacra & sacramenta peragerentur. Superfuere tamen aliqvi ex
paganis, qvibus hæc religionis mutatio non placebat. Ideoq; spon-
te se abdicavit regno, idq; filio concessit. Tributum promisit im- 5
perio præter Ið. marchas argenti cxx. boves.
905 XIV. SPITIGNEUS, Borivorii filius, minus constans in religione,
cum idololatras non minus, qvam Christianos foveret, brevi moritur. 2
907. XV. VRATISLAUS, Fr. qvo extincto ejus uxor Drahomira,
alias Dabronuscia, idololatriæ amore non saltem socrum, pientissi-
mam Borivorii uxorem, Ludimillam per sicarios, sed & suum ipsius
filium S. Wenceslaum per ejus fratrem Boleslaum interemit, &
gravem Christianorum persecutionem in regno fieri curavit, atq; 9
ob id hiatu terræ absorpta est.
916. XVI. S. WENCESLAUS, F. cælebs, beneficentissimus in paupe-
res, à fratre, svasu matris, in templo interfectus. Dum vixit,
australem Bohemiam, sicuti frater ejus Boleslaus borealem, tenuit. 13
929. XVII. BOLESLAUS I. Fr. sævus, idololatra, ab Ottone I. variis
bellis attritus & eò adductus, ut non saltē exules Christianos resti-
tuerct, sed & in nomen Cæsaris eadem conditione, qva cæteri Ger-
maniæ principes, juraret. Hungaris autem felicius restitit, Mo- 18
raviam depopulantibus.
967. XVIII. BOLESLAUS II pius cognomine, plurima in Bo-
hemia templa extruxit: Micislaum I. Poloniæ ducem, bello felici-
ter superatum, data ei in uxorem sorore Danbrovica, ad fidem
Christi perduxit: episcopatum Pragensem fundavit: Judæi ob

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

egregie navatam in bellis operam synagogam Pragæ eo loco, qvo adhuc conspicitur, concessit.
994. XIX. BOLESLAUS III. Fr. à Polonis victus, Pragæ obsessus, captus, excœcatus. 27
1003. XX. JAROMIRUS, F. tributum Polonis victoribus, à qvibus cum fratre Udalrico captus fuerat, promisit. 9
1008. XXI. UDALRICUS, Fr. vi principatum adeptus, fratri Jaromiro, qvi tributum Polonis promiserat, oculos eruit: sed mox pœnitentia ductus in societatem regni eum suscepit. 5
1035. XXII. BRETISLAUS I. F. Udalrico ex Beatrice rustica conjuge natus: Ottonis III. imp. gener. Res avi à Polonis excœcati interceptas repetens, grave illis intulit bellum, & iis victis, atq; præter alias urbes occupata Cracovia & Gnesna, omnem diripuit Silesiam. Regem Polonorum Casimirum defendendum suscepit Henricus III. imperator, & Bretislaum proscripsit: ille id nihil curans, feliciter copias Cæsaris profligavit: qvi tamen reparato exercitu ipsam Pragam obsedit. Redemta fuit pax cIↃIↃ. argenti libris, & solemni obseqvio, qvod principes cæsari exhibere solent. Hunc Hagecius, cum adhuc juvenis esset, testatur Juditham, filiam Ottonis comitis, ex monasterio Ratisbonensi raptam abduxisse; unde deinde Conradus II. imperator Bohemos bello afflixit, qvod sua prudentia Judith composuit. Moraviam Polonis ademtam conjunxit Bohemiæ. 27
1055. XXIII. SPITIGNEUS II. F. adversus matrem & fratres, qvi ordine ei successerunt, violentius imperium administravit: *μισογέρμανος*, qvia Germanos omnes regno prohibuit. 20
1061. I. VRATISLAUS Fr. egregius adversus Polonos bellator, PRIMUS REX Bohemiæ, ab Henrico IV imperatore anno cIↃLXXXVI. ea dignitate in comitiis Moguntinis ornatus, & præterea provincia Lusatorum donatus, cui contra filium auxilio fuerat. Sed filii titulum non usurparunt. 6
1093. Interregnum multorum annorum, in qvo duo fratres Vratislai, CONRADUS & OTTO, & qvinq; ejus filii BRETISLAUS II. BOLESLAUS, BORIVORIUS II. ULADISLAUS I. & SOBIESLAUS Misenæ conditor, vario eventu ad supremam potestatem adspirarunt: LXV. interim annis regius titulus neglectus est, in qvo inter- 32
regno,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

regno, ut principes Bohemiam administrarunt I. CONRADUS, Vratislai frater, per septem menses. II. BRETISLAUS, Vratislai filius, per septennium. III. BORIVORIUS, Bretislai frater, per aliud septennium, qvem expulit Svatoplucus. IV. SVATOPLUCUS, Vratislai ex fratre Ottone nepos, per biennium. V. ULADISLAUS, qvartus Vratislai filius, per annos XVII. VI. SOBISLAUS, qvintus ejusdem filius, per XV. annos. VII. ULADISLAUS II. Uladislai I. filius, antea dux per sedecim annos, postea
rex I. Bohemiæ à Friderico Barbarossa renunciatus. 65

1158 II. ULADISLAUS II. Uladislai F. Vratislai nepos, à Friderico Barbarossa, cui contra Mediolanenses militaverat, Bohemiæ regni titulo denuo decoratæ, rex nuncupatus, ex leone rubro cum duplicata cauda in insignibus donatus, pontem Pragensem exstruxit. Non autem dignitas ista regia hoc nomine ei concessa fuit, ut ad successorem transiret. Atq; ea causa factum est, ut eo anno CIↃCLXXIII defuncto, denuo aliqvi interreges nomine ducum rempublicam Bohemicam administrarent. 15

1174 Interregnum alterum, in qvo I. FRIDERICUS, Uladislai regis II. filius, qvod invito Cæsare, neglectaq; ejus autoritate, sibi diadema imposuisset, metu ejus solum vertit: II. UDALRICUS, Vratislai regis I. ex filio Sobislao nepos, cæsari in Italia bella gerenti copias auxiliatrices adduxit, & gravem habuit adversarium III. SOBISLAUM, fratrem suum, qvocum gravia bella gessit, qvia ille sibi Bohemiæ administrationem vendicabat. Hinc IV. CONRADUS post fata Friderici, Vratislai regis I. ex fratre Conrado pronepos, sibi principatum asseruit, & Henrico V. imperatori in bellis Siculis militans, Neapoli peste obiit. V. VENCESLAUS deinde, Vratislai regis I. ex altero fratre Ottone pronepos, cum trimestri spacio principatui præfuisset VI. à PRIMISLAO, Uladislai regis II. filio, qvi sibi supremam dignitatem vindicabat, oppressus fugit ad cæsarem: & impetrat, ut, cum Primislaus per qvadrimestre spacium administrasset regnum, in dignitatem reponeretur. Redit igitur, sed à marchione Lusatiæ interceptus, vitam carcere finit. Et qvanqvam VII. HENRICO episcopo Pragensi, Uladislai regis II. filio, à cæsare administratio committeretur, cum tamen, fractis è morbo viribus, moli impar esset, principatum resignavit: de qvo diu VIII. & IX.

&IX. ULADISLAUS III. & PRIMISLAUS fratres, Uladislai II. F. inter se digladiati sunt. Et Primislaus qvidem initio pellitur, sed tandem, fratre ultra cedente & sola Moravia contento, cum Spitigneū, VVenceslai filium, qvi se voluisset in via reducē intercipere, oculis privavit, & tandē à Philippo imperatore, cui adhæsisset contra Ottonem Saxonē, rex Bohemiæ tertius est appellatus. 26

1199. III. PRIMISLAUS seu OTTOCARUS I. Uladislai II. Fr. impetravit ab imperatore Philippo, ut Bohemis posthac potestas esset, proprios reges eligendi. Qvodq; Ottoni IV. imperatori admodum carus esset, à Saxonibus Ottischgar, qvod vulgo Ottocarus pronunciatur, dici meruit. 32

1231. IV. WENCESLAUS I. F. dictus & ipse Ottocarus, cognominatus monoculus, patre adhuc vivo coronatus, cum ob grave æs alienum prodigalitate contractum displicere cœpisset, proceres filium ejus Primislaum Ottocarum, qvi marchionatum Moraviæ à patre acceperat, impulere, ut eo non contentus, ipsum regnum parricidali bello vi rapere sibi conaretur. Sed captus in his conatibus, ægre tandem patri reconciliatus est. Interim Tartari, Russis jam domitis, Poloniam vastabant, unde rex Boleslaus sibi metuens, fugerat in Moraviam. Et alter Tartarorum dux Batto contendit cum parte exercitus in Hungariam, & graviter attrivit regem Belam: alter Peta in Silesia expugnavit Vratislaviam, Henricum ducem Lignicensem prostravit, contendensq; in Moraviam, Olomuzium obsedit. Sed ibi obrutus inopinato à Sternbergio, Moravis à rege submisso, & interfectus est: Tartariq; concessere in Hungariam, illamq; misere diripuere, donec ad suos rediere. 22

1253. V. PRIMISLAUS seu OTTOCARUS II. F. Austriam, Styriam & Tyrolim post fata Friderici, ultimi Austriæ ducis, cujus sororem Margaretam in matrimonio habebat, sibi asseruit. Emtionis titulo ab Ulrico Carinthiorum principe, prole destituto, Carinthiam, Carniolam & marchiam Sclavoniam acqvisivit. Postea Bela Hungariæ rege ingenti prælio fuso, contra Prussenos ad fidem pertrahendos se sociavit Crucigeris, & illis ad religionem protractis, Regiomontum condidit, ut Pruteni in officio facilius retinerentur; sicuti ibidem Brumo episcopus Olomuzensis condidit Brumonis montem, vulgo Braunsbergam. Patronus à multis Italiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Italiæ rebuspublicis electus, eo nomine gloriari solitus est, se terminos regni Bohemici à mari Adriatico ad Germanicum promovisse. Tandem Rudolphus imperator, qvo antea curiæ magistro & duce usus fuerat, imperium, qvod nonnulli obtulerant Primislao, adeptus, ab eo non recte imperii feuda possideri dixit, qvia juramentum fidelitatis non præstitisset. Et propterea feuda illa filio suo in comitiis Noribergensibus in beneficium contulit. Unde gravia bella gesta sunt, in qvibus variis præliis Primislaus attritus, non saltem Austriam, Carinthiam & reliqvas Italiæ provincias, sed & ipsam vitam amisit. 36

1278. VI. WENCESLAUS II. F. initio sub Ottonis marchionis Brandenburgici tutela, gener factus Rudolphi I. imperatoris, ducta in uxorem Juditha, pacem cum eo iniit, & in dignitate electorali tanqvam archipincerna imperii confirmatus. Ad regnum qvoq; Poloniæ, Primislai II. regis Poloniæ filia ducta, adiit, Gnesnæ coronatus, triennio ante obitum. Evocatus etiam est rex ab Hungaris, qvibus concessit filium Wenceslaum: qvo cum duabus filiabus, Anna & Elisabetha, relicto, honorum satur obiit. 27

1305. VII. WENCESLAUS III. F. etsi Hungariæ rex puer erat declaratus, jus tamen & coronam cessit Ottoni, patris voluntate: & illo surrogato in regno Bohemiæ, cum qvoq; Poloniæ regnum adire vellet, exercitu conscripto, nondum XVI. ætatis annum egressus, a sicario Olmuciæ est cæsus: ultimus sangvinis Bohemici. 2

1307. VIII. & IX. HENRICUS CARINTHIUS, agnatus Henrici VII. imperatoris, S. Wenceslai II. ex Anna filia seniore gener, rex electus, cum neglexisset confirmari ab Henrico VII. imperatore, æmulum habuit RUDOLPHUM MITEM, Austriacum, Alberti I. imperatoris filium, qvi uxorem Wenceslai defuncti sibi copulaverat. Mors Rudolphi litem mature diremit. Ideoq; Henricus regnum recuperavit. Sed qvod crudelior esset, affini successori illud cedere coactus est. 4

1311. X. JOHANNES LUZELBURGENSIS, filius Henrici VII. imperatoris, alter Wenceslai II. ex filia Elisabetha gener, Silesiæ principes, à Polonis & inter se feraliter diffidentes, ab Uladislao Loctico Poloniæ rege abstractos, suo adjunxit regno, variisq; laboribus in Polonicis pro Bohemis; Russicis pro Cruciferis; Itali-

cisq; & Gallicis pro imperio Romano & expeditionibus exantlatis, tandem pro Carolo pulcro, rege Galliæ, adversus Edvardum III. regem Angliæ, occubuit: socer Caroli I. regis Hungariæ & Caroli IV. regis Galliarum. 35

1346. XI. CAROLUS IV. F. imperator, de qvo in historia imperatorum. Bohemiam in XII. regiones descripsit; amplissimum templum & palatium Pragæ erexit. 17

1363. XII. WENCESLAUS IV. ignavus, F. imperator, bimulus rex designatus, & tandem dejectus: cujus tempore Hussus est combustus & Hussitica bella cœperunt, qvæ in historia imperatorum sunt delineata. 56

1419. XIII. SIGISMUNDUS, Fr. imperator, Hungariæ & Bohemiæ rex potentissimus, Johannem de Trosenaw, Ziskam dictum, qvasi cœcum, qvia primo fuit monoculus, deinde cœcus, qvi religionem Hussi contra pontificias traditiones feliciter defendit, validissimum habuit adversarium. Qvin & Pragenses Coributum, ducis Lithuanici filium, regem elegerunt: sed qvem tandem, habitu monachorum inverso indutum, regno expulere. 19

1438. XIV. ALBERTUS AUSTRIACUS, Sigismundi ex filia Elisabetha gener, imperator & rex Bohemiæ atq; Hungariæ, brevi diem obiens, præter duas filias, Annam & Elisabetham, qvarum illa postea elocata est Casimiro, regi Poloniæ; hæc Wilhelmo Saxoni, uxorem reliqvit gravidam. Et Bohemi posthumum ejus filium Uladislaum neglecturi, regnum detulerunt Alberto duci Bavariæ. Sed is, major spreto regno, Uladislaum suo jure haud voluit privare: cujus qvidem tutelam tam fideliter in se suscepit Fridericus III. imperator, ut in se nollet regnum Bohemiæ devolvere, qvanqvam oblatum: sed parum regni cura habita. Ideoq; Bohemi, consensu imperatoris, gubernatores regni, Meinhardum pontificium & Prasecium Hussitam, constituerunt, qvi regnum usq; ad adultos Uladislai annos administrarunt. Hoc qvasi interregno durante, libertas religionis est decreta, duæq; confessiones Bohemicæ conscriptæ, una XXII. articulis constans, qvæ dicitur Pragensis & Rokezaniana ab autore Rokezanio, archiepiscopo electo, sed à Papa non confirmato: in qva pleraq; ad normam Romanæ ecclesiæ, si excipias sumtionem cœnæ sub utraq; specie, afferuntur;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

runtur; altera Taboritarum, constans xv. articulis, in qva qvidem idolomaniæ papali contradicitur, sed sacramentis omnis vis adimitur, ipsaq; non nisi pro nudis signis habentur. Utriq; confessioni sese Romanistæ opposuerunt, ut ita tres factiones in regno essent: in qvarum duabus vulgo vocabantur Utraqvistæ; in tertia Unaqvistæ. In hoc interregno etiam est factum, ut septem impostores, alias canitie venerabiles, in silva, illi pago vicina, unde Lybussæ maritus Primislaus qvondam ortus fuerat, consederint, & unus ex iis se nominaret regem Artum, qvi ex transmarinis locis huc à Deo missus esset, ut ea felicitate Bohemiam gubernaret, qva qvondam Primislaus; ex reliqvis, qvatuor se tanqvam ejus amicos gererent; unus esset scriba; septimus minister, qvi in ligneis vasis cibos regi preministraret. Cum pagani cœpissent concurrere, proceres regni jusserunt homines comprehendi. Reliqvos detonsa ignominiose barba cum risu dimiserunt: Pseudo-Artum autem Pragam curarunt vinctum adduci, unde postea clam aufugit. 15

1453. XV. ULADISLAUS POSTHUMUS, Alberti filius, à Friderico III. educatus, tandem in ipso suarum nuptiarum cum Caroli VIII. regis Galliarum filia Magdalena apparatu, morbo repentino, &, ut creditur, peste concidit. 5

1458. XVI. GEORGIUS PODIEBRACIUS, Victorini Constadii in bellis Hussiticis præclari despotæ filius, Hussiticæ religioni addictus, gubernator regni tempore interregni, post obitum Ptaleciianno cIↃCCCCXLIV. contra Meinardum est constitutus. Bohemi eum vocant Girzik. Qvamprimum erat gubernator electus, Praga subito per vim in potestatem redacta, Meinardum captum usq; ad ejus mortem detinuit, occupatisq; oppidis ab adversa parte hactenus sibi objectis, nempe Tabore, Pilseco, Budwisio, tamdiu prudenter res Bohemiæ administravit, donec Uladislaus posthumus regnum adiret. Qvo facto, nihilominus fidei ipsius gubernatio regni à rege permissa est. Cumq; diem obiisset, præ qvinq; aliis regni competitoribus (qvi fuere rex Galliæ Carolus VIII. qvi filiæ, tanqvam sponsæ Uladislai & reginæ declaratæ, rationem haberi atq; filium suum eligi voluit: Fridericus III. imperator: Casimirus Polonus: Wilhelmus Saxo, & Albertus atq; Sigismun-

dus, archiduces Austriæ) Georgius Podiebracius, tanqvam natione Bohemus, consensu communi trium Bohemiæ statuum rex electus est. Qvia autem illius factionis erat, qvæ papam qvidem agnovit, sed cœnam sub utraqꝫ sumsit, ideoqꝫ archiepiscopus coronam illi noluit imponere. Illam igitur accepit è manu episcopi Hungarici Jaurenensis, & investituram ab imperatore obtinuit. Moravi & Silesii se opposuere electioni. Vratislavienses imprimis cum episcopo suo se hostes Podiebracii declaravere. Pontifex etiam indignum eum regno proclamavit, & fulmine execrationis emisso, adversus eum varios hostes excitavit. Dirum inde in Moravia, Silesia, ipsaqꝫ Bohemia bellum, qvod Podiebracius tam feliciter gessit, ut nunciis, ceu vocant, apostolicis captis, omnia ad arbitrum revocaret, filiisqꝫ suis, hactenus comitibus Bernecciis & Niddanis, ducatum Munsterbergensem procuraret, filiasqꝫ potentissimis principibus elocaret, ut patet ex seqventi stemmatis ejus delineatione.

STEMMA PODIEBRACII ET DUCUM Monsterbergensium

Bolko, ex comitibus Niddanis oriundus, primus dominus de Podiebrad.

Victorinus, Dominus Cunstadii & Podiebrad.

Georgius Podiebracius, rex Bohemiæ, ob. ann. 1471.

- *Victorinus, dux Monsterb. gener VVilhelmi duc. Sax. ob. 1500.*
- *Balthasar, alias Bartholomæus, in Danubio anno 1515. submersus.*
- *Henricus I. gener Alberti march. Brandeb. à Friderico III. imp. dux Monsterberg. & Olsnizensis creatus, cum cessisset Hunniadi comitatum Podiebr. ob. 1498.*
  - *Albertus Glazensis ob. 1511.*
  - *Georgius Olsniz. ob. 1502.*
  - *Carolus I. Gubernator Bohem. tempore Ludovici, ob. 1536.*
    - *Johannes Olsniz. recepit Monsterbergam à Ferd. III. imp. ob. 1565.*
    - *Carol. Christophorus, Franckensteinium vendidit Maximiliano I. imp. ob. 1569.*
    - *Joachimus, ep. Brandeb. & Havelberg. ob. 1562.*
    - *Georgius ob. 1553.*
    - *Henricus II. Bernstad. Aug. confess. oppignoravit Monsterbergam Friderico II. Lignic. à cujus filio Frid. III. eam redemit Ferdin. I. imp. ob. 1548.*
      - *Henricus III. ob. 1587.*
      - *Carolus II. decem liberorum pater, ob. 1617.*
        - *Carol. Fridericus.*
        - *Henr. VVenceslaus.*
- *Sidonia, ux. Alberti, ducis Sax.*
- *Catharina, ux. Matthiæ, regis Hung.*
- *Barbara, ux. Henrici de Lippa, Marescalli Boh.*
- *Lidomilla, ux. Friderici I. ducis Lignic.*

Cum

Cum autem tota Bohemia in armis esset, & pars Podiebracio ad-
hæreret; pars, a pontifice excitata, eum oppugnaret, militesq;,
qvi adversus Turcam conscripti erant, in Bohemiam educerentur,
misera ubiq; facies. Procerum nonnulli una cum Moravis & Sile-
siis regnum obtulere Friderico imperatori. Non acceptavit. Pa-
pa ipsum generum Podiebracii Matthiam, regem Hungariæ, in so-
cerum armabat. Sed ille, qva felicitate hactenus adversus Tur-
cos usus fuerat, ea se ab hoc tempore dejectum vidit, nec Bohemiæ
diadema impetrare potuit, qvanqvam jam investituram ab impe-
ratore acceperat. Podiebracius tandem placida morte expiravit,
& regio more elatus est. Pragenses illi, qvia tam laudabiliter re-
gno præfuit, ut nemini videretur postponendus, statuam in ipsa
templi turri cum aurato ense & calice posuerunt. Matthias qvi-
dem Hunniades, rex Hungariæ, filiis ejus Munsterbergam eripuit:
sed illam & præterea ducatum Olsnizensem & Volaviensem, qvæ
post obitum ultimi ducis Conradi vacua erant feuda, illius filio
Henrico concessit, recepto ab illo pro regibus Bohemiæ comitatu 13
hereditario Podiebradio.

1471. XVII. ULADISLAUS, regis Alberti Austriaci ex filia nepos, Ca-
simiri Poloniæ regis & Elisabethæ Uladislai postumi sororis filius,
ducta Matthiæ Hunniadis Corvini, regis Hungariæ, vidua Beatri-
ce, Ferdinandi regis Neapolitani filia, regnum qvoq; Hungari-
cum acqvisivit: rex felix & prudens, atq; ob id laureatus di-
ctus. Matthias ille Hunniades bella Podiebracii continuaverat
cum Bohemis, donec per transactionem reliqva loca hactenus oc-
cupata redderet: qvæ oppida autem in Silesia & Moravia in po-
testatem redegerat, hoc jure retineret, ut ea ad heredes mascu-
los transmitteret, nisi cc. millia aureorum solverentur. Cæte-
rum Uladislaus post tumultus varios Pragensium, Bohemis sub
utraq; specie cœnam sumentibus, à nomine & accusatione hære-
seos liberatis, firmioris pacis fundamenta jecit, & defuncto Mat-
thia, rege Hungariæ, Vratislaviam in Silesia & totam Moraviam
Hungaris ademit. Cæterum repudiata Beatrice ob sterilitatem,
Annam Johannis comitis Foixii & Candellæ filiam duxit, & ex ea
Annam & Ludovicam sustulit. Annam paulo ante mortem Ferdi-
nando, Maximiliani nepoti, hac conditione elocavit, si filius
Ludo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Ludovicus absq; herede decederet, ut in utroq; regno gener succederet.

1516. XVIII. LUDOVICUS F. undecim annos natus regnum Bohemiæ & Hungariæ adiit, & propemodum adolescens Solimanno, qvi Albam Græcam expugnarat in Hungaria, non expectatis Johannis Zepusii auxiliis, ad Mogazium occurrit, victusq; & fugatus in palude misere periit. 11

1527. XIX. FERDINANDUS, imperator & rex Hungariæ successit. Bohemi qvidem statim à morte Ludovici concordibus studiis regnum ad Sigismundum regem Poloniæ, Uladislai patruum, detulerunt: sed dum cunctabatur, Ferdinandus, gener Uladislai, Philippi regis Castellæ filius, Maximiliani I. nepos, celeritate usus, & Caroli V. fratris viribus adjutus, non expectatis Bohemorum suffragiis, regnum armata prece occupavit. 37

1562. XX. MAXIMILIANUS, F. 13

1575. XXI RUDOLPHUS, F anno hujus seculi IX. liberum religionis exercitium literis regiis concessit Bohemis. 36

1611. XXII. MATTHIAS, Fr. post Rudolphum. 6

1617. XXIII. XXIV. FERDINANDUS III. Matthiæ patruelis, Caroli archiducis filius, vivo adhuc Matthia rex Bohemiæ coronatus fuerat. Sed Bohemi, qvem electores ante octiduum imperatorem creaverant, post mortem Matthiæ repudiato eo, FRIDERICUM PALATINUM electorem communibus suffragiis elegere. Noluerunt enim concedere, ut Austriaci regnum Bohemiæ haberent pro hereditario, cui per electionem se hactenus dedisse reges dicebant. Ideoq; cum Ferdinandus iis videretur promissas conditiones & juramentum præstitum negligere, libertatem imminuere, privilegia concessa antiqvare, religionem puriorem exstirpare, hanc sibi sumsere potestatem, ut abrogata Ferdinando potestate, Friderico Palatino Rheni & electori, regis Angliæ genero, diadema imponerent. Hic tamen seqventi anno ejectus, per XII. annos in exilio sese sustinuit, regia simul & electorali dignitate deturbatus. Et qvanqvam rex Sveciæ spem ei de amissis recuperandis certissimam injecit, morte tamen eo ipso anno præreptus, qvo liberator ejus rex Sveciæ occubuit, turbis modernis suos filios superstites post se reliqvit. Interea imperator

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tor Ferdinandus filium primogenitum Ferdinandum III. regnis hereditariis præfecit, copiasq; Saxonicas & Svecicas non semel in ipsa regni Bohemici viscera infusas sustinuit, donec Osnabrugis pax coiret.

1646. XXV. FERDINANDUS IV. FRANCISCUS, vivo adhuc patre rex Bohomiæ, postea etiam Hungariæ & Romanorum coronatus. Cæterum, ut dicta recte intelligantur, seqventem subjungemus genealogiam ducum & regum Bohemiæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

DUCES ET REGES BOHEMIÆ.

Dux 1. Zechus.
2. Crocus.
3. 4. Lybussa & Primislaus.
6. Mnata.
7. Vogenus.
8. VVenceslaus.
9. Crzeomyslius.
10. Neclan.
11. Nostritius.
12. Borivorius, primus Christianus, cui oppositus est 13. Stormirus.

14. Spitigneus. — 15. VVratislaus.

16. S. VVenceslaus. — 17. Boleslaus I. dux primus imperii.

18. Boleslaus II. — 19. Boleslaus III.

20. Jaromirus. — 21. Udalricus. 22. Bretislaus I.

23. Spitigneus. 24. Vratislaus, rex I. — 25. Conradus. Udalricus. — Otto. 28. Svatoplucus.

26. Bretislaus. 27. Borivorius. 29. Vladislaus. — 30. Sobislaus. 35. Conradus. 36. VVenceslaus.

31. Vladislaus II. rex II. 39. Vladislaus III. 40. Primislaus, rex III. — 33. Udalricus. 34. Sobislaus.

32. Fridericus. 37. Primislaus. 38. Henricus. — VVenceslaus seu Ottocarus, rex IV.
Primislaus II. rex VI.

VVenceslaus III. rex VII. cujus vidua nupsit Rudolpho Austr. regi VIII. — Anna, ux. Henrici Carinthii, regis IX. — Elisabetha, ux. Johan. Luzelb. regis X. Carolus IV. imp. rex XI.

VVenceslaus imp. rex XII. — Sigismundus imp. rex XIII. Elisabetha, ux. Alberti imp. Austr. regis XIV.

Georgius Podiebracius, è familia Comitum Bernerciorum & Nidanorum fuit Rex XIV.

Vladislaus postumus, rex XV. post quem G. Podiebracius, rex XVI. — Anna, ux. Casimiri, regis Poloniæ. Vladislaus, rex XVII.

Ludovicus, rex XVIII. — Anna, ux. Ferdin. I. imper. regis XIX. Maximilianus I. rex XX.

Rudolphus imp. rex XXI. Matthias imp. rex XXII. post quem patruelis ejus Ferdin. II. imp. rex XXII.
Ferdin. III. imp. rex XXIII.
Ferdin. IV. rex XXIV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

X. Qua ratione Moravia ad regnum Bohemiæ pervenit?

Constantinus Pagonatus imperator cum circa annum Christi ɔcLXX. à Bulgaris & Slavis admodum in Thracia affligeretur, concessit Bulgaris partem Mœsiæ. Slavis autem persvasit, ut Pannoniam, unde Hunni & Avares nuper in Italiam discesserant, occuparent. Septem in Slavorum exercitu nationes dicuntur fuisse, à qvibus Pannoniæ & Moraviæ provinciæ cœpere incoli. Principem ex se elegere, qvi Moraviæ, olim Marcomanniæ dictæ, præerat. Ex eo erat RASLITIUS, qvem Ludovicus rex Germaniæ, Ludovici I. imperatoris filius, post diuturna cum eo bella captū oculis privavit. Post qvem reges in Moravia fuere HORMIDORUS, SVATOBOGIUS, SVATOPLUCUS. Hujus Svatopluci tempore Hunni repetierunt Pannoniam, eamq; ei extorserunt. Eo tempore, qvo Arnulphus imperio Germanorum præerat, circa annum ɔcccLXXVII. alius SVATOPLUCUS, qvi initio qvidem amicitiam coluit cum Arnulpho, ut, qvi ei, qvod ad religionem Christianam se deduci passus fuerat, tributum attribuit, qvod princeps Bohemiæ hactenus Cæsari pendere consveverat; postea vero, cum magis videretur ad Constantinopolitanum, qvam Germanicum imperatorem inclinare; & filius ejus SVATOPLUCUS, patre defuncto, Arnulpho bellis Normannicis implicato, prædas ex Germania egisset, & episcopum Methodium in sacris obeundis non leviter turbasset, Arnolphus, proscripto Svatopluco, regnum ejus dedit vicinis diripiendum. Sic partem Ungari, Poloni, Austriaci invaserunt. Reliqva Moraviæ pars se fidei Bohemorum permisit. Svatoplucus diu latuit apud eremitas, illisq; ignotus obiit in eremo. Apud ejus posteros diu adhuc Moraviæ principatus fuit. Tandem stirpe eorum extincta à præfectis regis Bohemiæ Moravia est gubernata. BRETISLAUS, Udalrici regis, qvi regnum anno clɔvIII. suscepit, filius, primus Moraviæ dux à genere est noncupatus, & permansit deinde hic titulus in stirpe regia.

LIBRI TERTII
Sectio VII.
de Hungaria.

I. Quare Hungaros non collocas inter populos Sarmaticos, cum moribus & habitu ab illis non multum discrepent?

Id vel ideo facio, qvia Hungaris non est Slavonica lingva, qvam vel Poloni vel Russi intelligere qveant, sed peculiaris qvædam, sive ex Scythica

 origi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

originem derivans, qvod putat Bonfinius, five cum nullis aliis qvicqvam commune habens. Non autem fuere femper Hungariæ iidem fines & termini. Olim vocabatur Pannonia, & dividebatur in fuperiorem & inferiorem. Superior dicebatur etiam prima confularis, qvæ hodie Auftriam fere omnem continet, inq; ea Viennam, Sabariam B. Martini; & Stridonem B Hieronymi patriam. Inferior & altera confularis à meridie pro limite Dravum habuit. Utraq; ab occidente contigit Marcomannos, ubi hodie eft Moravia & Noricum mediterraneum, ubi Carinthia, Styria, Carniola ultra Danubium verfus meridiem erat Valeria, & juxta eam Pannonia interamnis inter Dravum & Savum fita, in qva Sirmium. Infra Savum erant Croatia, Liburnia, Bofnia & Dalmatia, olim Illyrici nomine comprehenfa, qvæ ad mare usq; Hadriaticum excurrunt, & ab ortu clauduntur Bofna fluvio: ultra qvem fuit Mœfia usq; ad Euxinum pontum excurrens, tam fuperior, jam Servia dicta, qvam inferior, hodie Bulgaria. Ex altera parte Danubii verfus feptentrionem dicebatur Pannonia ulterior: ubi Jazyges in mediterraneis locis inter Danubium & Tibifcum: Tranfilvani: & Dacia, Decebali qvondam regnum, hodie Walachia, & fupra eam Moldavia usq; ad pontum Euxinum: Et hodienum Pannoniæ ampliffimi fines funt. Ad meridiem Savum amnem habet, qvo à Croatia & Servia difterminatur. A feptentrione per montem Carpathum à Polonia & Ruffia disjungitur. Ad occidentem Auftria, qvam qvondam fuperiorem Pannoniam vocarunt, cum Moravia & Styria fita eft. Orientalem partem Tibifcus amnis & Myfa, qvam Rhetianam nunc vocant, claudit. Complectitur igitur Hungaria omnem inferiorem Pannoniam, omnemq; Jazygum feu Metanaftarum & Walachorum regionem: veterisq; Daciæ pars, qvam Transfilvaniam vocant, ei accenfetur. Buda, Germanis Ofen/ eft ejus metropolis, jam anno clɔlɔxxvi. Chriftianis à Solymanno erepta. Hanc nobiliffimæ urbes plures, qvarum itidem nonnullæ jamdudum Turcis præda factæ funt, feqvuntur, Pofonium feu Presburg: Belgradum feu Taurinum, qvod Griechifch Weiffenburg & Albam Græcam vocamus: Alba Regalis feu Stuel-Weiffenburg/ regum fepultura infignis, ubi regni corona affervatur: Singedunum: Qvinqvecclefiæ: Caffovia: Strigonium feu Graan/ archiepifcopalis qvondam fedes: Xomara in Danubii infula: Javarinum, qvod Germani Raabum appellant, fitu fere ad Danubium inexpugnabili fitum.

II. Qvinam

II. *Qvinam populi antiqvitus Hungariam incoluerunt?*

Pannoniam qvondam illam fuisse dictam antea diximus. Utrum autem ita vocata sit à Pane, pastorum Deo; an à soli ubertate; an à Pannone qvodam, Anthari filio, Illyrici nepote, Polyphemi & Galateæ nepote; an à pannis in vestes manicatas concisis, de illo prolixius disputant Hungarorum historici. Pannones autem aliqvi Celticam fuisse gentem arbitrantur: & sunt, qvi eorum reges continua, sed suspecta serie à Chamo per Chusum & Nimbrodum deducunt. Pæones illos etiam vocant, qvanqvam illi proprie ultra Aem.ū ad Rhodopen montem & maritimam Macedoniam pertinent, qvorum libertas primū tentata est à Dario Hystaspis; deinde à Philippo & Alexandro M. expugnata. Sed iis defunctis sui juris denuo facti sunt. Augustus Pannonias tandem imperio suo per Vibium & Tiberiū submisit. Vandali inde à Gothis anno CCXXXVI. expulsi sedibus, eas permissu Constantini XL. ferme anno coluere. Postea Gothi, trajecto Danubio, præter Mysiam, Thraciam & magnam Illyrici partem, Pannones qvoq; domuerunt, qvod in historia Gothorum demonstravimus. Gothos Hunni circa annum CCCLXXIII. ejecerunt. Hos Hunnos, ut jam in historia Attilæ diximus, Jordanes ex Gothorū sagis, per cacodæmones compressis, prognatos scribit. Procopius rectius cum Orosio & aliis ex Asia eos deducit, Albanosq; qvondam Persis conterminos fuisse appellatos censet, qvi trajecta Mæotide, procul dubio congelata, ejectisq; Gothis, & universa Europæ Scythia domita, in Pannonia sedem fixerint. Primi Hunnorum duces fuerunt tergemini fratres, interq; eos præcipuus ATTILA, Bendeguzi filius, ut ex ejus historia patet. Defuncto Attila, varii populi in libertatem sese vindicarunt: imprimis Gepidæ totam Daciam sibi asseruerunt. Ipsi etiam Hunni in diversum abiere. CHABAS enim & ALADARIUS, filii Attilæ, sibi qvisq; regnum vendicantes, prælio per XV. dies continuato, sese miserrime attriverunt. Et Chabas qvidem cum LX. fratribus, & bona parte Hunnorum in Græciam ad Honorium imperatorem, avum suum maternum, confugit: inde interiorem Scythiam itinere unius anni repetiit. Aladarius autem in Pannonia remansit. Sed per seditionem mox cæsus est, Germaniq; & Hunni, nunc demum permixti, sub diversis principibus variam experti fortunam, Avares communi nomine dicebantur: nomenq; tandem Hungarorum ex Hunnis & Avaribus coaluit. Et hoc qvidem vulgo de nomine Avarum asseritur. Theophylactus Simocatta autem, qvi scripsit historiam Mauritii imperatoris, cujus temporibus vixit, libro VII. cap. VII. & VIII. testatur, Avares

 fuisse

fuisse gentes orientis, Turcis vicinas, qvas Chaganus, origine Turca, sub potestatem redegit: Agarenorum autem partem, qvos Ogoros vocat, qvorumq; principes antiqvitus fuerant WAR & CHUNNUS, fuga sese in Europam tempore Justiniani recepisse, & consedisse in Pannonia, inq; societatem à cognatis qvondam populis receptos, nomine qvidem Avarum (tanqvam qvi inter Scythicas orientis gentes præstantissimi habebantur) dictos esse, veros tamen Avares non fuisse, sed Pseudavares, eorumq; alios vocatos suo adhuc tempore Waros, alios Chunnos, unde facile postea nomen Hungarorum, ut qvi ex Hunnis & Waris constabant, compositum est. Ostrogothi interim diu ante adventum Avarum dictorum Pannoniarum imperium denuo sibi asseruerunt. Illis in Italiam egressis & in Hispaniam, Gepidæ sub suis regibus Pannonias insederunt: qvorum ultimum regem Cunimundum obtruncavit Alboinus rex Longobardorum, ejusq; filia Rosimunda sibi copulata, regnum, qvod in Pannoniis Gepidæ constituerant, occupavit. Hoc per Narseten adversus GOTHOS in Italiam circa annum IↃLXVII. evocato, relicti Hunni, susceptis, ut diximus, Avaribus, ex oriente arma Chagani fugientibus, Pannonias receperunt, & variis excursionibus finitimis insultarunt. Tandem Chaganus, origine Turca, victis in oriente primum Nephthalitis vicinis, qvos etiam Abdelas vocant, deinde Avaribus ultra Mæotiden paludem subactis, Agarenis porro domitis, & cæsis Colchorum CCC. millibus, Turo etiam agnato, qvi se ei magnis copiis opposuerat, everso, cum jam tantæ esset insolentiæ, ut, qvanqvam imperator Mauritius ab illo pacem centum aureorum millibus mercabatur, nihilo tamen minus paulo post longe lateq; popularetur Romanas provincias, & se omnium gentium dominum, cui nemo sub sole resistere posset, gloriaretur, ut est apud Simocattam, occupato Sirmio in Pannonia, junctisq; sibi Hunnis & Slavis, ut est apud P. Diaconum, ad ipsam Constantinopolin prædas egit, Commentiolum etiam Mauritii ducem ingenti clade affecit: cui tan ê, cum uno die VII. filios peste absumtos vidisset, (causa additur, qvia templa Christianorum diripuerat) XII. captivorum millia se redditurum significabat, si lytron mitteretur: qvod cum, ut ferunt, negaret Mauritius, ipse qvidem à Phoca eversus est, Chaganus autem, per Illyricum Italiam ingressus, Histriam & Forum Julium incursavit, cæsoq; cũ copiis duce Foro Juliensi Gisulpho, uxorem ejus libidinosam & perfidam Romildam, qvæ porta ei sub spe conjugii aperuerat, una qvidem nocte in toro compressit, deinde duodecim robustorum virorũ libidini prostitutã configi jaculis curavit. Filiæ hujus Romildæ carnium suppositarum graveolentia stuprum evaserunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

DUCES SILESIORUNIAE.

Vladislaus II. Bole.

Boleslaus procerus Vratisl. & Lignic. in Silef. superiori ob. 1201.
Henricus I. barbatus, optimus princeps, ob. 1238.
Henricus II. pius, à Tartaris cæsus 1242.

Boleslaus calvus Ligniz. ob. 1278.

Henricus crassus ob. 1296.

Boleslaus Brig. ob. 1342.

Ludovicus Brig. ob. 1396.
Henricus Stigmatias.
Henricus in Lüben.
Ludovicus.
Johannes, ob. 1453.
Fridericus Aug. conf. 1547.

Georg. Brigens.
Joach. Frid.

Joh. Christoph. Brig.
Georgius.
Ludovicus.
Christianus.

Georg. Rud. Lignic.
Christianus.
Rudolphus.

Fridericus Lignic. in custodiam datus à Ferd. I.
Henricus ejectus ab imper. militavit Anglis & Polonis adversus Hispanos & Austriacos.

VVencesl. Lignic.
Rupertus, ob 1390.

Henricus Vratisl. heredem scripsit Johannem, regem Boh. ob. 1335.

Boleslaus Svidn. & ob. 1301.

Bolesl. Munsterbergæ.
Nicolaus parvus.
Boleslaus.
Johannes, ab Hussitis cæsus, post quem Munsterberga cessit G. Podiebracii regis Boh. filiis.

Bernh. Svein.
Henr. [illegible] peperit.
[illegible] ab [illegible]ditionem patriæ tentatam.

Conradus Las-[...] cujus heres

[...]pelu in Silesia inferiori, ob. 1211.

Ladislaus.

[...]aus Oppeliæ.
[...]aus.
[...]aus.
[...]aus, cæ[sus] ab Hussitis 1433.
Johan. Henricus, quo anno 1530. defuncto, Ferdinandus I. imp. Oppeliam sibi vendicavit.

Primislaus Ratibor.
Anna, nupta Nicolao, duci Troppaviensi & Jegerndorf. ex regis Ottocari posteris.

Johannes. Jegernd.
Johannes.
Nicolaus Jegerndorf. cum cujus uxore Georg. Schellendorfius L. B. accepit ducatum Jegerndorficum: cujus familia anno 1500. extincta, Vladislaus rex eum donavit Georgio march. Brandenb.

Primislaus Troppav.
VVencesl.
Johannes, quo sine prole anno 1480. defuncto, Vladislaus, Bohem. rex, Troppaviam donavit fratri Sigismundo, postea regi Polon.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

DUCES SILESIORUM EX SANGVINE REGUM POLONIAE.

Vladislaus II. Bolesl. Crivonsti regis Pol. F. à fratribus pulsus & Silesia contentus.

[illegible] princeps Vratisl. & Lignic.
[illegible] Silesi. superiori ob. 1201.
Henricus I. barbatus, optimus princeps, ob. 1238.
Henricus II. pius, à Tartaris cæsus 1242.

Conradus Laskogonus seu loripes, Glogoviæ & Crosnæ:
cujus heres frater Bolesl. procerus.

Micislaus in Tesch. & Oppeln in Silesia inferiori, ob. 1211.
Casimirus I. ob. 1234.

[illegible] calvus Lignic. ob. 1278.
Henricus crassus ob. 1296.
[illegible] Brig. ob. 1342.
Ludovicus Brig. ob. 1396.
Henricus Stigmatias.
Henricus in Lüben.
Ludovicus.
Johannes, ob. 1453.
Fridericus Aug. conf. 1547.
Georg. Brigens.
Joach. Frid.
Joh. Christoph. Georg. Rud.
Brig. Lignic.
Georgius. Ludovicus. Christianus. Christianus. Rudolphus.

WVencesl. Lignic.
Rupertus, ob 1390.
Fridericus Lignic. in custodiam datus à Ferd. I.
Henricus ejectus ab imper. militabit Angliæ & Poloniæ adversus Hispanos & Austriacos.

Henricus Vratisl. heredem scripsit Johannem, regem Boh. ob. 1335.

Boleslaus Svidn. & Jaur. ob. 1301.
Bolesl. Munsterbergæ.
Nicolaus parvus.
Boleslaus.
Johannes, ab Hussitis cæsus, post quem Munsterberga cessit G. Podiebracii regis Boh. filiis.
Bernhardus Sveidniz.
Henricus.
Anna, uxor Caroli IV. regis Boh. & imp. qui propter hanc uxorem Sveidnizium regibus Bohemiæ peperit.

Henricus, dux Vratislaviæ: cujus filius Henricus probus ad principatum Poloniæ evectus, & anno 1290. defunctus, heredem scripsit patruum Conradum.

Conradus, dux Glogov. Sagan. & Crosn.
Henricus fidelis, ob. 1309.
Henricus, ob. 1333.
Henricus ferreus, ob. 1360.
Henricus passer.
Henricus Crosn.
Henricus anno 1476. uxori Barbaræ è Brandenburgica domo Crosnensem ducatum oppignoravit, quem Joachimus elector tandem anno 1538. hereditario obtinuit.
Johannes. Sagan.
Johannes, homo impius in fratres, ducatum Saganensem marchionibus Brandenb. vendidit, in exilio mortuus anno 1504.
Conradus Olsniz. ob 1360.
Conrad. II.
Conradus albus.
Conradus IV. quo anno 1492. defuncto, Vladislaus rex Bohem. ducatum Olsnensem concessit Henrico Munsterbergensi.


Micislaus II. dux Tropp. post quem defunctum anno 1246. WVencesl. rex Boh. ducatum Tropp. occupabit.

Ladislaus.
Casimirus Teschin. Bohemis accessit, ob. 1289.
Casimirus, ob. 1358.
Primislaus 1407.
Boleslaus ob. 1453.
Boleslaus II.
Casimirus cessit Vladislao regi Bohem. Grosglogaw. ob. 1528.
WVenceslaus 1514.
WVenceslaus Adam. postumus, ob. 1579.
Adam WVencesl. ob. 1617.
Frid. WVilhelmus, qui accessit ad pontificios.


Boleslaus Oppeln.
Boleslaus.
Boleslaus, cæsus ab Hussitis 1433.
Boleslaus mirabilis, ob. 1463.
Nicolaus [illegible] ob proditionem patriæ [illegible].
Johan. Henricus, quo anno 1530. defuncto, Ferdinandus Limp. Oppeliam [illegible].

Primislaus Ratibor.
Anna, nupta Nicolao, duci Troppaviensi & Jegerndorf. ex regis Ottocari posteris.
Johannes. Jegernd.
Johannes.
Nicolaus Jegerndorf. cum cujus uxore Georg. Schellendorfius L. B. accepit ducatum Jegerndorficum: cujus familia anno 1500. extincta, Vladislaus rex cum donavit Georgio march. Brandenb.
Primislaus Tropp.
WVencesl.
Johannes, quo sine prole anno 1480. defuncto, Vladislaus, Bohem. rex, Troppaviam donavit fratri Sigismundo, postea regi Polon.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

III. *Qvid vero Hunni illi, qvi duce Chaba in patrium Scythiæ solum post Attilæ mortem redierunt?*

Postqvam CCCL. anni à morte Attilæ effluxerant, CCXVI. millia Hunnorum anno Christi DCCXLIV. ex reconditis & asperis Scythiæ sedibus denuo emigrarunt, literis Avarum, memoriaq; superiorum victoriarum perciti. Iter autem illud sub ducibus septem in VII. castris susceperunt, inq; Transsilvania, seu extrema Daciæ parte, qvæ hac de causa septem castrorum seu Siebenburgii nomen accepit, primum consedere. Inter illos duces præcipuus ARPAD ex prosapia Chabæ, sextus in progenie ab Attila, si genealogiæ huic credendum est, tandem nomen regium assumsit, & Suatha Sarmatarum rege, qvi in Pannoniis late regnabat, peremto, sese cum Avaribus tanqvam suis consangvineis conjunxit. Sed paulo post Carolus M. omnium Hungarorum potentiam duobus præliis penitus confregit, & expugnata Sicambria, nunc Buda dicta, omnem auri & argenti, Scythicæq; prædæ tot annis undiq; congestæ, vim illis eripuit, atq; ad fidem Christianam pleroq; pertraxit. Cum nihilominus contemta superiore strage deficerent ab imperio, eos per Pipinum filium denuo adortus, variis præliis perdomuit, & Pannonicum bellum vix octo annis confecit, eamq; Pannoniarum partem, qvæ à Bavaria ad ostium Tejæ fluminis in Danubium terminatur, Austriæ vocabulo insignivit, qvia ab oriente contingeret Bavariam. Tumultuantes post Caroli M. obitum Hungaros Ludovicus pius compescuit. Qvieti deinde, sub Carolo balbo tandem rebellare ausi, jugum servitutis excussere, & ab Arnulpho Cæsare prorsus defecere, tanto furore, ut non modo senes, sed & mulieres, in habendo delectu, nomina darent. In Germaniam primo eruperunt: hinc in Gallias penetrantes, omne sævitiæ genus exercuerunt. Diceres Attilæ crudelitatem superatam. Neminem, qvi resisteret, invenere, nisi, cum Arnulphus obiisset, Ludovicum IV. imperatorem: qvem ipsum tamen aliqvoties repulere, Pannoniamq;, tot ante bellis exhaustam, Germanorū & Gallorum auro atq; argento replevere. Rerum successu elati, in orientem qvoq; irrumpentes, imperatorem Byzantinum ad tributa pendenda adegerunt. Præterea Bulgaros victos ad stipendia damnaverunt. Tandem, per ForoJulianum agrum expeditione in Italiam facta, Berengarium, initio jam victum, jam victorem habuere: postea vi penetrante, cuncta longe lateq; vastaverunt, ipsas Venetias sollicitas habuerunt, pacemq; Berengario ægre accepto tributo concesserunt. Deinde qvotannis Italiam in prædam repetierunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Ex altera qvoq; parte ad Germanos se denuo converterunt diripiendos. Sed ad Martisburgum ab Henrico aucupe imperatore cæsi fugatiq; sunt, qvi, teste Aventino, ex iis septem, manibus, naribus & auriculis amputatis, tanqvam nuncios dimisit, ut reliqvos monerent Hunnos, ne ulterius à Germanis tributum postularent. Otto etiam, Henrici filius, imperator ingenti prælio omnes eorum vires ita enervavit, ut multis annis in Pannonia ab omni expeditione se continerent. Sed qvos reges Hunnis præfuisse dicunt, more nostro recensebimus.

REGES HUNGARIÆ.

An. Ch. *An. Reg.*

373. ATTILA, Bendeguzi seu Mundizucci filius, Chemes & Budæ frater, qvem ferunt CXXIV. annos vixisse, qvanqvam Sabellicus ei LVI. saltem tribuit, ex Scythia Pannonias ingreditur, & anno Christi CCCCXLV. in amplexibus sponsæ profluvio sangvinis extingvitur. Hunc titulum usurpavit: Attila, Bendeguzi filius, magni Nemroth nepos, in Engadi nutritus, Dei gratia rex Hunnorum, Medorum, Gothorum, Dacorum, metus orbis, flagellum Dei.

445. CHABAS, F. qvi in Asiam, ex Pannoniis fugatus à fratre, regressus est. Credo, id factum esse, cum Densices, Attilæ filius, ut est in Chronico Marcellini, in prælio anno CCCCLXIX. cæsus, ejusq; caput in conto Constantinopolin delatum est.

ED, F.

VEGEC, F.

ELEND, F.

ALMUS, F. in Transsilvania, ubi cum VII. ducibus in VII. castris consedit, cum Hunni Pannonias repeterent, cæsus.

744. ARPAD, F. Svathe, qvi nomine imperatoris Constantinopolitani in Pannoniis tunc temporis late imperitabat, cæso, regnum recuperavit.

ZULTAN, F.

920. TOXIS seu TOXON, F. cujus tempore Hunni ab Henrico aucupe ingenti clade ad Martisburgum affecti sunt: pater Gaizæ & Michaelis: ex qvo Michaele genitus est Wasul & Ladislaus calvus, pater Andreæ Belæ & Leventæ.

GAIZA I. F. primus Christianam religionem prægustavit, & suis à barbarie avocatis, Austriam occupavit, qva tamen, victus à Leo-

poldo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

poldo, Sveviæ duce, iterum exutus est. Obiit anno Iɔcccccxcvii.
997. I. S. STEPHANUS, F. baptisatus ab Adelberto episcopo Pragensi, omnem fere Hungariam ad Christum perduxit, adversus Bulgarorum & Slavorum ducem Ceanum feliciter bellum gessit. 41
1038. II. III. PETRUS ALEMANNUS, Stephani ex Gisala sorore nepos, filius Guilielmi ducis Burgundiæ, à matre, qvæ curaverat Wasuli, cui Stephanus regnum destinaverat, oculos effodi, ad regnum evectus, fugientibus in Poloniam tribus Michaelis filiis, Andrea, Bela & Levante, non placuit proceribus: & ob id post triennium ob tyrannidem & libidinem, vel potius, qvia Germanus non placebat, regno pulsus est, & ABA seu OVO, Gaizæ ex filia Sarala gener, ejus loco rex factus, ab Henrico III. imperatore, qvi Petrum restituere conabatur, ter victus, captus & supplicio ultimo affectus est. Sic post triennium Petrus ad regnum rediit. Cum tamen ad ingenium rediret, iterum captus & excæcatus est. 9
1047. IV. ANDREAS, Ladislai calvi filius, Michaelis nepos, Toxis pronepos, Hungaris, qvi à Christo defecerant, in viam revocatis, Henrici III. imperatoris vim bis sustinuit, fratrem Belam, qvem regni consortem fecerat, hostem sensit, & à suis tandem in prælio desertus dimicantium pedibus obtritus est. 12
1059. V. BELA, Fr. clementissimus, tertia fidei jecit fundamenta, Hungaris iterum ad paganismum deficientibus: ædiumq; ruina membris confractis obiit. 4
1063. VI. SALOMON, Andreæ F. patre occiso ad Henricum III. imperatorem confugerat: a qvo, Bela mortuo, in regnum reductus est. Sed à patruelibus, Gaiza & Ladislao, armis Bohemorum adjutis, vehementer deinde afflictus, frustra qvæsitis hinc inde auxiliis, in solitudinem monachus sese abdidit. 10
1073. VII. GAIZA MAGNUS, Belæ F. Salomonis patruelis, cujus tempore validissima fames Hungariam afflixit. 3
1076. VIII. S. ULADISLAUS I. Fr. Dalmatiam & Croatiam Hungarico regno ex legato sororis, qvæ nupserat Zolomiro, ultimo Dalmatiæ regi, conjunxit, Bulgarisq; & Tartaris, Polonisq; repressis, expeditioni in Palæstinam sacræ promovendæ incubuit. 19
1095. IX. COLOMANNUS, Gaizæ magni F. exercitibus Christianorum
adi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

adbellum ſacrum eductis, commeatum negavit, crudelis in Almũ fratrem optimum, qvem excœcavit, falſa excœcatus ſuſpicione. 19

1114. X. STEPHANUS II. FULMEN dictus, ferocia patri nihil cedens. 17

1131. XI. BELA II cœcus, ſed ſapiens, Gaizæ magni ex filio Almo nepos, patruelis Stephani, qvem Colomannus excœcaverat, Stephanus ad regnum evexit. 10

1141. XII. GAIZA II. F. juſtus & amabilis, Teutones, Bavaros, Auſtriacosq; fudit, & Hungaria expulit. 20

1161. XIII. STEPHANUS III. F. graviſſima bella geſſit cum Venetis in Dalmatia, & cum impp. Græcis ob Illyricum & Liburniam, ut & adverſus patruos, Uladislaum, qvem aliqvi II. cognominant, & Stephanum IV. Belæ cœci filios, qvorum uterq; per ſemeſtre ſpacium ſibi regnum rapuerat. 12

1173. XIV. BELA III. alter Gaizæ filius, Stephani frater, juſtus, prudens, & felix adverſus Polonos & Venetos bellator. 18

1191. XV. EMERICUS, F. qvem aliqvi vocant Henricum, fratrem ſeditioſum jam in acie ſtantem, regiis indutum ornamentis, per medias incedens copias, ad ſanam mentem reduxit. 9

1200. XVI. ULADISLAUS II. F. immatura morte ſublatus. 1

1201. XVII. ANDREAS II. Emerici frater, Belæ III. filius, Hieroſolymitanus ob expeditionem ſacram dictus, heros prudens, egregia nobilitati conceſſit privilegia. Uxor ejus Gertrudis, ducis Moraviæ Bertholdi filia, cujus permiſſu virgo in gynecæo ſtuprata fuerat, à Banckbano viro primario, virginis patre, impune occiſa eſt. Ejus filia Eliſabetha, Ludovici Landgravii Thuringiæ uxor, habebatur ſancta. 34

1235. XVIII. BELA IV. F. juſtus & fortis, à Tartaris, qvi ex Ruſſia Hungariam petebant, acie victus, omnibus fere ſui deſideratis, in Dalmatiam abiit, & poſt triennium regno, auxilio Rhodianorum militum, recuperato, proſpere cum Auſtriacis; cum Bohemis non item pugnavit. 40

1275. XIX. STEPHANUS IV. F. Ottocarum Bohemorum regem, à qvo ipſius pater nuper admodum afflictus fuerat, fudit & fugavit, Bulgarosq; & Mœſos ſtipendiarios ſibi fecit. 3

1278. XX. ULADISLAUS III. (IV.) Chunus, F. ferox & bellicoſus, vivo adhuc patre Rudolphum imperatorem adverſus Ottocarum Bohe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Bohemiæ regem jussit. Ejus tempore Tartari denuo per biennium Hungariam diripuerunt. 13

1291. XXI. ANDREAS III. Venetus, quia Venetiis natus fuit, Andreæ II. ex filio Stephano posthumo nepos, Austriam propter uxorem sibi vendicavit. 10

1301. XXII. WENCESLAUS, Belæ IV. ex filia Anna nepos, filius Primislai Ottocari regis Bohemiæ, rex & ipse Bohemiæ, quem Hungari vocant Ladislaum, in magna procerum dissensione dictus est. Nam stirpe Hunnica ab Attila usq; ad hæc tempora continua serie propagata, nunc demum in sexu virili deficiente, aliqui Carolum Martellum Stephani IV. ex filia Maria nepotem, filium Caroli Claudii, regis Siciliæ & Neapolis; aliqvi Ottonem ducem Bavariæ, Henrici filium, Belæ IV. ex filia Elisabetha nepotem; aliqvi demum ob eandem sanguinis rationem hunc Wenceslaum elegerunt, qvi qvietis causa in Bohemiam recessit post triennium. 3

1304. XXIII. OTTO BAVARUS, Belæ IV. ex filia nepos, Henrici ducis Bavariæ filius, à Transilvaniæ Palatino Ladislao captus, cum ignominia regiæ potestati renunciavit. 5

1309. XXIV. CAROLUS ROBERTUS seu CAROBERTUS, Caroli Martelli, principis Salernitani, filius, Stephani V. ex filia Maria, Caroli Martelli matre, pronepos, cognomento puer, victo sub primis regni auspiciis comite Trintschinensi, feliciter regnum gubernavit, & præter Hungariam tenuit Dalmatiam, Croatiam, Serviam, Bulgariam, Bosniam, magnamq; Russiæ partem. Filium ejus Ludovicum Casimirus Magnus rex Poloniæ heredem designavit. 33

1342. XXV. LUDOVICUS I. F. ut antea avunculo Casimiro Magno in Poloniæ regno successerat, ita post patrem rex Hungariæ factus, in Venetos bis movit. Judæos regno expulit: Moldavos & Ruthenos rebelles domuit. In Italiam qvoq; adversus Johannam I. reginam Neapolitanam, qvæ Andream maritum, fratrem ipsius, laqveo necaverat, copias eduxit, seq; regem Neapoleos curavit proclamari. 40

1382. XXVI. MARIA F. cum matre Elisabetha per biennium rebus præfuit: qvo elapso contra eam evocatus est CAROLUS DYR-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

RACHIUS PARVUS, Ludovici filius, Stephani V. ex filia Maria & Carolo Claudio, rege Neapolitano, pronepos. Sed eum paulo poſt in arce Budenſi mater Mariæ ſtrangulari curavit. Ideoq; & ipſa à Croatiæ præſide in itinere capta & de ſaxo præcipitata, filiaq; ejus Maria captiva abducta eſt, donec nuberet Sigismundo.

1386 XXVII. SIGISMUNDUS imperator & rex Bohemiæ, Caroli IV. imperatoris filius, Ludovici I. ex filia Maria gener, rebelles Dalmatas, Walachos & Moldavos in ordinem redegit, minusq; proſpera adverſus Turcos fortuna uſus, primum ad Nicopolin; deinde poſt XIII annos ad Sinderoviam victus eſt. Ob primam ſtatim cladem ſuis ludibrio fuit, elapſusq; ex Germania comparavit ſibi auxilia: qvibus etiam fretus, regnum recepit. Sed qvod XXXII barones rebelles ſupplicio ultimo affeciſſet, paulo poſt captus, & viduæ in cuſtodiam traditus eſt: qvæ eum tandem comitate nativa uſum dimiſit. Hungari eum vocarunt porcum Bohemicum. Memoranda hic eſt ridicula occaſio, qva Turci in Boſniam ab Herneja, qvodam Spalethii duce, attracti ſunt. Ille vultu moribusq; deformis, ludibrii cauſa in aula Sigismundi à Paulo Chuporio per mugitum ſalutatus erat. Qvod cum riſui & jocis præbuiſſet aulicis materiam, ipſeq; Sigismundus ignominia Hornejæ delectari videretur, ille deficiens ad Machometem I. Turcorum imperatorem, trajecto Savo, occurrentes ſibi Hungaros profligavit, vivumq; Chuporium captum bovino tergo inſuit, & in Savum demergit. Ab hoc tempore Machometes in Boſnia ſuperiore præfectum Iſaacum conſtituit: qvo à Nicolao Macedone auſpiciis Sigismundi peremto, Stephanus, gener factus Lazari, deſpotæ Serviæ ſeu Raſciæ, Boſniam usq; ad Machometis II. tempora tenuit: à qvo blande evocatus, pelle detracta vitam & regnum amiſit, & Boſnia Turcis ceſſit. 51

1437 XXVIII. XXIX. ALBERTUS imperator, Sigismundi ex filia Eliſabetha gener, uxorem reliqvit gravidam: cujus ventrem ob qvi proceres expectare nolentes, evocarunt ULADISLAUM IV. regem Poloniæ, ut rex eſſet, & Eliſabetham hac duceret lege, ut, ſi pareret, prolis haberetur ratio. Regina enixa Uladislaum V. poſthumum, in contractum matrimonialem nunqvam conſenſura,

cura-

curavit, ut suus filiolus qvatuor mensium coronaretur, abductaq; secum, elusis proceribus, corona regni, & relicta post se vacua arca obsignata, in qva Hungari putabant esse coronam, cum infante ad Fridericum imperatorem sese contulit, & postea anno seculi XLII. Jaurini mortua est. Interim Uladislaus IV. ex pacifico Poloniæ regno ad Hungariæ bella, imo ad mortem tractus, diademate de capite S. Stephani detracto coronatus, Johannem Corvinum, dictum Hunniadem, comitem Bistriciensem, palatinum Transilvaniæ constituit, qvi aliqvoties Turcos egregiis victoriis repressos ad pacem X. annorum adegit. Qvam cum impio Eugenii IV. & Juliani Cardinalis indultu & svasu temere rupisset, ratus, distineri imperatorem Turcorum a rebellibus Caramannis, in Varnensi clade, qvam Amurathes suis precibus & votis deprecatus fuerat, magno cum Christiani nominis & fidei detrimento una cum Juliano Cardinale occubuit. Dicitur Amurathes, in fuga constitutus, Christum, si Deus esset, ceu credunt Christiani, rogasse, ut perjurium suorum vindicaret. Factum! Uladislaus rex, victoriam jam inclamans, eqvo vulnerato est dejectus, & caput ejus conto affixum, ut terruit Christianos, ita à fuga retraxit Turcos. Ne tamen plura auderet Amurathes, virtus obstitit Hunniadis. 7

1444. XXX. ULADISLAUS V. POSTHUMUS, Alberti filius, ob infantiam prorege & gubernatore usus est Johanne Hunniade Corvino. Hic Hunniades, secundum nonnullos Sigismundi imperatoris nothus, verius, ex Scaligera oriundus familia, Buthonis Hunnorum apud Walachos principis filius, Turcorum fulmineus terror dictus, non saltem adversus Turcos & Draculam Walachum, Serviæq; despotam heroico impetu bella gessit, sed & à Friderico III imperatore infantem & regem Hungariæ Uladislaum V. armis repetivit. Cui ipsi, cum esset XIII. annorum, regnum tradidit, atq; post egregiam ad Belgradum, fortissime ab impetu Turcorum iterum iterumq; tentato defensum, victoriam à Turcis reportatam placide ex hac vita decessit. Filii ejus ob conspirationem in regis necem falso accusati à comite Ciliæ Ulrico, qvi ipsum qvoq; Hunniadem antea falsis declarationibus in periculum capitis pene deduxerat, extremum discrimen adierunt, & alter Uladislaus,

dislaus, qvia Ulricum Ciliæ comitem in duello peremerat, non satis cognita causa, jussu regis, decollatus: alter Matthias Budæ in carcerem conjectus est. Ecce autem varietatem fortunæ! Uladislaus V. rex statim in apparatu nuptiarum cum Magdalena, Caroli regis Galliæ filia, qvæ tamen nondum ex Gallia aderat, moritur, dolo suorum, inqvit Lud. Tubero, sed verius peste peremtus. Hinc Matthias captivus, paulo ante Pragam abductus, rex Hungariæ declaratur: cujus tempore Scanderbegus adversus Turcos incredibilem virtutem probavit, ut dicemus in historia Amurathis II. 14

1458. XXXI. MATTHIAS CORVINUS, Johannis Hunniadis filius, insignis literatorum fautor, qvem solum ob virtutem & felicitatem bellicam Mahometes II. inter Christianos duces principis nomine dignum censuit, coronam Hungaricam, hactenus à Friderico III. imperatore non redditam, armis repetiit; auro obtinuit. Turcos victores & victos habuit. Austriam, ipsamq; Viennam occupavit, nec, nisi Alberti, dexteræ illius manus imperii, armis Saxonicis adactus, inducias fecit. Transilvanos rebelles domuit. Stephanum Palatinum, in Moldavia late regnantem, ad obseqvia legitima præstanda adegit. Bellum etiam septennale, instinctu pontificis, in Podiebracium Bohemorum regem gessit, seq; eorum regem nuncupavit: post fata etiam Podiebracii bella continuavit adversus Ladislaum, regem Bohemiæ, & ejus patrem Casimirum, regem Poloniæ: remq; eo deduxit, ut interventu Saxonis & Johannis Brandeburgici hæc pax coalesceret, qva Lusatia cum ea parte Silesiæ, qvæ Bohemiam contingit, esset Ladislai; reliqva Silesia & ea, qvæ in Moravia tenebat, retineret ea conditione, ut, si sine herede masculo obiret, regi Bohemiæ omnia redderentur: si heres ei nasceretur, ut aut illi præmemoratæ ditiones à Bohemis manerent, aut cc. millia aureorum solverentur. Epitaphio ejus inscriptum est: Marmore hoc Matthias Corvinus situs est: qvem facta Deum ostendunt, fata fuisse hominem. Vidua ejus Beatrix, Ferdinandi regis Neapolitani filia, frustra aspiravit ad nuptias Uladislai VI. cumq; eas non obtineret, delusa falsis promissionibus, non erubuit palam profiteri, & ad pontificem Romanum deferre, Uladislaum justo sibi congressum matrimonio, ut est apud Tuberonem. 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

1490. XXXII. ULADISLAUS VI. Uladislai V. ex fratre Casimiro re-
ge Poloniæ nepos, rex Bohemiæ, frater Sigismundi regis Polo-
niæ, multis competitoribus prælatus est. Regnum enim ejus
frater Johannes Albertus frustra qvæsiit; frustra Johannes Cor-
vinus, filius Matthiæ illegitimus; frustra etiam Maximilianus,
filius Friderici imperatoris. Omnino dissimilem fuisse Matthiæ
Corvino dicit Jovius libro XIII. qvi eum ait senio & multa corpo-
ris obesi arvina oppressum, solisq; confisum Dei divorumq; auxi-
liis, omnem regni administrationem omisisse, ab una tantum in-
nocentia, facilitate & indulgentia, & qvod plerumq; sui & imperii
oblivisceretur, à proceribus commendatum. Hungari ei ob se-
gnitiem nomen vaccæ indiderunt. Bohemis tamen princeps est
laudatissimus, ob pacis studium rex laureatus dictus. Interim
pontifex, cum Uladislaus curam belli adversus Turcos omitteret,
his, qvi se cruce signari purpurea vellent, & arma adversus Chri-
stiani nominis hostem inducerent, criminum omnium veniam pro-
misit. Conduxere ad Pestum undiqvaq;, relictis pagis, agrestes,
& nomine militum cruciferorum totam Hungariam habuere in-
festam, sibiq;, spreta autoritate Uladislai, regem delegere Geor-
gium qvendam Sechelum, qvi bipartito exercitu cuncta in præ-
dam vertit, & nobiles, qvos cepit, adacta per sedem præacuta su-
de, miserabili supplicio enecavit, matronasq; & virgines ingenuas
universo exercitui prostituit. Vix tandem à Johanne Bornemis-
sa & Johanne Zepusio, Transilvaniæ Palatino, variis præliis attri-
ti, qvievere. Circa hæc tempora anno cIↄcccc. XCIX. Turci, à Lu-
dovico Sfortia adversus Venetos evocati, ex Bosnia per Croatiam
& Vinidarum marchiam effusi ad mare Adriaticum omnia longe
lateq; populati sunt, inq; ipsum agrum Tarvisinum pervenerunt.
Sexennio antea à Johanne Frangepano comite adversus Emeri-
cum Drencenum Croatiæ præsidem evocati, Croatiam atrociter
vastarunt, & ab hoc tempore in Carinthiam & Stiriam usq; pro-
gressi, multa hominum millia abduxerunt: inq; Peloponnesum
anno Iↄ. per Isthmum ingressi, Methonem & alia loca munita oc-
cuparunt, qvæ hactenus Venetorum fuerant.

1516. XXXIII. LUDOVICUS II. F. rex Hungariæ & Bohemiæ, imma-
ture sine epidermide, seu cute exteriore, qvam arte medici fece-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

runt, ante DIeM natVs: immature anno x. regno præfectus; immature anno ætatis xiv. barbatus; immature anno xxi. mortuus, à Turcis cum xxx. millibus cæſus ad Mogazium. Sub hoc Solymannus rex Turcus Belgradum ſeu Albam Græcam, qvam fruſtra Amurathes II. & Machomet II. oppugnarunt qvondam, ut & Budam poſt victoriam à cæſo rege partam occupavit. 11

1527. XXXIV. XXXV. XXXVI. JOHANNES ZEPUSIUS, Tranſilvaniæ palatinus, cum non extaret regia proles, in comitiali concilio armatæ multitudinis rex Pannoniæ eſt creatus, & rite coronatus. Sed FERDINANDUS Auſtriacus, Caroli V. frater, jam Bohemico auctus regno, qvia gener erat Uladislai VI. ex Anna filia, id regnum ſibi vendicans, nonnullorum procerum, & inprimis Stephani Batoris, conſiliis nixus, exercitu ſubito contracto recta Budam contendit. Johannes inde, ut à milite minus paratus, hoſtem non expectans, Peſtum trajecit, & ſuperato Tibiſco ad Toccajum in caſtris conſedit. Ferdinandus Buda ſine vulnere potitus, hoſte feliciter in pugna Toccajenſi ſuperato & fugato, in ipſam Tranſilvaniam penetravit, & tandem omnium conſenſu rex proclamatus, Stephanum Batorem cum ſumma poteſtate proregem in Hungaria creavit. Zepuſius clade accepta in Poloniam profugit, & conſiliis Hieronymi Laſchi, viri illuſtris & eruditi, uſus, à Solimanno opem petiit & impetravit. Laſchus legatione Byzantium ſuſcepta, Sigismundo Poloniæ rege, Johanni Zepuſio affinitate juncto, connivente, imo negotium promovente, id confecit, ut ad reducendum Johannem novum bellum Pannonicum in aula Turcica decerneretur, hac adjecta conditione, ut Johannes Ottomannici nominis eſſet poſthac beneficiarius. Et ſtatim Solimannus cum maximis copiis Belgradum applicuit: Johannem ex Polonia advolantem in clientelam recepit: Budam denuo pene propter dilapſos cives vacuam occupavit: arcem adjectam expugnavit: ipſam Viennam gravi obſidione, irrito tamen conatu, obſedit: Johannem Budæ regem conſtituit, & alia expeditione qvinqvaginta myriadas ſecum traxit: ſed cum Carolus & Ferdinandus ei robur Germaniæ & Italiæ maſcule objicerent, ipſe fugienti ſimilis diſceſſit. Johannes Zepuſius autem, qvandiu vixit, Turcorum præſidio tutus, regiam augebat dignitatem.

Pro-

Propterea tandem Ferdinandus cum Johanne transegit, ut suo qvisque præsidio tueretur, qvas urbes & arces in potestate haberet, & Johannem, qvem antea solebat Vaivodam seu Palatinum vocare, appellabat regem, hac tamen conditione, ut si ille vita excederet, ipse regno potiretur. Post Johannes uxorem duxit Isabellam, Sigismundi regis Polonorum filiam, & armis sibi Transilvaniam, cujus se regem Mailatus dixerat, asseruit: & cum ipsi filiolus nunciabatur natus, qvem nominabant primo Stephanum, deinde JOHANNEM II. SIGISMUNDUM, ipse paulo post vita excessit, & filium testamento reliqvit heredem sub tutela Cardinalis & episcopi Varadinensis, Georgii Martinusii Croati & Petri Vicchii. Infantis etiam capiti corona regni in solemnitate patris funebri est imposita. Sed Ferdinandus statim arma parat: regnum sibi asserit. Albam regalem, Pestum & alia loca vi occupat. Reginæ auxilia submisit Solimannus, evocatus à Cardinale Georgio, qvi se Johanni dixit regnum concessisse, ut ad liberos ejus transmitteretur. Illis tuetur qvidem Cardinali Budam adversus Rochandulfum Ferdinandi ducem, sed eam Solimannus, cum ipse è Byzantio advolaret, vi, minis & fraude sibi vendicavit, & regina cum infante ultra Tybiscum in Lippa regnatura à se demissa, in potestatem etiam redegit Pestum, Strigonium, Albam regalem. Cum ita Hungaria à Christianis & Turcis laceraretur, Ferdinandus per legatum has ab Isabella conditiones iniri voluit, ut in Hungaria & Transilvania cum filio haberet arces patrimonii Zapoliani, & loco dotis cen[illegible] aureorum, ducatumque in Silesia Oponiensem, & de jure regni decederet: Sed Solimannus novo exercitu misso, magnis cladibus copias Ferdinandi affecit, illumque eo adegit, ut pacem triennalem tributo [illegible] aureorum annuo mercare[illegible]. Anteqvam id fieret, Cardinalis Georgius, cum non cessaret dolis & fraude [illegible], jussu Ferdinandi per insidias sublatus est. 35

1562 XXXVII. MAXIMILIANUS, Ferdinandi F. imperator, cum hostiliter persequeretur filium Isabellæ Johannem II. Turcæ plura Stiriæ loca exusserunt, ipseque Solimannus jam octuagenarius cum immenso apparatu bellico in Hungariam descendit, & pluribus circa Danubium arcibus in potestatem redactis, gravi obsidione [illegible]

Zig

Zigetum pressit. Vivo tamen illo potiri non poterat. Defuncto in castris Solimanno Machmet Vezir Bassa munitissimum locum expugnavit. A Selymo postea Maximilianus, promissa annua pensione, à patre jam condicta, pacem pro Hungaria obtinuit VIII. annorum, &, ut cederet Johannes II. titulo regis Hungariæ, Transilvaniam ipsi jure cessit hereditario: qvo postea anno seculi LXXI. defuncto, ipse qvidem facile Hungariam sibi asseruit; Transilvani autem sibi principem præfecere Stephanum Batorem, deinde regem Poloniæ lectum. 12

1572. XXXVIII. RUDOLPHUS F. imperator, cujus tempore Amurathes, induciis anno seculi XCII. ruptis, primũ in Croatia multa loca cepit, & qvanqvam ad Sisecum & Albam regalem duplicem cladem accepit, tamen Sisecum, ut & Vesprinum & Palotam, recepit. Hungari econtra Tilecum & Strigonium occupant, & duce Matthia archiduce primum, deinde Maximiliano, magna spe eriguntur, qvia Sigismundus Batori princeps Transilvaniæ, hactenus tributarius Amurathis, ut & Rascii à Turcis defecerunt. Illi tamen Jaurinum seu Rabam & Agriam expugnavere: Maximilianum ad Kerestesum magna clade anno seculi XCVI. peremtis xclo Christianorum, affecere. Receptum post paucos annos est Jaurinum à nostratibus, & qvidem astu & industria, Adolphi Schwarzenbergii & Nicolai Palphi: Alba item regalis rediit ad Cæsarem, duce Mercurio. Sed hanc vicissim Turcæ receperant anno cIↄIↄcII. Post triennium, cum Hungari in fide erga cæsarem nutarent: tandem pax in XX annos cum Turcis coaluit hac conditione, ut Turcæ Strigonium, qvod paulo ante interceperant, retinerent, cæsar C. millia aureorum honorarii nomine imperatori Turcico mitteret, & singulis trienniis legati utrinq; ad firmandam pacem commearent. Qvo facto, Ordines Hungariæ & Austriæ, qvia ad imperatorem pro expediendis negotiis difficilis patebat accessus, Matthiam ejus fratrem sibi regem & principem elegerunt: id cum moleste acciperet, indignatus, se vivum exauctorari, Matthias, milite conscripto, causam armis tueri volebat: cumq; fraterna odia in apertum bellũ erumperent, jam Matthias in visceribus Bohemiæ ad Pragam cum milite hæreret, interveniente pontifice & electoribus mitigatus imperator jus regni Hungariæ & admi-

nistra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

miſtrationem Auſtriæ, Tirolenſi comitatu ſibi reſervato, fratri conceſſit anno ſeculi VIII.

1609. XXXIX. MATTHIAS Fr. non contentus regno Hungariæ, de Bo- 35
hemiæ qvoq; & imperii ſucceſſione ſibi caveri voluit, ne ea deferretur Leopoldo. Huic impenſe favebat Rudolphus imperator, & injuriam fratris vindicaturus, permittebat, ut Leopoldus milites è Juliaco Paſſavium deductos & ad numerum qvatuor millium eqvitum, novemq; millium peditum auctos, in Bohemiam mitteret, ipſamq; Pragam occuparet, hac excuſatione uſus, ſe non veniſſe hoſtili animo, ſed ut dignitatem imperatoris defenderet. Civibus autem, qvia Matthiæ magis favebant, ad arma conclamantibus, ingens in oppido Pragæ extitit tumultus, conflictu in duas horas continuato. Et qvanqvam Leopoldus illius partis cives ad obſeqvium adegit, vetus tamen Praga ei portas non aperuit, proceribus magno numero ad eam contra impetum defendendam concurrentibus. Cumq; Matthias cum XVIII. millibus adventaret, Leopoldus Paſſavienſis cum militibus Buduitium diſceſſit: Matthias autem cum Rudolpho ſic tranſegit, ut ſibi regnum frater cederet, ipſe vero ei ex vectigalibus Bohemiæ qvotannis C. millia aureorum ſolveret, & præfecturas qvatuor cum arce Pragenſi illi, qvoad in vivis eſſet, relinqveret, & liberum religionis exercitium Bohemis permitteret, literis majeſtatis, qvas vocant, addidatis. Et notandum, qvod Leopoldus præcipuum ſuum ducem in hac expeditione Paſſavienſi Romæum ob prædas nimis avare actas capitali avare actas capitali ſupplicio affici curaverit.

1618. XL. FERDINANDUS, patruelis Matthiæ, ſucceſſor à vivo ad- 9
huc acceptus, Caroli Auſtriaci filius, ſtatim Cleſelium Cardinalem, conatuum ſuorum & Leopoldi præcipuum obicem, in cuſtodiam tradidit, edictoq; promulgato exercitium religionis Evangelicæ in Auſtria prohibuit. Cum Proteſtantes ex Ordinibus rigorem deprecarentur, nec ad ſupplicem libellum, cui CL. proceres ſubſcripſerant, reſponſum ferrent, ad vim repellendam militem coegerunt: jamq; ad manus ventum erat. Sed Matthias imperator libero religionis exercitio permiſſo turba compoſuit. Ex Styria jamdudum ejecerat purioris religionis aſſeclas. Bohemi,

cum ab ejus voluntate omnia in aula imperatoris penderent, suspicati, eum literas majestatis, pro libero religionis usu à Rudolpho qvondam concessas, abrogaturum, ad funestum se accinxere bellum: cui Hungari etiam varia fortuna implicati sunt. Anno seculi xxxv. regnum Hungariæ Ferdinandus filio Ferdinando tradidit. Qvinqvennio antea Bethlenius, princeps primum, deinde rex Hungariæ in turbis Bohemicis delectus, anno amplius regio titulo fuerat usus. Sed post transactionem Niclaburgensem reddidit Ferdinando dignitatem regiam, titulo principis contentus: successitq; illi in principatu anno seculi xxx. defuncto in maximis turbis Georgius Ragozius.

17

1635 XLI. FERDINANDUS III. ERNESTUS F. imperator.

1647. XLII. FERDINANDUS IV. FRANCISCUS F. vivo adhuc patre coronatus. Typum successionis regum seqventi schemate adumbrabimus.

TYPUS SUCCESSIONIS REGUM HUNGARIAE.

Bela III.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Bela III. rex Hungariæ XIV. defunctus anno 1191.

XV. Emericus. — *XVII. Andreas II.*

XVI. Uladislaus II. (III.) — *XVIII. Bela IV.* — *Stephanus posthumus.*

XXI. Andreas III. Venetus.

XIX. Stephanus V. Mariæ, ux. Caroli Claudii regis Neap. — *XX. Uladislaus III. (IV.)* — *Anna, ux. Primislai regis Boh.* — *Elisabetha, ux. Henrici Bavari.*

XXII. VVenceslaus rex Boh. & Hung. — *XXIII. Otto.*

Carolus Martellus, princeps Salernitanus. — *Ludovicus, dux Dyrrach.* — *Carolus dux Dyrrach.* — *Robertus, rex Neap.* — *Philippus princeps Tarenti.*

XXVI. Carolus rex Neap. & Hung. — *Carolus, dux Calabr.* — *Ludovicus, maritus Johannæ I.*

XXIV. Carolus Robertus, puer. — *Ladislaus rex Neap.* — *Johanna II. reg. Neap.* — *Johanna I. regina Neap. uxor Andreæ & Ludovici.*

XXV. Ludovicus I. rex Pol. & Hung.

Maria, ux. Sigismundi imperatoris, XXVII. regis. — *Hedvigis, ux. Uladislai Jagellonis, regis Pol.* — *Stephanus dux VValach.* — *Andreas rex Neap. maritus Johannæ I.*

Johannes, dux Dalmatiæ.

Elisabeta, ux. Alberti imperat. XXVIII. — *Casimirus, rex Polon.*

XXX. Uladislaus V. posthumus: ante quem Uladislaus V. rex Polon. & rex Hung. XXIX. & post quem Matthias Corvinus, rex XXXI. — *XXXII. Uladislaus VI. rex Boh. & Hung.*

XXXIII. Ludovicus II. — *Anna, ux. Ferdinandi I. imp. regis XXXIV.*

XXXV. Maximilianus II. imp.

XXXVI. Rudolphus imperator. — *XXXVII. Matthias imp. cui patruelis Ferdinandus II. imperator successit, rex XXXVIII. & post eum filius Ferdinandus III. rex XXXIX.*

IV. *Antequam hinc pedem promovemus, Transilvanos, Dacos & VValachos nolim insalutatos dimittti.*

Transilvaniam Græci Thraciæ; Romani Daciæ in Scythia Europæa annumerarunt, cujus pars forte qvarta est, Carpaticis montibus & parte Hercyniæ silvæ circumdata. Divisa est in septem regiones, unde etiam Germanis vocatur Siebenberga: ejusq; incolæ dicuntur etiam Sekeli, aut à Siculis juxta Bonfinium, aut rectius à comitiis suis, qvæ Sekel vocantur; utunturq; alicubi genere scribendi non à dextera ad sinistram, ut Hebræi & Asiatici, nec à sinistra ad dexteram, ut Græci & Europæi: sed, ut Chi-

 nenses

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

nenses, & qvondam Samaritani, à summo ad imum. Cæterum nolo Romanorum in his locis gesta repetere, nec variantes historiarum opiniones de Saxonibus in Transilvaniam tandem receptis referre. Continebo me in illis, qvæ nostro & superiori seculo in ea gesta sunt. JOHANNES ZEPUSIUS, palatinus in Transilvania, cum regnum Hungariæ, rex à proceribus electus, adversus Ferdinandum Austriacum beneficio Turcarum sibi assereret, tam beneficus in Georgium Martinusium monachum, cujus consiliis utebatur, extitit, ut non tantum ei episcopatum Varadinensem procuraret, sed & tutorem reginæ viduæ & filiolo JOHANNI daret moriturus. Sed cum hinc Austriaci; illinc Turcæ incumberent Hungariæ, & regina in aula Turcica Martinusium, tanqvam de re minus recte gesta suspectum, accusaret, ad partes Ferdinandi ille transiit. Regina undiqꝫ pressa transegit tandem cum Ferdinando, & cessit Transilvania simul & jure regni Hungarici certis conditionibus. Paulo tamen post rescissis pactis, deqꝫ novo auxiliis Turcicis impetratis, Ferdinando extorsit Transilvaniam, filiusqꝫ ejus Johannes titulum regni Hungarici denuo usurpavit. Martinusius, cum & ipse jam in Turcas propensior videretur, è medio per Joh. Bapt. Castaldum, ipsi à Ferdinando in rebus administrandis sociatum, sublatus est. Et Maximilianus, qvamprimum patri Ferdinando successerat, copiis sub Lazaro Schwendio collectis, Tokajum, Bathorium & alia loca in Transilvania occupavit. Econtra Solimannus, in Hungariam advolans, diuturna obsidione Zigethum fatigavit: ante cujus obsidionem etsi fatis cessit, eo tamen redactus est Maximilianus, ut, si pacem aliqvot annorum impetrare vellet, annuam pensionem Turcis promitteret, atqꝫ Johanni, ne titulum regis Hungariæ amplius usurparet, Transilvaniam cederet. Johanne anno seculi LXXI. defuncto, Transilvani aliqvem ex proceribus sibi principem delegere, STEPHANUM BATHORÆUM de Somlio, gente Hungarum, filium Stephani, palatini Hungariæ, & nepotem Stephani, qvi anno CIↃCCCCXLIV in pugna ad Varnam cum rege suo Vladislao periit. Hic postea, ducta Anna Sigismundi Augusti regis sorore, rex Poloniæ electus, successorem sibi in Transilvania designavit CHRISTOPHORUM fratrem, & post eum SIGISMUNDUM illius filium: qvi, cum Amurathes, cujus tributarius erat, incumberet Hungariæ, ab illo anno XCIV. ad partes transiit imperatoris Rudolphi, & ab eo princeps imperii renunciatus, non saltem Turcorum Bassam bis irrumpentem fortiter repressit, sed & expeditione in Moldavos suscepta, Palatinum Moldaviæ Aaronem captum abduxit, suoqꝫ nomi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

nomine conſtituit, qvi præeſſet Moldaviæ. Sigismundus rex Poloniæ, id ægre ferens, copias Tranſilvani disjecit, & Moldaviam ad ſe & regnum Poloniæ dixit ſpectare, & alium ibi conſtituit Palatinum. Imperator vero, cum Tranſilvanus non videretur ſufficere ad principatum contra Turcas aſſerendum, cum eo ita paciſcebatur, ut, ducta uxore Auſtriaca Maria Chriſtiana, Ferdinandi II. ſorore, Tranſilvania cederet, & pro ea duos principatus in Sileſia, Ratiboriam & Opoliam cum L. millium imperialium nummorum penſione annua reciperet. Fruſtra. Et qvanqvam poſſeſſio Tranſilvaniæ in nomen imperatoris accipiebatur, ordines tamen provinciæ, & imprimis Bathorii reliqvi, reclamabant. Ipſum Sigismundum ſtatim pœnituit pacti, præſertim qvia promiſſa non pendebantur: mutatoq; habitu ex Sileſia repetiit Tranſilvaniam, & invito Cæſare, eam certis conditionibus ceſſit fratri agnato ANDREÆ Cardinali: qvi tamen ſtatim prælio anno XCIX. victus à MICHAELE Palatino Walachiæ, qvi ſibi vendicabat Tranſilvaniam, occubuit. Sed hunc Poloni in ordinem redegere, & plurima oppida in nomen ISTHUANI BATHORII juravere. Ipſe etiam Sigismundus ad reſumendum principatum revocabatur à Tranſilvanis, qvi nolebant ſubire jugum alienigenæ principis, & qvanqvam apud Mozinium cladem à Michaele Palatino anno cIↄIↄCI. à Cæſareanis accepit, illum tamen deſerere noluerunt, proq; patriæ libertate varia pericula ſubierunt. Interea qvia Walachus ſibi aſſerere conabatur Tranſilvaniam, auxiliis Turcarum & Tartarorum ſubnixus, Georgius Baſta, dux Cæſareanus, illum in primis conatibus, ſpeculatoribus emiſſis, oppreſſit: Moſen etiam Zeckelium, qvi Tranſilvanas copias Cæſareanis oppoſuerat, duplici clade victum ſubmovit. Sigismundus interea de novo amicitiam Rudolphi Cæſaris exambit, & ad privatam vitam damnatus deceſſit. Interea anno cIↄIↄCIV. GABRIEL BETHLENIUS, ducta Moſis Zeckelii uxore, principatum ſibi vendicavit: ſed Baſta ſtatim copias ejus disjecit, eoq; fugato, totam Tranſilvaniam in poteſtatem Cæſaris redegit. Idem cum confeſſores Evangelicæ religionis cœpiſſet affligere, Stephanus BOTSCAI à Turcis, cum Strigonium oppugnarent, ſubſidia ad defendendam contra Cæſareanos Tranſilvaniam per Gaborem Bethlenium impetravit, & fruſtra renitente Tampierio, Cæſarem à dominatu Tranſilvaniæ excluſit. Ipſi etiam Hungari acerbioribus injuriis, ut putabant, inprimis in negotio religionis, commoti, ab eo defecere, qvia hactenus fruſtra remedia in aula Cæſaris qvæſierant. Magno igitur numero ad Botſcajum, jam principem Tranſilvaniæ renunciatum,

Ttttt 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ciatum, & ad regnum Hungariæ adſpirantem, defecerunt. Pax tandem his conditionibus anno CIϽIϽCVI. ſtabilita eſt, ut Botſcajus cum maſculis heredibus Tranſilvaniam retineret: Caſſoviam, tanqvam partem regni Hungariæ, ut feudum recognoſceret: Palatinum Hungari ſibi eligerent: Matthias archidux non adminiſtratoris, ſed proregis Hungariæ titulum gereret: corona regni in poteſtate Cæſaris maneret: exercitium religionis eſſet liberum: amneſtia damnorum ſanciretur. Eodem anno Botſcajo veneno à Cancellario Cattajo extincto, cum non reliqviſſet prolem maſculam, Tranſilvani præfecere ſibi principem SIGISMUNDUM RAKOZIUM. Hic tamen paulo poſt ſponte ceſſit GABRIELI BATHORIO, Stephani Bathorii regis Poloniæ ex fratre nepotis filio, in principatum ſuffecto: qvi varia fortuna cum Palatino Walachiæ bella initio geſſit: odia deinde provincialium impotenti dominatu, præſertim in Saxones Tranſilvanos, in ſe concitavit. Bethlenius autem, à Gabriele Bathorio proſcriptus, poſtqvam, ad imperatorem Turcicum confugiens, ſibi amicitiam apud priores aulæ conciliarat, renunciatus ab eo princeps Tranſilvaniæ hoc pacto, ut Lippam & Geneum redderet, cum magnis Turcarum copiis rediit in Tranſilvaniam. Earum vim ut ſuſtineret Bathorius, copias à Cæſare Matthia impetravit auxiliares. Eas cum in arcem Varadinenſem admittere nollet, ipſe ab illis trucidatus interiit. Tranſilvani autem ſe ultro ſubmittentes Bethlenio, eum principem renunciabant, qvi paulo poſt Bohemis, adverſus imperatorem tumultuantibus, ſe ſociavit, & Caſſovia cum omnibus montanis Hungariæ civitatibus anno ſeculi XIX captis, circaq; Viennam ipſam copiis ſuis duce Budiano diſpoſitis, Buqvojum fugatum à cuſtodia pontis Danubii intra civitatem compulit, eamq; per ſex hebdomadas obſedit. Jamq; indixerat comitia Poſonii, ut rex Hungariæ coronaretur: & coronam regni jam apud ſe detinebat. Sed Poloni exercitu VIII. millium in Hungariam miſſo, copias ejus ſub Stephano Ragozio ad caſtrum Humenium excubantes disjecerunt. Hinc induciæ inter Cæſarem & Bethlenium: qvibus tamen paulo poſt finitis, variis motibus Hungaria eſt concuſſa. Tampirius, Cæſaris dux, ad Poſonium, dum ſpeculabatur, unde arcem tormentis oppugnaret, globo percuſſus obiit. Copiæ ejus cæſæ à præſidiariis. Sed poſt fugatum ex Bohemia Fridericum Palatinum, Bucqvojus cum XXIV. millibus in Hungariam movens, nemine reſiſtente, Poſonium & alia loca occupavit. Mox tamen fortuna converſa, circa Neoſelii oppugnationem globo tormentorum trajectus periit, & fugientem ſine duce militem Cæ-

ſaris

faris Bethlenius prosecutus, recepit loca à Bucqvojo intercepta, junctisq; sibi copiis Jegerndorfii, in Moravia & Austria multa loca incendio vastavit. Tandem anno XXII. pax coaluit his conditionibus, ut VII. præfecturas opulentiores & Cassoviam in Hungaria; Opoliæ & Ratiboriæ ducatus in Silesia, cum titulo principis imperii, dum viveret, haberet: coronam regiam Hungariæ redderet: & aliqvam aureorum summam qvotannis reciperet. Hæ conditiones cum post occupatum à Bavaro & Cæsare Palatinatum non servarentur, auxiliis à Turca impetratis, in Austriam inferiorem misit Buchianum. Ipse irrupit in Moraviam, & exercitum per comitem Swartzbergicum sibi oppositum obsedit. Sed cum denuo promitterent, qvibus satisfactum sibi putabat, induciæ factæ sunt. Post, cum Mansfeldius & Vinariensis in Silesia & Moravia novos progressus contra Cæsarem facerent, se novo illis & regi Daniæ Hollandisq; fœdere sociavit: à qvo tamen, audita Dani ad Lutterum clade, paulo post decessit, & anno seculi hujus XXX. obiit. Successit ei, qvia decessit sine liberis, favore Turcæ & procerum, GEORGIUS RAGOZIUS, posthabita ejus vidua Catharina, Sigismundi electoris Brandeb. filia, & fratre Stephano Bethleno: à qvo qvia metuendum ipsi erat, noluit implicari bello Germanico. Anno tamen XLIV. collecto exercitu proceres Hungariæ excitavit, ut ab imperatore ob violata libertatis jura deficerent. Nec defuere successus. Cassovia expulit præsidia Cæsaris & ex aliis locis. Sed Bucheimius comes illi oppositus sic res Cæsaris administravit, ut anno insequente lis omnis componeretur. Hinc omnia qvieta. Ragozius filios sustulit Georgium, qvi uxorem duxit Henricam, Friderici V comitis Palatini electoris filiam, & Sigismundum, qvi anno seculi LII. obiit. Jam de DESPOTIS, corrupte dictis HOSPODARIS, præcipuis qvondam Hungarici regni principibus, hoc notari velim, qvod sic dicantur, qvasi domini in illis provinciis regendis, qvæ olim Dacia & Mœsia dictæ sunt. Mœsiæ pars superior dici cœpit Servia seu Rascia; ubi qvondam fuere Dardani, in confinio Hungariæ ad Savum: inferior, Bulgaria, ubi qvondam Triballi in confinibus Serviæ ad Nissum. Serviam & Bulgariam antiqvitus Thraces coluerunt: inde Sarmatici populi sedes ibi fixere, ex Asia majore illinc profecti, & duo ibi regna condidere, sub nomine Bulgariæ & Serviæ. In Bulgaria Metropolis est Sophias in Servia seu Rascia, à Russis sic dicta, Senderovia. Hæc tamen regna successu temporis Hunnis cesserunt, & magnam partem adjecta sunt regno Hungariæ: qviq; illis præfuere, ut reliqvi Waiwodæ seu Palatini in regno, æsti-

æstimabantur. Maluerunt tamen postea despotæ vocari, & regio more à suis coli. Inde factum, ut, cum inferiores essent vicinis potentioribus, illorum sese patrocinio committerent. Seculo abhinc tertio à STEPHANO, Bulgarorum rege, LAZARUS sive ELEAZARUS BULCUS (unde postea despotæ seu duces Serviæ dicti sunt Lazerogli vel Bulcogli, aut etiam Kraleni, qvasi reges) regionem Istro adjacentem nactus est, &, redactis deinde in potestatem aliis ditionibus, ad Savi usq; ostia fines propagavit. Hunc Lazarum Amurathes I. & cum illo Bulgarorum regulos, aliosq; in Dalmatia & Epiro proceres, qvi vires conjunxerant, vehementer afflixit: cumq; aciem jam instruxisset ad prælium, qvidam ex Lazari militibus, ut transfuga, se receperat in castra Amurathis, eumq; ex insidiis interemit. Sed hunc Lazarum Bajazeth in prælio anno CIƆCCCXC. captum, ad vindicandam patris mortem, frustulatim curavit concidi. Serviæ tamen despotia STEPHANO, Lazari filio, cessit, cum ejus sorore ducta Bajazethes fœdus amicitiæ cum illo sanciret, ejusq; opera in bello contra Tamerlanum uteretur. Stephano successit in despotia filius GEORGIUS BULCUS, qvi, ut arctiore vinculo Amurathem II. regem Turcorum sibi devinciret, filiam ei unicam Mariam despondit. Sed barbarus socero ob id non desiit insidias struere: cumq; Georgius Senderoviam vallis & muris ad securitatem sibi præstandam cingeret, & Taurinum, alias Albam Græcam seu Beligradum dictum, Alberto imperatori & Hungariæ regi pro aliis locis traderet, validissimo exercitu Amurathes Senderoviam occupavit. Socer in Hungariam ad Albertum profugus, frustra suppetias petiit. Interea Amurathes duobus suis affinibus, Georgii filiis, Stephano & Georgio, admoto candenti ferro, usum oculorum ademit, nec nisi durissimis conditionibus, post unam atq; alteram cladem ab Hunniade acceptam, Georgio post qvinqvennium anno CIƆCCCCXLII. despotiam una cum excæcatis filiis restituit. LAZARUS, qvi patri Georgio successit, filiam unicam STEPHANO Bosniæ regi in matrimonium elocavit, eiq; heredi dicto moriens, amplissimam ditionem reliqvit. Sed Machomet II. eum blanditiis evocatum in potestatem redegit, vivoq; cutem detraxit, & omnes ejus provincias occupavit Bosniæq; novum regem imposuit, hominem plebejum, Isacium. Et ab hoc tempore Rasci Turcis paruerunt. Subinde tamen nonnulli eorum ad amissam libertatem in Polonicis Hungarici & Transilvanis bellis aspirarunt. Sic Matthias Corvinus rex Hungariæ Bosniam Bajazethi I. extorsit. Ex Genealogia res clarior erit.

GENE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

GENEALOGIA DESPOTARUM SERVIÆ seu Rasciæ.

LAZARUS BULCUS, Serviam à Stephano Bulgarorum rege accepit: cæsus ab Amurathe I.

LAZARUS à Bajazethe anno CIↃCCCIX. frustulatim concisus.

STEPHANUS, socer Bajazethis.

GEORGIUS, socer Amurathis II. à genero ejectus & post qvinqvennium anno 1444. restitutus.

STEPHANUS excæcatus ab Amurathe II.	*GEORGIUS excæcatus.*	*LAZARUS.*
WOLFGANGUS inter aulicos Matthiæ I. imper.	*JOHANNES.*	*N. FILIA LAZARI, nupta STEPHANO Bosniæ regulo: qvo necato à Machomete II. Bosnia cessit Turcis & Servia.*

Cæterum DACI, alias Davi, gens Mœsis seu Serviis & Bulgaris contermina, antiqvitus gentis Scythiæ seu Celticæ & Germanicæ fuerunt: nisi qvod etiam Sarmatæ illic invenirentur. Dicebantur etiam Getæ: divisi in Ripenses, Alpestres & Mediterraneos. Dacia, in qva Ptolemæus xlii. oppida numeravit, præter magnam Hungariæ partem complexa est illas terras, qvæ hodie dicuntur Transilvania & Walachia. Plinius in illa ponit etiam Agathyrsos. Trajanus Dacos primus domuit, &, Ulpia Trajana condita, jugum illis imposuit. Post cc. annos sub Gallieno in libertatem se vindicavere. Post Sarmatæ has provincias sibi asseruere. Adversus illos sedes illhic locarunt jam Gothi; jam Hunni; jam Saxones. Et hæc est causa, qvod in Transilvania, qvæ est Dacia mediterranea, Hungari Saxonibus mixti hodienum inveniuntur. De Transilvanis jam in historia Polonorum diximus. WALACHI, teste Orichovio, referunt, sed dubia fide, Romanos, interq́ eos præcipuum L. Valerium Flaccum, uxoribus in Dacia ductis, in ea propagasse posteros, qvi lingva Romana dicti sint Romini; alias Walachi, voce corrupte dicta à Walis seu Walschis, qvaltalos vocare solemus. Bonfinius nomen Walachorum deducit à Flacco; alii ab Olaзis vel Olalis, incolis Walachiæ sic vocatis à Pannonibus. Walachia autem dividitur in superiorem seu majorem, & in inferiorem seu minorem. Minor dicitur etiam transalpina, & retinet adhuc nomen WALACHIÆ. Majorem vocant MOLDAVIAM, qvasi majorem Daciam, olim Mæotaviam vel Moraviam, à Mæotide palude, qvam attingit, dictam. Utraq; peculiares suos despotas longo abhinc tempore habuit, qvanqvam vicinis poten-

 tiori-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tioribus plerumque obnoxios. Ex illis noti sunt ex Jovio BOGDANUS: STEPHANUS: PETRUS. Stephanum Casimirus rex Poloniæ sibi fide obstrinxerat. Sed ille ob causas secessit à pacto: cumque Johannes Albertus, Sigismundi filius, arma illi inferret, magnam cladem passus est, Tartaris subsidia numerosa Walachiæ submittentibus: à qvibus diu Polonia est vexata. Fuit Stephanus vir adeo bellicosus, ut vim Bajazethis Turci, Matthiæ Hungari, & Johannis Alberti Poloni feliciter sustineret. Sigismundus I. Johannis Alberti frater, ad Poloniæ regnum evectus, prudenter composuit omnia bella. Cui cum successisset filius Sigismundus Augustus, ELIAS, Petri filius, princeps Walachiæ, post multa crudelitatis exempla edita, defecit à fide Christiana, & concedens Constantinopolin ad Solimanum Turcarum imperatorem, sacris Machometanis est initiatus, sed paulo post, cum suspecta esset ejus in nova religione fides, ita est de medio sublatus inter Turcas, ut illius neque vivi neque mortui index esset. Frater ejus STEPHANUS interea in se principatum devolvit. Sed ille statim tyrannide tanta in innocentes sævire cœpit, ut inter genera pœnarum mortem levissimum duceret supplicium, qvia ludibria & dolores exqvisitissimos addebat lentæ morti, & multis, qvos superesse cum dolore volebat, aures & nares præsecuit, oculos effodit, lingvas exscidit; aliis plumbum fervens in adversum os injecit. Plerisque proceribus necatis & fugatis, exemplo fratris, repudiata fide Christiana, discupiebat jam ad sectam Machometis concedere. Sed dum in illo erat, conjurati eum interfecere, & accersito è Polona SIENIAVIO, exercitus regii in Russia præfecto, Walachiam potestati regis Poloniæ permisere, hac conditione, ut sibi princeps non nisi Dacus daretur. Datus est PETRUS, Daciæ pincerna, cui tamen se statim opposuit ZOLDA, Stephani tyranni interfecti sororius. Sed hic captus, naribus truncatis, ineptus factus est ad despotiam. Petrus autem fidem & obedientiam & auxilia contra hostes regi juravit. Tempore Sigismundi III. regis Poloniæ, qvi MICHAELEM Walachiæ palatinum profligaverat, JEREMIAS MOHILA diu rerum summæ apud Walachos præfuit, constans Polonorum socius. Eo defuncto, frater ejus SIMEON MOHILA præripuit dominium Jeremiæ filio minorenni Constantino, cui tutor datus fuerat. Hoc Simeone intra annum defuncto, etsi ejus filius, MICHAEL MOHILA, corripuit dynastiam, Turcis consentientibus, qvorum tributarios se profitentur Walachi, tamen CONSTANTINUS, Jeremiæ filius, à sororio Stephano Potocio, Palatino Poloniæ, principatui paterno est restitutus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

annos. Sed Tartari erumpentes, Moldaviam in potestatem redegerunt imperatoris Turcici: à qvo ab hoc tempore Moldavis datus est Palatinus. Sigismundus tamen principem dynastiæ Gratianum fortiter defendit, & qvanqvam initio exercitus Polonicus sub Zolkievio est cladem passus, collectis tamen viribus victores fudit, perq; Euxinum pontum immissis Cosacis, terrorem ipsi Constantinopoli incussit. In nupero bello Scythico-Cosacico BASILIUS, Moldaviæ seu Walachiæ princeps, varia est agitatus fortuna. Adactus est tandem illuc, ut generum adscisceret Chmelnicii filium: & hoc ipso tempore grave illi bellum cum Ragozio Transilvano gerendum, qvi multas illi arces & oppida eripuit.

LIBRI TERTII
SECTIO VIII.
de Tartarorum imperio.

QV. I. *Placet Tartarorum historiam adjungi; qvos non Hungariam saltem, sed & Poloniam & Silesiam sæpius vexasse memini.*

Tartarorum, seu, ut aliqvi rectius scribi putant, Tattarorum aut Totarorum nomen tunc primum majoribus nostris innotuit, cum, duce Batto, ante cccc amplius annos, vastatis Russorum provinciis & Kiovia metropoli funditus eversa, Poloniam & Hungariam cædibus & rapinis complevere. Sunt, qvi, cum ex aliis conjecturis, tum ex IV Esdr. XIII. 41. illos putant reliqvias esse x tribuum Israelis, à Salmanassare in Assyriam deportatarum, præsertim cum vox Tartarorum notet Hebræis reliqvias, & Tartaris antiqvitus præputium sit detractum. Qvia autem eos Leunclavius à fluvio Tartaro deducit, & circumcisio jam antiqvitus multis aliis populis fuit cum Israelitis communis, & præterea Scythica natio, qvæ maximam partem est Tartarorum, antiqvior est, qvam qvæ demum tempore Salmanassaris cœperit condi, inter fabulas Judaicas eam opinionem referemus. Eorum interim sententiam non dicimus à veritate abludere, qvi putant Americanos esse Tartarorum prosapiam. Etsi autem Tartari initio gens fuere despecta, nunc tamen eorum nomine omnes fere utriusq; Scythiæ solitudines vastissimas complectimur. Utriusq; dico. Nam alia Scythia fuit Europæa (ad qvam pertinent Troglodytæ in inferiore Mœsia: Daci in Moldavia, Walachia, Transilvania & parte Hungariæ: Getæ ad utramq; Rheni ripam: Carpiani & Jazyges in Podolia: Bastarnæ, Alani, Roxolani in Russia nigra: Borysthenitæ in Lithuania inferiore: Ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

maxobii, Georgi ſeu Nomades in Tartaria minore: Taurici in Cherſoneſo Taurica) alia Aſiatica, qvæ dividebatur in Sarmatiam Aſiaticam, ubi nunc ſunt Tartari Zerkaſſi; olim Turci & Amazones inveniebantur: in Scythiam intra Imaum, terram olim Bactrianorum, Sogdianorum, Maſſagetarnm & Sacarum: & in Scythiam extra Imaum, qvæ ad Oceanum usq; excurrit. Ampliſſimis his regionibus, qvos uno Monguli nomine comprehenderunt, dicunt ſuperioribus temporibus unum dominum, qvem Chamum ſeu Chanum vocant, præfuiſſe: nunc in plures omnia eſſe ſciſſa dominatus. Eſt enim Tartaria deſerta in hordas diviſa varias, ceu eſt ad Volgam Zavolhenſium, Caſanenſium, Nohaicenſinm. Eſt regnum Aſtrakanenſium & Cirkeſſorum. Eſt Zagathai, id eſt, Scythia intra Imaum montem, cujus metropolis eſt Samarcanda. Eſt Turkeſtan ſeu Scythia extra Imaum montem, veterum Sacarum culta regio. Eſt regnum Cataini magni ſeu Umchani ſeu Chani, tanqvam imperatoris imperium, in qvo præter Tenduc, regnum illud Pretejannis ſeu Presbyteri Johannis qvondam famoſiſſimum, tria ampliſſima regna florent, Tangut, Tamſu & Cataja, veterum Serica: cujus metropolis ampliſſima Cambalu qvinq; milliaria Germanica ambitu ſuo complectitur. Tartaria tandem vetus inter Catajam & Paramiſum ad fretum usq; Aman porrigitur. Notiores ſunt nobis Europæi Tartari Præcopenſes in Taurica Cherſoneſo inter pontum Euxinum & Mæotiden: cujus incolæ primitus fuere Tauri, Scythiæ populi. Hos poſtea rex Ponti Mithridates ſubegit, vaſtoq; ſuo imperio adjecit. Romani Mithridati victo, ejusq; poſteris non ſaltem Pontū, ſed & Tauricum & Bosporanum regnum ademerunt. In imperii R. diviſione Taurici orienti ſunt adſcripti, & Byzantini imperatores illis tributa imperarunt, donec Genuenſes potiorem Cherſoneſi partem, inq; ea Theodoſiam, alias Caffam dictam, oppidum nobile, claſſibus ſuis occuparent. Tandem Tartari, ſive in expeditione illa Batri famoſa, ſive alio tempore, vi illuc, duce Lochtono Chano, qvem aliqvi Ulanum vocant, ingreſſi, Genuenſes continuis irruptionibus attriverunt, novoq; regno adornato, ex Polonia, Ruſſia & Lithuania variis prædis res ſuas valde auxerunt. Jovius libro XII. Mingareſium qvendam paulo ante patrum ſuorum memoriam dicit ex illis Scythis, qvi ultra Volgam ad Imaum usq; immenſa terrarum ſpacia diviſis imperiis obtinent, cum amplius LXXX. millibus eqvitum Tanain trajeciſſe, & victorem oras Mæotidis usq; ad Boryſthenem popularum, occupaſſe Tauricam Cherſoneſum: utq; tutius conſiſteret adverſus Polonorum & Ruſſorum impetus, in Iſthmo à Mæo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Mæotide in Ponticum fossam perduxisse, atque perpetuo aggere communivisse: hoc angustæ terræ spacium antiqvos vocasse Dromonem Achillis: & ob ea provincia peninsulæ Tauricæ intercisa incolas Tartaros à Russis hodie Præcopitas appellari. Tandem Machomet II. anno cIↄcccclxxv. australem hujus regni partem, qvam vocant Præcopensem, cum metropoli Caffa & Cossovia occupavit. In boreali autem parte, qvam Crimæam à metropoli Crim vocant, Chanus seu rex Tartaricus, qvi etiam Sar vel Zar dicitur, nihilominus persistit, qvanqvam perpetuis bellis à Turcis ad fœdus istiusmodi protractus, ut signa Ottomannica, qvocunque vocetur, vel minimis seqvatur stipendiis. Rex eorum anno cIↄIↄLXXXI. fuit MECHMET Gierei: cujus fratres, per seditionem armis correptis, cum nihil proficerent, ad Stephanum Poloniæ regem confugerunt, & cum legatis Polonicis Constantinopolin profecti, cum frater eos reposceret, non sunt redditi. Cumque se qvasi captivos intelligerent, clam redierunt, & auxiliis Moscovitarum & sectatorum damna fratri varia intulerunt. Sed Mechmet, illis denuo pulsis culpam intestinorum bellorum Amurathi III. Turcorum regi impegit, viribusque omnibus collectis, Caffam valida pressit obsidione: cumque jam urbs dedenda esset, Amurathes ejus sive fratrem naturalem, sive proximum agnatum, Aslanum Gierei, hactenus captivum, gratis solutum, cum exercitu misit ad liberandam ab hostibus Caffam: qvod ille tanta erga Turcos fide præstitit, ut non tantum obsidionem solveret, sed & animos optimatum auro corruptorum eo inclinaret, ut Machmetem cum duobus filiolis in frusta conciderent, & Aslanum sibi præficerent: cui Amurathes nomine Beglerbegi, qvasi viceregis, provinciam Crimæam ab hoc tempore regendam commisit. Qvi his temporibus præest Crimensibus Tartaris, ex historiis Polonicis nomine ISLAN GIEREI notus est. Anno hujus seculi xxvii. Cantamirius Tartarus cum non exigua clientum manu ex Taurica Chersoneso in Moldaviam novas colonias deduxit, rem illam probante Amurathe IV. Turcorum imperatore, cui per novos hospites videbantur novæ vires addi. Sed magnus Tartarorum Chanus potentiam suam ita imminui causatus, Cantamirium, misso in Moldaviam exercitu, secundo prælio profligavit: cumque ad se evocatum Amurathes interfici; reliqvos Tartaros in Tauricam reduci jussit.

II. Unde illi Tartari, de quorum expeditione ante annos CCCC. in omnes pene orbis plagas suscepta aliqvalem mentionem injecisse, primum progressi sunt?

Marcus Paulus Venetus, qvi vixit anno cIↄcclxxiv. & Haithonus, qvi

 floruit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

floruit anno cIɔccccviii. oculati testes, ut & Vincentius in speculo historiali, & Sabellicus enneade ix. libro vi. scribunt, gentem hanc in ea Scythiæ parte vixisse, qvæ est ultra Beliam montem, ad qvem Macedonum arma Alexandri ductu pervenisse dicuntur. Ferunt, his ab initio fuisse cultum sine moribus, sine lege, sine ullo vitæ cultu: ipsos obscuri inter reliqvos Scythas nominis armenta pavisse, finitimisq; tributa exsolvisse: mox in plures hordas tanqvam tribus divisos cœpisse sub ducibus vii. agitare, penes qvos erat totius rei summa usq; ad CHANGIUM, ut vocat Harthon, vel, ut nominat eum Texeira, Chingium Cham, id est, regem regum, qvi ante regnum occupatum, dictus fuit Tamachin. Alii eum vocant Gingiz seu Canguistam seu Cingin. Nonnulli ferunt, illum opificio fabrum fuisse, sed prudentia & sanctitatis opinione clarum. Sed Texeira dicit, patre rege Ladore eum esse natum, & qvidem anno cIɔcLii. Admonitus noctu à viro sene, eqvo albo insidente, ut dux gentis esset, cum reliqvis vii. ducibus idem responsum noctu contigisset, recepto omnium consensu imperio, primum omnium malorum dæmonum cultum abrogavit, edictoq; præcepit, ut tota gens Deum optimum maximum coleret, cujus providentia regnum credi voluit à se receptum. Inde, ut fama est, septem principum, qvi ante constitutum regnum universæ genti præfuerant, filios parentum manu jussit interfici, finitimosq; primum Scythas, omnesq; Tartarorum hordas; mox remotiores populos suo subegit imperio, & ad Caspium usq; mare & ad Indiam victor processit, victoq; Umchano, à qvo sibi nuptiæ filiæ negatæ fuerant, se posthac magnum Chanum & regem regum vocavit. Nonnulli hunc illum fuisse credunt, qvi moriens filios emblemate fasciculi sagittarum colligatarum ad concordiam alendam prudenter invitavit. Ut enim fascem infringere neqviverunt; singulas autem sagittas facili negotio confregerunt; ita firmum fore dixit imperium, si in eo tuendo concordes inveniantur: infirmum, si à se diffideant. Patri inter qvatuor filios (qvos vocant Hocotam, Chagatai, Tuxykan: Tulikan) in regno successit Hocota, aliis Oktai Cahon, item Ochodarius vocatus. Hic, victo prius & cæso Ivano, Georgorum rege, exercitum qvadripartitum sub filiis, aut, ut alii volunt, sub fratribus in omnes mundi plagas emisit. Filium JACHINUM seu Jochum, natu maximum, jussit ad occidentem sese solem & ad Euphratem convertere: BATTUM seu Baidonem ablegavit in septentrionem: CAGADANO natu minimo, qvem nonnulli vocant Tagladaim, terras, qvæ ad meridiem vegunt, depopulandas commisit. Ipse validissimo ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

mo exercitu ad ortum adversus idololatras progressus, celerrimo victoriarum cursu ad Cajathum usq; imperii fines longe lateq; propagavit. Cagadanus ad Æthiopes usq; progressus, cum in desertas terras esset protradus, amisso exercitus flore, re infecta rediit. Frater ejus Jachinus, suas ex deperditis in meridie exercitus reliqviis copias explevit, resq; Turcorum in Persia, Assyria & Mesopotamia vehementissime affixit. Major celebriorq; Batti victoria: qvi Goniata seu Guiatadi, Turcorum rege, anno cIↃ cxcii. ingenti prælio victo, novum in Comania regnum condidit, servis, qvi ipsi genti imperitare cœperant, debellatis & subactis. Ad hoc regnum non Cappadoces solum pertinuere, sed & omnes ad Tanaim usq; & Euxinum pontum gentes. Comania domita, Battus in Russos, Podolios, Moldavos & Walachos progressus, omnia suo submisit imperio. In Hungariam etiam & Poloniam bipartito agmine copias emisit. Ita Tartari, Sendomiria, Cracovia & Vratislavia potiti, ducem Lignizii in Silesia Henricum pium in prælio captum securi percusserunt: inde in Moravia incendiis ac cædibus totum mensem grassati, cæso à Moravis duce Peto, cum Olmutzium obsiderent, suo se tandem imperatori Batto conjunxerunt: qvi interea cum altera copiarum parte, rege Hungariæ Bela IV. profligato, biennium in lautissimis Hungariæ & Austriæ agris commoratus, per Walachiam tandem & Podoliam trans Borysthenem & paludem Mœotidem in Tartariam rediit. Haithonus, & ex eo Sabellicus testantur, Battum fluminis Dravi impetu & violentia cum magna parte eqvitum, qvi illud superare contenderant, absorptum fuisse, & Tartaros, rege amisso, ob hanc causam ex Hungaria pedem retraxisse. Alii duos Battos faciunt, unum Hocotæ filium, alterum ejusdem ex fratre nepotem. Innocentius IV. teste Chytræo, missis ex concilio Lugdunensi ad Battum legatis, ut nostram religionem amplexus, pacem cum Christianis coleret, persvadere voluit. Sed ille, aliqvot annorum induciis tantum orbi Christiano concessis, Machometicam perfidiam, persvasus à Saracenis, sectatus est.

III. Ingentes Tartarorum ausus en vides, qvæ nec priscis illis gentium emigrationibus, nec Bacchi alicujus, aut Herculis, aut Alexandri expeditionibus qvicqvam cedere videntur. Sed qvos habuit magnus ille Hocota successores?

Autores in designanda serie magnorum Chanorum, qvos etiam vocant Kitaios, maxime variant. Nos, qvæ maxime in Texeiro & aliis probamus, potissimum seqvemur.

REGES

MAGNI TARTARIAE CHANI
SEU REGES.

An. Chr. *An. Reg.*

1207. I. **CHANGIUS** ſeu **GINGIZ**, filius Baduris ſecundum Texeiram, aut SukyBadui, ut eſt in Chronico abbreviato Perſico, qvod legitur in archontologia Gothofredi. 23

1230. II. HOCATA ſeu OCKTAI KAHON F. 12

1242. III. GVINO ſeu JACHINUS ſeu GAJUK, F. frater Batti, amicus juſtitiæ & Chriſtianorum, puer ſub tutela matris primo qvadriennio. 5

1247. IV. MANGO, ſeu MANCHUKAHEN, Changii ex filio Tulikan nepos, conditor regiæ Cambalu. Ad hunc rex Armeniæ ſe conferens, cum admodum gratum eſſet Tartaro, qvod ad ſe rex ſupplex perveniſſet, tria rogavit, I. ut Tartari religionem Chriſtianam amplecterentur. II. Ut perpetua pax eſſet inter Chriſtianos & Tartaros, & Palæſtina eriperetur Saracenis. III. Ut res Saracenorum everterentur & Caliphatus eorum tolleretur. Obtinuit omnia. Mango hic moriturus regnum Cathai dedit fratri Cobilæ; Cobila ſeu Cublai, ut M. Paulus Venetus cum fratre in ejus aula diu verſatus & admodum acceptus ſcribit, in arce habitavit, qvæ ſuo ambitu comprehendit xxx[illegible]. milliaria Italica, muro qvadrato munita: in cujus ſingulis angulis & ſingulis ſpaciis, qvæ angulis interjacent, regia palatia fuere extructa. In medio autem arcis dicit regis palatium alio adhuc muro eſſe incluſum, qvi in ambitu qvatuor contineat milliaria: cæterum eam eſſe regis ipſius majeſtatem, ut nullum cum eo qveas comparare. Najas, ejus avunculus, Chriſti nomine abuſus, circa annum cIↄccLxxxvii affectavit imperium, Turcicis auxiliis fretus: ſed Cobila in ipſis conatibus eum oppreſſit, & qvatuor in orbe magnos Prophetas, ut ſolitus fuit dicere, ſimul adoravit: Chriſtum, Moſen, Machometem & Sagamombarem, Tartari[illegible] notum: qvia hi omnes unum verum Deum coluerunt. Chriſtianorum tamen legem cenſuit eſſe optimam, ſed qvia tanta præſtare non poſſint, qvantum ſuorum idolorum cultores, à qvibus qvotidie variis præſtigiis dementabatur, abſtinendum ſibi cenſuit à profeſſione fidei noſtræ. Paulinos tamen fratres Venetos Romam, addito illis viro nobili Cho-

gotalo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

gotalo legato, destinavit, qvi sibi adduceret aliqvos, à qvibus fidei Christianæ fundamenta proponi in Tartaria possent. Et, si Haytono credimus, ipse tandem sacris nostris initiatus est, & anno regni XLIX. defunctus, successorem reliqvit Thamarem, cui parebant potentissimi reges, Chaparis in Turchestania & Zacathaja; Hochtai ex stirpe Batti, qvi vel sexcentis eqvitum millibus hostes invadere poterat; Corbanda in Ecbatanis Persiæ, & ipse Præte-Johannes, seu presbyter Johannes, in provincia Tenduc, Christiani nominis. Mango autem, qvartus rex Persarũ è Tartaris, postqvam XIII. annis regnavisset, defunctus ad fratrem Ulahum seu Haalonem transmisit imperium. 13

1260. V. ULAHON seu ULAKUCHAN, nepos Changii, frater Mangonis & Cobilæ, Christi nomini addictus, à fratre Mangone, qvi rerum apud Tartaros potiebatur, cum summa potestate missus ad recuperandam à Saracenis Palæstinam, unde Christianos pene ejecerant omnes, Persiden, qva transiit, Damascum, & Alepum cum tota Syria subegit: ipsaq; tandẽ Babylone seu Bagdado occupata Calipham Saracenorũ Almostacenum in potestatẽ redegit, & inter thesauros immensos, qvos avidius conqvisierat, nec in milites conscribendos erogare voluerat, vivum inclusum fame enecavit. Fertur ultra decies sexies centena millia hominum jugulasse. Reliqvit regnũ inter tres filios divisum: & Abagæ seu Habcay attribuit Persiam; Jachenero Armeniam; Tanduno Mesopotamiam. 6

1266. VI. ABAGA seu HABCAY CHAN, idolorum cultor, pulsus à Saracenis in Armeniam è Syria, recuperavit exercitu reparato amissa anno CIↃCCLXXVII. sed brevi post toxico, à Saraceno perfide ipsi mixto, sublatus est. 12

1282. VII. TANGADOR seu NICUDAR seu HAMED, Fr. in baptismate Nicolaus dictus, per svasus à Saracenis, deserto Christo, Machometismum amplexus, in circumcisione Machomet dici voluit, remq; Christianam graviter afflixit. Interemtus à fratre Argone vitam & regnum amisit. 1

1283. VIII. ARGON Fr. Abagæ filius, qvem aliqvi faciunt Abagæ ex fratre Cabila nepotem, Christianus, templa reparavit destructa à Tangadore, &, dum expeditionem moliretur ad Hierosolymas recuperandas, morte est præventus. 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

1292. IX. KANGAITHUS Fr. atheus, à Baydone successore in bello interfectus, cum, pecunia destitutus, papyraceæ monetæ usum vellet introducere. 3

1295. X BAYDO seu BADU, Ulahonis N. Turganei F. Christianus, cui Saraceni infensissimi: Casanum Argonis filium, si Christo negato in Baydonem insurgeret, regnum promisere: Et prælio commisso desertus est Baydo à Saracenis, qvi ab ipsius partibus stabant, & peremtus. 1

1296. XI. CASANUS seu CAZUN, Argonis filius, regno sibi stabilito, fastidiit Machometem, & egregius Christianorum propugnator, vocatis in auxilium Armeniæ & Georgianorum regibus, Calipham Ægypti, qvi Syriam invaserat, magna clade affecit. Postea variis tam Persarum, qvam Syrorum seditionibus est exagitatus, è qvibus tamen feliciter se expediit, & post XL. annum regni, cum & ipse ad sanctam civitatem Saracenis denuo extorqvendam esset operam pollicitus, morte præventus obiit, anno regni qvadragesimo, ut testatur Venetus. Idem ejus fratrem Cagabandam, in baptismo Nicolai nomen adeptum, abjecta post mortem pientissimæ matris religione nostra, dicit Saracenorum perfidiam professum, cum omnia tyrannice ageret, occasionem dedisse, ut res Tartarorum in Persia & Syria valde affligerentur, præsertim cum Ottomannica Turcorum; & Assimbeja Persarum familiæ, omnibus in Asia terrori esse cœpissent. Qvas tamen ut Tamerlanes castigaverit, notum est. Texeira & Mirkondus dant tantum octo annos Casano. 8

1305. XII. ALYAPTUS Fr. suscepta Machometis religione, maluit vocari Sultan Machomet: constituit sibi regiam sedem apud Taurim: præfectum Damascenum rebellem in ordinem redegit. 12

1317. XIII ABAZAYD F cum deperiret filiam Vezieri, jam viro nuptam, & ea negaretur, vi sibi illam, patre ejus & marito interfectis, rapuit, illiusq; in manus gubernacula regni tradidit. 20

Post obitum Abazaidi qvis regno præfuerit, nondum licuit invenire Ferunt aliqvi, ab hoc tempore divisam esse Tartarorum potentiam, & qvemvis se regem illius provinciæ appellasse, qvam obtinebat, cum imperio usq; ad TAMERLANEM, qvi anno post Abazaydum xx[illegible] res Tartaricas ad summum perduxit fastigium. Sed ante aliqvot annos Johannes du

Bec

Becrez Tamerlanis qvinque libris in Gallia prodidit, se illas ex Arabico scripto Alhacenti, Tamerlanis qvondam historici, in vernaculam transtulisse testatus: qvas postea princeps Anhaltinus Kötheni curavit imprimi Germanice. Si his libris fides habenda est, nec illi sunt ingenii magis qvam veritatis fœtus, præfuit post Abazaydum in indiviso Tartariæ regno Tamerlanis pater: cujus tamen nomen nondum inveni expressum.

IV. Ex qva familia TAMERLANES ille fuit oriundus, qvem novi post plurimas victorias ipsum Bajazethem Turcorum regem vivum cepisse?

Autores variant in familia illius afferenda. Qvidam, ut Chalcocondylas, Egnatius & Fulgosus, eum ajunt plebejo genere natum è Sangale, & vel fuisse mulionem, vel pastorem, vel latronem, & regnum Persarum astu occupasse. Thuanus libro LXVII. eum refert ideo vocatum Tamerlanem, qvia, cum alias Tamer diceretur, inque Carmania operam literis daret in schola, qvam Turci Lanum vocant, atque à condiscipulis per lusum rex esset electus, illa dignitate postea serio usus, regios animos sumserit, atque Tamerlanes, qvasi Tamer è schola, dici voluerit, contractisque jam majoribus copiis, multos eorum, qvi tunc militabant Bajazethi, ad se pellexerit, ipsoque Bajazethi, parva hæc initia improvide contemnenti, bellum indixerit. Addit, secundum alios, qvia Zengi claudum significat, Tamerem, altero pede claudum, accepisse cognomentum. Alii rectius eum faciunt Samarcandæ decem ex horda Zagatai citra Caspium mare ad Volgam: unde illum dicunt anno CIƆCCCLXIX egressum qvævis obvia torrentis instar prostravisse. Nonnulli eum ex ipso Changio sangvinem censent trahere: qvod etiam Acta Tamerlanis allegata afferunt. In illis legimus, Ogum, aliis dictum Bajanchonum, magni Tartariæ Chani seu regis fratrem, Zagatai dominum & regem, rerum gerendarum pertœsum, filio Tamerlani, a cœlesti gratia cognominato, qvindecim annorum, regnum permisisse: illius primam expeditionem adversus magnum Moscoviæ ducem susceptam: cui in acie victo cum imposuisset annuum tributum, ejus patruum, magnum Tartariæ Chanum, illi in imperio successionem cum filiæ nuptiis obtulisse: hinc bellum adversus regem Chinæ in oriente decretum, & post domitos rebelles principes, longissimo illo Chinensium muro, adversus Tartaros qvondam excitato, vi perrupto, & ipso Chinæ rege in potestatem redacto, feliciter finitum. Ab hoc tempore, ut ajunt, Tamerlanes per terras Moscoviæ vicinas, perque Armeniam & Georgianos in Asiam minorem adversus Bajazethem contendit, ut Turcorum potentiam nimis succrescentem frangeret,

 & Ma-

& Manuelem, imperatorem Constantinopolitanum, gravi pressum obsidione, à Turcica vexatione liberaret. Erant in exercitu illius ꟾↄccc. virorum millia. Jam Euphratem trajecerat, cum Bajazethes, missis, qvos hactenus obsederat, obviam illi adesset. Atrox ibi pugna. Vincitur Bajazethes, & caveæ ferreæ aureis vinctus catenis includitur: fœdus inter Tamerlanem & Constantinopolitanum imperatorem initur: Prusia occupatur cum multis aliis in Asia munitioribus: inde cum parte exercitus Ægyptus petitur, & Sultanus Memphiticus in fugam convertitur: occupantur Damascus, Hierosolyma, Alcairum, Alexandria: Libyæ & vicinis tributum imperatur. Hinc ajunt reversum ad Euphratem, & Babylone occupata, reges Persarum, Gvinem & Talismaharem, ad obseqvium adegisse: & qvia nunc tandem socer ejus, magnus Tartarorum Chanus, extremum diem anno cIↄccclxxxviii. obiit, supremam in se potestatem devolvisse, & victorias in devictos populos subinde rebelles, cum per alios duces, tum imprimis per Axallam, natione Genuensem, qvamdiu vixit, continuasse. Obiit anno cIↄccccv. cum præcipuis heroibus conferendus, cum post socerum xvii. annis Tartariæ præfuisset, & xxxvi. annis res gessisset felicissime. Vir fuit libidinibus deditus, prudens tamen, qvi, teste Chalcocondyla, disciplinam militarem per egregiam syssitiorum rationem inter suos egregie ordinavit, & mirandis rotis seu circulis, intra scalas inclusis, urbes capere consvevit. Sed & Samarcandam, patriam in Zagatai urbem, variis structuris exornavit, multisq; millibus ex devictis populis illuc deductis ampliavit. Cum decederet, ferunt novem reges vel principes regio nomine illi obseqvium debuisse. Successit illi in regno filius natu major, SACHIUCHUS, qvem Acta ex Arabico Gallica vocant Santochium: qvæ ipsa duos illi tantum assignant filios, Santochium & Letrochium. Sed alii dant Tamerlani qvatuor filios, ex qvibus cum ante patrem obiisset TooriGvir, ejus filium PirMachomet dicunt in India imperium gessisse, sicuti Mirunxa administravit Persiam, & ordine successores habuit Machometem filium & Abazaydum nepotem. In Zagatai seu Samarcanda successit ejus propinqvus Katilus; in Babylonia Helkomus; alii alibi. Sachiuchus, Tamerlanis filius major, magnus Tartariæ Chanus, reliqvorum dominus, cum esset vir pacis amans, dejectus est à fratre minore, qvem alii vocant CHAROCUM, seu Mirzacharocum; alii Pajangurem; alii Letrochium. Reliqvi fratres & reges id ægre tulerunt. Bella inde civilia: qvæ eo graviora fuere, qvia se illis immiscuit Caralluf Turcomannus, & magnam partem

Persiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Persiæ & Babyloniæ Tamerlanidis eripuit. Successores Tamerlanis in Tartaria enumerabimus ordine.

REGES TARTARIÆ EX TAMERLANE.

A. C. A. R.

1388. I. TAMERLANES, ex posteris Changii, filius Ogi seu Bajanchani: qvo defuncto, varia inter posteros ejus bella. 17

1405. II. SACHIUCHUS F. à fratre Charoco dejectus, & paulo post defunctus

III CHAROC, seu Letrochius, seu Pajangures Fr filius Tamerlanis minor: qvi ob præreptum fratri regnũ à reliqvis diu est oppugnatus. Ejus tempore Katilus Tamerlanis propinqvus in Zagatai est eversus ab Hosqveno, aliqvo ex clientibus: sicuti Hosqvenum vicissim evertit Jonus. Caralssuf etiam, Tartarus factionis illius, qvam vocant arietis nigri, Babylonem, Mesopotamiam, Mediam & magnam partem Persiæ Tamerlanidis eripuit. 42

1447. IV. OLOGBEC F. cæsus in prælio per seditiosos, inter qvos ipse ejus filius Abdelarif. Frater ejus Tzokies, regia sede in Assyria constituta, ex filia reliqvit nepotem Tzanisam, cui præter Assyriam Armenia inter Euphratem paruit. 3

1450. V. ABDELARIF F. cæso patre, post VI. menses sagittis à militibus trajectus. $\frac{2}{1}$

1450. VI. ABDULA Fr. qvem Abuzayd, Carasoniæ in Persia rex, in prælio peremit. 2

1452. VI. ABUZAYD, Tamerlanis pronepos, Machometi F Mirunxæ regis Persiæ N. juncto Tartariæ & Persiæ regno, multis illud provinciis auxit, è qvibus adversarios fugavit: tandem ab Assimbejo Usumcassane, ex factione arietis albi, rege in Persia, captus & necatus. 17

1469 VIII HAMED F. utriq; regno præfuit, & sine prole decessit. 26

1495 IX BABUR, Hamedi agnat9, è regno à Bekano Usbeqviæ domino fugatus, profugit in Indiam, & reliqvit duos filios, Homajonem & Camoranem: qvorum ille post patrem, regno in India sibi firmato, longam habet posterorum seriem, qvi dicuntur magni Mogoles Indiæ, ut dicetur postea in Indicis historiis. Tamerlanidæ autem post hoc tempus è regno Persiæ exclusi sunt. 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

LIBRI TERTII
SECTIO IX.
de Persis, Saracenis & Turcis.

I. Qvia Tartari ex suis sedibus in Persiam egresti, late ibi & diutissime dominati sunt, recte eorum vestigia legis, & me ex Tartaria in Persiam deducis.

Seriem hic regum Persarum antiqvissimorum ex Taric Mircondo, & Texeira, cujuscunq; sit fidei, prout apud Gothofredum in Archontologia Cosmica & alibi invenitur, primum accipe. Cui tamen annos, qvibus singuli imperarunt, ex dictis autoribus non adjiciam, qvia nihil certi in illis, & multa absurda, ut vel ex illis patet, qvæ in secunda monarchia Persica diximus.

REGES PERSARUM ANTIQVISSIMI.

I. KAYUMARAS, Arani filius, Semi nepos, Noachi pronepos: in provincia Medorum Azerbajon seu Servania in civitate Tauris, qvæ est antiqvorum Ecbatana, primus Persarum rex electus: armorum apud illos inventor.

II. SIAMEK, filius Nazeki philosophi, à latronibus interfecti, nepos Kayumaræ, in prælio victor cæsus, paucis post regnum sumtum diebus.

III. OUCHAN F. & ipse in prælio occubuit.

IV. THUAMUR F. Diuband, qvasi domitor à multis victoriis dictus, LLator. Vezierum primus hic creavit, qvi esset proximus à rege: peste defunctus.

V. JAMXED Fil. aut Fr. aut Patruus, septem provincias regno conjunxit: primus pretiosos lapillos inclusit auro, & ejus tempore excogitatæ sunt vestes sericæ, & peristromata Babylonica, viniq; usus invectus est, qvia liqvore uvarum dilecta ipsi virgo convaluerat: delectus à successore & jugulatus, cum, ut Deus vellet, adorari.

VI. ZOAK ex posteris Kayumaræ, Helvani F. tyrannus & magus, qvem aliqvi habent pro Zoroastre, victus tandem & jugulatus à conjuratorum ductore Koa, fabro ferrario, cujus filios interemerat.

VII. FRAIDHUN, Jamxedi F. cum tres haberet filios, Iregen natu majorem, & ex filia Zoaki Salmum & Turum, Iregi qvidem Persiam, Assyriam & Mesopotamiam cum titulo regio reliqvit; Salmo autem Magarebias in occidente; Turo Turqvestaniam, unde Turcæ oriundi sunt, attribuit. Sed fratres juniores majorem obtruncaverunt: ejus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ejus autem filius Manucher necem fratris, vivo adhuc & cœco avo, occisis patrui, ultus est.

VIII. MANUCHER, Iregis F. Fraidhuni N. victus primum ab Afraciabo, dynasta Turqvestaniæ, mortem Turi ulturo, postea egregia victoria diuturnam pacem suis peperit.

IX. NAUDAR F. adversus qvem Afraciab è Turqvestania exercitum cccc. millium eduxit, eumque tribus ingentibus præliis superavit, cepit, jugulavit.

X. AFRACIAB, Turqvestanus, tyrannice per XII. annos præfuit. Tandem in conjuratione adversus eum facta, Zalus Narimonas, Vezieri filius, toto corpore hispidus & pilosus natus, tamdiu illum bello fatigavit, donec deserta Perside rediret in Turqvestaniam.

XI. BAZAB, regia familia ortus, jam octogenarius regnum adiit, & populo tributa remisit, gulæ plus debito deditus.

XII. KAIKOBAD, cujus dux Rostanus, Zali filius, duplici prælio victoriam ab Afraciabo reportavit.

XIII. CAYCAUS seu Salomon F. reportavit victoriam 1. à præfecto Masandroniæ, qvi diadema sibi imposuerat, 2. à rege Arabum, cujus tandem filiam duxit Sobedam, qvæ iisdem artibus in privignum Syavecē usa est, qvibus in Josephum uxor Potipharis, 3. ab Afraciabo: cujus tandem filiam duxit Syavex, Caycai filius: qvi tamen paulo post à Turcis interfectus, reliquit uxorem gravidam, unde natus Caycozraus, avo postea in regno Persidos successit.

XIV. CAYCOZRAUS N. redegit tandem Afraciabum, virum longissimæ vitæ, in potestatem & eum interfecit, & vectigalem fecit Turqvestaniam. Tempore ejus floruit philosophus Lokman, cujus opera adhuc extare dicuntur. Hujus Lokmanni mentio extat in ipso Alcorano: & sunt, qvi per illum intelligunt Æsopum.

XV. LORASPHUS, Græcis Cyrus, Caycozrai ex fratre nepos, subjecit sibi Babylonem, Damascum, & domum sanctorum, per qvam aliqvi intelligunt Hierosolymam. Rebellavit adversus eum filius Gustasphus, & cum copiis validioribus urgeretur, profugit in Turqvestaniam, & regis filiam incognitus adhuc virtute meruit, cumque socero persvasisset, ut moto adversus Persas bello, illis tributum negaret, Lorasphus intelligens, filium esse apud Turcos, diadema ei misit, & reverso regnum tradidit.

XVI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XVI. GUSTAPHUS F. Græcis Darius Hystaspis, cui grave bellum fuit ob ignis cultum cum A·iaspho Turoniæ rege. Confecit autem illud, & multa alia, per filium SPHANDIAREM: qvem tandem interfecit Rostanus, cum senem vi ad regem iratum ex Sistone, qvo se receperat, adducere conaretur.

XVII. BAHAMAN N. Sphandiaris F. cognomento Darazdastus seu Longimanus, item Ardchir, qvia astrologus matri, uterũ gerenti, pro filio nascituro in domum adduxisset Ard, id est, farinam & Chir, qvodcunqꝫ demum id fuerit. Unde nomen Ardchir, qvod Græci enunciant voce Artaxerxis. Patris necem ulturus, bellum intulit Rostano: sed ille jam diem obierat, per insidias ab ipso fratre Chagano, ejusqꝫ socero, præfecto Cabulensi, in confinio Indiæ necatus: qvem tamen utrumqꝫ, cum in foveam sibi structam incidisset, duabus sagittis simul ex nervo missis, anteqvam moreretur, interfecit. Percussit igitur ejus filium Framazum & patrem Zalum, qvi adhuc in vivis fuit, vivum cepit. Hinc arma vertit in Syriam & Palæstinam, & multos Judæos abduxit captivos in Persiam.

XVIII. HOMAJA, uxor Bahamani, qvæ, exacto qvinto regni mense, cum peperisset infantem, qvem magi prædicebant magnorum malorum autorem fore, inclusum cum cistulæ ligneæ cum thesauris imposuit flumini. Sed inventus & educatus à fullone, nomineqꝫ Darabi (à Dar, tabula & Ab, aqva) insignitus, cum fortiter egisset in juventute, agnitus tandem à matre, ad regnum pervenit.

XIX. DARAB, Bahamani & Homajæ F. cui Phaylacus, rex Yunoniæ, id est, Philippus, rex Macedoniæ, tributum ex Jonia negans, bellum intulit: sed pax coaluit tandem, ut Phaylacus filiam elocaret Darabo, & qvotannis XL. millia librarum auri illi penderet. Darab autem uxorem paulo post repudiavit, qvia male olentem duceret spiritum.

XX. DARAB II. parvus F. homo nullius pretii: contra qvem Ascander id est, Alexander M. invitatus à Persiæ proceribus, qvibus non placebat Darab, expeditionem suscepit, eumqꝫ tertio prælio victor evertit.

XXI. ASCANDER, id est, ALEXANDER M. qvi rex factus est non solum regni Persici, sed & Græciæ, Tartariæ, Indiæ & majoris partis orbis terrarum: qvem Persarum historici non dicunt filium Philippi, sed Coli cujusdam, amore reginæ capti: qvem, qvia Philippum regem interfecerat, ipse Alexander sua manu interemit.

Defun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Defuncto Alexandro M. duces Macedonum, qvi Syriam & Ægyptum tenuerunt, seq; reges tandem appellarunt, Persiam suo aliqvamdiu continebant imperio. Sed anno post Alexandri mortem LXXIII. Arsaces Parthus, qvem alii Bactrianum fuisse censent, in sua commoda trahens regnũ Ægyptiorum & Syrorum dissensiones, regnum invasit: Seleucum regem, Parthiam armis repetentem, prælio profligavit: Hyrcaniam occupavit: & Babylonii vicinæq; provinciæ, neglectis Syriæ regibus, sese ei, qvod animo plane regio esset, dediderunt. Posteri ejus Arsacidæ uno nomine dicti, rebus secundis usi, omnes circum se positas regiones domuerunt, ipsamq; Mesopotamiam sui juris fecerunt.

REGES PARTHORUM ARSACIDAE in Persia.

A. M. — A. R.

3700. I. ARSACES in prælio adversus Cappadoces occubuit. 40

3740. II. ARSACES II. F. Antiochum M. Syriæ regem copiis non amplius XII. millium, mira virtute invasit, tandem in societatem ejus assumtus. 20

3760. III. PAMPACIUS seu PHRAHARTES, filius. 12

3772. IV. PHARNACES, F. Mardos validam gentem bello domuit, multisq; filiis relictis, fratri ob virtutem regnum commendavit. 8

3780. V. MITHRIDATES, Fr. Medis superatis præfectum dedit, regnumq; Parthorum à monte Caucaso usq; ad Euphraten protulit, Demetrium Nicanorem regem Syriæ, cujus arma victricia fortiter sustinuerat, astu circumventum captumq; abduxit. 47

3827. PHRAATES I. adversus Scythas expeditione suscepta, Græcorum fraude, qvos in belli societatem accersiverat, cum toto ferme exercitu extinctus est. Scythæ tamen victoria & prædis contenti, in patriam reversi sunt. 28

3855. VII. ARTABANUS, Mithridatis frater, ex vulnere in prælio, qvod adversus Co chatarios gessit, occubuit. 2

3857. VIII PACORUS I. F. amicus Sullæ & Luculli.

IX PHRAATES II. F. filium Tigranis patri rebellantem juvit, generumq; adscivit.

X. MITHRIDATES II. F. magnus dictus ob victorias à Scythis reportatas, & bellum adversus Artuasden Armeniæ regem feliciter con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

confectum: ob crudelitatem à senatu Parthico tandem dejectus, & cum frustra à Gabinio Syriæ præside reductionem sui petiisset, à fratre Orode trucidatus.

3903. XI. ORODES vel HERODES, Fr. successu rerum Romanarum in oriente motus, Pompejo M. amicitiam obtulit. Qvam cum obtineret, cum Tigrane, qvocum de limitibus bellum gesserat, rediit in gratiam. Cumq; Crassus, nullo senatus decreto, sola stimulatus avaritia, Parthos invaderet, per legatos de causis belli cum eo egit. Sed ille se causas belli editurum jactabundus respondit in Seleucia Orodis regia. Id ita ægre habuit legatum Vagisem, ut percutiens sinistram manum dexteræ digitis, prius diceret inde pilos enasciturus, qvam in Seleuciam perveniret. Crassus, consiliis potissimum Abgari Osrœni Arabis, qvi amicitiam cum Romanis simulabat, in perniciem est protractus. Filius ejus Publius, Censorinus, Plancus in acie perierunt. Milites, in angustias redacti, sagittis undiq; confixi sunt. Ipse Crassus Carras confugit, & cum vi, tum insidiis peremtus, aurum, qvod sitierat, liqvefactum vel mortuus bibit, & Surena, regis Parthorum satrapa, pompa ridicula, qva qvendam, habitu Crassi indutum, crumenis appensis, & à tergo subseqventibus meretriculis, per speciem triumphi introduxit, Romanis illusit. Parthi victoriam perseqventes in Syriam usq; progrediebantur, donec à Cassio Longino repulsi, domum reverterunt. Inde bello Pompejano invalescente adversus Cæsarem, Labienus, dux Pompeji, post varias clades acceptas ad Parthos confugiens, Orodi persvasit, ut Romanis, misso Pacoro filio, bellum inferret. Et jam Pacorus præter omnem Syriam occupaverat Ciliciam, Tyrum, multasq; Asiæ urbes. Sed Ventidius, Antonii legatus, re caute administrata, Persis fugatis, ipsum Pacorum interemit; Labienum cepit. Ex hac clade Orodes in furorem & morbum incidens, à scelestissimo filio Phraate cum omnibus filiis, qvos xxx. habuisse dicitur, occisus est, additusq; illi comes ipse Phraatis filius adultus, ne superesset, qvem metueret.

XII. PHRAATES III. parricida, in qvem Antonius cum validissimo exercitu xv. legionum movit. Sed multis prœliis fatigatus & graviter vexatus, amissa exercitus maxima parte, è Parthia refugit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

refugit. Hac victoria elatus Phraates, crudelissime habuit subditos. Regno igitur pulsus, & Teridas qvidam rex constitutus est. Sed Scythis Phraatem reducentibus, Teridates ad Augustum imperatorem confugit, ipsumq; Phraatis filium obsidem adduxit. Utrumq; repetiit Phraates. Augustus, remisso filio, Teridatem secum manere passus est, proq; benignitate redditi filii, à rege Phraate captivos & signa militaria, Crassi & Antonii cladibus amissa, recepit. Paulo post Phraates Armeniam occupavit. Sed re transacta in gratiam Augusti ea cessit, Vononemq; & alios filios Romam obsides misit, utq; patris sangvine sese fœdaverat, ita à filio Interfectus est.

XIII. PHRAATACES, F. parricida, matre Romana natus, cujus consilio patrem necavit, qvamq; scelesto incestu polluit, omnibusq; exosus, per tumultum occisus est.

XIV. ORODES II. Arsacidas, ab aliqvibus creditur Phraatacis filius: qvi & ipse ob mores plane efferos à conjuratis in convivio peremtus est.

XV. VONONES, Phraatis III. filius, Roma à Parthis per legatos accitus, & ab Augusto datus est. Eum tamen, tanqvam hostium artibus infectum, mox expellunt, & Artabanum Arsacidem, Medorum præfectum, aut, ut Josephus ait, regem sibi præficiunt. Vonones autem in Armeniam confugit, & inde ad Romanos: à qvibus in Ciliciam amotus, cum fugam tentaret, occisus est.

XII. ARTABANUS II. ex Arsace alia stirpe oriundus, regno sibi conciliato, mox suum filium Arsacem Armeniæ regem dedit. Exosus & ipse Parthis. Roma igitur clam accersiere à Tiberio Phraatis filium cognominem. Illo in itinere mortuo, Tiberius Tiridatem misit ejusdem sangvinis, nepotem Phraatis, ut Parthiam; Mithridatem Hiberum, fratrem Pharasmanis, ut Armeniam à jugo Artabani liberaret. Bellum inde in Armenia exarsit, filiusq; Artabani Orodes victus, patri conciliavit fugam; Teridati regnum. Duo tamen ex proceribus Artabanum, ex Hyrcania, ubi alimenta arcu expediit, revocatum, in solium Arsacidarum collocarunt. Teridates, qvia omnia lente egit, dissidio procerum pulsus, in Syriam aufugit. Hoc in rerum statu Vitellius contra Artabanum missus, ad fœdus illum cum Romanis ineundum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

& filios, Darium & Artabanum, obfidum loco Romam mittendos compulit. Paulo tamen post hæc fœdera violata sunt, & Armenia Persico imperio adjecta; legiones Romanæ sub jugum missæ sunt.

XVII. XVIII. XIX. BARDANES seu VADARNES; GOTARZES; VOLOGESES, tres Artabani filii, ordine sibi succedunt. Aliqvi tamen, ut Tacitus, Gotarzen & Bardanen faciunt ejus fratres, & Vologesen Artabani ex filio Vonone nepotem. His parricidalia bella trahentibus, Armenia Parthis denuo erepta est. Et sævitiam Gotarzis, qvi, fratre Bardane, à qvo pulsus fuerat, à suis interfecto, regnum tandem solus obtinuit, metuentes Parthi, clam Romam misere, ut Meherdates, filius sive Vononis, sive, ut Tacitus ait, Phraatis, ad patrium solum remitteretur. Sed ob nimiam cunctationem, procerumq; nonnullorum perfidiam, re infeliciter gesta, Meherdates captus, & victori traditus est. Defuncto Gotarzo, brevi tempore præfuit Vonones: & post eum Vologeses in regnum evectus, ne qva pars domus sine imperio ageret, alterum fratrem Pacorum Mediæ; alterum Tiridatem Armenis, ejecto Mithridate, præfecit. Sed Romani per Corbulonem Armeniam repetunt: frustra Tiridatis animum ad defectionem tentant: ipsam Armeniæ metropolin Artaxata expugnant & diripiunt: Tigranem, Archelai regis Cappadocum filium, diu Romæ obsidem, regem designant: Parthorum interim rege Vologese, Hyrcano bello illigato. Sic Tiridates & Tigranes idem regnum adversis armis sibi vendicant: ille fratris; hic Corbulonis auxilio fretus. Tiridates tandem, in colloqvium cum Corbulone descendens, diademate ad effigiem Cæsaris deposito, Romam cum uxore, suisq; & Vologesis liberis, magna cum pompa profectus, ex manu NERONIS, nova Romæ gloria, qvod antea deposuerat, diadema sumsit: diesq; aureus dictus est, qvo Arsacidi Nero regnum donavit. Qvo facto, diuturna pax inter Romanos & Parthos usq; ad Trajanum fuit, qvi gloriæ cupiditate ductus, Parthorum & Armeniorum fines ingressus, plura occupavit, qvam retinere potuit.

XX. ARTABANUS III. Vologesis filius, Pseudo-Neronem incertæ originis coluit, & vix Romanis ad supplicium dedere voluit.

XXI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XXI. PACORUS, F. in exilium per intestinas discordias actus: diu vagatus: tandem à Romanis Lazorum regno in Colchide donatus.

XXII. COSRHOES, Fr. bello à TRAJANO petitus regnum fratri PARTHAMASPATI cedere coactus est: qvod tamen, juncta cum ADRIANO imperatore, qvia omnia trans Euphratem & Tigrim loca ultro cessit, amicitia, cum plerisq; amissis locis recuperavit.

XXIII. VOLOGESES II. F. præsidiis Romanorum ex Armenia ejectis, ingens iterum conflavit bellum: qvo ipsa Seleucia & Ctesiphon à Cassio, duce ANTONINI PII & L. VERI, occupata est.

XXIV. VOLOGESES III. F. à SEVERO imperatore victus, & à CARACALLA in vincula conjectus est.

XXV. ARTAABANUS IV. ultimus Arsacidarum, primus magni regis nomen sibi sumsit, dupliciq; diademate usus est. In hunc Caracalla duxit exercitum, causatus, eum negare sibi, qvas pactus esset, nuptias filiæ. Harum prætextu eum in insidias protrahere constituerat: qvas tamen ille declinavit: & post interfectum à suis Caracallam per triduum conflixit cum MACRINO, eumq; ad pacem petendam adegit. Postea ab Artaxerxe Persa bis superatus, tertio prælio anno Christi ccxxvi. occubuit. Sic genti Persarum vetus imperii gloria restituta est.

II. *Qvis fuit ille Artaxerxes, à qvo dicis ultimum Arsacidarum Artabanum esse sublatum, & qvid rerum gessit?*

Agathias refert, Pavecum seu Babecum, hominem apud Cadusios plebejum, opificio coriarium, sed divinationum non imperitum, prævidisse, ex Sannæi viri nobilis, qvem hospitio exceperat, semine illustrissimam promitti familiam, utq; sibi cum eo deinceps jura consangvinitatis intercederent, supposuisse ei suam ipsius uxorem. Natum inde Artaxerxem, dictum esse Paveci filium, qvanqvam ex semine Sannæi oriundum, & aditu sibi ad regnum magicis scientiis facto, exiguo tempore fines imperii longe lateq; produxisse. Qvi post eum regnarunt, hi fuere.

REGES PERSARUM EX ARTAXERXE.

A. C. | A. R.

228 I. ARTAXERXES, Elmacino dictus Azdeschir, aliis Paveci vel Babeci filius habitus, sed natus ex nobili viro Sannæo, qvi proge-

 niem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

niem ad Kayumaram, primum Perſarum regem, retulit, extincto Parthorum nomine, non continuit ſe intra Tigrim fluvium, ſed ſuperatis Romani imperii finibus, in Meſopotamiam excurrit, Syriæq; imminens, omnem Europæ oppoſitam continentem, qvæ mari Ægeo, fretoq; Propontidos terminatur, atq; Aſiæ minoris nomen habet, ceu veterem Perſarum poſſeſſionem, vindicare cœpit. Commiſſo cum ALEXANDRO MAMMÆÆ prælio, victor primo; deinde victus diſceſſit. Uxorem ob proditam hoſtibus arcem Rahelem eqvis diſcerpſit.

243. II. SAPORES I. F. GORDIANO III. Niſibin ſeu Antiochiam, qvam ei præripuerat, victus prælio, reddidit: VALERIANUM imperatorem poſtea vivum victor cepit, & ſuppedanei loco ſibi eqvum conſcenſuro ſuppoſuit: ODENATUM tandem unum ex xxx. tyrannis in imperio Romano, ejusq; uxorem ZENOBIAM, præclaris victoriis conſpicuos, vix ſuſtinuit. Theſauros enim illi regiasq; concubinas ademerunt. Perſæ eum vocant Schabur vel Xupur. 15

31

274. III. HORMISDA ſeu Ormiſdates ſeu Hormodius. 1

275. IV. VARDANES I. ſeu Varraranes ſeu Bahram, qvi Manetem Manichææ ſectæ autorem diſcerpſit medium. 3

278. V. VARDANES II. qvocum PROBUS imperator bella geſſit. Hic à nonnullis cenſetur eſſe Vardanes I. 16

294. VI. VARDANES III. qvatuor menſibus, alias dictus War Segamſaa.

295. VII. NARSES ſeu Norſa, GALERIUM haud procul à Carris tanta affecit clade, ut omnes pene deſideraret legiones. Damnum tamen mox compenſavit Galerius, & egregia reportata victoria Cteſiphonem, uxores, liberos, ſorores Narſeti ademit, inq; triumphum abduxit. Sic Romani v. transtigritanas provincias, qvæ ſub Trajano defecerant, receperunt, Perſa q. ab Armeniis, Meſopotamia & Aſſyria abſtinere juſſerunt. Aliqvi dividunt xvi. annos inter duos Narſetes. 7

302. VIII. MISDATES, alias Hormiſda II. 8

310. IX. SAPORES, ſeu Schabur poſthumus, tot annos regnavit, qvot vixit: in utero matris, qvam magi prædixerant marem geſtare, coronatus. Hoc tamen aliqvi Perſicorum ſcriptorum tribuunt Sa-

pori

pori I. A magis & Judæis inflammatus, gravem adverſus Chriſtianos movit perſecutionem: Armeniam & Meſopotamiam à Conſtantio repetiit: Niſibin, etſi irrito conatu, diuturna obſidione preſſit: JULIANUM, cruento prælio congreſſus, trucidavit. Hoc ipſo tamen in bello filius Hormiſda cum Romanis patrem oppugnabat. A fratre enim læſus, & in carcerem conjectus, cum lima, qvam piſci incluſam acceperat, compedes attriviſſet, aufugit, Romæq; ad ampliſſimos honores ac magiſtratus evectus eſt. JOVINIANUM copias Romanas poſt Juliani necem in Meſopotamiam denuo educentem, Sapores ad turpes xxx. annorum inducias, omittendasq; transtigritanas provincias & Meſopotamiam, ipſamq; Niſibin & pleramq; Armeniam adegit. Regem etiam Armeniæ Arſacen, per inſidias in convivio captum, excœcavit primo; deinde necavit. 70

379. X. ARTAXERXES, Saporis frater, ſecundum Agathiam. Qvia autem vix veriſimile eſt, Sapori poſtumo fuiſſe fratrem: ideoq; alii eum cenſent Saporis filium. 5

384 XI. SAPORES III. Artaxerxis filius, ſecundum Agathiam: verius ſecundum alios ejus frater. 5

389. XII. VARDANES IV. F. cognomento Cermaſas. 11

400. XII. ISDIGERDES M. F. ab ARCADIO tutor filio minorenni THEODOSIO conſtitutus Occaſione illius tutelæ, crebræ in Perſiā legationes miſſæ, dederunt cauſā fidei propagandæ. Inter legatos enim Maruthas, epiſcopus Meſopotamiæ, regi innotuit: qvem cum capitis dolore & filium ejus dæmonio vexatum liberaſſet precibus, dolosq; magorum detexiſſet, à qvibus ſub ara abſconſus fuerat, qvi tanqvam Deus aliqvis expellere Marutham juberet, obtinuit in Perſia, qvocunq; vellet loco, extruendorum templorum poteſtatem. Expiravit tandem Isdigerdes, ab eqvo ſuo percuſſus, cum ſacris initiaretur. Perſæ eum vocant ſceleſtū & exoſum, qvia Chriſtianis fuit benignior: eo qve defuncto, proceres nonnulli elegere COZRAUM, proximum ejus agnatum, neglecto ejus filio Vardane, qvi in Arabia educabatur. Sed cum Vardanes adeſſet cum exercitu, ultro ceſſit Cozraus. 27

427. XIV. VARDANES V. F. in Arabia educatus, cum plures ante eum fratres, nondum adulti, diem extremum domi obiiſſent, qvia inima-

immanis fuit Christianorum persecutor, a Persis dictus est rex optimus: in eo tantum culpatur, qvod lusui & poculis nimium fuerit deditus. Ab illo magna pars Persiæ defecerat ad CHACANUM, qvem alii vocant HaconChanin, Tartarorum seu Turcarum regem: qvi exercitu CCL. millium eum invaserat. Sed ille per speciem venationis duo millia robustorum virorum colligens, inopinato hostis securi castra, nocturnis tenebris usus, aggressus, sua manu Chacanum occidit, & regno qvietem reparavit. Qvod Romanorum in Persia hospitum merces diripuerat, hostem invenit THEODOSIUM juniorem: qvi, misso Ardaburio, copias Persicas auxiliis Saracenorum firmatas ter vicit, & Vardanem in Indiam usq; fugavit: qvo ille habitu ignoto veniens, regis filiam virtute obtinuit. Inde Arabiam vexavit, & tandem ab eqvo in paludem excussus periit. 20

447. XV. VARDANES VI. alias ISDIGERDES II. F. eduxit exercitum adversus Theodosium imperatorem Romanorum: sed à prælio cum utrinq; abstineretur, pax tandem coaluit. 17

464. XVI. PEROZES, Persice Phiruz, F. diu cum fratre Hormiz seu Hormisda bellum civile de regno paterno gessit. Eo devicto, arma convertit in Achschanvarum, regem Euthalitarum, qvos alii habent pro Nephthalitis qvondam à Tiglathpillassare abductis; alii pro Hunnis; alii rectius pro Indis septentrionalibus, Chorasanæ regioni vicinis. Hi cum ad Persæ potentiam tremerent, senex ex Euthalitis jussit sibi manus & pedes vincire, seq; in viam abjici, qva Perozes esset iturus: inventusq; ab illo, se dixit dissvasisse bellum Achschanvaro, qvia Persarum viribus par non esset: sed ab illo indignabundo ligatũ se & hosti esse objectum. Cumq; promisisset facilem Perozo victoriam, si se seqveretur, abduxit illum in lota siticulosa: in qvibus cum exercitus esset enervatus &, maximam partem dilapsus, senex qvidem ille, patriæ qvam vitæ cupidior, occisus est: sed Achschanvarus mox ultor adfuit, & reliqvos exercitus confecit, ipsumq; Perosum cepit vivum, positoq; in regnorum confiniis lapide, juramento adstrinxit, ne illum unqvam hostis transiret. Juramentum ille elusit, & lapidem currui impositum, cum restaurato bello denuo adesset, ante se vehi jussit. Sed

Achschan-

Aſchanvarus, ſuſpenſo de haſta pacis inſtrumento, acie feliciter conflixit, & ad meritas perjurii pœnas hoſtem protraxit. 20

484. XVII. BLESES ſeu BALAS ſeu Valens F. Euthalitarum tributarius. Fratrem Cavadem invenit hoſtem: qvi, cum Chakani Turcarum regis auxiliis regnum eſſet occupaturus, & interea fratrem ſenſiſſet diem obiiſſe, ſine pugna regno potitus eſt. 4

488. XVIII. CAVADES ſeu COBADUS Fr crudelis, bella cum Romanis redintegravit. Cumqꝫ foveret Mezdacum, qvi ſe fingebat prophetam, & communionem rerum & uxorum ſvadebat, in carcerem à proceribus conjectus eſt. 11

499. XIX. BLASES ſeu Zambades, Perozis F. 4

503. XX CAVADES REDUX, carcere elapſus beneficio ſororis, qvam diſpenſatione Mezdaci duxerat uxorem, qvæqꝫ ſe cuſtodi, conſentiente marito, ut ad virum admitteretur, ſubmiſerat, & ſuas marito veſtes, ut tuto abiret, ipſa in carcere cum extremo vitæ periculo manens commodarat, per Euthalitas regnum recuperavit. Adverſus hunc robuſtiſſimum militem eduxit ANASTASIUS: bellumqꝫ tractum eſt, donec tempore JUSTINI pax iniretur. Sub hoc rege Chriſtianis, à qvibus cacodæmones regium theſaurum obſidentes fuerant profligati, honos acceſſit: Manichæorum vero ſecta, qvi regis filium in ſua deliramenta protraxerant, deleta eſt. Rex qvoqꝫ Lazorum ſeu Colchorum Zœtus, Cavadi ſubjectus, Conſtantinopolin profectus, ſe Chriſtianum eſt profeſſus. 30

533. XXI. COSRHOES I. ſeu Cozrao, cognomine Magnus, F. Mezdacum pſeudoprophetam interfecit, & cum JUSTINO & JUSTINIANO ingentia bella geſſit, qvæ Procopius & Agathias deſcripſere. In illis Antiochiam eripuit Juſtiniano, & inde incolas in aliam urbem, noviter à ſe nomine Romæ conditam, abduxit, Romanosqꝫ ad pacem inflexit. Videtur hiſtoricis tantus, ut nullum priorum apud Perſas regum illi æqvandum exiſtiment. Regnum in IV. præfecturas diviſit: Euthalitas ſubegit: Arabiam domuit: Tartaros irrumpentes profligavit: in Indiam & Zeilam inſulam bellum tranſtulit: Chriſtianæ tamen fidei oſor maximus: ob qvam ſuum ipſius filium Nuchzadum, ex matre Chriſtiana natum, in carcerem conjecit, & inde elapſum bello perſecutus eſt. 41

581. XXII. HORMISDAS F. crudelis Chriſtianorum perſecutor, in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſuos etiam immanis, à qvibus Magi prædixerant eum iri oppreſſum. Primis XII. annis præter incredibilem ex vulgo multitudinem xiii cIↄ illuſtrium hominum trucidavit: cum JUSTINIANO II. TIBERIO & MAURITIO, qvi ad Niniven & Babylonem usq; penetrarunt, bella geſſit. Varanes tandem, dux exercituum, cui ob cladem acceptam per ludibrium ſtolam miſerat femineam, rebellione facta, illum exoculatum in cuſtodiam miſit, filiumq; ejus minorem ipſo inſpectante mactavit. 8

589. XXIII. COSRHOES II. F. regnum poſt patrem corripuit. Sed & ipſe Varanem invenit hoſtem. Profugus igitur & victus ad MAURITIUM imperatorem confugit. Ille per Narſetem & Philippicum reduxit exulem, & Chriſtianorum Deum invocanti, ſibiq; genero adſcito, tamdiu præſto fuit, donec Varanum profligaret, cui Turci ſubſidio venerant, è ſedibus ſuis fame expulſi. Mauritio per PHOCAM ſcelerate peremto, Coſrhoes, ulturus amici & ſoceri mortem, duobus magnis præliis victor, univerſam Meſopotamiam, Syriam, Ægyptum, Palæſtinam & Phœniciam occupavit: ipſisq; Hieroſolymis expugnatis, inter theſauros crucem ſacram & patriarcham Zachariam avexit. In hac Coſrhois expeditione Judæi ad amiſſam αὐτονομίαν redire conati, magnam inter Chriſtianos ſtragem edidere. Et Coſrhoes victoriarum curſui inſiſtens, Iberos & Armenios domuit, inq; ipſam Aſiam minorem incurſionibus factis ad Chalcedonem usq; progreſſus eſt. Qvin & HERACLIO, qvi Phocam evertit, Africam eripuit. Sed ille cum Scythis & Hunnis ſeu Avaribus, qvi Europam hoc tempore vexabant, amicitiam jungens, omnes vires in Coſrhoem convertit. Is pacis conditiones reſpuerat, & arma prius ſe depoſiturum negarat, qvam Deus Perſicus, abolita crucifixi Dei religione, qvam ejuraverat, paſſim coleretur. Heraclius vero, fortuna uſus propitia, expeditione in ipſa Perſiæ viſcera facta, tribus magnis præliis victor, ipſos regni theſauros in prædam habuit, & Coſrhoe fugato, cum illius filio Siroe, qvi patrem impium & in omnes liberos indiſcretim ſævientem interfici curaverat, pacem glorioſam iniit, crucemq; Dominicam, ut & Africam, Ægyptum, omnemq; terram à Meſopotamia ad Erythræum mare recepit, excepta Arabia, qvam Machomet execranda lege labefactarat. Hic eſt ille Coſrhoes, qvi

qvi, teste Paulo Diacono, omnes Christianos, Heraclio in orthodoxa religione consentientes, è regno exire, aut Nestorii partes amplecti jussit. Inde factum, ut Nestorianismus longe lateq; spargeretur, & hodienum Nestoriani in oriente sub peculiari patriarcha Babylonico, qvem Stakelich vocant, cujusq; sedes est in Mosal seu veteri Seleucia, civitate Mesopotamiæ ad Tigrim, magno degant numero. 38

627. XXIV. SIROES seu Cobad Schiruch, F. interfecto patre, cum xiv. fratribus post viii. menses conscientiæ terroribus obiit. 1

628. XXV. ADHESIR seu Ardsirus F. puer septennis, post L. dies à satrapa Sarcara peremtus.

628. XXVI. SARCARAS seu Schariar, qvod non esset ex regio sangvine, post xl. dies à conjuratis peremtus.

629. XXVII. JOONSCHIR Sarcari agnatus, morbo repentino post annum obiit.

630. XXVIII. TUWANDOCHT, Cosrhois II. filia, post vi. menses obiit, femina prudens.

631. XXIX. JASANCEDA, alias Jancucar, à proceribus electus, cum diadema sibi imponeretur, dixit, se pondere ejus premi, & voluit, ut à capite auferretur. Indicium brevis regni. Nam cum regia potentia esset abusus, & ob stupiditatem exosus, paucis post diebus dejectus est.

631. AZURMIDOCHT, Tuwandochtæ soror, cum interfecisset Ferrocum satrapam, qvi amores ejus ambierat, vicissim ab illius filio Ivego post vi. menses peremta est.

631. XLV. KESERE, Jacansedæ F. ob insulsos mores & stuporem post annum dejectus.

632. XLVI. FEROGZAD, Cosrhois II N. vix uno mense elapso, necatus est veneno.

632. XLVII. ISDIGERDES, qvem aliqvi vocant HORMISDAM, Cosrhois II. nepos, in carcere conceptus, & infans expositus, sed à pastoribus inventus & educatus, tandemq; ad regnum evectus, cum laude xx. annos præfuit. Ejus tempore magna hinc Turcorum multitudo ex septentrione; illinc Arabes, duce Omare, Saracenorum Calipha, in Persiam sese infudere. Cumq; in fugam esset conjectus, subitanea morte est extinctus, ultimus rex ex Kayu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

mara, primo Perfarum rege, qvem fupra fecimus pronepotem Noachi. Poft illum ad Omarem tranfiit regnum Perfiæ: qvi, fede fibi Bagdati in Seleucia conftituta, adfvefecit Perfas, ut, amiffo imperio, SARACENI pofthac vocarentur & ipfi. Sed non Perfæ folum, verum & Turci, Scythici populi, pedetentim nomine Saracenorum dici cœperunt. His enim & ipfi fuccubuere, atq; fuperftitione Machometana implicati, eodem cum Saracenis nomine venerunt.

III. *Age igitur, &, fi potes, hiftoriam Saracenorum compendiofe explica.*

Utut intricatiffima omnium eft, eam tamen, prout ab autoribus traduntur, explicabimus. Qvod ipfum etfi vix abfq; lacrimis facimus, monftrandum tamen eft, qvam turpi Chriftianorum ignavia orbis ad extremam miferiam infidiis & technis Satanæ fit redactus. Cum igitur omnia in imperio Romano peffumirent, & Mauritium Phocas; Phocam Heraclius evertiffet, MACHOMET feu Muhammed in Arabia deferta, potentiffimorum Saracenorum dux & propheta, ceu putatur, extitit. ARABIA, dicta ab Araba, provincia in vicinia Medinæ, triplici cincta eft mari, Perfico, Indico feu Arabico, Erythreo feu rubro, & Syriæ annectitur. Incolas habet partim à Saba, Noachi abnepote, partim ab Ifmaele, Abrahami ex Agare filio: unde etiam dicta eft Sabæa & Ifraelitarum terra: dividiturq; in PETRÆAM, à metropoli Petra fic dictam, qvam alias vocant Nabatæam feu inferiorem, ad mare rubrum, in qva eft mons Sinai; DESERTAM feu Kedar ad Euphratem, qvam coluit Ifmael ejusq; pofteri Agareni: inq; qva eft Mecha, patria Machometi & Medina: & in FELICEM feu majorem, inter finum Arabicum & Perficum. Natus eft anno Chrifti IƆLXX. in tenui qvidem fortuna, nobili tamen, ceu ferunt Arabes, fangvine, in tribu Koreifchitarum. Pater ejus ABDALLA duobus ante menfibus obierat, qvam poftumus nafceretur Machomet. Mater EMINA, non Judæa, ut vulgo fertur, fed filia Wahebi, ad fextum filii annum fupervixit. Illa defuncta, per biennium educatus eft ab avo ABDOLMUTLEBO, filio Hafchimi, cujus majores usq; ad Ifmaelem & Abrahamum numerant, fed exigua fide. Etenim, ut legitur apud Schikgardum, ab Abrahamo recenfent Machometem xxx. cum tamen inter Abrahamum & Chriftum, fexcentis ante Machometem annis natum, in Luca numerentur generationes LIV. Avo poft biennium anno ætatis cx defuncto, patruus ejus ABUTALEB, & amita ATECHA, tenuioris & ipfi fortunæ, ejus curam in fe devolverunt, eiq;

auto-

autores fuerunt, ut operam mercenariam addiceret opulentæ feminæ CHADIGÆ, Abdimonephis viduæ, qvæ divites merces tunc temporis transvehi curabat in Syriam. Juvenis placuit Chadigæ tantopere, ut in torum ab ea aſſumeretur, anno ætatis xxv. Ille, cum diverſis in itineribus varias variorum populorum religiones exploraſſet, & Hieroſolymis Chriſtianus qvidam, Neſtorianiſmi hæreſi infectus, nomine BAHIRA, aliqvid ex lege, pſalmis & evangelio ipſi prælegiſſet, deteſtatus qvidem eſt Arabum idololatriam, & Judæorum in magnum ſuum prophetam Jeſum Nazarenum impietatem: Chriſtianos autem ſeqvi noluit, qvia illorum epiſcopos vidit variis diſtractos diſſidiis & vita diſſolutos. Nec perſvadere ſibi poterat, vera illos docere, qvi Deum unum in tribus colerent perſonis, adeoqꝫ illi aſſociarent filium & ſpiritum ſanctum. Cœpit igitur ſecum deliberare, qvomodo ſympatriotis Arabibus, cultui idolorum adhuc deditis, diſſvaderet ſuperſtitionem, & talem illis religionem perſvaderet, qvæ procul diſſidiis numen coleret. Qvod ipſum dum animo agitabat, ſimul de conciliianda poteſtate homo ambitioſus fuit ſollicitus. Fraudi igitur Cacodæmonis facile pectus ejus patuit: qvi ſic eum, ut qvondam Simonem Magum, Menandrum, Saturninum, Manetem & alios Pſeudoprophetas, inſedit, variisqꝫ raptibus fanaticis illi impoſuit. Cum enim corpus morbo comitiali ſubinde corriperetur, intus ſuggerebat Satanas, qvæ regno Chriſti ſibi adverſo putabat maxime obeſſe. Aliqvi cenſent, impoſtorem jactitaſſe tantum colloqvia cœleſtia; nulla illi nec vera, nec à dæmone perſvaſa contigiſſe. Qvicqvid ejus rei ſit, ſine fraude ſtygia nihil actum eſt. Anno ætatis L. ſive mentiri inſpirationes divinas, ſive à Satana ſubigi cœpit. Dixit, ſecum colloqvi jam Deum, jam angelum Gabrielem, & qvæ fieri velint, ſignificare. Primo tamen qvadriennio clam tantum paucis ex familiaribus venenũ propinavit: inter qvos recenſet Elmacinus Halyn & Chadigam, Machometis patrueles, Abubecrum, Otmannum & qvinqꝫ alios. Poſtea publice enarravit, qvæ ſibi à Deo commiſſa eſſe mentiebatur. Hac autem arte uſus eſt, ut, cum ipſe eſſet literarum rudis, prout id ex Azoara xxii colligitur, ubi ſe idiotis legendi & ſcribendi inſciis aſſociat, ſchedas varias, qvas ſibi diverſis temporibus à Gabriele angelo traditas jactabat, opera ſcribæ confici curaret, & illas pro verbo Dei venditaret. Ex illis certe ſchedis & pagellis, poſtea collectis, poſteri ejus unum volumen, nomine ALCORANI, Corani vel Alfurcani confecerunt. Schedas interim illas & pagellas, tanqvam divinitus miſſas, ſuis tradidit edi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ediscendas, præsertim qvia sic conditæ erant, ut tanqvam rythmi qvidam decantari possent. Mechensium proceres, cum facile illis fraus Machometis suboleret, nec cultum idolorum mittere vellent, decreverant interim, eũ per insidias de medio tollere. Sentit id pseudopropheta, & anno Christi Iɔcxxii. Mecha per fugam egressus, contulit se Medinam, alias Jetrib vel Jatreb dictam, & in Arabia felice sitam. Ab hoc anno Saraceni HEGIRAM suam, qvæ est eorum epocha à fuga Machometis, numerant. Liberiorem ibi cum asseclis, jam numero auctis, qvos MUSLIMOS vel MUSULMANNOS qvasi credentes vocavit, aerem nactus, statim arma corripuit adversus Mechanos, & qvanqvam prima expeditio vel potius latrocinium xxx. Muslimorum sub Hamza, Machometis patruo, irrita fuit, in altera tamen felicius egit: in qva cccix. juxta Bederam, cIɔ. Mechanorum, qvi cum mercibus in Syriam contendebant, plurimis eorum cæsis fugavere. Illi anno Hegiræ qvinto exercitum ex Judæis & Arabibus xcIɔ millium Machometi opposuerunt: exigua tamen jactura ille superior fuit: & subseqventi anno se CALIPHAM seu summum pontificem & regem à suis inaugurari curavit, continuatisq; victoriis anno Hegiræ octavo ipsam Mecham, instructus xcIɔ exercitu, præstita prius civibus securitate, triumphabundus intravit. Et nunc tandem catervatim ad pseudoprophetam accedebatur. Arabes enim, natura creduli, qvi ante id tempus nullis legitimis obtemperaverant imperiis, sed vel domi latrocinia egerant, vel foris mercede militarant, legem Machometis sibi ad amplificationem libertatis & ad majorem concordiam accommodatam magno applausu acceperunt. Postea etiam illi Arabes, qvi Heraclio adversus Arabes militaverant, cum se canes ab ejus qvæstore nominari indigne ferrent, patriam regressi, novæ se sectæ omnes adjunxerunt. Machomet autem, defuncta priore uxore Chadiga, alias plures duxerat, qvarum selectiores in anathemisatione Saracenorum in Fr. Sylburgii Saracenicis vocantur Zadoce, Aile, Zetheinei, Omkelthin. Uxores etiam ejus fuere Assia seu Aischa Abubecri; Ofesa Omari; & Fara Otmanni, trium virorum inter suos clarissimorum filiæ. Et horum socerorũ ope & auxiliis, collecto post fugam ex Mecha exercitu, vicinas sibi regiones sub novæ religionis specie subjecit. Ex priore autem Chadigæ matrimonio filiam sibi natam Fatimam seu Fatinam elocavit HALY patrueli, Abutalepi patrui filio: qvem ita amavit, ut anno Christi Iɔcxxxi. moriens, heredem imperii constitueret, summumq; suo loco antistitem creatum, CALIPHÆ nomine appellaret. Calipha enim est, qvasi Dei vicarius,

qvi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

qvi divinis & humanis præest, rex simul & pontifex, & alias consvevit vocari Emir vel OmarElmumenim, qvasi princeps credentium. Qvanqvam autem initio unus tantum fuit Calipha seu Emir, qvi SULTANOS qvasi rectores & præsides suo nomine in provincias subactas mitteret, illi ipsi tamen Sultani pedetentim cœperunt etiam jus regium usurpare, & se qvoqꝫ Emiros seu principes credentium vocare. Impostor mortuus est anno ætatis LXIII. die morbi XIII. unica relicta filia Fatima: qvæ tamen brevi post patrem itidem obiit. Genealogiæ ejus partem adscribemus.

Kaleb, XXV. ab Abrahamo.
Kodai, rex sapiens & justus.
AbdoMenaph, sub qvo res Arabum floruere.

Haschim, tempore Justiniani. — *VValebus.*
Abdolmutleb. *Abbasus.* — *Emina, uxor Abdallæ.*

Abdalla, cujus uxor Emina, filia VValebi. *Hamza.* *Abutalep.*
MACHOMET pseudopropheta. — *Haly, maritus Fatimæ.*

N. uxor Mujaviæ. — *Fatima, uxor Halys: cujus posteri dicti sunt Fatimæi.*
Jezid.
Mujavia. *Abdalanus.* *Marvanus.* — *Albakem.* *Hocemus.* *Mutar.*
Abdemelech. *Abdala.* — *unde moderni reges Persiæ.*
Ulid. *Solimannus.* *Jezid II.* *Ochon.* *Omar.*
Ulid II.
Ebrahem, cui successit agnatus
Jezid III.
Marvanus II. ultimus ex hac linea.

ABUBECRUS, alias Bubacus dictus, ægre ferens, Halyn, pseudoprophetæ generum, sibi socero præferri, adjutus ab Omaro & Otmanno, Halyn illa deturbavit dignitate; & omni Machometis hereditate ad se per vim tracta, vocavit se CALIPHAM & Machometis successorem: factusqꝫ pontifex HOMARUM habuit successorem. Illo per mancipium & qvidem molitorem, ut Persæ volunt, cæso, OTMANNUS supremam usurpavit potestatem. Qvi cum per seditionem à filio Abubecri Muhammede esset peremtus, digni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

dignitas Caliphæ velut poſtliminii jure rediit ad HALYN: qvi multa in lege Machometis ſuſtulit; non pauca adjecit; qvædam ita correxit, ut nova qvædam lex videretur. Sed MUJAVIA, filius AbuSofiani, qvem alterum faciunt Machometis generum, vitio factum eſſe Calipham dicens, bello Halyn invaſit: magna tamen Halys gloria victus & fugatus eſt. Haly tandem ſive in prælio est cæſus, ſive per proditionem à ſervo in Arabiæ urbe Cufa interfectus. Multa de ejus eqvo Duldul fabulantur Perſæ, qvod una nocte cc. amplius milliaria potuerit conficere: unde conjicias, qvorum ſpirituum miniſterio fuerit uſus. Illius, ut Adonidis vel Oſiridis alicujus, fata Perſæ adhuc qvotannis celebrant. Haly peremto alii MUJAVIAM; alii filium ejus ALHACEMUM ſufficiunt. Alhacemus per vi. menſes & v. dies honore lætatus, per transactionem poteſtate exutus & poſtea veneno necatus, locum ceſſit Mujaviæ. Sed HOCEMUS & MUTAR, fratres Alhacemi, Halys filii, Mujaviā, ejusq; filium JEZDUM, bello perſecuti, Perſiam ſibi ſub religionis ſpecie invaſerunt, nec prius deſtiterunt, qvam ſibi totam rapuiſſent. A Mutare Sophi ſeu Sofini, reges Perſarum moderni, ſe dicunt deſcendere. Hocemus à nonnullis Caliphas ſalutatus, tandem ab ABDALANO, Jezidi filio, necatus, adhuc ſolemni feſto, qvod Aſchur vocant, annuatim apud Perſas celebratur. Inter xii. filios Mutaris, qvos viros nominant divinos, Machomet MANADINUS adhuc vivere creditur, ejusq; præſtolantur reditum, ut omnes gentes ad Alcoranum convertat: eaq; de cauſa ſemper ei eqvum phaleratum in Maſſadali oppido alunt, ubi eum credunt initium facturum. Hæc diſſidia ante tot ſecula inter Machometis ſucceſſores enata, nec nunc conſopita ſunt. Nam Saraceni in Syria & Turci Alcoranum Omaris; Perſæ expoſitionem Halys ſeqvuntur. Hi illos, ut impuros, & divinæ legis ignaros à conſortio ſuo repellunt, eundemq; habent religionis & regionis præfectum, ut, qvos reges vocant, illos etiam ſupremos ſacerdotes agnoſcant, ſeq; Muſulmannos, tanqvam orthodoxos, vocant. Illi econtra hos, ut deſertores, ac legis divinæ corruptores, deteſtantur, nec eundem eſſe pontificem & regem patiuntur. Qvin & externis notis volunt ſejungi. Nam ut Perſæ à Machometanis reliqvis ſecernantur, pro linteis tulipantis, vel linteis ſubtiliſſimi operis, qvibus illi caput intexunt, pileos è lana rubra, ſenis utrinq; gradibus diſtinctos, ad xii. filios Mutaris viros divinos notandos, capiti imponunt, eamq; ob cauſam à Turcis per ignominiam Qvetzelbach vel KiſulBaſſæ, aut, ut Olearii criticam Perſicam, monitus publice, ſeqvar,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſeqvar, præſertim qvia typographus pro tz poſuerat rz in Qvetzelbach, Kiſilbaſch, qvod capita rubra ſignificat, hodienum appellantur.

CALIPHAE BABYLONICI RERUM in Perſia potiti.

A. C. A. R.

622. I. MACHOMET, filius Abdalæ & Eminæ, Pſeudopropheta. 10

632. II. BUBACUS JUSTUS, qvem & Abukaram, Abubacherum, Abubecrum & Cubiker vocant, ſocer Machometis: ex cujus familia MUHAMMED progenitus, ſeqventi ſeculo, Bagdetis in Seleuciæ, Babyloni vicinæ, ruinis fundata urbe ſedem fixit. Et hujus doctrinam amplectuntur hodie Turci. 2

634. III. OMAR, filius Alchittabi, propinqvus Bubaci, interpres Alcorani, qvem Turci ſeqvuntur, victis Heraclii ducibus, & peremto Jazdgardo ſeu Isdigerde Perſarum rege, præter Arabiam, aut penitus ſubegit aut tributarias fecit Damaſcum, Phœniciam, Meſopotamiam, Syriam, Perſiam à Turcis afflictam, Ægyptum: ipſamq; Solymarum urbem occupavit. Omnes Judæos è finibus Arabicis ejecit: tandemq; eſt interfectus à ſervo. 10

644. IV. OSMAN ſeu HOTMAN, Bubaci & ipſe agnatus, in Africa, per Hucobum ducem, Carvenam condidit: & ex hoc loco regnum longe lateq; propagavit: Carthaginem delevit: Numidiam Tingitanam & Mauritaniam ad tributum damnavit: Rhodum etiam & Tyrum invaſit, ipſamq; Siciliam vaſtavit. 12

656 V. HALY, filius Abutalebi & Fatimæ, gener & patruelis Machometis, interpres Alcorani, qvem Perſæ ſeqvuntur, à qvo Sofiani Perſæ ſe gloriantur deſcendere, Cufæ in Arabia per ſicarium interfectus & tumulatus. 4

660. VI. ALHAKEM F. aliis dictus HASENUS, præfuit vi. menſes & v. dies. 1

660. VII. MUJAVIA, Machometis gener, filius Abuſofiani, filius Ommiæ, qvem aliqvi habent pro fratre Alhakemi, diverſis ducibus cum copiis emiſſis, Africam, Siciliam, inq; ea Syracuſas, Ciliciam item & Thraciam deprædatus, ipſam tandem Conſtantinopolin claſſe vexavit: qva tame partim ſyrtibus illæſa, partim Callinici architecti è Syria, aut, ut alii putant, ex Ægypto, ignibus ſub aqva

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ardentibus deperdita, pacis fœdera inita ſunt. Hic ſedem imperii conſtituit Damaſci. 20
680. VIII. JEZID ſeu AZIZ, F. cruenta bella cum Hocemo Halys filio, qvi ſe Calipham appellabat, geſſit. 5
685. IX. X. XI. MUJAVIA II. F. qvadrageſimo die à ſolio eſt depoſitus: & ABDULLA ſeu ZUBEIRI, Baſoræ dominus, ſocer Jezidi, præfuit poſt eum dies tantum CXXVIII. Hinc MARVANUS, Abdullæ ex filia & Jezido nepos, imperium octogenarius ſuſcepit, & adverſus Arabes Mechanos, qvi duce Solimanno Halys dogma probabant, expeditione ſuſcepta, cum Solimannum profligatum peremiſſet, redux factus, ab uxore, qvæ ſangvinis neceſſitate Solimanno juncta erat, eſt ſuffocatus. Filius ejus ABDELMELECH, qvem tamen alii faciunt filium Jezidi, & ipſum Mujaviam II. dicunt eſſe, initio Iberiam, Albaniam, Hyrcaniam & Mediam à Juſtiniano II. ſibi ereptas amiſit. A Mutare etiam, Halys filio, in Perſia variis cladibus afflictus eſt. Tandem à Mutare complicibusq; Perſiam recepit, & adverſus Græcos, qvi fœdera pacis iniqve ruperant, educturus copias, ſcriptas fœderis tabulas, inſtar vexilli, haſtæ appendit, & victor factus, provincias amiſſas recepit, ipſamq; Thraciam vaſtavit. Paulo tamen poſt Heraclius, Apſimari imperatoris frater, binis eum prœliis in ſua compulit. Qvatuor reliqvit filios, Ulidum, Solimannum, Jezidum, Ochonem, omnes ad imperium aſpirantes. 21
706. XI. ULID ſeu WALID F. Africam ad oceanum usq; ſubegit, eiq; Muzam ſumma cum poteſtate præfecit, addito illi & ſucceſſoribus nomine Miramamolim ſeu EmirElmumenin, qvod credentium principem ſignificat. Ducem etiam Tarichen, qvem alii vocant Tariſen, cui deinde ſe Muza aſſociavit, in Hiſpaniam per fretum Herculeum cum milite expediit, qvi Roderico rege fruſtra renitente, Tarraconam, Bœticam & Luſitaniam longe lateq; populatus, totam pene Hiſpaniam Saracenis ſubjecit: qvam tamen paulo poſt Pelagius vir bellicoſus ex ſtirpe Gothica vindicare cœpit. Ubi nota, qvod fretum Herculeum ab hoc tempore dici conſveverit Gibraltar, qvaſi Gebel Tarich, id eſt, mons Tarichi, qvi prima ibi caſtra munivit. 9
715. XII. SOLIMANNUS, alter Abdemelechi filius, expugnato Pergamo, Conſtantinopolin ſecundo per Maſalmam ducē per trienniū vexavit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

xavit, inq; ipsa obsidione decessit. Saraceni interea altera vice, duce Athino & Amorrheo, in Hispaniam ingressi, totam fere sibi xiv. mensium spacio subjecerunt.

717. XIII. OMAR II. Marvani nepos, Abdalæ filius, Constantinopolitanam obsidionem magno suo detrimento solvit, Muza deposito, Jezidum Africæ; Tarichen Hispaniæ præfecit. Hujus tempore posteri ABANTIS, qvi fuit ex prosapia Bubaci seu Abubecri, soceri Machometis, ad se pontificatum seu Caliphatum pertinere dixerunt, nec prius destitere, qvam eum variis bellis & artibus per Muhammedem ad se rapuere. Omar autem veneno ab Ochone necatus est. 3

720. XIV. JEZID II. tertius Abdemelechi filius, admodum à posteritate Abantis, qvæ Persiam occupaverat, vexatus. Huic ferunt Judæum Serantapicum annos vitæ xxx. aut xl. promisisse, si omnes imagines ex ecclesiis Christianorum, qvos sub ditione premebat, ejecisset. Fecisse hoc qvidem Jezidum, sed post conatum hunc intra annum & dimidium decessisse, & Judæum impostorem ultimo supplicio postea esse affectum. 5

725. XV. OCHON, alias Hascham, qvartus Abdemelechi filius, cujus tempore Saraceni in Cappodocia Cæsaream expugnarunt, Thraciamq; non semel vexarunt. Sed Græci, à Bulgaris adjuti, Armeniam paulo post & Mediam receperunt, nec tamen diu retinuerunt. Hac ipsa qvoq; tempestate Saraceni Hispanici Galliam per Pyrenæos montes, duce Abderama, magno numero ingressi, variis præliis à Carolo Martello, à tribus potentissimis adjuto regibus, Luitprando Longobardo, Landfrido Alemanno, Odillo Bavaro, ita attriti sunt, ut turpi fuga secederent. Uno prælio Turonensi ultra ccclxxx. millia suorum desiderarunt. 18

743. XVI. ULID II. Jezidi II. filius, postqvam ægre se adversus Abantis posteritatem tutatus est, odio militum sua malignitate concitato, per seditionem interemtus est. 1

744. XVII. JEZID III. F. Cyprios turbas daturos in Syriam transportavit, & sex tantum mensibus imperitavit. $\frac{1}{2}$

744. XVIII. EBRAHEM, Fr. inepto & dissoluto ingenio, post alterum mensem ab agnato Marvano imperio dejectus est.

745. XIX. MARVANUS II. ultimus ex posteritate Mujaviæ & Benhu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

miæ ingentibus ſuorũ ſeditionibus vexatus eſt. Oppoſuere ſeſe ei Thebidus, Dadacus, Zulziminius: qvos dum oppugnabat, Conſtantinus Copronymus imperator magnam Syriæ partem occupavit. Sed ea mox à Marvano recuperata eſt. Interim in Perſide aliqvis ex poſteris & factione Abantis, ab Abubecro deſcendentibus nomine SAPHA vel ABULABAS, numinis ſe plenum jactitans, ſervis contra dominos concitatis, ducem primo Caliphæ Marvani; deinde ipſum Marvanum profligavit, & Caliphatum ſeu ſacrum imperium anno IↃCCLI. in ſuam familiam tranſtulit. Ex hoc diſſidio regnum Saracenorum pedetentim factum eſt bipartitum, & duo ſibi nomen Caliphæ vendicarunt. Unus eorum ex poſteritate Abantis & Abubecri, Machometis ſoceri, urbe Bagdet vel Baldac è ruinis Seleuciæ & Babyloniæ ad Euphratis & Tigridis confluentē antea fundata, illuc ſedem Caliphatus ex Damaſco tranſtulit: alter poſtea ex poſteritate Halys, qvi Machometis gener fuit, ſedem Caliphatus in Ægypto & Africa fixit. Nam ABDALA, genus ducens ex Haly, circa annum, ut archiepiſcopus Tyri numerat, IↃCCCCVIII. in Africam tranſivit, illiſq; regionibus occupatis, vocavit ſe primo Mehedim, qvaſi complanatorem, invictaq; claſſe Siciliam occupavit; deinde Caliphæ nomine aſſumto, non voluit videri Machometis, qvem execrabatur, ſed Halys ſucceſſor. Hujus nepos Abuthaminus, qvem alii vocant Elcainum, ſubjugata Ægypto, Alcairum juxta Menalum condidit, ita dictam qvaſi Coactricem; alio nomine Babylonem Ægyptiam: ibiq; novam Caliphæ ſedem & aulam collocavit. Johannes Leo Africanus hanc hiſtoriã plenius deducit lib 1. deſcriptionis Africæ: nempe Elcainum per Gehoarem, è ſervo ducem exercitus factum, in poteſtatem redegiſſe Numidiam & Barbariam, fugatoq; Ægypti ViceCalipha, omnes Ægypti & Syriæ regiones ſibi ſubjeciſſe, & Alcairum condidiſſe, ſedemq; illuc, ſvadente Gehoare, tranſtuliſſe, relicto cum poteſtate gubernatore: qvi tamen commiſſas ſibi provincias ſtatim Caliphæ Bagdeti ſeu Babyloniæ Elviro, facto cum illo fœdere, tradiderit, & ab eo totius Africæ rex conſtitutus ſit: Elcainum, cui præter Alcairum, qvo ſe contulerat, nihil ſupererat, antiqvaſſe legem, qva Machometani pontifices hactenus vetuerant, ne Arabes cum exercitu & tentoriis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Nilum transmitterent, & permisisse illis, ut Africam ingrederentur, hac tamen lege, ut pro capite singulorum sibi aureus numus penderetur, & qvi ingrediebantur, hostem haberent novum per perfidiam regem Barbariæ. Octuaginta igitur Arabum millia cum liberis & uxoribus in Africam irrupisse, & occupata Tripoli, Cabino, Elcairoe, provincias inter se divisisse, & Arabicam lingvam in Africam intulisse, pexmixtisq; secum Africanis postea cœpisse vivere. Cæterum Caliphatus Alcairensis perstitit usq; ad Sarraconem & Saladinum, qvi ultimum Calipham in Ægypto anno cIↃCLXXIII. sustulere, sicuti centum post annis Tartari, ex septentrione irrumpentes, sustulerunt Calipham Babylonicum. Præter duos hosce Caliphas, Babylonicum nempe seu Baldacensem & Ægyptium seu Memphiticum, pedetentim alii etiam, exemplo illorum, summam sibi inter Saracenos aliis in locis sumserunt potestatem. Sic emersit Caliphatus Cordubensis in Hispania; Fessanus in Africa occidentali in regno Saracenorum Tingitano, qvod per AbulTexifium circa annum cIↃLI. conditum est, & nunc tenetur à Xerifis: & Carvanus in Africa Cyrenaica orientali ab Occuba, Nafici filio, post unam & alteram de Christianis reportatam victoriam, seculo post Christum XIV. conditus. Sed ex his omnibus Fessanus superest, nomine Caliphæ in nomen Xerifi mutato: de qvo sectione XI. hujus libri agemus, cum regna Africana lustranda sunt.

V. *Potesne Caliphas, qvi ex Abubecro Machometis socero & Abante orti sunt, qviq; ex Babylone seu Baldac per Syriam, Persiam & Arabiam res Saracenorum administrarunt, una serie enarrare?*

Fluctuant autores in remotissimarum gentium historia contexenda. Nec eandem omnes seriem, si recensendi sunt, qvi imperitarunt, explicare videas. Seqvemur nos ductum Chronici Persici, in qvo Caliphæ ex Abantis sangvine prognati hac serie ponuntur.

CALIPHAE BABYLONICI EX POSTEritate Abubecri & Abantis.

A. C.		A. R.
751.	XX. SAPHA, alias AbulAbas, abnepos Abantis, filius Abdalæ.	4
755.	XXI. ABUGEFAR, Fr. multis seditionibus suorum vexatus.	15
770.	XXII. MAHADY, F. intestinis bellis & ipse afflictus.	16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

786. XXIII. ELADY, F. princeps magnæ ſpei, ſed brevis vitæ. 1
787. XXIV. ARACHID ſeu AARON ERRESCHID, Fr. magnus terror Nizephori Byzantini, qvem ad pacem xxx. millibus aureis annuis redimendam adegit. Idem ad Carolum M. elephantum miſit & horologium automaton, tunc primum in Europa viſum. Qvatuor reliqvit filios, qvorum Machometi tradidit Alepum in Syria, & qvicqvid poſſedit ad occidentem; Mahamo Perſidem; Acemo Meſopotamiam. Mataconi, qvem parum amabat, nullam regionem aſſignavit. 23
810. XXV. MACHOMET, F. fratri Mahamo Perſidem invidens, Caliphatu, ſuisq; ipſe provinciis eſt ſpoliatus. Hoc tempore Creta Græcis, duplici prælio ſuperatis, ademta; Sicilia & reliqvæ inſulæ miris modis vaſtatæ ſunt. Sed Bonifacius, Corſicæ comes, claſſe in Africam delatus, qvatuor ingentibus præliis victor, ita incubuit Saracenis, ut non ſecus ac Pœni olim Hannibalem, ſic ipſi ſuos ex Sicilia revocarent. Illi tamen ipſi in Italiam & omnem pene Europam ſubinde reverſi, omnia rapinis & incendiis miſcuere. 4
814. XXVI. MAHAMUS, Fr. præcipuos philoſophorum libros in lingvam Arabicam transferri curavit. 12
826. XXVII. MATACON, Fr. à patre qvondam contemtus, ut ne portionem qvidem illi inter fratres aſſignaret, feliciter regnum adminiſtravit: octo filios totidemq; filias reliqvit: octo reges neci tradidit: octo milliones auri in theſauris reliqvit. 7
833. XXVIII. VACECUS, F. gentiles, qvi ignis erant cultores, in Perſia exſtirpare conatus eſt. 5
838. XXIX. ALMOTO, Fr. cujus tempore factio Halys denuo invaleſcere cœpit. 12
850. XXX. MONTACER, F. patre regnandi cupidine peremto, qvod regnum tantopere deſideraverat, vix ſex menſibus uſurpavit. Morbus enim ſuperveniens indigno longiore vita cum ſpiritu abſtulit regnum. ½
850. XXXI. ABUL, Mataconis nepos, per ſeditionem interfectus, turbatas Saracenorum res poſt ſe reliqvit. 6
856. XXXII. MOSTAHIN, Abulis propinqvus. 2
858. XXXIII. ALMATEZ, in balneo à militibus interfectus. 4
862. XXXIV. MOTADUS, itidem à prætorianis cæſus. 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

863. XXXV. ALMATHAMED, cui JACOBUS LEYSIUS, fabri ærarii filius, summa sibi ex parvis initiis poteſtate conciliata, Perſiam eripuit, eamq; nomine SULTANATUS ad fratrem Hamerum transmiſit, &, qvoad vixit, per XI. annos aſſeruit. Poſt qvæ tempora Perſia, & pleræq; aliæ regiones, reges peculiares, qvos Sultanos vocant, ſortitæ ſunt: & qvi ſeqvuntur Caliphæ, ſolo nomine reges erant, cumq; ſe religionis veneratione ſatis tutos exiſtimarent, otio marceſcentes, omnem civilem & militarem potentiam in manus Sultanorum, qvi & reges vocantur, reſignabant. 30

893. XXXVI. MATAZED Fr. ſub qvo Iſmael Sultanus evertit Hamerum Perſiæ Sultanum. 8

901. XXKVII. METTAFI ſeu Mutadid. 6

907. XXXVIII. MOCTADER Fr. Circa hæc tempora ABDALA, ex Haly genus ducens, fundamenta jecit alterius Caliphatus in Ægypto. Perſæ etiam, ſecundum Elmacinum & Texeiram, cœperunt ſibi reges præficere: qvorum primum Elmacinus vocat Mardawigum, cui eripuit regnum Ali ſeu Amaduddaula, piſcatoris filius: in cujus poſteritate & cognatione diu regnum Perſiæ permanſit usq; ad regem XVI. Abunaſum: cujus tempore Turci, occupato Bagdado ſeu Babylone, regnum invaſere circa annum CIↃLV. ſub Tangrolipice. 8

925. XXXIX. JAFAR Fr. 18

933 XL. KAHERBILA Fr. à militibus electus & necatus. 2

935. XLI. RAZIN Moctaderi F. primus interpretationem legis Machometanæ, qvam hactenus Caliphæ ipſi ad populum explicuerant, Vezieris ſeu conſiliariis demandavit. 4

939. XLII. MUCTAFI Fr. à militibus excœcatus. 4

943. XLIII. MUCTAFI F. & ipſe excœcatus. 4

947 XLIV. MOTYA, Moctaderi F. 30

997. XLV. TAJAHA, F. depoſitus à Perſiæ Sultano. Erat enim tunc ea Calipharũ conditio, ut, qvi omnibus ante imperitaverant, jam multis parere cogerentur. Omnis enim Calipharum potentia pedetentim exolevit, nudumq; ſuperfuit illis ſine regno & imperio nomen. Nam rebus ſacris, miſſa regnorum adminiſtratione, operam dare juſſi ſunt. 34

1013. XLVI. KADERBILA, Moizaderi N. ſub qvo varia Sultanorum inter ſe & cum Turcis viciniſq; aňis bella geſta enarrat Mirkondus & Te-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

& Texeira, cum interea Calipha hic & subseqventes, omni potentia seculari amissa, autoritatem tantum in sacris vix retinerent. 19
1032. XLVII. ALKAHEM F. 44
1076. XLIIX. ALMOKTADI. 19
1095. XLIX. ALMOSTAZEN F. 25
1119. L. ALMOSTARCHED, victus à Sultano Persiæ Masudo & necatus. Circa hæc tempora alii ponunt Elvirum, qvocum Elchajus gravia bella gessit, ut supra dictum. 17
1136. LI. RACHED F. victus & ipse atq; trucidatus à Masudo Persa, qvi ab hoc tempore Bagdetum intravit, seq; ejus dominum vocavit. 3
1139. LII. ALMOCTAFI, Rachedi patruus, à Masudo Calipha constitutus, qvi mortuo Masudo magnam Persiæ partem recuperavit. 22
1161. LIII. ALMOSTANGED F. cujus tempore Baharon & filius ejus Cosrhoes non Persiam saltem, sed & Indiam bellis compleverunt. 11
1172. LIV. ALMOSTANZY F. liberalis & eruditus. 8
1180. LV. NACERLADIN F. sub qvo Tartari sub Chingi Chamo varias provincias occuparunt. 46
1226. LVI. ALTAHER F. 1
1227. LVII. ALMOSTAZEN F. Tartaris diu viriliter se opposuit. 17
1244. LVIII. ABDULA F. qvem Olachsan Tartarus occidit. Et ab hoc tempore Caliphæ deseruerunt Bagdetum seu Babylonem: eamq; urbem Tartari cum universa pene Persia occupaverunt, circa annum Christi cIɔccLVIII.

Hic sciendum est, circa annum à nato Christo millesimum res Saracenorum per intestina dissidia admodum attenuatas fuisse. Nec enim solum Europæi IN SACRO BELLO Ciliciam, inq; ea Tarsum, ut & Cyprum, ipsamq; in Syria Antiochiam, & in Palæstina Hierosolyma receperunt, sed & in Hispania præter Granatæ regnum omnia fidei Christianæ restituta sunt. Præterea cum circa annum cIɔxxx. TURCI ex Caspiis portis, à Sultano seu rege Persiæ & Mediæ, Machomete Subictigene, qvi aliis dicitur Sebucatinus, Imbraelis filio, adversus Passasirium Babyloniæ Sultanum in auxilium vocarentur, illi qvidem, Araxe transmisso, Passasirium represserunt: sed cum domum reverti à Persis, eorum opem etiam adversus Indos uti volentibus, prohiberentur, illis ipsis, qvibus auxilio venerant, sese opposuerunt: & ab hoc tempore Turcorum potentia immane qvantum inva-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

invaluit. Scytharum Asiaticorum seu Tartarorum pars sunt, qvi ex Cataia oriundi, intra Caucasum primo montem consederunt: unde eorum XL. millia jam Heraclius imperator seculo septimo adversus Persas evocaverat. Seqvente seculo octavo progressi in Albaniam, inde Armeniam majorem occuparunt. Et ab hoc tempore varia illis cum Saracenis & Persis bella. Tandem illis sedes in Asia & pax data est his conditionibus, ut religioni Machometanæ initiati, Saracenis adversus Christianos, qvi in bello sacro Asiam invaserant & Hierosolymis regnum condiderant, præsto essent. Primum Turcorum ducem, qvi Persis se initio opposuit, Tyrius libro I. de bello sacro cap. VII. vocat SELDUCHUM; Texeira SALIUCHUM. Fuit filius Dacaci, viri animosi & prudentis, & regi Turcorum in Turqvestan carissimi, qvi primus ex Turcis Islamismum seu Machometis religionem est amplexus. Hujus Dacaci filius Saliuchus initio operam egregiam in bellis locaverat Turcorum regi in vicinia Tartariæ circa Caspium mare: deinde, qvia religione ab illo diffidebat, ut Machometi addictus, qvem ille adhuc fastidiebat tanqvam gentilis & paganus, ad necem ab illo, qvum ob virtutem metuendus videretur, qvæsitus est. Sed opem sibi à vicinis undeqvaqve accersivit, & rem fortiter egit, donec jam CVII. annorum in prælio occumberet. Filius Saliuchi & nepos Dacaci erat MIKKEIL seu MICHAEL, qvi jam nullum supra se regem agnoscebat, seqve hostibus tamdiu opposuit, donec à Machomete Sebuscatini filio, rege Indiæ, cui se addixerat, in vincula conjiceretur. Michaelis filius TOGRULBECUS, qvem Græci vocant TANGROLIPICEN, in desertis se primo continens locis, non ausus fuit se aperto prælio committere, qvod vix tria millia educere posset: deinde prudenter rem aggressus, tanta sensit ex fugitivis & maleficis incrementa, ut paulo post adversus IↃ millia Persarum qvinqvaginta CIↃ suorum educeret, & peremto ipso Machometis Subictigenis, cujus jam meminimus, filio, vi imperium Persiæ sibi vendicaret, reliqvisqve Turcis ex patrio solo evocatis, omnem potestatem, qvam adhuc reliqvam habebat, Caliphæ Babylonio adimeret, pontificatu illi sine regno relicto. Hic Tangrolipix Arabes qvoqve & Medos bello fatigavit: & qvanqvam illos rex & Sultanus suus; hos Græci strenue defenderunt, paulatim tamen progressus ad pontum usqve Euxinum regni limites promovit, & varios sub se Sultanos constituit. Sed nec hoc regnum diu sine motibus intestinis constitit: in qvo alii alios Turcorum reges nominant. Credo, qvia in diversis vastarum provinciarum locis diversi regnarunt. Almacinus hoc ordine numerat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

REGES MACHOMETANI IN BABYLONIA.

A. C. A. R.

DACACUS, primus Machometismum professus.
SALIUCHUS F.
MICHAEL F.
1055. I. TANGROLIPIX seu TOGRULBEC F. rex Persarum Machometanus. Obiit anno post occupatam Babyloniam octavo. 8
1063. II. MUHAMMED Olbarsatanus, Tangrolipicis ex fratre Davide nepos, peremtus in bello contra Christianos. 8
1071. III. GELALUDADULAM F. qvi intestino bello patruum victum vivum cepit. 21
1092. IV. V. VI. MAHMUD: BARKYARUK: MUHAMMED, tres Gelaluddaulami filii, de regno diu certant. Illud tandem obtinuit Barkyaruk. 12
1104. VII. GELALUDDAULAM Barkyaruki F. ejectus à patruo Muhammedo, qvi præfuit usq; ad annum cIↃcvII. 13
1117. VIII. MAHMUD Abulcasemus F. in qvo definit Almacinus.

Texeira autem dicit, Tangrolipici à proceribus occiso successisse Ferrogzadum Masudi filium, à qvo varia bella adversus Turqvestanos gesta sint: Ebrahimum ejus fratrem: Masudum ejus filium, generum regis Turqvestani: (qvi cum cœpisset anno cIↃxxcIx. regnare, Caliphas Babylonios, L. Almostarchedem & LI. Rachedum in prælio captos occidit, ipsamq; Babylonem seu Bagdetum anno seculi xxxIx. occupavit) Arsalonem Masudi filium, qvem frater ejus Baharon anno cIↃcxIx. tertio regni anno oppressit & annis xxxIv. præfuit: Kozraum Xa seu Cosrhoen Baharonis filium, cujus regnum post decennium rex Corasani vicinus occupavit: Kozraum tandem Malekum ejus filium esse illum, in qvo, cum magna Indiæ parte esset spoliatus, Tangrolipicis familia desiit. Alii Tangrolipicicis sive patruum sive ex fratre nepotem CUTLUMUSEN, dicunt re adversus Arabes infeliciter gesta, cum odium agnati incurrisset, rebellione cum qvinq; filiis facta, diuturna cum illo ejusq; posteris bella gessisse in Persia. Post Tangrolipicen primum Turcorum regem Sultanum, qvi obiisse fertur anno cIↃLxIII. numerant recta linea Dogrissam; Aspasalem; Meleclam, qvi Antiochiam, omnesq; finitimas Asiæ minoris regiones Græcis ademit, & Axanen, alio nomine Belchiarocum. Hic AXANES, Turcorum Sultanus V. postqvam multas clades à Diogene Romanorum imperatore Græco sustinuisset, ipsum victorem ca-

ptum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

piū amicitiæ fœdere sibi sociavit, &, cum liberaliter dimissum à suis exoculatū audiret, maximo exercitu contracto, Romanas provincias vexavit, nonnullasqꝫ insulas Asiaticas, ipsam etiam Damascum occupavit, & ad Pontum, Turcomanniæ regnum condidit. Hoc Axane anno cIↄxcvIII defuncto, cum ejus frater regnum occupare conaretur, à reliqvis principibus seu Sultanis in factiones abeuntibus trucidatus est: & unusqvisqꝫ provincias, qvas administrabat, sibi asseruit. Sultanatus Sebastiensis & Iconiensis, à sedibus duabus regiis dictus, præ aliis admodum eminuit: cujus fundamenta Cutlumuses, Tangrolipicis agnatus, jamdudum jecerat, ut paulo ante diximus. Nam ejus filius SOLIMANNUS, Nicæa occupata, Byzantinum imperium undiqvaqꝫ lacerabat: &, qvanqvam Gothofredus Bullionensis in expeditione sacra multa loca, ipsamqꝫ Nicæam reciperet, & Solimannus, magnis cladibus affectus, ad Persiæ Sultanum confugeret, auxilia ab illo impetraturus, posteri tamen ejus, viribus semper novis aucti, Europæis ducibus & Byzantinis imperatoribus nunqvam non facessebant negotia. Pronepos ejus CLIZASTHLANES Manuelem Comnenum in summas redegit angustias, inqꝫ Phrygiam usqꝫ penetrans, omnibus Græcis summum incussit terrorem. Sed qvod inter IV. filios omne imperium ultima voluntate dispescuerat, distractis illi viribus exiguo postea robore usi sunt. Nepos hujus est ALADINUS, qvi regnum Iconiense admodum dilatavit. Hujus filius GAJAZADINUS, qvem Christianum fuisse historici testantur, illa tempora attigit, qvibus Tartari, copiis in qvatuor mundi plagas explicatis, longe celerius, qvam Alexander olim magnus, præcipuas orbis partes, interqꝫ reliqva regna, Sultanatum etiam Iconii in Caria, frustra reluctante & infeliciter acie congresso Gajazadino, sibi submiserunt. Idem reliqvis Turcorum principibus & Sultanis contigit. Nam, qvod diximus, Axane seu Belchiaroco mortuo, Turci in factiones abierant. Alii Iconiensem Sultanum venerabantur; alii alium. Servus Axanis fuerat SAMUCHUS. Hic, domino defuncto, Alepum seu Chalepum in Syria, cui olim præfectus fuerat, regio jure cœpit administrare. Filius ejus SANGUINUS Niniven paternæ hereditati adjecit. Pronepos NORADINUS, juratus Christiani nominis hostis, Damasceno regno reliqvis conjuncto, potentissimus omnium rex factus, jam videbatur vires Turcorum distractas recollecturus. Et jam præmiserat ducem SARRACONEM in Ægyptum, qvi Christianos inde expulit, & Calipha Ægyptio omni potestate exuto, sibi imperium totius regni vindicavit. Sed hic ipse Sarraco

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ejusq; ex fratre nepos SALADINUS, everſis Noradini heredibus, ſublatoq; Caliphatu Alcairano, qvi jam in ſchiſmate ccxxx. annorum ſe Caliphatui Babyloniæ oppoſuerat, omnem Ægyptum, omnemq; Syriam, & magnam partem Arabiæ ad ſe transtulit. Ubi notandum, reges poſt Sarraconem & Saladinum alia ſerie & aliis nominibus receſneri à Johanne de Montevilla in itinerario ante ccc. annos conſcripto.

V. Stupendis concusſionibus orientem Saraceni primum, deinde Turci, tandem Tartari tantum non everterunt. Sed qva occaſione Ottomannica Turcorum domus, & Sophi in Perſia, ad id faſtigium pervenerunt, in qvo hodienum conſpiciuntur?

Cum Tartari potentiſſime in oriente dominarentur, ſeptem Turcorum principes, remotiores regiones à Tartaris relictas inter ſe dispartiti, utcunq; ſeſe adverſus vicinos hoſtes tutabantur. Ex iis qvatuor deinde præcipuæ familiæ imperium ſibi vendicaverunt, Aſſimbæi, Candelori, Caramanni & Ottomanni. Inter hos ipſos ASSIMBEJORUM & potiſſimum OTTOMANNORUM poteſtas eminuit: qvorum illi Armeniam ſibi vendicarunt, & poſt multorum annorum decurſum Perſiam, qvam Tartarorum reges, ex Changio & Tamerlane deſcendentes, diu tenuerant, ut diximus in hiſtoria Tartarorum, ſibi vendicarunt; hi nulla interjecta mora Aſiam minorem pene omnem velociſſimo impetu domuerunt. Sed de Ottomannis Turcis agemus, cum Perſarum hiſtoria prius fuerit abſoluta. Pleriq; hiſtorici primum Aſſimbejorum regem, qvi Perſiam Tartaris eripuit, faciunt Uſumcaſſanem, eumq; dicunt ex Armenia majore circa annum cIɔcccclxix. egreſſum, Perſis cœpiſſe dominari. Sed aliter rem enarrant ipſi Perſæ. Dicunt enim, in Turcomannia, qvæ eſt Armenia major & vicina Colchis ſupra Trapezuntem, duas fuiſſe factiones, qvarum altera vocata ſit nigri; altera albi arietis. Ex factione nigra ante Uſumcaſſanem, qvi fuit factionis albæ, qvatuor reges Perſiæ numerant, qvos profligatis Tamerlanidis ajunt ab anno cIɔccccvii. per lxii. annos Perſiæ imperitaſſe. Qvatuor illos reges vocant Caraiſſuf, Amirum, Jooncham, Acenum. Qvem vero nos Aſſimbeium Uſumcaſſanum vocamus, illum nominant Ozun Acembecum, & primum ex domo arietis nigri, in factione arietis albi, imperium Perſidis transtuliſſe dicunt. Catalogum nos more noſtro nectemus. Tu interim lege librum Thuani lxv. ubi non Perſidē tantum occaſione belli Turco-Perſici, anno cIɔIɔlxxviii. geſti, ſed & Georgianorum ſtatum in Iberia luculenter depingit. Confer imprimis Jovium libro xiii. & xiv.

REGES

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

REGES PERSARUM POST TAMERLANIDAS.

A. C. *A. R.*

1407. I. CARAISSUF, Turcomannus, ex factione arietis nigri, post fata Tamerlanis, Sultano Helcomo Babylonem eripuit, qvam Tamerlanes ei commiserat: Taurim etiam urbem, ut & Mesopotamiam & Mediam, in potestatem redegit, rex Persiæ coronatus. 16

1423. II. AMIRSCANDAR F. victus à Charoko, Tamerlanis filio, trans Euphratem fugit, & viribus restauratis rediit, resq; feliciter administravit, tandem à fratre Jooncha, vel, ut alii volunt, à filio Xakobad obtruncatus. 12

1435. III. JOONCHA Fr. post varias suorum seditiones ab Assimbejo Usumcassane in prælio cæsus. 33

1468. IV. ACENHALY F. & ipse ab Assimbeio in prælio cæsus. 1

1469. V. ASSIMBEIUS USUMCASSANES, alias OZUN ACEMBECUS, Alibeci Tackretiniadæ filius, Kara-Otmanni nepos, ex factione arietis albi, imperatoris Trapezuntini gener, initio Armeniæ procurator & dux, interfectis Jooncha & AcenHaly, vi & fraude regnum adeptus, Iberos atq; Hyrcanos, Caspii maris accolas, Armeniæ finibus imminentes, cladibus illatis variis, longe submovit: opes Ottomannorum duobus secundis præliis valde attrivit: cum Venetis & Romano pontifice contra Machometem II imperatorem Turcorum fædus percussit. Tandem ad Arsengam, cum tertio summi certaminis fortunam cum Turcis periclitabatur, multitudine tormentorum confusus, infelici exitu superiores victorias corrupit. Domesticis deinde seditionibus, qvas filius Ugurli Mehemet concitavit, admodum est afflictus. Hunc tamen egregio astu ex aula Turcorum, in qvam confugerat, in regnum retraxit & obtruncavit, cum sibi tanqvam mortuo curaret fieri exeqvias. 9

1478. VI. CALIL F. post vi. menses à fratre Maksudbek jugulatus. $\frac{1}{2}$

1479. VII JACUPPUS seu JACOBUS Fr. cognomento Chiorzeynal, id est, strabo, Mammaluccis Ægyptiis Assyria & Mesopotamia ejectis, eversoq; Aidare sororio, ab uxore adultera, qvæ in regnum conabatur Ismaelem Aidaris filium evehere, veneno necatus est: qvæ tamen ipsa prægustare jussa, una expiravit. AIDAR ille, alias Arduelies vel Sultanus Ardevillæ dictus, cognominabatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SIEC vel SCHIECH vel SOFI, id est, sanctus & sapiens: qvod nomen prius usurpaverat Giunetus ex factione nigri arietis, qvi subjectis sibi populis persvaserat, primos Machometis pseudo-prophetæ successores, Abubecrum, Omarem & Otmannum, contra jus & æqvitatem principatus dignitatem usurpavisse, eaq; Halyn legitimum heredem defraudasse, & ob id damnatos, nec in precibus illorum mentionē debere fieri: qvas sic jussit concipere, ut maledictus sit Abubecrus, Omar & Otman: & Deus clementiā exhibeat Haly. Ab hoc tempore Casa, vicus in vicinia Babyloniæ, ubi Halys sepulcrum est, in magna cœpit esse veneratione, ut qvotannis sic invisatur, sicuti hactenus trium illorum virorum sepulcra fuere visitata. Id, si qvi alii, Turci ægre tulere: qvi ab hoc tempore se Sunnos, tanqvam qvibus melior sit religio, & Persas Rafadios seu prævaricatores; item, ut jam diximus, Kisulbassas, qvasi rubra capita vocant, qvia discriminis causa fasciam rubram turbinato capitis tegumento cœperant alligare. Successere in hac hæresi, magnis viribus suffulta,

SIEC seu SCHIECH seu SOFI GIUNETUS: in cujus gratiam Tamerlanes dicitur omnibus captivis vitam qvondam veniamq; concessisse: qvi memores beneficii, assidue Siecum ejusq; posteros coluere.

SIEC GEDERSIN.

SIEC GIUNETUS II alias TZINID.

SULTAN AIDAR, cui cutim Turci detraxerunt.

SIEC AIDAR seu ARDUELLES, de qvo diximus.

SIEC ISMAEL, postea rex.

Siec Aidar Usumcassani regi dignus est visus, cui filiam Chaidiram seu Martham elocaret, ex Despina, Calo Johannis Trapezuntiorum & Ponti imperatoris Christiani filiam susceptam. Illam tamen Jacuppus, ut erat suspicaci ingenio, potentiam ejus suspectam habens, sive submissis percussoribus, ut ait Jovius, sive aperto victum Marte, ut alii tradunt, evertit, pluresq; ex sectatoribus ejus tanqvam hæreticos interfecit. Subterfugit mortem Siec Ismael, Siec Aidaris filius & TECHELLES. Ille in Hyrcaniam profugus, postea regnum Persicum invasit, nec se amplius Siec vel Sofi, sed Saha Ismaelem, id est, regem appellavit: hic in mino-

rem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

rem Armeniam confugiens, doctrinam de Haly passim locorum
propagavit. 13

1492. VIII. BYASANGOR F. à successore dejectus & in prælio cæsus. 1

1493. IX. ROSTAMUS, filius Madsubeki, nepos Assimbei, invasor
regni, à successore dejectus. 5

1498. X HAGMETBECUS, filius Ogorlu, Assimbei nepos, à tribus sa-
trapis in prælio cæsus, qvi regnum inter se tripartiti sunt. 1

1499. XI. ALWAMBEC seu ALVANTES, alius Usumcassanis nepos,
ex Issuf, qvi cum aliis Hagmetbecum trucidaverat, ut solus re-
gnaret, variis turbis jactatus & eversus. 1

1500. XII. MORAT, Jacappi filius, cum reliqvis, qvi regnum inter se
diviserant, ab Ismaele successore fugatus. Hoc tempore Lusitani
anno cIↃIↃVII. insulam Ormuz occuparunt: & reges ibi, ex regibus
Arabiæ oriundi, posthac veluti precario regnarunt, libera tan-
tum in suos potestate. 15

1515. SIEC vel SOFI vel SAHA ISMAEL, filius Siec Aidaris seu Arduellis seu Erdevilis, ex Haly Machometis genero oriundus, qvoad patrem ex factione nigri arietis; qvoad matrem ex albi: Usumcassanis ex filia Chairide nepos: qvi post patrem Siec Aidarem interemtum in Hyrcaniam confugit, & passim locorum doctrinam de Haly mira vitæ sanctitate commendavit. Confluentibus ad eum undiqvaqꝫ sectatoribus, cum jam exercitum justum collegisset, Persarum usus dissidiis civilibus, expeditione in Armeniam, tanqvam paternum regnum, facta, Alwanbecum acie congressus peremit: inde progressus in Mesopotamiam, Moratem in Arabiam fugavit, & præterea Babylonia, Mesopotamia & maxima orientis parte occupata, Ormuzium Lusitanis permisit: vir magnanimus, sed crudelior. Omnes enim edicto in proscriptionis formam mori jussit, qvicunqꝫ prælio, in qvo pater Aidar occubuerat, interfuere, ut ultra xxx. millia è proscriptis perirent. Omnem Jacuppi avunculi memoriam abolevit. Interea TECHELLES, qvem omnes tanqvam prophetam venerabantur, in Armenia & minori Asia, magna sectatorum manu collecta, Turcos, tanqvam diversum in religione Machometana sentientes, auxiliari eqvite ab Ismaele rege submisso adjutus, admodum afflixit: Bajazethis nepotes, Orchanem & Machometem, prælio vi-
ctos

ctos fugavit: per Lycaoniam in Galatiam; inde in Bithyniam infesto exercitu contendit: Belerbecho, i. e. totius Asiatici exercitus magistro, innumeris Asappis (sic vocant pedites undiqvaqꝫ collectos) stipato ingentem cladem intulit: Cutheiam ejus sedem expugnavit & diripuit: ipsum cepit & palo affixit. Sed cum Halybassa, & post illum in prælio cæsum Junusbassa, prætorianos Turcorum milites ex Europa in Asiam eductos ei opponerent, pedem retraxit, montibusqꝫ ac silvis se & milites continuit, tandemqꝫ cum reliqviis suorũ in Armeniam rediit. Interea Ismael in gentes circa Caucasum & mare Hyrcanum, ipsosqꝫ illos Tartaros, qvi olim Bactriani & Sogdiani fuere, arma convertit: cumqꝫ in Armeniam reverteretur, Amurathem, patrui Selymi Turcorum imperatoris sævitiam fugientem, excepit, eiqꝫ filia desponsata, in causam ejus incubuit: cum Selymo in Armenia majore, in qvam cum CL. millibus armatorum penetraverat, ipse, tantum XXX. millibus eqvitibus eductis, cruento prælio ad Artaxata conflixit. Castra qvidem & Taurisium, regiam urbem, amisit: sed & Selymus, plurimis suorum cum in prælio, tum in itinere desideratis, in sua stativa rediit. Ismael autem, nondum XLIV. annos natus, fatis concessit, IV. relictis filiis. 20

1528. XIV. TAMAS seu SCHAC TECMASES F. in fratres non minus, ut Solymannus in filios, hoc tempore crudelis, multarum provinciarum jacturam in bello Turcico fecit. Nam militari disciplina omissa, ad lucri studium & ad illecebras muliebres animum applicuit: in justitia administranda negligens: in latrociniis puniendis remissus: mercator potius, qvam miles. Amisit, cum pugnam detrectaret, Assyriam, & cum Babylone Mesopotamiam, aliaqꝫ in Armenia oppida: ipsumqꝫ Taurisium & aula regum Persicorum direpta est. Redeuntis tamen è Persia Solimanni exercitum noctu per Delimentem omnibus tormentis, tentoriis & vasis castrensibus spoliavit. Id unum benevolentiam illi conciliavit, qvod toto regno vectigalia sustulit. 51

1576. XV. ISMAEL, filius Tamasi secundogenitus, ex custodia protractus, in qva à patre multos fuerat annos detentus: à parricidio VIII. fratrum & multorum procerum regnum auspicatus: ipse intra biennium, qvod videretur in religionem Turcorum propensi-

or,

er, ab ipſa ſua ſorore Peria & conjuratis veneno necatus: de qvo videatur Thuanus libro LXVII. 2

1578. XVI. MAHOMET CODABENDA, filius Tamaſi primogenitus, qvi, etſi ad regnum eſſet parum aptus, & ex oculis laboraret, per duces tamen & filium, Hamecem & Abam, Amurathem III. Turcorum imperatorem à curſu victoriarum retraxit, nobisq; Chriſtianis adverſus Saracenicam, qvam ipſe profeſſus eſt, religionem non parum profuit. Bellum illud deſcripſit IX. libris Joh. Thom. Minodous. 7

1585. XVII. EMIR-HEMSE F. à fratre ſucceſſore poſt VII. menſes per barbitonſorem necatus. 1/2

1585. XVIII. SCHACH ABAS Fr. qvia nimia ſeveritate videbatur imperium gerere, & proceres magis propendebant in ejus filium primogenitum SefiMyrſa, cujus duo fratres ab ipſo patre excœcati fuerant, ipſum hunc ſuum filium procuravit interfici per Bebutbekum: qvem qvidem ob obſeqvium nobili provinciæ præfecit, ſed poſt aliqvot annos ſuum ipſius filium decollare juſſit, ut ſentiret, qvem dolorem pater capiat ex morte filii. Multas victorias Tartaris & Indis extorſit. Eripuit magnam Mediæ partem Turcis, & poſt aliqvot annorum inducias bello redintegrato totis viribus potentiam eorũ caſtigare conatus, legatis miſſis anno cIɔIɔc. ad Rudolphum imperatorem, & reliqvos principes, in ſocietatem belli adverſus eos ſollicitavit: ſedemq; regiã in Iſpahan, Parthiæ metropoli, fixit. Moriturus, non filios, qvos excœcaverat qvondam, ſed nepotem ex filio SefiMyrſa, qvem necari juſſerat, reliqvit ſucceſſorem. 49

1629. XIX. SCHACHSEFI, nepos SchachAbaſi, filius SefiMyrſæ, omnes agnatos & præcipuos ex proceribus cum integris familiis initio regni, etſi pene puer, tolli curavit: adverſus multos ipſe miniſterium carnificis obiit: ipſam matrem & XL. ex gyneceo vivas ob aliqvam veneni ſibi porrecti ſuſpicionem humavit: Ervanã qvidem arcem Turcis eripuit: ſed Babyloniam, qvæ jam XXVI. annis ſub poteſtate Perſarum fuerat, amiſit: vino & Veneri admodum deditus. 11

1640. SCHACH SEFI F. XIII. annorum puer adiit regnum.

Hic monitum velim lectorem, ut, ſi ipſos mores, vires & provincias

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

regis Persarum nosse allubescit, librum xiv. P. Jovii, librum ii. Joh. Thom. Minodoi de bello Turco Persico, & Olearii Itinerarium Persicum evolvat.

VII. *Turcos, qvos alioqvin metuimus, nunc à periculo securi, hac historica peregrinatione adeamus.*

Meditullium illos orbis occupasse dicas, si consideres, suis finibus illos attingere Indos, Persas, Tartaros, Russos seu Moscovitas, Polonos, Pannones, Italos, & ex Africa hinc Hispaniam & Galliam; illinc Libyam habere vicinam. Suo enim imperio, præter insulas varias, qvæ toti orbi sunt famigeratæ, Cyprum, Rhodum, Lesbum, Chium, Coum & alias, premunt I. Arabiam omnem, petræam, desertam, felicem. II. Babyloniam, qvam vocant Bagdet, cujus florentissima pars Chaldæa est. III. Mesopotamiam, in qva Edessa seu Antiochia, Nisibis & Seleucia est. IV. Syriam omnem, qva comprehenduntur Cœlesyria, Comagene, Antiochene, qvam vocant Natoliam, & Palæstina, cujus metropolis olim fuit Tyrus, qvæ tamen urbs ante ccc. annos deleta, nunc vocatur Portus Sur: & ab hac vocantur illi Christiani in oriente SYRI seu MELCHITÆ, qvi in religione contra Eutychianos decreta imperatorum, qvos Malcas vocant, seqvuntur, & Græcæ sunt religionis, non tamen sub jurisdictione patriarchæ Constantinopolitani, sed Damasceni, qvi se vocat patriarcham Antiochenum, sicuti illum patriarcham, qvi in Palæstina residet, vocant Hierosolymitanum, qvemqꝫ ferunt esse addictum Jacobitarum sectæ, qvi nomen illud acceperunt à qvodam Jacobo Zanzalo Syro, sectæ Eutychianæ circa annum Christi lxxx. propugnatore, & in Mesopotamia in urbe Caramit seu veteri Amida supremum patriarcham venerantur, à qvo ipse Hierosolymitanus dependet. Comprehenduntur etiam Syria MARONITÆ, à qvodam sancto viro sic dicti, qvi magno numero montem Libanum sub peculiari patriarcha, qvem semper vocant Petrum, sub octo vel novem episcopis, incolunt: item DRUSI circa Libanum montem, qvi aliqvid de Christianismo & Saracenismo participant: sicuti CURDI dicuntur illi Christiani, qvi inter Armeniam & Mesopotamiam degunt: & MORDUITÆ, qvi inter Tartariam Præcopensem & Moscoviam interjacentes, baptisantur, ut Christiani; circumciduntur, ut Machometani; adorant idola, ut pagani. Qvæ occasione Palæstinæ hic retulisse placuit. V. Asiam minorem cum Cappadocia, Galatia, Paphlagonia, Cilicia, qvam Carmaniam Turci vocant, Ponto & Bithynia. VI. Armenias utrasqꝫ, qvarum majorem vocant Turcomanniam ultra Euphratem; minor est cis Euphratem.

VII. Col-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

VII. Colchidem inter Iberiam, Tanain & pontum Euxinum, qvam hodie habitant Mengrelii & Circassii. VIII. Georgiam orientalem, qvæ est Albania ad mare Caspium, & occidentalem, qvam dicimus Iberiam: unde dicuntur Georgiani Christiani in peculiari secta. IX. Tauricam Chersonesum. X. Partem Walachiæ & Moldaviæ, regionem olim Dacorum. XI. Mœsiam ultra Macedoniam & Thraciam, cujus superior pars dicitur Servia seu Rascia, olim regnū Triballorum, (de qvorum postremis regibus à Turcis eversis videatur Thuanus libro cx) inferior Bulgaria. XII. Thraciam omnem. XIII. Omnem Græciam. XIV. Interiores partes Illyrici seu Dalmatiæ & Liburniæ. XV. Bosniam. XVI. Magnam tandem partem Slavoniæ; magnam Hungariæ; magnam Africæ. Has omnes terras, omnium antiqvi orbis heroum sedes, insident jam Turcorum imperatores, qvi ex domo Ottomannica prodeunt. Ipsos vero Turcos qvod attinet, manifestum jam est, illos per Caucasi angustias ex septentrione in Asiam irrupisse. Turqviani alioqvin & Turcomanni vocantur, & qva regione antiqvitus consederunt inter Tanaim & Sarmatiam, illa Turqvestan hodienum dicitur. Saracenis se, qvamprimum illorum impietas tempore Heraclii, qvi circa annum DCXXVI. eos ad Persas evocarat, invaluit, adjunxerunt, initoq; pacis fædere, cum eorum Calipha, Machometica impietate se obstrinxerunt, confidentesq; ad mare Hyrcanū, nihil à moribus & religione Saracenorum discreparunt, nomine etiam eodem nuncupati. Et hodienum dedignantur vocari Turci, qvia illud vocabulū dicitur latronem significare. Malunt dici Moslimi, Musulmanni vel Musulmanlari, qvasi orthodoxi & recte credentes. Interim ab aliis Armenia major, qvod diximus, Turcomannia dici cœpit ab eo tempore, qvo eam occuparunt. Subinde enim ex Caspiis portis egressi, Iberiam & terram Georgianam in prædam habuerunt, tandemq; in Armenia ad Araxin fluvium sedem figentes, Saracenis per domesticas discordias & Tartarorum irruptiones attritis, imperium in Perside atq; Asia integro pene seculo, ut superiore qvæstione diximus, usurparunt: qvo tamen rursus à Tartaris labefactati excidere, donec tandem virtute Ottomanni, toti orbi terrarum stragem & excidium minati, regni potentissimi fines per Asiam & Africam, magnamq; Europæ partem extenderunt, & libertate religionis sub tributo qvartæ proventuum & numorum certorum pro qvolibet capite Christianis permissa, viam sibi ad tantam potentiam straverunt. Hunc Ottomannum Chalcocondyla ex Oguziorum familia deducit, ejusq; patrem facit Orthogulem seu Orthugatelem;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

relem; avum Oguzalpem; proavum Duzalpem, primum Oguziorum ducem: diciturq; in Mœſiæ oppido Sogutha eum natum. Apud Scaligerum, ut & apud Leunclarium, ſic ex chronico Turcico recenſentur Ottomanni majores, ut referantur ad reges Turqveſtaniæ, libro II. canonum Iſagogicorum: & pater Orthogulis vocatur Soliman Schach; avus Kialub; proavus Bezelbuga. Et qvidem, qvia, exeunte ſeculo XIII. Aladino Iconenſi Sultano defuncto, diſcordiæ inter proceres regni erant exortæ, Orthogules, pater Ottomanni, qvi in fugam à Tartaris conjectus, receptum invenerat apud Aladinum, cum illis fœdere icto coiit, ut viribus unitis bellum adminiſtraretur, & provinciæ occupatæ dividerentur. Septem eorum omnino fuere, qvi hac lege tenebantur: & ſunt ſeptem illi Turcorum principes, ex qvibus ſupra diximus præcipue eminuiſſe Aſſimbejos in Perſia, & Ottomannos, qvibus nomen datum eſt ab Ottomanno, Orthogulis filio.

IMPERATORES TURCICI, DICTI
SULTANI PADISCACHI.

A. C. *A. R.*

DUZALPES, primus Oguziis dux datus ab Iconienſi Sultano.

OGUZALPES F. armis contra Græcos claritatem nominis adeptus.

OTRUGAREL, ſeu ESTROGUL, ſeu ERTUCULES F. ex Aſia jam cœpit in Europam arma transferre: ſed in fugam à Tartaris conjectus, receptum in Caramannia ſeu Cappadocia & Cilicia apud Aladinum Iconienſem Sultanum habuit. Leunclavius autor eſt, eum per qvietem vidiſſe ſplendorem lunæ è ſinu vatis alicujus Machometani in ſuum ſinum penetrare, & inde ex umbilico ſuo arborem ramis altos montes & latos campos inumbrantem propullulare: vatem autem reſpondiſſe, ſi filiam ſuam duceret, regem inde naſciturum. Factum: qvia Ottomannus ex illo conjugio prodiit.

1390. I. OTTOMANNUS ſeu OSMAN GASI F. defuncto Aladino, magnam partem regni Iconienſis ad ſe traxit: Thraciam afflixit: bis ex Aſia in Europam traductis copiis, Bithyniæ regem in poteſtatem redegit. 28

1328. II. ORCHANES ſeu URCHAN GASI F. fratribus parricidio interemtis, diſſidiis uſus Græcorum imperatorum, Myſios, Cares, Phryges, cæteraq; ad Helleſpontum usq; loca, ut & Nicæam & Nicomediam, urbes florentiſſimas, occupavit: Pruſiæ in Bithynia ad radices Olympi ſedem imperii fixit: pace cum Johanne Cantacu-

zeno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

zeno Constantinopolitano facta, gener ejus adscitus, primus in Europam cum filio majore Solimanno, propter socerum à Bulgarorum vexationibus liberandum, trajecit: occupato ibi Zemenico seu Chirodocastro, viam sibi stravit ad eam divexandam. Dictus Solimannus, ex Theodora filia Johannis Cantacuzeni natus, ante patrem ex eqvo in venatione prolapsus, obiit: &, qvia multa præclare gessit, à Cholcocondyla & aliis inter imperatores recensetur. 22

1350. III. AMURATHES seu Morad F. à Græcorum diffidentium & rebellium imperatore Calo Johanne Palæologo adversus Marcum Grajevichium, Bulgariæ despotam rebellem, in auxilium evocatus, imperatoris qvidem hostes prostravit: sed paulo post ipsi fere nihil præter nomen reliqvit. Nam trajiciens per Hellespontum, Callipolin, Philippolin, Adrianopolin occupavit, & Triballorum in Bulgaria despotam Marcum Grajevichium, ut & Serviæ despotam Lazarum, aliqvot item Albaniæ in Dalmatia & Epiro proceres, qvi vires conjunxerant, domuit, & Janizarorum seu prætorianorum militum phalangem instituit: vir moderatus, qvem scribunt in devictis liberaliter tractandis æqvitatem Cyri imitatum. Egregias etiam victorias reportavit à Turcis Asiaticis rebellibus, & à filio Sauze cum Græcis conspirante. Rex qvoq; Mœsiæ Drageses in ejus potestatem devenit. Tandem nova expeditione adversus Triballorum seu Serviæ principem Lazarum suscipiens, sive in prælio, qvod ajunt Turci, sive, ut Græci ferunt, ad prælium accinctum à Miloe, Triballo qvodam, qvi se transfugam simulaverat, peremtus est. 23

1373. IV. BAJAZETH F. vir præfractus & temerarius, qvi neminem monentem seqvebatur, fratribus imperii æmulis sublatis, sedem imperii Adrianopoli fixit. Wilderim, qvasi cœli fulgur, cognominatus, patris victorias perseqvens, Triballorum in Bulgaria despota Marco Grajevichio interemto, Armeniorum regem Scanderem in potestatem redegit: duces Turcorum reliqvos in Asia expulit: eorum provincias occupavit: Albanos & Illyrios in prædam habuit: Thessaliæ & Delphorum duces ad obseqvium traxit. Hinc Hungariam iteratis excursionibus exspoliavit, tantoq; impetu Græcos & Hungaros terruit, ut ad Gallorum & Germano-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

rum auxilia esset confugiendum. Ad Nicopolin Sigismundus, rex Hungariæ, post imperator, clade accepta, castris exutus, omnibusq; spoliatus armis, vix evasit. Et Bajazethpostea Walachiam, Thraciam, Mœsiam, Dardaniam & Macedoniam depopulatus, Argos cepit: Peloponnesum vastavit. Constantinopolin etiam, quá diuturna obsidione vexavit, expugnasset, nisi Tamerlanes seu Temur Chan Tartarus, Persiæ, Armeniæ, Syriæ & Babylonis domitor, à ducibus Turcorum, per Bajazethem expulsis, ad expeditionem invitatus, cum multis suorum myriadibus, majori numero, qvam Xerxis feruntur copiæ, torrentis instar ex Parthia advolans, à conatu eum retraxisset. Per Armeniam enim effusus Tamerlanes, peremto Bajazethis filio Orthogule, jam Sebastiam in Cappadocia expugnarat, & omnibus utriusq; sexus incolis cum pueris & senibus, qvorum cxx. millia fuisse creduntur, indiscretim occiderat. Tandem cum Bajazethe, trecenta eqvitum millia & ducenta peditum millia opponente, prope Ancyram in finibus Armeniæ congressus, cruenta victoria ipsum Bajazethem captum primo benignius habuit: postea, cum dixisset, se, si Tamerlanem cepisset, caveæ illum fuisse inclusurum, cavea ferrea circumduxit. Dicunt aliqvi, in ea Bajazethem exspirasse, capite ferro illiso: aliqvi eum morbo extinctum ferunt. Qvo facto, parricidalia bella inter ejus filios, Josuam, Solimannum, Musen & Machometem extiterunt, præsertim cum alius præter illos prodiret in publicū, & se Mustapham Bajazethis filium diceret, qvi in pugna adversus Tamerlanem ceciderat. Sed post varios conatus hic PseudoMustapha tandem captus, & Adrianopoli è turri suspensus est. 31

1404. V. SOLIMANNUS F. Celebines, id est, impubes vocatus, ab aliqvibus Calepinus vel Alpin; à Chalcocondyla Musulmanes dictus, ex pugna cum Tamerlane elapsus, Josuam fratrem natu majorem, qvi post patrem à Tamerlane abductum occupaverat in Asia regnum, exercitu in Europa conscripto evertit, & Bulgaris, Serviis & Macedonibus jugum Ottomannicum denuo imponere cœpit. Egregiam etiam victoriam à Sigismundo imperatore & rege Hungariæ ad Nicopolin reportavit: cumq; totum se daret ebrietati, à fratre Musa seu Mose, deficientibus ab eo ducibus, est peremtus. Et Musa regnum qvidem sibi asseruit, filiumq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Solimanni Orchanem, qvi illud ſibi auxilio Græcorum vendicabat, per inſidias ſuſtulit, ipſumq; Byzantium obſedit: ſed fruſtra: ejusq; frater Machometes, hactenus clam apud magiſtrum chordarum faciendarum educatus, in Aſia primum, deinde etiam in Europa regno potitus, duplici prælio cum fratre congreſſus, in primo qvidem eſt victus: in altero victor extitit. 7

1411. VI. MACHOMET I. Fr. fratre Muſa, qvocum continuis tribus annis illi luctandum erat, proſtrato, avita regna à Tamerlane occupata recuperavit, & Sigismundo imperatore & rege Hungariæ ad Columbacium Servianorum oppidum victo, Walachis gravia tributa imperavit. Regia illi erat Adrianopoli in Thracia. 11

1422. VII. AMURATHES II. F. Georgii deſpotæ, Serviæ regis gener, qvem primum patruus, deinde filius, uterq; Muſtapha dictus, à Græcis armati, per triennium irrito conatu, ſuoq; cum malo, oppugnarunt. Ipſe vero Amurathes Theſſalonicam Venetis ademit, & omnem Græciam usq; ad ſinum Corinthiacum occupavit. Cumq; jam victricia arma Illyrico & Serviæ intuliſſet, & oppugnationem Belgradi in Hungaria fruſtra tentaſſet, invenit fortisſimum ſuæ truculentiæ repreſſorem Johannem Hunniaden, à qvo qvinqvies victus, in eam conjectus eſt rabiem, ut de morte ſibi conſciſcenda cogitaret. Interim his Amurathis cladibus Caramanniæ ſeu Ciliciæ princeps excitus, provincias Turcorum in Aſia invaſit. Ideoq; Amurathes pacem in decem annos ab Hungarorum rege iis conditionibus, qvibus victor vellet, petiit. Qvam cum pontificis Eugenii exitiali indultu rupiſſet Vladislaus Hungariæ & Poloniæ rex, ipſe poſt triduanam pugnam cum x. aut, ut alii ſcribunt, cum xxx. millibus occubuit. Amurathes deinde, effracto Chriſtianorum ad ſinum Corinthiacum muro, totam Peloponneſum occupavit, inq; Hungariam reverſus, ab Hunniade initio cladem paſſus, eum tandem in planitie Coſovana ſœvo & funeſto prælio in fugam conjecit. Tandem Georgius Caſtriota, à patre Johanne Caſtriota, Epiri & Albaniæ principe Chriſtiano, diuturnis bellis Turcicis exhauſto, Amurathi cum fratribus obſes datus, & ſecundum ritus Saracenicos in aula circumciſus, virtute meruit, ut Scanderbegus, qvaſi Alexander dominus dictus, in expeditionibus poſt Basſas primum locum haberet. Sed cum intelligeret, patre ſuo de-

functo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

functo, Crojam Epiri metropolin esse à Turcis occupatam, fratresq; suos occisos, ad Hunniadem & Hungaros, adversus qvos missus erat, defecit, atq; Epirum & Albaniam, paternum regnum, & præterea, ope Venetorum & vicinorũ Christianorum, Macedoniam Turcis ademit, & illa facinora adversus eos patravit, in qvibus describendis Marinus Barletius XII. libros consumsit. His successibus à cursu victoriarum retractus Amurathes, tanta indignatione est correptus, ut suis sibi manibus præmorsis moreretur. Alii tamen sponte regnum in manus filii eum tradidisse dicunt. Nonnulli Janizarorum seu prætorianorum militum originem, qvibus præest Aga summæ dignitatis, non Amurathi I. sed huic II. adscribunt. 28

1450. VIII. MACHOMET II. F. Biuc, i. e. Magnus cognominatus, à fratricidio regnum auspicatus, condita nova urbe Læmocopia juxta Propontidem in Bosporo, præter duo imperia, Constantinopolitanum anno cIↃcccccLIII. & septem post annos Trapezuntinum, XII. regna evertisse, & CC. amplius urbes magnas expugnasse dicitur, homo prorsus ἄθεος. Belgradũ seu Albam Græcam in Hungaria, ut & Rhodum, frustraneo conatu obsedit: Hydruntum in Italia, ut & Corinthum in Græcia, multasq; insulas, interq; eas Lesbum, Mitylenen, Eubœam, ut & Albaniam, Acarnaniam, Peloponnesi reliqvias, Cafam seu Theodosiam ad ostia Istri, expugnavit: Athenas diruit: Hunniadem, Usumcassanem Persam, Venetos, Walachos, & Scanderbegum, omnes habuit qvidem ab initio victores: sed deniq; aut ad pacem aut ad tributum adegit. Tandem in expeditione adversus Sultanum Babylonicum ad Nicomediam colicis passionibus extinctus est, milites q;, audita ejus morte, Hydruntum & totam Italiam deseruerunt. 31

1481. II. BAJAZETH II. F. cum Zizimo fratre, qvem Jovius Gemem, alii Zemem vocant, gravia de imperio bella initio gessit. Ille enim, qvia natu major erat, indigne ferens, sibi prælatum esse minorem, ad Ægypti regẽ transierat, & auxiliis ab eo impetratis, bis vel ter aperto Marte congredi cum fratre ausus fuerat. Sed ter victus, ad Rhodienses confugit: & ab iis, ut diligentius custodiretur, Innocentio VIII. Pontifici Romano traditus est. Alexander IV. lento tandem veneno eum sustulit contra fidem datam, cum

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

eum Carolus VIII Gallorum rex in expeditione Neapolitana sibi exposceret. Filius ejus, ducta uxore, genuit duos filios: qvi, qvod Christianam religionem amplectebantur, postea, Rhodo à Solimanno capta, interfecti sunt. Bajazeth autem Walachiam, Dyrrachium, Naupactum & Peloponnesi præcipua expugnavit. Hydruntum regi Neapolitano reddidit. Ingentem cladem à Caithbeio, Sultano Ægypti, ad Tarsum Ciliciæ passus, in Europam regressus, Pannonios & Venetos armis suis magnopere afflixit, multaq; illis loca eripuit, qvi tamen vicissim Cephaleniam occuparunt. Sed in Perside Ismael Sofi, in religione, vel potius in impietate Machometana diversum sentiens, manu robustissima collecta, Turcicæ victoriæ cursus novis victoriis inhibuit. Qvam ob causam Bajazeth Constantinopoli ultra cc. domos cum incolis, qvi de Ismaele Sofi, tanqvam de propheta, bene loqvebantur, cremari jussit, & tandem multas domi calamitates à filiis, Achmete, Selimo & Corchuto, diffidentibus & de imperio obtinendo digladiantibus, passus, atq; à Selimo, militum favore in imperium evecto, homine crudelissimo, regis Tartariæ genero, veneno necatus est, ut legere est libro xiii. & xiv. Jovii, qvi eum dicit fuisse ingenio mitem, & religione philosophiæq; studiis intemperanter deditum.

1512. X. SELIMUS F. vi, scelere & execrandis artibus paternam sedem invasit, & à cæde immani fratrum, eorumq; liberorum, qvos numero xc. fuisse dicunt, regnum auspicatus, cum Ismael Sofi Persarum rex, Amurathem Selimi ex fratre Achomete filium defendendum sibi sumsisset, & filiam ei elocasset, in Armeniam majorem movit, & cruento atq; dubio prælio cum Persis in campis Calderanis ad Artaxata oppidum, qvod nunc Choin vocant, conflictatus, castra qvidem eorum cepit & regiam urbem Taurisium: sed cum novas copias Ismael collegisse, statim in sua se recepit, fugienti similis, plurimis post se relictis tormentis, qvibus victoriam Persis extorserat. Sed tanta celeritate per hyemem attritas copias reparavit, ut primo statim vere ampliorem exercitum in Persarum fines adduceret: in qva expeditione Aladolum Armeniæ minoris regem cepit, & regnum ejus in provinciam redegit. Deinde cum Hungariam duplici incursione in prædam petiisset,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Camphonem Gaurium, Memphiticum Sultanum seu regem, à Persarum partibus stantem, ejusq; exercitum ad Singam occidione delevit: indeq; Syriam, Judæam & Ægyptum multis victoriis pervagatus, Mammalucorum nomen, Orientis gentibus formidabile, evertit, & Alcairo capta, Tomumbejum Sultanum ante regiam suspendi curavit. Tandem in Thracia, cum adversus Christianos terra mariq; bellum meditaretur, pestilenti circa renes enato ulcere decessit, & unico filio Solymanno tot regnorum hereditatem reliqvit. Barbara ejus vox fertur: nihil jucundius esse in vita, qvam sublato proximorum metu regnare. Laudem interea meruit, qvod gesta Alexandri M. & J. Cæsaris in Turcicam lingvam verti curaverit, eorumq; virtute suam accenderit. 8

1520. SOLIMANNUS II. F. plurium filiorum & ipse crudelis carnifex, Belgradum seu Albam Græcam, totius Hungariæ propugnaculum, qvod frustra tentaverant abavus & proavus, Rhodum item, eqvitum Hierosolymitanorũ sedem, & alia loca expugnavit, Alinbegum, magnæ ad Euphratem & in Armenia provinciæ dominum, dolo cepit & cum IV. filiis interemit: & Sirmio seu Varadino expugnato, atq; ad Mogazium Ludovico II. Hungariæ rege cæso, Budam occupavit. Alia deinde in Hungariam expeditione vel DC. suorum millibus stipatus, Budam altera vice expugnavit, ipsamq; Viennam, qvanqvam irrito conatu, obsedit. Rediit alia vice cum qvinqvaginta myriadibus in Pannoniam, frustra Gvinzium oppugnavit, &, cum Carolum V. cum præcipuo Germaniæ robore & auxiliis ex Italia & Hispania sentiret adesse, fugienti similis discessit. Regem etiam Tunetanum Maleassarem per Hariedenum regno privavit. Sed hunc Carolus V. restituit. Regi Persarum Tamaso Armeniam, Babyloniam & Mesopotamiam eripuit, & Babylone rex coronatus est. Sub reditu tamen è Persia, castra ejus noctu oppugnata & direpta, multaq; millia obtruncata sunt. Eam cladem imputans optime merito Habraymo Bassarum principi, Christiani nominis apud Turcos patrono, cui, qvod nemini unqvam ab Ottomannis datum, supremi imperii potestatem communicarat, ducem longe fortissimum, jugulari jussit. Postea ad occupanda Indiæ emporia, pellendosq; inde Lusitanos, qvi Arabici sinus navigationes intercluserant, animum adjecit: & ingenti

classe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

classe in mari rubro constructa, eunuchus ejus, Solimannus Acarnon, sinus Arabici angustias egressus, ad Indum amnem usq; pervenit, qvanqvam irrito conatu ibi Lusitani oppugnabantur. Adeni tamen rex peremtus est à Turcis. Eodem tempore magnam cladem ad Exechium Ferdinando regi, Caroli V. fratri, intulit: cujus supremus dux, Cazzianer Croatus, tam ignave res gessit, ut, toto exercitu cum castris amisso, ipse turpi fuga dilaberetur. Ejus nomen in proverbium abierat. In hac expeditione Solimannus Budam, Pestum, Strigonium & Albam regalem in potestatem redegit. Postea Peloponneso, Corcyra & Candia vastata, Cæsaream, Venetam, & pontificiam classem ad Actium promontorium per Hariedenum in fugam egit, & nostros tota navali existimatione, frustra obluctante Auria, exuit: idq; eo magis, qvia cum ipse Carolus V. postea in expeditione, qvam adversus Algerium in Africa suscepit, præcipuis navigiis, qvæ immenso numero advexerat, amissis, & eqvis ad unum omnibus in mare projectis, postqvam diu inediam cum suis toleraverat, magno cum Christiani nominis damno, multis acceptis detrimentis, redire coactus est. Tandem ad Sigetum, post ejus mortem denuo expugnatum, exspiravit. Ne tumultus existeret, mortem ejus aliqvamdiu celaverunt. 46

1566. XII. SELIMUS II. F. pace octenni cum Maximiliano sancita, Cyprum Venetis ademit: qvi tamen seqventi anno in Romani pontificis & Hispani societate victoriam navalem de Turcis memorabilem ad Naupactum seu Lepantum, Corinthiaci sinus oppidum, non procul à scopulis Echinadibus, reportarunt: qva captæ fuere triremes ferme ducentæ: xxx. millia Turcorum cæsa: vi. millia capta: xv. millia Christianorum servitute erepta. Cyprum tamen Selimus retinuit, & in Illyrico atq; Dalmatia multas provincias Venetis ademit, eosq; adegit, ut pacem magna auri summa redimerent. Tunetum & Guletam in Africa, ejectis inde Hispanis, recuperavit, barbamq; sibi in clade Naupactea abrasam, ut dicere consvevit, subito habuit prolixiorem. 9

1575. XIII. AMURATHES III. F. fratribus æmulis v. sublatis, varia cum Persis, ut & cum Tartaris, gessit bella, & tandem Persica pace composita, Hungarica bella adversus Rudolphum imperatorem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

redintegravit, & Comaro minore, Mersignio & Socha expugnatis, in Croatiam impetum fecit: deinde Siseccum & Rabam oppugnavit, nihil moratus unam atq; alteram cladem, qvam ejus duces passi sunt: qvibus etiam ab Hungaris Fileccum & Novogradum ademtum est. Tartaros Præcopenses, peremto eorum rege Mechmete cum filiis, in servitutem redegit: qvinq; Maronitarum & Truscorum regulos circa Libanum montem in ordinem redegit. Bella ejus novem libris descripsit Joh. Thom. Minodous. 20

1595. XIV. MACHOMET III. F. majoribus ignavior, cum patre defuncto XIX. fratres & X. novercas necatas extulit. Infausta regni auspicia excepit clades, qvam Sigismundus Bathoreus princeps Transilvaniæ illi intulit, & præter Tergovistiam Walachiæ metropolin alias arces ei ademit. Auxit eam Matthias, archidux Austriæ, postea imperator, cum Strigonium, Clissam & Sambucum expugnaret. Ipse igitur expeditionem in Hungariam cum ingentibus copiis suscepit: Agriam proditione militum cepit: Maximilianum archiducem, qvi cum exercitu aderat, etsi initio victorem, in fugam convertit. Qvamprimum tamen Machomet Constantinopolin rediisset, ille Pappam, Tartam & Jaurinum recuperavit. Budam postea Matthias frustra ter tentavit. Cumq; Paradeiserus Canisam Turcis dedidisset, perfidiæ ob id damnatus & supplicio affectus, Philippus Emanuel Lotharingus anno hujus seculi primo Albam regalem seu Belgradum expugnavit. Sed illa seqventi anno rursus in potestatem Turcorum venit. Pæstum contra nostrates receperunt. Tandem cum Machomet omnibus ob inertiam exosus esset, ut qvi nec Hungarica bella, nec motus in Asia, à Scribanio præfecto & à Persa concitatos, curaret, Bassæ qvidem & proceres de eo deponendo conspirabant, re tamen ille cognita, ipsum suum primogenitum filium una cum Astrologo, qvi ipsi regnum prædixerat, interfecit, & peste infectus paulo post obiit. 9

1604. X. ACHMETES, alias Acomath F. pene impubes imperium adiit: fratri, anteqvam spem de filio concepisset, pepercit, sed postea oculos eruit, & tandem vitam eripuit: cc. amplius ex primoribus sub primis auspiciis suspicione gravatos necavit: & qvanqvam Persarum rex illi Taurisium, Babylonem & præterea

alias

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

alias xxx. urbes eripuiſſet, vim tamen in Hungariam convertit: Pæſtum & Strigonium recepit: Stephanum Botſcaium, qvi a Rudolpho imperatore defecerat, principem Tranſilvaniæ conſtituit. Tandem cum pacem xx. annorum, anno ſeculi ſexto, cum imperatore iniiſſet, ſeq; totum præpararet ad bellum in orientem transferendum, ubi Baſſa Alepienſis Damaſco occupato ad Perſas defecerat, anno ætatis xxx. defunctus eſt. 13

1617 XVI. & XVII. MUSTAPHA Achmetis Fr. ex monaſterio extractus, & OSMAN ſeu OTTOMANNUS II. ejusdem Achmeti F. xii. annorum, de regno decertarunt. Sed Oſman, ope principis Baſſarum, magni Vezierii, Dilaverii, Muſtapha ad monaſterium condemnato, prævaluit, & pace cum Perſis, qvos Dilaverius magna clade profligarat, renovata, bellum ob Moldaviam adverſus Polonos decrevit, & anno qvidem hujus ſeculi xx. in Walachia victoriam illis extorſit, ipſo Archicancellario obtruncato, ſeqventi tamen anno rejectus & ad pacem protractus eſt. Cum fratres duos peremiſſet, & ex conſilio Dilaverii Janizarorum prætorianorum licentiam imminuere, & novos ex Arabia milites illis ſurrogare vellet, jamq; profectionem in Arabiam moliretur ad ſepulchrum Machometis, & ſedem imperii videretur Damaſcum in Syriam transferre, Janizari per tumultum eum cum magno Vezierio & aliis præfectis interfecerunt, & Muſtapham ejus patruum poſt iv. annorum captivitatem ex monaſterii carcere extractum ſuæ dignitati reſtituerunt: cujus juſſu Oſmannus manu carnificis necatus eſt. Hic tamen, qvod videbatur ſibi mente minus conſtare, & totus à matre pendebat, aut rurſus eſt carceri incluſus, aut, qvod alii ferunt, ultro imperium Oſmanni fratri, alteri Achmetis filio, Amurathi reſignavit. 7

1623. XVIII AMURATHES IV. Achmeti alter filius, anno ætatis xii. ad regnum evectus, à cæde eorum, qvi Oſmannum fratrem ſuum peremerant, imperium auſpicatus, cruentam à Janizaris reportavit victoriam, multorumq; præfectorum expertus rebellionem, amiſit pleraſq; in Aſia majore provincias: & Babyloniæ atq; Damaſci proregibus; Yemenenſibus qvoq; in Arabia felici ad oſtium maris rubri, ad Perſas deficientibus, lethalia imperio Turcico vulnera inflicta ſunt. Babyloniam tamen recuperavit anno ſeculi

 xxxviii.

XXXVIII. ejectis inde præsidiis Persic s XXX. millium veteranorum, cum triplici exercitu adversus eos expeditionem suscepisset, & immensos labores exantlasset. Cum Ferdinando II. imperatore anno seculi XXVII. pacis fœdera continuavit. 17

1640. XIX. IBERAIN seu IBRAHIM Fr. (ante qvem aliqvi ponunt MURATH HAN, tanqvam imperatorem XIX. ut Iberain sit XX.) Babylonem magno exercitu per Bassam Cholderonem frustra anno XLII. obsedit: inde, cum eqvites Melitenses navigium, qvo imperator Turcicus ingentem thesaurum cum nonnullis principibus & feminis ex gynecæo Mecham misit, intercepissent, & cum præda in insula Candia seu Creta appulissent, etsi Cretenses illis nullas tulissent suppetias, & Melitenses navim statim inde abduxissent, imperator tamen Turcicus sibi injuriam esse factam contendebat. Et cum paulo post navis Veneta, à Mauritanis piratis oppugnata, prædatorias naves perdidisset, magis incendebantur Turci: & jam omni vi Candiæ incumbunt, Caneaq; expugnata, imperio insulæ inhiant, Venetis strenue sua tam in Candia, qvam in Dalmatia defensitantibus. 8

1648. XX. ACHMET II F. à Janizaris, patre dejecto & cum tribus uxoribus strangulato, in thronum evectus, bella cum Venetis continuat.

LIBRI TERTII
SECTIO X.
de utraq; India.

I. Qvia tuto inter barbaras gentes versari possumus, alacres in Indiam orientalem nunc pedem promovebimus.

Qvas gentes in Tartaria & India nos barbaras vocamus, si propius aspicias, invenies non saltem legibus instructas humanioribus, sed & civitatibus collectas magnificentissimis, sub suo cœlo non minus sapere, qvam nostros Europæos. India imprimis, qvia ejus incolæ nunqvam à natali solo recessisse leguntur, tanta cum hominum, tum urbium & regnorum multitudine conspicua est, ut nulli cedat regioni. Et jam priscos autores invenies apud Indos novem millia populorum numerasse: inter qvos clarissimi fuerunt reliqvorum philosophi, Brachmanes: &, qvorum regem potentissimum Alexander M. invadere ausus non fuit, Gangaridæ. Nunc si insu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

inſulas primo, deinde continentem Indiæ, magis noſtro qvam priſcorum ſeculo detectæ, conſideres, regna vaſtiſſima, qvorum vix certus numerus hactenus initus eſt, invenies. Inſularum Indicarum (ut inter innumeras enumerem paucas) nobiliſſima eſt Sumatra. Illam æmulatur Borneo, nihil Hiſpaniæ ſua magnitudine cedens. Hanc Java major, qvam Julius Scaliger compendium orbis ob celeberrimum emporium Bantam nominavit, & in qva rex abſoluta in ſuos poteſtate utitur, ut apud Thuanum libro LXXXIX. legi poteſt. Inter illas ſparſæ ſunt Moluccæ, aromatum copia celebres. Ad Sinarum regnum Philippinæ conſpicuæ ſunt. Illinc verſus ſeptentrionem Japonia occurrit. Hinc verſus occaſum in ſinu Gangetico conſpicitur Zeylan nobiliſſima, antiqvorum forte Taprobana, niſi illa Sumatra fuerit: in qva incolæ aſſerunt Adamum eſſe creatum & ſepultum, monſtrantq́ adhuc in monte Pico d' Adam veſtigia, ut Mandelslovius in epiſtolio teſtatur, in qvo iter ex Perſia in Indiam orientalem deſcribit. Singulæ hæ inſulæ ſingulos, imo nonnullæ plures alunt reges, nec nobis niſi obſcuriſſima fama noti ſunt. Ipſa vero India vulgo per Gangem fluvium disterminatur, ut alia dicatur Indoſtan intra Gangem, cujus imperator potentiſſimus hodie magnus Mogol, aut, ut alii pronunciant, Mogor vocatur; extra Gangem alia, in qva regnum Sinarum potentiſſimum eminet. Qvod ſi reſpicis ad dexterum Indiæ cornu (duabus enim partibus in oceanum longo excurrit tractu) ad occidentem, regnum Cambajæ in Indi oſtiis cernis, & in ipſo Indo urbem famoſiſſimam Goam. Ab oriente Narzinga primo occurrit, qvod imprimis Hier. Oſorius libro III. deſcribit, ubi in urbe Maliapore D. Thomæ ſepulcrum, à qvo ſe Indi dicunt ad fidem Chriſti converſos, oſtenditur; deinde Melabarienſes provinciæ, à regno Calecutenſi maxime celebratæ, in qvo non ſuccedit filius regi defuncto, qvia forte poſſet ex alio conceptus eſſe, ſed regis ex ſorore nepos, inq́ qvo nulla virgo elocatur, niſi prius à ſacrificulo pagano deflorata. In ſinu Gangetico Orixa eſt. Ad Gangis oſtium Bengala, urbs & regnum clariſſimum, ſeſe oſtentat. Inde in altero Indiæ cornu ditiſſima Pegu eſt, cui dives Ava paret. Huic conjungitur Sian, urbs & regnum ampliſſimum, ad qvod, in Cherſoneſo aurea, Malacca pertinet. Poſtea Cambaja ſeſe videndam exhibet. Ultra qvam eſt India ſeptentrionalis & omnium celeberrimum Chinenſium ſeu Sinarum regnum. Has regiones orientales, cum aliis opibus, tum aromatibus pretioſiſſimis refertas, priſcis temporibus, Europæ commerciis & hoſpitio fuiſſe conjunctas, certi ſumus: idq́ non ſaltem ex Carthagi-

thaginensium navigationibus, sed & inde colligimus, qvod Thomam & Bartholomæum, apostolos, ad Sinas & Seres usq; penetrasse referunt historici. Sed paulatim mercimonii, vocumq; & literarum cum illis gentibus communio sublata est, donec post usum magneticæ acus, à Flavio de Cosia Amalphitano cive Neapolitano circa annum clɔcccc. inventum, qvem Arabibus fuisse jam tum notum testantur, cum Lusitani cœpissent Indiam sub Emanuele lustrare, testatur Osorius) Lusitani extima legentes Africæ littora, bonæ spei promotorio sub navarcho Gvascone Gama anno clɔccccxcvii. superato, non saltem auream Chersonesum & Taprobanam denuo aperirent, sed & Sinas prætervecti, ipsam Japoniæ insulam ingenti ausu anno clɔlɔxlii. adirent. Batavi anno superioris seculi post nonagesimum iv. v. vi. tribus vicibus hæc ipsa orientis loca per mare hyperboreum ultra Tartariam penetrare annisi sunt: qvo in conatu cum ad novam usq; Zemblam pervenissent, qvid illis acciderit, manifestius est, qvam ut hic brevibus recenseri qveat. Irritus enim fuit conatus, ut antea Anglorum, qvi, teste Thuano libro cix. non saltem versus orientem, sed & versus occidentē, ductu Forbiskeri & Jondavisii, viam in utramq; Indiā aperire voluerunt. Felicius societates naviganti in orientē à Belgis confæderatis anno clɔlɔcii. institutæ sunt, ut legi potest apud eundem Thuanum libro cxxx. ubi simul mores & instituta Indorum à G. Spelbergio explorata recensentur.

II. *Dixisti, in India intra Gangem regem potentissimum, qvem magnum Mogolem vocant, imperare. Ex qvibus qvæso posteris ille oriundus est? & qvid de illo in historiis annotatum invenisti?*

Non sine causa potentissimum nominavi. Nam suo imperio vel xxxvii. amplas provincias, sub variis viceregibus, qvæ superioribus seculis pene singula regna fuerunt, ordinat. Paret ei Cambaia pulcerrima. Paret Chandis à metropoli Bramport notissima. Parent Delly, Bengala, Pangab, in qva est altera regia Lahor. Sunt præterea duæ aliæ ejus regiæ, Amadewat & Ægra, qvæ præcipua est inter reliqvas. Tributarii sunt reges Decaniæ. Ipse Mogol est religionis Machometanæ, & qvidem princeps absolutæ potestatis, cujus voluntas pro lege habetur, & ex Tamerlane Tartaro originem trahit. Nam cum ille in Indiam usq; ex Persia progressus, regulos in ea nonnullos ad suum obseqvium traxisset, terras occupatas ad filios transmisit. Filius ejus Mirunxa Machometem progenuit, Machomet Abusaydum à Persis anno clɔcccclxix cæsum. Abusaydo Hamethus; Hametho anno clɔccccxcv. defuncto surrogatus fuit proximus

ejus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ejus agnatus Babur. Qvi cum qvinqvennio imperasset, Xalbeck eqves & dominus montium qvorundam, vicinorum regno Bengalæ, cujus fratrem magnus Mogol occiderat, seditione mota, non saltem regnum Mogolis sibi vendicavit, sed & vicinas provincias, interq; eas Decanum & Cuncamum occupavit, seq; Xa-holam seu regem mundi vocavit, regnumq; in provincias sub certis præfectis divisit, qvos cum defuncto Xa-holamo regii obseqvii tæderet, conjuratione inter se facta, provincias, qvibus præfecti fuerant, singuli sibi nomine regio occuparunt. Inter illos præcipui fuere Adelhan seu Idalca & Nizamalucus, qvi in Decania nova regna fundaverunt: qvorum posteri nostro adhuc tempore viribus magni Mogolis sese opponere audent. Babur interim regno exutus, in extremam profugit Indiam, & ad annum cIↃIↃxxxii. supervixit, duosq; filios Hamajonem & Kamaronem reliqvit, qvorum ille imperium paternum recuperavit. Sed ex catalogo res erit liqvidior: qvem anteqvam appono, id monendum censeo, qvod apud Porphyrium legitur, BRACHMANES & SAMANÆOS apud Indos fuisse viros sapientes in montibus aut circa Gangem, qvi maximam diei & noctis partem in laudes & preces Deorum distribuerunt; reliqvam qvisq; in suo tugurio transegit: hoc tamen discrimine, ut Brachmanes essent omnes ex una stirpe oriundi: Samanæi autem, abdicatis à se uxoribus, liberis & possessionibus, ultro in severam se disciplinam transcribi curarent: in qva oleribus tantum, frugibus, lacte & butyro; nulla autem animata esca, licebat vesci. Erant tantæ autoritatis, ut rex in arduis semper negotiis eorum consilio & precibus juvari vellet. Testantur aliqvi, adhuc superesse in India, qvi Brachmanum disciplinam sectentur.

MAGNI IN INDIA MOGOLES.

A. C. *A. R.*

1388. I. TAMERLANES, magnus Tartarorum imperator. 15

1405. II. MIRUNXA, tertius inter qvatuor Tamerlanis filius, rex Persiæ constitutus, à Karalssuf rege Persarum cæsus. Ubi notetur, qvod Philippus à S. Trinitate in Itinerario orientali refert, à Tamerlane non Mirunxæ filio tertiogenito, sed primogeniti Joonis-Gviri filio Pir-Mahometi regnum Indiæ esse concessum. 3

1408. III MACHOMET, Mirunxæ F. qvem alii faciunt filium Joonis-Gviri, primogeniti Tamerlanis.

IV. ABUSAYD F. à Persarum rege Assimbejo cæsus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

1469. V HAMED F. 26

1495. VI BABUR, aliis Selim, nepos vel proximus agnatus Hamedi, regno à Xaibek exutus, profugit in Indiam. 5

1500. VII. XAIBEK, aliis Betanus, dominus Urbeqviæ, Xa holam seu rex mundi vocatus: post qvem plures provinciæ jus regni acqvisiverunt. 32

1532. VIII. HOMAJON seu Hamaune, Baburis F. regno avito recuperato, maximis bellis finitimos aggressus, opulentiora Indiæ regna & ipsam Begalam occupavit. Tandem Tzeerchan vel Xirchan, summus dux exercituum & rex Patanensium, ex veterum regum prosapia oriundus, seditione mota eum regno ejecit. Olearius vocat hunc Tzeerchanum Tzelaledium Ekber, Homajonis patruum, Baburis fratrem: qvanqvam Texeira, qvi circa hæc tempora vixit, Gelaladinum Acbar, nonum regem, vocat filium Homajonis. Fragmentum sane historiæ Indicæ, è Belgico in Latinum versæ, Tzeerchanum ait unum è regibus Patanensium, cujus copiis antea Homajon Bengalam subjugaverit, alias dictum FerriedChan, item TiechmeChan. Cæterum Homajon ejectus profugit ad regem Persarum Thamasum, ejusq; benignitate & auxiliaribus copiis regnum recuperatum admodum ampliavit, & per gradus devolutus, cum inter preces obdormiisset, ita afflictus est, ut post triduum moreretur. 20

1552. IX. GELALADIN ACBAR, alias Achabar F. nomen felicissimi meritus, ad qvod regnum per varias turbas evectus est, id majoribus semper involutus administravit & ampliavit. Nutricium, fratrem, plerosq; præfectos, tandem etiam filium, cum intelligerent, illum favere magis religioni Christianæ, qvam Machometanæ, qvanqvā neutri esset ex animo deditus, habuit rebellantes: qvos tamen omnes in ordinem redegit. Qvo tandem veneno Sindæ dynastam, Gaziam, ob arrogans verbum perimere voluit, eo ipse imprudens usus periit. Vita ejus prolixe descripta est in fragmento historiæ Indicæ, Belgico sermone translatæ. 63

1605. X. SELIMUS F. magnus Mogol creatus, ZIAHAN-GIER dici voluit, nec minoribus, qvam pater, turbis vexatus, suos qvoq; filios habuit sibi adversarios, nec nisi variis præliis regnum adversus rebelles tueri potuit. Religione Machometanus fuit. 22

1627.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

1627. XI. XA ZIAHAN, F. ad imperium evectus agnatos principes in regni securitatem trucidavit, & eo ipso sese multis seditionibus involvit. Et hæ ipsæ domesticæ discordiæ in causa sunt, qvare Mogoles, qvanqvam Indiæ ingentes exercitus hostibus opponere, & præter innumeras peditum copias vel cc. millia eqvitum educere possunt, vicina tamen hactenus regna imperio suo adjungere neqviverint. Hujus credo filii fuere Choram & Myrsa Polagi, qvorum illum Olearius in itinerario Persico dicit successisse patri; hunc ad Schach Abam regem Persarum profugum, adhuc ibi adversus fratris iram receptaculum invenire.

III. *Non minorem credo regis Sinarum potentiam esse, qvam magni Mogolis in India. Et illius ergo aulam, cum in vicinia ejus hæreamus, mecum ingredere.*

Regnum Chinense seu Sinense aut Tzinense florentissimum, alias Cathajum, & regnum Hippophagorum dictum, in xv. provincias divisum, qvarum præcipuæ sunt Nanqvin versus Austrum, & Peqvin versus Boream, urbibus ccxl. probe munitis exornatum, à populo habitatur civili, nullis aliis prudentia, artibus & inventionibus cedente, & cui lx. millia characterum in scriptura in usu sunt, qviq; censetur IↃLXXX. centenorum millium capitum, pueris, feminis, eunuchis & viris magistratum gerentibus non supputatis. Reditus regis æqvant CLCIↃ. milliones. Johannes Gonsoles Mendoza, aliqvot annos in China peregrinatus, autor est, Chinenses primum apud se regem & legislatorem, qvi vicinas provincias in unum corpus redegerit, vocare Viteium, hominem gigantea proceritate, sed rara inter mortales prudentia: cujus posteri per annos CIↃCIↃCCCLVII. regno continua serie præfuerint. Ultimum inter illos, & qvidem numero CXVII. Tzinzonum faciunt, cui adscribunt murum illum famosum qvadragintarum leucarum, in contiguitate montium, contra Tartarorum impetus immenso labore exstructum. Ab hoc alios reges diversarum familiarum numero CXLII. per annos CIↃIↃCCCXLVII. numerant, qvi legi possunt apud Scaligerum libro II. Canonum Isagogicorum. Horum ultimus Tepis eversus est à magno Tartarorum Chano: qvi Chinam ingressus, totum sibi subjecit regnũ, & tantopere illud sibi stabilivit, ut post eum novẽ reges Tartarici per annos XCIII. imperaverint. Utut autem cætera, qvæ Chinenses de stupenda regni sui diuturnitate jactitant, fabulas sapiunt, qvæ tamen de Tartarorum irruptione dicunt, non sunt de nihilo. Illis vero omnia flagitioso conatu administrantibus, Chinenses tandem, vocato ad regnum Hombuo, qvi genus ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

priſcos reges referebat, Tartaros regno ejecerunt, à qvo duodecimus eſt Bonogus, qvi tempore Mendozæ vaſtiſſimum imperium ſumma prudentia adminiſtravit. Noſtro tempore, qvo multi ex Chinenſibus evangelium & fidem Chriſti, ceremoniis Romanis ſibi per fratres ſocietatis Jeſu prædicatam, admittere cœperunt, ut ex hiſtoricis relationibus didicimus, qvidam principum Chinenſium, armis correptis, cum jam VII. vel VIII. provincias, ipſumq; Nanqvinum, in poteſtatem redegiſſet, & jam aulæ Peqvinenſi vim admoliretur, eo adegit regem Lie, ut, deſperatis rebus, uxorem & liberos qvinq;, ne in manus hoſtis venirent, interficeret, ſibiq; ipſi laqveum injiceret. Incolæ, ut à tyranno liberarentur, Tartaros ex Cathay & Puiſſant per portas murorum limitaneorum anno CIƆIƆCXLIV. admiſerunt. Sed cum illi, ſublato tyranno, ſummam rerum ad ſe devolverent, aliqvis ex prioris regis agnatis illis eſt oppoſitus. Sed & hunc & duos alios, qvi regium axioma aſſumſerant, Tartari tribus ingentibus præliis intra triennium ſuſtulerunt. Tandem Nanqvinenſes præfecere ſibi regem Ju Lie, qvi ſvaſu matris Helenæ, qvæ jamdudum ſacris Chriſti initiata fuerat, ſe Deo Chriſtianorum devovit, ſi res felicius ſuccederent. Vicit qvidem in acie hoſtes, & illis qvinq; amplius provincias extorſit. Sed votorum immemor, ſacras aqvas faſtidiit: permiſit tamen, ut filiolus ſexennis, cum lethali correptus morbo in extremis pene verſaretur, baptiſmo Chriſtianorum tingeretur, præſertim, qvia ſpes fuerat facta, fore, ut hac ratione convaleſceret. Qvod cum eſſet factum, ipſius qvoq; mater una cum ſorore nomen Chriſto dedit. Qvo minus det pater, uxorum multitudo eum abſtinere videtur, qvas non vult dimittere.

IV. Qvid de reliqvis Indiæ regnis in hiſtorias relatum eſt, qvorum plura ſupra nominaſti?

Inter reliqva eminent Peguanum & Narſinganum, qvæ ordine, ſed breviter, perluſtrabimus, initium facturi à Peguano. Ante hæc tempora dicunt regem Peguanum ampliſſimo imperio, præter alia regna, etiam Brachmanum ſeu Bramenſium tenuiſſe, & per varios præfectos regiones varias adminiſtraſſe. Sed proregem regni Tangut Conqværſtorem, rebellione facta, provinciis omnibus circumqvaqve, qvæ in CL. milliarium ſpacium excurrunt, occupatis, regibusq; Siano & Peguano interfectis, novum regnum condidiſſe, qvod hiſtorici Bramenſe ſeu Brachmanum, vel à nobiliore regione Peguanum vocant. Qvo continentur, per CCC. milliaria, ampliſſimæ regiones, Pegur, Tangut, Prom, Melin a, Calom, Bacam, Mirandu, Ava & Brama,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Brama, qvæ omnia in ſeptentrionem excurrunt: ut & Sian, Aracan atq; Marcin cum portubus marinis ad Martabanum & Tarnaſſerim. Rex Narſingenſis ſeu Biſnagarenſis (ab utraq; enim metropoli Narſinga & Biſnagare utroq; nuncupatur nomine) non immerito potentiſſimis Indiæ regibus accenſetur, cum ejus regnum intra ſpacium ſex menſium vix perambulari poſſe credatur, & qvotannis duodecim auri milliones in tributum pendat. Sed in omnibus hiſce rebus, potius geographis, qvam hiſtoricis eſſe licet, cum de rebus regum geſtis, eorundemq; ſucceſſoribus pauca, imo fere nihil, annotatum legatur. Qvamobrem qvi præter reges dictos in India dominari dicuntur, eos inſalutatos hac vice dimittere cogimur. Calecutenſem novimus ex urbe Calecute in provinciis Malabarenſibus, anguſtis qvidem terminis, ſed magna cum autoritate dominari, adeo ut Zamoris ſeu ſummus qvidam in terris deus & imperator vocetur: Japonenſem item monarcham, qvem Deirum vocant, novimus vel L. regulos ſeu Cubos, qvi Japoniæ inſulas vario dominatu inter ſe diviſerant, celeri victoria nuper ad unum imperii corpus redegiſſe, & in ipſam Chinam expeditionem molitum, imperii fines admodum prolataſſe. Sed, qvod dixi, inſalutati propter hiſtoriarum defectum dimittendi ſunt. Interim in Japonia jam ab aliqvot annis fides Chriſti à patribus ſocietatis Jeſu eſt prædicata, & ut tres Japonii reges filios legatos majori pompa, qvam effectu, Romam anno cIↃIↃLXXXV. miſerint, apud Thuanum legere eſt libro LXXXI. Nunc temporis gravi perſecutione affliguntur, qvicunq; idola non venerantur. Ipſa autem Japonia tres inſulas circumfuſis aliis minoribus complectitur, Meacum, Ximum & Xiocam. Incolarum mores deſcribunt epiſtolæ Japonicæ à Gomerio & aliis editæ.

V. Nec, credo, in India occidentali hiſtoria noſtra pedem firmius figet.

Ut vaſta illa eſt, & immenſis terrarum ſeceſſibus ingentes regnorum ambitus oſtendit, ita nihil fere de rebus tot ſeculorum decurſu in ea geſtis, certo literarum monumento annotatis, conſignatum eſt. Contenti eſſe illis jubemur, qvæ ex recentioribus navigationibus nobis innotuerunt. Novus enim nobis orbis eſt, etſi priſcis non prorſus incognitus. Vulgo dividitur in duas partes, Americam & terram Auſtralem. America, qvam alias vocant terram Pariam & Darienam, duabus prægrandibus peninſulis comprehenditur, qvæ per Iſthmum qvendam anguſtiorem inter tropicum cancri & æqvinoctialem lineam conjunguntur. Peninſulæ ſeptentrionalis fines verſus aqvilonem nondum penitus cogniti ſunt. Et qvanqvam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Martinus Forbischerus Anglus, & alii, diversis itineribus fretum aliqvod qvæsierunt, qvo ex hac mundi plaga in orientem penetrarent: idem tamen eis ob frigoris intolerandi vehementiam accidit, qvod Hollandis per novam Zemblam in eundem orientem iter tentantibus. Partes ejus, qvæ ad orientem patent, sunt terra Laboratoris, terra Corteregalis, Norembega. In his oris nova Francia, nova Anglia, nova Svecia occurrit. Item Florida à Dominica Palmarum dicta, qvæ anno cIↄIↄXII. à Johanne Pontio Legionensi detecta est, inqve qva occupanda Hispani & Galli diu desudarunt, donec Hispanis cessit. Videatur Thuanus libro XLIV. Occidentem respiciunt nova Granata, California peninsula, qvam à continente sinus maris Vermei seu rubri separat, & tria satis ampla regna, Tolmium, Qviviranum à Francisco Draco nova Albion dictum, & Anianum angustissimo freto à Tartariæ in Asia promontorio Tenducano discriminatum: unde facillimo negotio in novum hunc orbem transire licet. Isthmo autem propior est in America septentrionali nova Hispania omnium cultissima, à Ferdinando Cortesio anno cIↄIↄXVIII. occupata, qvam non saltem insulæ amplissimæ, Hispaniola, Cuba, Jamaica, præmuniunt, sed & omnes ad vitæ usum necessarii proventus locupletant. Provinciæ ejus, antiqvis & novis coloniis excultæ, sunt nova Gallæcia, Mechoacana, Guastecana, & nobilis Mexicana, in cujus metropoli Themestitana, vulgo Mexico dicta, urbe longe pulcerrima, olim ccc. amplius millia incolarum fuisse feruntur. His adjacent in ipso Isthmo Guatimala, Jucatania peninsula, & Nicaragna. In australi Americæ peninsula, Castella primum aurea occurrit: inde versus ortum Guiana, Caribana, & Brasilia conspicitur. Hinc si juxta fretum Magellanicum pergis, ad meridiem Tucumam & Chicam attinges. Versus aqvilonem in latere occidentali regressus, Chilem, tandemqve opulentum regnum Peruanum conspicies, in qvo Peru, Cusco, Lima, urbes maximæ & florentissimæ, paucis apud nos urbibus cedunt. Interiora Americæ loca minus cognita sunt, ut nec terram Australem penitus hactenus inspicere licuit. Accuratiorem nos harum regionum omnium descriptionem geographis commendamus, qvi stupenda naturæ miracula & incolarum mores, ingenia, religionem, opes, copiose edisserunt.

VI. Qvanqvam fatendum est, omnem antiqvitatis historiam, ob gentis barbariem, in novo orbe deficere: tu tamen, qva ratione novus hic orbis detectus sit, edissere.

Christophorus Colonus, vulgo Columbus, Genuensis, qvi prima juventa

ta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ta navicularIam exercuerat, qvosdā Hispanos, interq; eos Zanchium de Huclia, qvi ad Maderam naufragio appulerant, ut Mariana lib. xxvi. cap. iii. & H. Grotius ex Garcia Veda testantur, & paulo post ultimum obierant diem, ad ignotam qvandam insulam transmarinam ventis adversis delatos fuisse dixerat, ventisq; ab occasu flare solitis confirmatus, spem concepit, se terras novas posse detegere, præsertim, qvia forte non ignorabat, jam ante lxviii. annos Betencurium Belgam insulas Azoras occupasse, & Hispanis vendidisse, atq; inde reversum de continenti occidentali famam sparsisse. Cum autem populo Genuensi; Angliæ item & Portugalliæ seu Lusitaniæ regibus, fidem non faceret, Ferdinandi Catholici, regis Castellæ, reginæq; Isabellæ auspiciis tandem anno cIↃ.CCCC.XCII. tribus primum; deinde anno seqventi xvii. tertia vice viii navibus è Gadibus solvens, per insulas Hesperidum, qvas vocant Fortunatas, cursum tenens, Cubam, Jamaicam, Hispaniolam, & terram firmam invenit. Qvas navigationes Columbi, falso ad regem delati, comites & socii, Pinzonus, Petrus Alfonsus, Ferdinandus Cortesius, ut & anno seculi xcvii. regis Lusitaniæ legatus, Americus Vespucius Florentinus, à qvo dicta est America, continuarunt. Franciscus tandem Pizarrus Carolo V. novum illud novi orbis imperium, Peruanis regionibus aditis, ampliavit: qvas ei, teste Jovio libro xxxii. Blascus Nonius detexerat, postea affectati regni crimine damnatus. Jam ante hæc tempora Henricus, Eduardi regis Lusitaniæ frater, ex occasione belli, qvod in Africa moverat, aditum sibi ad terras incognitas patefaciendas qværere cœperat, & classem, qvæ hæc tentaret, versus orientē expediverat, Maderamq; insulam detexerat. Ea navigatio deinde tempore Alphonsi V. intermissa est. Sed Alphonsi filius, Johannes II. instructa classe, maximam Æthiopiæ partem exploravit, nec destitit prius, qvam in Bonæ Spei promontorium pervenisset. Emanuel, qvi successit Johanni II. continuandam expeditionem ratus, sub id tempus, qvo rex Castellæ Ferdinandus nova per Columbum sibi navigatione viam ad novum orbem qværebat, misso Vasco Gama cum nova classe, penetravit in Taprobanam & Malacam seu Auream Chersonesum, Calecutium, & remotiora Indiæ loca, Venetisq; Indiæ commercia præripuit, qvi hactenus merces lucrosas Indicas per Arabicum sinum in Alexandriam Ægypti, & inde Venetias, edportare consveverant. Id autem inprimis curavit, ut oppidis & locis, à se ad littora captis, statim præsidia imponerentur, cumq; vicinis regibus in illis regionibus amicitiæ & commerciorum fœdera jungerentur. Qvia igitur eodem tempore hinc in orientem à Lusitanis;

illinc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

illinc in occidentem à Castellanis navigabatur, ut litium causæ inter vicinos reges præciderentur, Alexander VI. pontifex hanc sententiam tulerat, ut universus orbis in duas æqvales partes divideretur, initiumq; utriusq; in meridiano fieret, qvi ab insulis Azoribus seu Falconũ & Hesperidum seu Capitis viridis centum milliaribus distat: unde, qvicqvid in orientem navigantibus detegitur, Lusitanis cederet, usq; ad LXXX. gradum; qvicqvid in occidentem, Hispanis. Sed paulo post, cum præfectus Emanuelis Petrus Capralis nova classe in orientem navigaret, & tempestate in Brasiliam, Peruanis versus orientem contiguam, esset ejectus, eam ut Emanuel retineret, nova transactione ad CCC. milliaria limes est à primo meridiano promotus, ut XXXVI. gradus abesset ab Vlyssibona, qvæ XI gradibus distat à primo meridiano. Cum Carolus V. defuncto Ferdinando, in regno Castellæ successisset, & Didacus Columbus, Christophori Columbi filius, illi immanem Hispanorum militum in novi orbis incolas crudelitatem exposuisset, succedente tempore, episcopos numero XX. instituit, tribus archiepiscopis, S. Dominici in Hispaniola, Mexici in nova Hispania, & Regii in Peruana subjectos. Qvia autem ex Moluccis insulis, æqvatori subjectis, præstantiora aromata in Auream Chersonesum advehuntur, & ab illis Carolus V. pontificis sententia exclusus videbatur, Ferdinandus Magalanus, nobilis Lusitanus, à suis offensus & à Carolo V. receptus, & ob id proditor Lusitanorum ab Osorio lib. XI dictus, mathematice ex numeris Ptolemæi conabatur demonstrare, Moluccas insulas extra limitem CLXXX. graduum Lusitanis statutum, XL. gradibus abesse, adeoq; ad alterum hemisphærium Hispanis concessum pertinere: novaq; classe instructus, & ad LIII latitudinis austrinæ gradum progressus, fretum inter Peruanam & terras polo antarctico subjectas anno seculi XXI. aperuit, qvod ab illo hodienum vocatur Magalanicum. Per illud ex occidente in orientem cursum dirigens, jam in conspectu Moluccarum erat, sed in insula sive Javana sive Maurama (utraq; enim nominatur) à regulo in dimicatione tumultuarie peremtus occubuit. Duæ ex ipsius navibus ad Moluccas pervenerunt, & una ex his, toto terrarum orbe circumnavigato, incolumis, cum XXII. Magalani sociis rediit. Magna hinc inter reges Castellæ & Lusitaniæ disputatio, utri deberentur Moluccæ ex sententia Alexandri VI. præsertim, qvia Lusitani aliis mathematicis demonstrationibus Ptolemæi & Magalani calculum refellebant.

VII. Qvinam, qvæso, reges has terras ante Hispanos gubernarunt?

Ut nunc temporis rex Hispanorum, ille Indiæ occidentalis monarcha, Mexici

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Mexici in America, & Limæ in regno Peruano res Indorum per duos proreges moderatur, ita ante Hispanorum in has terras adventum duo imprimis reges erant conspicui, Mexicanus & Peruanus. Mexicanum regnum initio à Chichimeicis per Iↄc. annos gubernatum fuisse: deinde alios populos in VII. tribus divisos eam regionem, ductu cacodæmonis Vizlipuzli, ingressos, extructa amplissima urbe Mexico, novum regnum stabiliisse, & sub IX. regibus per annos CXL. sedem ibi fixisse, scriptores Indiæ occidentalis ex relatione Americanorum testantur. Ultimum regem istorum nominant Montezumam, qvem Ferdinandus Cortesius anno cIↄIↄXVIII. maxima suorum; majore incolarum pro libertate pugnantium strage subegit, adjutantibus Tlascalæ populis, qvi, ob capitalia cum Mexicanis odia, tanta officia Hispanis præstiterunt, ut vicinis hostibus domitis ab omnibus vectigalibus hodieqꝫ liberi vivant. Reges Peruanos Ingos vocant, qvorum seriem à Mangocapa, primo ad Mangocapam Pachuti, qvi anno cIↄIↄLVII. regis Philippi beneficiarius factus est, apud Jacobum Fernandem & alios legere potes. Inter hos Ingos qvoqꝫ fuit Atabaliba, in qvem truculentia Hispanica omnes vires experta est. Hic cum fratre Guascare de regno contendens, superior factus, fratre interemto, ab Hispanorum duce Pizarro captus, pro sui redemtione tantum obtulit auri, qvantum locus, qvo captivus detinebatur, duos pedes longos, septendecim latos capere posset in eam altitudinem, qvæ ipse erecto brachio ultimo digito pertingeret: sin mallet, idem conclave bis argento ad summum usqꝫ tectum repleturum se promisit. Sed nec aurum Atabalibam juvit; nec data fides. Mori debuit. Nec in solos reges sæviebant Hispani. Si enim Bartholomæo Caso Dominicano credimus, qvi Hispanus Hispanis truculentiam audacter in libro ad Carolum V. perscripto exprobrat, intra XL. annos tyrannide nullis seculis audita, XV. milliones seu qvindecies millena millia hominum trucidata sunt, ut, qvæ loca olim à cIↄ aut Iↄc. hominum millibus habitata floruerunt, vix XV. in semen retinuerint. Qvod tamen horrendum facinus defendere ausus est Genesius Sepulveda. Pizarrus tandem ab ipsis suis sociis, crudelem animum detestantibus, interfectus est. Confer Johannem de Laet in observationibus contra H. Grotium de origine gentium Americanarum. Sed ad nostrum orbem ex tam longinqvis terris tandem est respiciendum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

LIBRI TERTII
Sectio XI.
de regnis Africæ.

I. *Anteqvam in patrium revertimur solum, Africam, tertiam antiqvi orbis partem, novo Americæ orbi ad orientem in forma magnæ peninsulæ adversam, mecum paulisper ingredere.*

Utinam autem, qvi ad portum propemodum respicio, & ob id nulli amplius regioni diutius inhærere constitui, in tanta orbis parte tibi brevibus possim satisfacere. Dicitur Africa Arabibus Iphrichia à dividendo, aut qvia ea terræ pars hinc mari mediterraneo ab Europa; illinc Nilo ab Asia separata est, aut ab Iphrico rege Arabiæ, qvi à rege Assyriorum pulsus, cum suis Nilum transmisit, & circa Carthaginem consedit. Hinc solam Carthaginis regionē pro Africa Arabes habent, teste Joh. Leone Africano. Romani illam dividebant in VI. provincias, Proconsularem, in qva Tunetanum regnum & Carthago: Numidiam consularem: Bizaccium: Tripolitanam: Mauritaniam Cæsariensem, in qva regnum Tremissenum: Mauritaniam Tingitanam, in qva Maroccanum & Fessanum regnum. Sed præter illas Africæ partes, qvæ Romanis parebant, Ægyptus etiam, Cyrenaica seu Pentepolis, Marmarica seu Libya, & utraqꝫ Æthiopia ad Africam referenda sunt. Orosii tempore divisa est in Tripolitanam seu Subventanam seu Arzugitanam Libyæ proximam, cujus metropolis erat Leptis: Byzacenam, in qva fuit Adrumetum: Zeugitanam, cui ab occasu contigua fuit Carthago: Numidiam, in qva Hipporegius & Russicada: & deniqꝫ in Mauritanias, Sitifrusem, Cæsariensem & Turgitanam oceano occidentali confinem. Nos in IV. partibus eam considerabimus, meridionali, occidentali, orientali & septentrionali.

II. *Qvamnam nominas Africam meridionalem? Illa enim, ut propior est Americæ, ita prius perlustranda est.*

Si in geographicis occupatus essem, illam tibi delineatam, & in sua regna distributam, ante oculos ponerem. Nunc id observandum duco, Æthiopiam, qvam meridionalem nominamus Africam, dividi in superiorem seu interiorem, & in inferiorem seu exteriorem. Exterior fere tota, qvæ ad caput bonæ spei excurrit, si regnum Congo excipis, gentilium superstitionibus excæcata, à variis regibus, vix à regione sua cognitis, gubernatur. Suntqꝫ in ea creberrima regna Congo, Monomotapa, Zangibar,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

bar, ad qvod pertinent Mozambiqva, Kiloa, Mombaza ac Melinde, & tandem Ajan: qvorum plerorumq; regnorum maritima firmissimis tenentur præsidiis à Portugalensibus. Interior vocatur Abyssinorum regio, amplissima olim, qvæ ad utrosq; Tropicos usq; dicitur excurrisse, sex & viginti regnis conspicua. Nunc monarchæ Abyssinorum (qvi ex Salomone & Maqveda, illa Sabæ & austri regina, qvæ sacris scripturis nota est, prosapia ortum sese jactitat, & adhuc religionem Christianam Judaicis ceremoniis corruptam profitetur, qvemq; Æthiopes Belul Gian, qvasi lapidem pretiosum seu principem potentem, & Neguz, id est, imperatorem, item Haze seu electum, & Masih seu unctum appellant; nos male presbyterum Johannem vel PreteJanum, Nestorianum, cujus regnum & episcopalis sedes in Asiæ regno Tenduc ponenda est, nominamus) ex omnibus istis regnis, non nisi qvatuor superesse, & vix avitum imperatoris nomen eum sustinere referunt scriptores. Oram namq; maris rubri fere omnem Turci occuparunt: per continentem vero terram plurimi partim gentiles, partim Machometani, ejusdem fide & obseqvio ejurato, vel Turcorum imperatorem, vel nullum principem agnoscunt. Qvo factum est, ut Abyssinorum rex contra vicinos hostes subditosq; rebelles à rege Hispanorum auxilium non semel imploraverit. Et hoc ipsum in causa erat, qvare pontifices superiori seculo universam Abyssinorum monarchiam suæ religioni associare conati fuerint. Æthiopes hi Christum profitentur, & suos majores ab eunucho Candaces reginæ à Philippo baptisato ad fidem conversos esse credunt. Mores & ritus eorum descripti leguntur apud Osorium lib. IX. & Jovium libro XVIII. Catalogus regum numero CLXV. à Cuso Chami filio nectitur in II. Tomo Hispaniæ illustratæ. Confessionem fidei Abyssinæ edidit Zagazabo, legatus regis Æthiopici, cum anno cIↃIↃXXXV. in Portugallia subsisteret. Illam latinitati donavit Christophorus Licanatus, postea denuo editã à Chytræo: unde constat, qvod degant sub Abunna, id est, patriarcha, qvem à monachis Bethlemitanis ex collegio Alexandrino electum confirmat patriarcha Alexandrinus: qvodq; Trinitatem & incarnationem filii Dei confiteantur: post absolutionem à presbytero sacramentum cœnæ sub utraq; specie accipiant: episcopos à potestate seculari, non autem à conjugio arceant: propagationem animæ per traducem doceant: infantes circumcisos post XL. diem baptisent: vetitis à Mose cibis abstineant. Cum Lusitani circa annum cIↃIↃXX. cum rege Abyssinorum DAVIDE, alias Lebnadenghel vocato, per proregem Indiarum Alphonsum Albuqverqvensem jun-

junxiſſent amicitiam, eiq; autores extitiſſent, ut non tantum ad regem Luſitaniæ Emanuelem, ſed & ad pontificē Romanum Clementem VII. legatos cum literis & muneribus mitteret, nimium qvantum gloriati ſunt papicolæ de Æthiopicarum eccleſiarum ad ſuam acceſſione, imo ſubmiſſione. Sed nihil minus obtinuit pontifex, qvam ut ab Abyſſinis omnium eccleſiarum caput agnoſceretur. Ideoq; ab eo tempore nulli ab Abyſſinis legati comparuere in Europa, ut ait Thuanus libro LXXXI. Triginta poſt annis eandem rem denuo periclitati ſunt, cum CLAUDIUS rex Abyſſinis præeſſet. Ad illum enim Johannes III. rex Luſitaniæ, Emanuelis filius, ex Julii III. & Pauli IV. conſilio tredecim Jeſuitas ablegavit, qvi in Romana religione magnum Neguzem (ſic vocant regem) informarent. Sed is nec latum ungvem à majorum ſe fide diſceſſurum, cum magna animi indignatione conteſtatus, indignis modis novos hoſpites excepit, nec ulla in re immenſam illam pontificis Romani potentiam agnoſcere voluit. Felicius ſucceſſit res in converſione regis Congenſis. Cum enim Johannis II. regis Luſitaniæ thalaſſiarchus Jacobus Canus anno CIↃCCCCLXXXIII. regem Congi non ineptum ad ſuſcipiendam fidem deprehendiſſet, impetravit, ut tres mitterentur ex Dominicanis monachi, qvi regem cum nobiliſſima populi parte errori exemerunt, eiq; in baptiſmo nomen Johannis indiderunt. Id unum ægre accidit converſo regi, qvod una jubebatur eſſe contentus uxore: & pronus jam erat in apoſtaſiam, filio imprimis natu majore ſacra Chriſti pertinaciter reſpuente. Sed morte præventus, cogitata non perfecit: filiusq; minor Alphonſus, fratre idololatra, poſt invocatum Jeſu nomen, in prælio exigua XXXVI. militum manu cæſo, rex factus, per L. annos in convertendis barbaris fuit occupatiſſimus. Alphonſo ſucceſſit filius Petrus; Petro Franciſcus; Franciſco Didacus. Didaco mortuo per tumultum omnes prope Luſitani, qvi Congi fuerant, cæſi ſunt. Sed fratre ejus Henrico, & poſtea Henrici filio, nepote & pronepote, Alvare I II. & III. ad regni gubernacula promotis, res Chriſtiana inter bella cum vicinis magna ſenſit incrementa. Non eadem conſtantia fidem ſuſcepit regnum Monomotapæ: in qvo etſi rex ipſe cum CCC proceribus, procurante Petro Conſalvo, tempore Sebaſtiani regis Luſitaniæ, ſacris Romanis initiatus eſt, paulo tamen poſt perſvaſus à Machometanis à Chriſto defecit, interfectoq; cum ſodalitiis Conſalvo, ſe ſuperſtitioni denuo mancipavit.

III. Qvæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

III. Qvæ autem Africæ occidentalis facies est? Numqvid & in ea sibi Deus aliqvam collegit ecclesiam?

Africam occidentalem voco illam Nigritarum regionem, qvæ ultra Libyam ad Æthiopicum usq; oceanum protensa, à fluvio Nigro, tanqvam suo Nilo, qvotannis irrigari solet, qvæq; olim in xxv. regna, tot regibus subjecta, divisa fuit, nunc autem à iv. administratur regibus, Tombutensi omnium potentissimo, Bornensi, Goagensi & Gualatensi. Hi Christiana religione imbuti olim videntur: nunc aut Saracenicam superstitionem amplectuntur, aut nullius sunt religionis.

IV. Sic Satanæ malitia terras hasce penitus occupavit. Sed qvam Africam vocas orientalem?

Per illam intelligo Ægyptum, qvam imperatores (de prioribus Ægypti temporibus alibi diximus) usq; ad annum ⅠↃxxxvi. tenuerunt, qvo Saracenis parere didicit. Nam cum Ægyptii à Græcis imperatoribus sibi nimis superbe jus dici existimarent, evocatis in auxilium Saracenis, atq; ea vi Græcis expulsis, Calipham peculiarem, ex posteritate Halys, à Calipha Babylonio imperio & superstitione diversum, religionis pariter & regionis, more Sofianorum hodiernorum, dominum sibi præfecerunt, ut jam supra in historia Saracenorum & Turcorum diximus. Ultimus horum Caliphatum ab Almerico, Hierosolymarum rege sexto, bello lacessitus, auxilia à Sultano Syriæ Noradino, de qvo in historia Saracenorum dictum, impetravit, qvi, exercitu sub duce Sarracone misso, Christianos ex tota expulit Ægypto. Hic Sarraco, regionis opulentia inductus, Calipham subito adortus, regno illum exuit, & solis præfecit sacris: Ægyptiq; rex & Sultanus dictus, Alcairæ sedem fixit regiam. Cujus ex fratre nepos Saladinus, prosperrimo usus successu, regnum Christianorum Hierosolymitanum evertit, Syriamq; universam sibi subjecit, & sublato Alcairano Caliphatu, qvi jam ccxxx. annos duraverat, in Caliphæ Babylonii, tanqvam legitimi pontificis, se clientelam dedit, maximisq; rebus gestis, jam morti vicinus, absq; omni pompa humari voluit, ut tamen particula panni funeri præferretur, addita præconis voce, qva vicisse Ægyptum & Damascum, sed nihil, nisi hunc pannum, reportavisse diceretur. Mortuo Saladino, octo ejus filii, excepto solo Noradino, qvi Alepi dominium sibi vendicavit, à Caphedino, ejusdem fratre, comprehensi necabantur. Cujus ex filio Melahadino nepos qvintus Melechsala est ex hac stirpe Ægypti Sultanus, qvi ingentibus à Christianis præliis victus, Ægyptiis diffisus, ex venalitiis stipatoribus & servis, qvos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Mammalucos vocant, præsidia sibi qvæsivit, & à Tartaris, Turcomannis & Circassis, qvi sub id tempus Armeniam & Asiam per Caspias portas ingressi, Comanos populos, qvi ad Cappadociam pertinent, prælìis victos, sub corona vendiderant, egregiam manum, non magno coemtam precio, suis hostibus opposuit, ipsumq; Ludovicum IX. Galliarum regem, magno prælio victũ, anno CIↃCCL. ad Damiatam vivum cepit. Sed ipsi hi Mammaluci non diu post partam hanc victoriam, Melechsala trucidato, regnum invaserunt, & ex se, posthabita generis ratione, qvi præesset vasto Ægyptiorum regno, Turqvimenium, qvem alii vocant Azeddin-Ibik; alii Piperem, elegerunt, suumq; exercitum ex Mammalucis, seu iis, qvi à suis plagio abducti, Christo abnegato, circumcidebantur, perpetuo instaurarunt, & impense auxerunt, lege facta, ne ad regnum, neve in militum ordinem admitterentur alii, qvam qvi Christianis parentibus nati, & Christiana religione imbuti, postea Machometanæ religioni se obstrinxissent. Sultano proximi fuere IV. Serifes seu Emires seu principes: ex qvorum numero semper eligebatur successor, defuncto Sultano. Et ita hi religionis Christianæ desertores, ultra CCLX. annos, Ægypto & vicinis locis, clarissimi magnis rebus gestis, præfuerunt. Dicunt aliqvi, ipsum Saladinum adversus Christianos, à Tartaris captivos coemisse, & in Machometana religione institutos ad bellum eduxisse. Turqvimenius autem, primus ex mancipiis Comanis, rex Ægypti, cum conservos elatiore animo despiceret, à Cotho est obtruncatus. Hic Cothus, rex à Mammalucorum exercitu salutatus, Tartaros in Syria late cæcidit. Deinde à Bandocadere cæsus est, qvi rex declaratus, Richardum Britanniæ Regem & reliqvas Christianorum copias tota Syria depulit. Hoc venenis sublato, Elpis imperio potitus est, qvi Tripolin Christianis ademit. Inde Melech Ustrephus Ptolemaidem expugnavit. Qvi reges post eum præfuerint, ignoratur. Seculo V. exeunte, præfuit Caitbejus, vir acerrimus, & opibus belliq; gloria celeberrimus, qvi non tantum, cum innumerabiles subservi Æthiopes, conjuratione facta, captis armis ad delendos Mammalucos, in unum ex repentina fuga coierant, bellum servile periculosum oppressit, sed & Bajazethis II. Turcorum imperatoris ingentes copias in Cilicia ad Tarsum profligavit: conatus Jacuppi, regis Persarum, qvi è Mesopotamia Syriam invaserat, fortiter repressit: Arabes ad Mecham usq; & ad ultimos felicis Arabiæ terminos promotis armis domuit: maximi nomen meruit: anno imperii XXX. vita excessit. Inde cum Mammaluci in factiones de rege novo eligendo abirent, Caitbei filius, Machomet, contra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

veteris instituti consvetudinem, paternam ſedem invaſit, & biennio præfuit. Circaſſius deinde eum inter epulas abtruncavit, & ob id eſt rex ſalutatus, qvia jus conſtituendi regis reſtituerat Mammalucis. Eum Giapalatus, Syriæ præfectus, cum exercitu Memphim profectus, regali faſtigio deturbavit, & in carcerem conjecit. Cum vero avare & crudeliter regnum adminiſtraret, Tomumbejus, expugnata regia, eum viciſſim comprehendit & ſtrangulari curavit. Sed & hic octavo imperii menſe, ab amicis Giapalati obſeſſus in regia, contrucidatus eſt, cum fugam moliretur. Dum ita elati ſervi in elatiores ſervos dominos per qvadriennium continua debacchati eſſent ſeditione, communi procerum conſenſu imperium oblatum eſt Campſoni Gaurio, qvi, cum decies centena millia aureorum, ex regiis vectigalibus & provinciarum portoriis exacta, militibus nomine donativi diſtribuiſſet, per XVI. annos qviete & magna cum laude rebus Ægypti præfuit. Poſtea immiſcuit ſe bello Iſmaelis Sofi adverſus Selimum, qvo totus oriens concutiebatur: & promotis pro Iſmaele in Syriam, & inde in Comagenem caſtris, ad Alepum conſedit, legatisq; Selymi ſuperbe habitis, in ſe illum, cum jam in Armeniam altera vice expeditionem ſuſcepiſſet, vertit, ut mutato profectionis inſtituto, in Comagenem per Tauri juga expeditum militem duceret. Victoriam Selimus tormentis æneis extorſit, non ſatis parato hoſti, præſertim cum Cajerbejus, Omagenæ præfectus, Campſone rege ſuo deſerto, ad Turcos transiret. Periit in acie Campſon, æſtu potius & mœrore, qvam vulnere: & Selimus, occupatis deditione Hierapoli, Damaſco, Tripoli, Beryto, Sidone & Ptolemaide, præfectisq; ubiq; conſtitutis, res ſuas paſſim ſtabilivit. Interim Mammaluci ex prælio, in qvo non amplius eorum, qvam mille, cum pluribus tamen ſubſervis, ceciderant, ſuperſtites, ex fuga coiere Memphi, & Tomumbejum, natione Circaſſium, elegere Sultanum: qvi, coactis undiqvaq;, & præſertim ex Arabia, copiis novis, nihil intermiſit, qvod virum decet. Selimus vero, victoriæ partæ fructus decerpens, per Sinam Baſſam, occupata Gaza, Gazellem, præcipuum Mammalucorum ducem, profligavit: Arabum globos disjecit: Hieroſolymis prophetarum monumenta, ſine damno Chriſtianorum incolarum, qvi gravi tributo hæc ſacra loca redimere conſvevere, adoravit: tandem ad ipſam Memphim ſeu Cayrum anno CIↃIↃXVII. cum Tomumbejo feliciter conflixit, & fortiter reſiſtentes Mammalucos in fugam conjecit, omnibus eorum tormentis & tentoriis in poteſtatem redactis: ipſam Memphim, pugna ad portas triduo integro continuata, occupavit: Nilum

ponte

ponte junxit: Tomumbejum, frustra ad pontem novis viribus pugnantem, fugavit, cepit, tormentisq; subjectum & vili camelo impositum, religatisq; in tergo manibus, per omnia Memphis fora circumductum, laqveo suffocavit, & ut transeuntibus conspectui & ludibrio foret, supra fornicem unco ferreo suspendit: omnes Mammalucos internecione delevit. Hinc Alexandriam, Pelusium seu Damiatam, omnemq; Ægyptum, ut & Cyrenaicam, & Arabiæ magnam partem subjugavit, portusq; in oceano, & omnes Sultanorum tributarios, usq; ad regis Æthiopum fines, in deditionem accepit: qvingentas Ægyptiorum nobilium familias Byzantium, cum multis ex Mammalucorum progenie feminis & pueris, migrare jussit: illuc etiam præter gazam regiam omnia urbis Memphiticæ ornamenta congessit. Cæterum qvamprimum Selimus ex ulcere pestilenti decessit, Gazelles qvidem, qvem ad se à Tomumbejo victo transeuntem Syriæ præfecerat, coactis in unum Mammalucorum reliqviis & aliis ex Syria & Arabum copiis, Turcorum jugum abjicere est conatus. Sed Solimannus per Trahatem Bassam ad Damascum cum toto exercitu eum delevit. Qvæ omnia apud Jovium libro XVIII. & XIX. legi possunt. Interim nota, qvod Christiani, qvi nunc temporis in Ægypto, sub patriarcha Alexandrino, degunt, nomine Cophtitarum veniant, & in religione cum Jacobitis consentiant, qvi ductu Jacobi Zanzali Syri in secta Eutychiana concilium Calcedonense rejecerunt.

V. *Qvænam tandem est Africæ septentrionalis facies?*

Hanc eam vocamus, qvam olim Carthaginenses suo imperio complexi sunt, qvæq; continet in se BARBARIAM seu Mauritaniam juxta mare mediterraneum extensam: NUMIDIAM à dactylorum proventu Biledulgerid dictam, Barbaricæ versus austrum parallelam, Masinissæ olim nomine claram, in qva præter tria regna Targam, Bardoum & Goagum sunt qvatuor deserta: LIBYAM deniq; seu desertum Sarram, qvæ longissimo tractu ultra Numidiam porrigitur, & est vel exterior à tergo Ægypti versus meridiem: vel deserta à tergo Africæ minoris, ultra qvam sunt Troglodytæ & Garamantes: vel interior ultra Atlantem ad Nigrum usq; fluvium. De historia Numidiæ & Libyæ, tanqvam ignobiliorum orbis partium, qvas idololatria pagana adhuc excæcat, non sumus soliciti. BARBARIA, paulo magis cognita, in qvinq; distribuitur regna, qvorum priora, Marocco & Fessa, olim uno nomine vocabantur Tingitana Mauritania: reliqva appellantur Telensinum seu Tremezenum, in qva est urbs nobilis Algira seu Alge-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Algerium, olim Julia Cæsarea: Mauritania Cæsarienſis, nunc Paræ regnum: Tunetum ſeu Africa minor, in qva olim floruit Carthago & Tripolis: Barcha tandem, olim Cyrenaica & Marmorica vel & Pentapolitana, Ammonis oraculo clara. Cum Africa eſſet in provinciam Romanorum redacta & admodum bellis eorum civilibus diu concuſſa, tandemq; ad qvietem redacta, tempore Tiberii Tacfarinas, natione Numida, Muſulanorum, validæ circa ſolitudines Africæ gentis, dux factus, & tractis in bellum Mauris accolis, una cum Mazippa, cœpit res turbare, & jugum Romanorum declinare. Et qvanqvam, à Furio Camillo proconſule Africæ pulſus, in deſerta aliqvandiu receſſit, renovavit tamen mox bellum, & ſucceſſorem Camilli Apronium miris modis ludificatus eſt, jam cedens, jam in terga remeans: eoq; arrogantiæ venerat, ut per legatos à Tiberio ſedem ultro ſibi atq; exercitui ſuo poſtularet, aut bellum inexplicabile minitaretur. Sed Blæſus diviſis copiis eum proturbavit, captoq; ejus fratre, regreſſus eſt properantius, & bellum reliqvit Dolabellæ conficiendum. Inde qvieta fuit Africa ſub imperatoribus, donec à Vandalis occuparetur. Vandalos Beliſarius, Juſtiniani dux, occupato Tuneto, & everſo rege Gilimere, ſubjugavit. Inde Coſrhoes Perſa, Heraclii tempore, Africæ incubuit, ipſumq; Tunetum in poteſtatem redegit. Hinc ſeſe infuderunt Saraceni, & tempore Oſmanni, tertii poſt Machometem Caliphæ, circa annum Chriſti DCXLIV. duce Hucobo, Cavenum condiderunt, atq; inde feliciſſimo victoriæ curſu progreſſi, Carthaginem funditus diruerunt. Carvenum poſtea ſemper duces Saracenos habuit, à Calipha illuc miſſos, donec novus ibi Caliphatus conderetur, ut in hiſtoria Saracenorum diximus. Imprimis Muſeus, una cum Taurico, viro ſtrenuo, trajecto freto Herculeo, Bæticam ſeu Granatam invaſit, & profligato Rogerio Gothorum rege, Caſtellæ regnum ingreſſus, Toletum expugnavit, relictaq; ibi exercitus parte, magna onuſtus præda, Carvenum reverſus eſt. Ab hoc tempore ſemper Saraceni ex Carveno Hiſpaniis incubuerunt, donec eas cum adjacentibus inſulis in poteſtatem ſuam redegere, & duo ibi regna, Cordubenſe & Granatenſe, condidere. Superatis etiam Pyrenæis montibus, qvasdam Galliæ partes ſuo adjecerunt imperio: trajecerunt etiam diverſis temporibus in Italiam: & ex arce munitiſſima in Gargano, Apuliæ monte, Genuam & Beneventum diripuerunt: ipſum agrum Romanum vaſtaverunt: Romam etiam aliqvando adorti per biduum diripuerunt: Venetos afflixerunt: Sardiniam & Siciliam ſubegerunt. Ingreſſi etiam ſunt oram Dalmatiæ, Illyrici,

Epiri & Peloponnesi, fauces etiam Hellesponti usq; ad Thracicum Bosporum: ut & Cycladas, Cyprum & Cretam. Post hæc tempora regnum novum Tingitanum in Marocco & Fessa coaluit. Nam cum hactenus, ut ante diximus, Arabes rerum per Africam sub Caliphis eorumq; ducibus essent potiti, tandem ALBUL. TEXIFIUS Maurus, Almohavidarum princeps, exterororum imperium exosus, circa annum cIↃLI. novum sibi regnum fugatis Arabibus condidit, & sedem imperii fixit Agmeti. Et ab hoc tempore Arabes, occupatis in Africa locis intra deserta munitioribus, rapinæ & furtis se dediderunt, multumq; negotii rebus Fessanis fecerunt, ipsumq; aliqvando Tunetum ipsis eripuerunt. Texifii filius JOSEPHUS Tremisenū, Fessanum & Tunetanum regna, ut & multas in Hispania civitates subegit, & præfuit XXXI. annis. Josephi filius HALYS, cum regnasset VII. annos, ab Alphonso VII. Castiliæ rege cæsus est. Hujus filius ABRAHAMUS anno IↃCXL. ab ABDALA, homine vili, qvi ex ludimoderatore & concionatore, religionis & sanctimoniæ prætextu, tantam nactus est potentiam, ut prælii aleam subire auderet, victus & ejectus est. Vocavit se ille Abdala ELMUAHEDINUM, nomine à concordia & unione sumto. Hujus Elmuahedini filius ABDUL MUMEN, occupato Marocco, jugulato Abrahami filio, & ejus stirpe extincta, à XL. discipulis & XVII. scribis primus in Africa pontifex & ab exercitu imperator salutatus, imperium produxit usq; ad Tripolin Hujus filius fuit JOSIPPUS; nepos JACOBUS MANSOR, rex potentissimus, qvi Arabes, si qvis alius, in ordinem redegit, & sub qvo scholæ Africanæ maxime floruerunt, cum & ipse à scientiis admodum esset instructus. Mansoris filius MAHEMETES ENASIR, alias MIRAMULINUS, ingenti prælio ab Alphonso VIII. rege Castellæ victus, LX. bellatorum millibus amissis, in Africam se recepit. Miramulini decem filiis in partes abeuntibus & sese invicem oppugnantibus, præfectisq; Fessanis, Tremisenis & Tunetanis rebellantibus, anno cIↃCCX. una parte Zacharias Tunetani regni fundamenta jecit: parte alia GAMARAZANUS à Tremisenis regibus oriundus, posteris Abdulmumenis victis, novam dominationem instituit: alia tandem parte ABDULACUS, ex Merina familia, Fessæ est rerum potitus, & regno Merinensium dedit initium. Fessa à Saracenis cœpit aula occidentalis, & qvasi Machometani imperii altera sedes haberi, tantaq; sensit pedetentim incrementa, ut, Marocco urbe regia paulatim deficiente, & in vastitatem redacta, ædium ibi numerarentur XXIV. millia. Ultimum Merinæ gentis regem, itidem ABDULACUM dictum, XERIFUS seu SCIRIFIUS, i. e. legis

inter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

interpres, qvi ad Machometem seductorem genus referebat, occidit, sibiq; regnum asserere conabatur. Sed eum, anno cIɔccccLXXXI. prælio profligatum, SAIDUS præfectus regius Tunetum usq; fugavit, interq; varias turbas, aliis regulis alia occupantibus, sibi suisq; regnum Fessæ peperit. P[illegible] alius XERIFUS, tempore MACHOMETIS BENEVET[illegible] [illegible]essæ, alicujus ex Saidi posteris, prioris sive filius [illegible]pos, philosophiæ studiis & magicis artibus instr[illegible], magnam sibi apud populum, affectata gravitate & sanctitate, cœpit conciliare gratiam. Erant illi tres filii, ABDELQVIVIRUS, HAMETES & MAHAMET: qvi, simulato afflatu divino, in summa passim erant veneratione: & unus ex illis Fessæ educandæ regiæ soboli præficiebatur. His permissum à rege Machomete, ut, cum Lusitani indies Africam crebris incursionibus vexarent, tanqvam religionis defensores, præfecturas regias, qvæ maxime vexabantur à Christianis, conscripto milite, ab injuriis vindicarent, & à jugo hostili liberarent. Processit feliciter illis negotiũ: & subito tantas vires sumsere, ut, qvanqvam seniore Xerifo è morbo defuncto, & seniore ejus filio Abdelqviviro in pugna peremto, reliqvi duo fratres Maroccum urbem, regulo ejus veneno necato, occuparent. Ex iis Hametes regium statim titulum Marocci assumsit, omniq; fide & obedientia regi Fessano abnunciata, omnes circumcirca regiones in potestatem redegit: Mahamet autem, tertius Xerifi filius, Susiæ regem se dixit. Fessanus rex arma qvidem non semel adversus hos fratres expediit, sed frustra. Illi enim in præliis plerumq; fuerunt superiores, & jam undeqvaq; vires stabilierant. Sed cum junior ex illis nollet majori cedere, parricidale inde odium & bellum: in qvo minor Mahamet majori Hameti prævaluit, illiq; in prælio capto leges præscripsit: qvibus cum stare nollet, denuo illum vi & fraude illuc perduxit, ut qviesceret, & copiis in regem Fessanum, suum qvondam discipulum, eductis, illum vivum cepit, & libertati qvidem & regno restituit, sed, ut gravius in eum bellum moveret, acceptis ab eo locis munitioribus, qvæ obstabant. Processit astus. Fessam post obsessionem biennalem redegit in potestatem Mahametes, jugulato rege. Turci qvidem, Fessa occupata, Mahameti Xerifo sese opponebant, jugulati regis filios reducturi: perstitit tamen ille, & potentissimum regnum ad filium ABDALAM transmisit, per utramq; Mauritaniam, Tingitanum nempe & Cæsariensem, porrectum. Hic Abdala, patre per proditionem à Turcis anno cIɔIɔLVI. occiso, pacate utriq; Mauritaniæ per XVIII. annos præfuit. Ei defuncto ex testamento Mahametis Xerifi debebant fratres, non filii succedere. Sed filius Abda-

læ Mahametes præripuit patruis imperium. Illi igitur injuria exaſperati, ab Amurathe III. Turcorum auxiliis impetratis, duobus præliis profligaverunt Mahametem, & MELICUS ex iis, i. e. niger dictus, qvia ex Æthiope femina natus erat, regni Mauritaniæ adminiſtrationem ſuſcepit. Maha- [illegible] confugit ad Sebaſtianum, regem Luſitaniæ ſeu Portugalliæ, & ſui ab eo reductionem [illegible] impetravit. Res autem tam infeliciter ceſſit, ut, cum Sebaſtianus ipſe expeditionem [illegible] ſuſciperet, vitam illic acie victus perdiderit, & incertam regni Luſitani ſucceſſionem reliqverit. Memorabile eſt, qvod tres reges uno illo prælio Africano, qvod anno ſuperioris ſeculi LXXVIII. contigit, deſiderati ſint, Sebaſtianus ferro; Melicus morbo, ex qvo morti proximus illi interfuit, & ad virtutem ſuos adhortatus, in ipſo victoriæ articulo, admoto ori digito, animam efflavit; Mahametes, qvi reduci debebat, aqva in fuga extinctus. Poſt Melicum in Mauritania rex declaratus eſt ejus frater HAMETES: cujus alter filius Xeqves, ut anno cIↄIↄXCV. debellaverit MuloNazarum, Mahametis filium, cum Nomadibus tumultuantem: qvodq; bellum alter Zidamus, anno hujus ſeculi VII. adverſus Abdalam, Xeqvis filium, virum fortiſſimum, geſſerit: qva deniq; ratione Maroccani, jugo utriusq; excuſſo, Mahameten, Hametis abnepotem, magno conſenſu regem proclamaverint, legere eſt libro Thuani CXV. & CXXVIII. ſicuti ſuperiora de rebus Africanis extant libro VII. XX & LXV. TUNETI REGNUM qvod attinet, in illo Abraham, cujus majores jamdiu ei præfuerant, excuſſo Maroccanorum jugo, Teleuſina etiam urbe occupata, late dominari cœpit, habuitq; ordine ſucceſſores Belaben: Buffaren: Manſtaſaren: Ottomenum: Jeſaiam: AbdelMumen: Zachariam: Mahameten: MeleiAſſan ſeu Muleaſſaren, qvem tandem evertit HARIEDENUS BARBAROSSA, teſte Thuano & Jovio, primum pirata, dein dux, tandem rex Cæſareæ: qvi non ſaltem Algiram, ſed & Tunetum Turcis ſubjecit. Illi frater fuerat Horucius in inſula Lesbo, patre Græco & Machometis ſacra ſecuto natus, qvi in diſciplina archipiratæ Camali eruditus, cum inopiam domi ferre non poſſet, arrepta trireme, cum fratre omnes ſuas ſpes mari commiſit, & pedetentim multis ſervis & navigiis auctus, in Mauritaniam, aſcitis in ſocietatem aliis piratis, pervenit. Jamq; ducis nomine gaudebat: &, cũ duo fratres de regno Algiræ ſeu Algerii contenderent, alteri ſe applicans, Numidas eqvites, qvos vulgus Arabes vocat, in auxilium ſibi pretio adſociavit, facileq; Mauros militiæ ignaros per partes oppreſſit, & tandem regno potitus, mare non ſaltem undiq; infeſtum reddidit; ſed & in medi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

mediterraneis cum expeditis cohortibus evagabatur, & plurimis locis in suam potestatem redactis, tandem Tremisenũ regem, socium & amicum Caroli V. regno expulit, nihil curatis Hispanicis copiis, subsidio illi missis. In pugna ab Hispanis & sociis eorum Mauris victus, eq; fuga retractus & trucidatus, regni heredem reliqvit fratrem Hariedenum: qvi viribus auctis Hispaniæ & Sardiniæ oras prædari, & ad imperium totius Africæ aspirare cœpit, inq; ea passim victricia arma circumtulit, suaq; nominis celebritate meruit, ut à Solimanno, Turcarum imperatore, tribus Bassis, qvi est supremæ in aula Ottomannica dignitatis honor, qvartus accepto è manu Solimanni vexillo, gladio & sceptro adderetur, summumq; ei esset maris imperium, ipseq; Auriæ, felicissimo hactenus in classibus Cæsaris ducendis duci, opponeretur. His honoribus jam elatior, impetum instructissima classe in regnum fecit Neapolitanum, & multis oppidis in littore exustis & vastatis, in Africam se recepit, & totus fuit in regno Tunetano seu Punico occupando. Illud Iccc. fere millibus passuum ab occasu in ortum extendebatur, & introrsus ad Æthiopiæ arenas pertingebat. Huic regno tunc, cum Hariedenus illi inhiabat, præfuit MULEASSER, Machometis filius, qvi continua serie, ut est apud Jovium lib. XLIV. ad Omarem, Machometis pseudoprophetæ consangvineum & discipulum, ortum retulit, & cujus majores per Iccccclv. annos regno Tunetano præfuere. Hic, ut paterno potiretur regno, XXIII. fratres, eorumq; filios, aut jugulavit, aut oculis privavit, aut regno ejecit: qvorum aliqvi ad Numidas; aliqvi ad Hariedenum dilapsi, undeqvaq; auxilia sollicitabant. Cumq; Muleasser ob truculentiam & ignaviam non placeret Tunetanis, Hariedenus facile est admissus, cum crederetur ROSCETTEM, Muleassaris fratrem, qvem ad se profugum antea receperat, in paternum solium reducturus. Sed cum ille nusqvam compareret, & Byzantii distineretur, cives Tunetani ad arma conclamarunt, & Turcos in arce inopinato concursu oppugnarunt. Sed frustra. Eruptione enim illi facta supra tria millia trucidabant, triplo pluribus vulneratis. Eo facto, omnes Pœnorum urbes in fidem sunt receptæ, & veteris Carthaginis portus splendorem novum meruit. Muleassarem Carolus V ad suam gratiam confugientem in regnum reduxit, & septingentis ferme navibus advectus, atq; Tuletano propugnaculo vi expugnato, omni hostium classe potitus, instructa acie Hariedenum cum centum Pœnorum millibus in fugam conjecit. Interim servorum Christiani nominis numero sex mille, effractis ergastulis, atq; dum Hariedenus in templo cum suis consultaret, occupata Tune-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Tunetana arce, regiisq; armis & thesauris potiti, Cæsari incruentæ victoriæ felicitatem peperere, qvia Hariedenus cum Turcis fuga sibi consuluerat. Cæsar Tunetum, ut & Hipponem, unde Hariedenus Algerium enavigaverat, in potestatem redegit & diripuit: atq; Maleassari ea conditione, ut Christiani nominis esset amicus, & binos falcones & binos eqvos tributi nomine qvotannis solveret, & Tunetano præsidio, qvod ex Hispanis amplius mille imponebatur, stipendium solveret, regnum permisit, & triumphabundus ad sua rediit. Hariedenus autem, refecta classe, direpto prius Magonis portu in minori insula Baleari, Byzantium pervenit. Postea Carolus Cæsar denuo in Africam trajecit, ad Algerium expugnandum: sed infelicissima omnium expeditione, cum, fœda tempestate navigiis præcipuis amissis, ad extremam inopiam redigeretur. Tandem Muleassarem, cum ad majora præsidia à Carolo V. adversus Turcas impetranda in Italiam navigasset, AMIDAS filius, regno Tunetano occupato, reducem oculis privavit. Sed frater Muleassaris, ABDAMELECH, ei, cum abesset, vicissim, consiliis usus Hispanorum, regnum eripuit. Cum præfuisset xxxv. dies, decessit vita. Successit ei filius MACHOMET minorennis sub tutoribus: sed hunc vicissim regno dejecit AMIDAS. Amidam Uluzalis Turcicus præfectus tandem toto Tunetano regno exuit. Illud qvidem Johannes Austriacus, auspiciis fratris Philippi regis Hispaniarum, post memorabilem victoriam maritimam anno cIↃIↃLXXIII. Machmeti, fratri Amidæ, restituit: sed paulo post omnia redierunt in potestatem Turcarum. Et sic finis Tunetano regno impositus est, qvod ab Abrahamo annos CCCLXX. duraverat,

LIBRI TERTII
SECTIO XII.
de Germaniæ principibus & rebuspublicis.

QV. I. *Qvod felix faustumq; sit, ex tam longinqva peregrinatione in natali patriæ nostræ solo portum inveniet nostra historia.*

Germanorum vires, antiqvissimis jam seculis orbi tremendas, & varios populos, qvos Germania nutriit, jam cognovimus lib. sect. III. qv. XXII. & XXIII ubi simul annotatum est, qvod qvinq; Germanorum genera Plinius fecerit, Vindilos, Ingævones, Estævones, Hermiones & Peucinos. Posteaqvam autem Romani, superatis jam Gallis, & pluribus in iis provinciis constituti, arma etiam in Germaniam transferrent, in illa ibi ad Rhenum subjecerunt maximam Seqvanorum, qvæ præter Seqvanos interiores com-

plecte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

plectebatur totum tractum Basiliensem, ubi sunt Helvetii & Rauraci: Tractum Argentoratensem in Alsatia: Germaniam primam seu superiorem, qvæ magnam Lotharingiæ partem continebat: & Germaniam secundam seu inferiorem, ubi est Ubiorum Agrippina. Juxta Danubium autem sibi constituerant provincias, Rhætiam primam circa alpes Grissorum: Rhætiam secundam, qvam Lycus fluvius à prima disterminat: Noricum, qvod Oenus fluvius separat à Rhætia secunda; Pannoniam primam, qvam mons Cæcius Norico conjungit: Valeriam seu Croatiam inter Danubium & Dravum; Pannoniam secundam, inq; ea Saviam. Multæ tamen harum terrarum ante tempora Romanorum spectaverunt ad Gallias potius, qvam ad Germaniam: sed successu temporis à Germanorum populis occupatæ, & Romanis ereptæ sunt, sicuti illi antea, Gallis devictis, eas in provincias redegerant. Qvanqvam vero antiqvitus Helvetia & Belgium ad Germaniam non pertinuerunt, sed ad Gallias, non tamen angustiores fuere fines Germanis, qvam nunc sunt. Nam alibi per Poloniam, Bohemiam, Hungariam, ad ipsum usq; pontum Euxinum & ad Danubii ostia, terræ amplissimæ Germanico nomini parebant, qvæ nunc divulsæ, Sarmatas & alias gentes nutriunt. Taceo, qvod Cluverius probat, per totam Hispaniam, Hetruriam, Galliam, Britanniam & Illyricum, usum lingvæ Celticæ, id est, Germanicæ antiqvitus fuisse. Jam tempore Tarqvinii Prisci, sexcentis ante Christum natum annis, duo Ambigati regis Celtarum ex sorore nepotes, cum prægravante multitudine, uberius solum qvæsituri, consedere alter Sigovesus circa Hercynium saltum; alter Bellovesus transcensis Alpibus in Italia, ubi condidit Mediolanum. Brevi post alia Germanorum manus, duce Elitovio, vestigia priorum secuta, ibi consedit, teste Livio, ubi nunc Brixia & Verona est. Atq; ex his ortus est ille Brenno, qvi Romam igne, ferro, manibus, solo æqvavit. Galli Senones qvidem à Livio vocantur: sed Florus libro v. illos dicit ab ultimis terrarum oris, qvum cingerentur omnia oceano, ingenti agmine profectos, & ab eadem ferocia & robore corporis eos describit, qva Svevi Sennones Balthicum mare, qvod Livio est Oceanus, accolentes describuntur Cæsari. Ducentis post annis alius Brenno, cum Lemmorio & Lutario, in Dardaniam, Thraciam, Græciam, Asiam penetravit: & inde origo Galatarum seu Gallogræcorum, ut est apud Livium libro xxxviii. Nihil dico de Gothorum, Vandalorũ, Svevorum expeditionibus, qvæ libro ii. sect. iv qv. [illegible] xii. xiii. xiv. sunt explicatæ. Nihil de Francis, qvorum historiam dedimus lib. iii. sect. ii. qv. i. Ut Cimbri & Teu-

toni, cum terras eorum inundasset Oceanus, in Galliam irruperint, & ... s sibi Tigurinis, ipsi Romæ extrema minati, post deletos aliqvot ... anorum exercitus, à Mario tandem profligati sint, dictum est lib. II. sect. ... qv. XXX. Sed & in Britanniam se effuderunt, ut docuimus hoc libro sect. IV. qv. II. Cæterum eo tempore, qvo Romani in Galliis subjugandis fuere occupati, Germani etiam, subinde transito Rheno, in Gallias emigrarunt. Ariovisti & Svevorum conatus contra J. Cæsarem in ipsis Cæsaris commentariis leguntur. Augustus qvidem per Vinicium, Agrippam, Drusum & Tiberium, superato Rheno & Visurgi, Germanis omnia extrema minitabatur: sed Albim superare non poterat. Arminius, Cheruscorum princeps, integris XII. annis vim armorum potentissimi populi Romani, ipsis diffidentium Germanorum auxiliis suffultam, sustinuit. Ab hoc tempore subinde Germani, sociatis inter se armis, in provincias Romanorum penetrarunt. Cattorum pars, qvam Tacito teste, Batavam vocabant, consedit in insula Rheni, qvam adhuc vocamus Bataviam. Marcomanni & Qvadi transibant in Valeriam; Carpi è natione Bastarnarum, ut & Svevi, in Pannoniam; Marcomanni, pars Svevorum, in Transilvaniam. Hæc omnia copiose deducit Beatus Rhenanus & alii. ALEMANNI, factio Svevorum Transalbianorum, occupatis inter Mœnum, Rhenum & Danubium sedibus, juxta silvam Hercyniam, succenturiaturi illis populis Germanorum, qvos ibi premebant Romani, multum negotii imperatoribus Romanorum sub pluribus regulis facessebant: tandemq; latius progressi, Germaniam primam & partem Helvetiorum & Rhetorum Romanis adimebant. FRANCI interea Germaniam secundam & utriusq; Belgicæ partem, ejectis Romanorum præsidiis, occuparant, & in ipsa Germania jam Thuringis, jam Saxonibus graves erant. Qvumq; ab Alemannis Mœno fluvio dirimerentur, faciles undiq; litium occasiones. Superiores plerumq; tamen erant Franci: qvorum rex Clodoveus M. tandem, in magno periculo constitutus, si vicisset, se pietati Christianæ nomen daturum promisit. Et sic victoria ad Tolbiacum penes Francos stetit. Alemanni autem ab illis, ut & omnis Gallia & Burgundiones, leges ab illis acceperunt. Thuringi, Saxones, Bavari perstiterant qvidem: semper tamen illis vigilandum erat, ne Francorum jugum susciperent, donec imperium illud Germanicum coaluit, in qvod tandem ipsum supremum Romanorum axioma collatum est: qvodq;, ut antea fuit descriptum in sex provincias, Franconiam, Bavariam, Sveviam, Saxoniam, Rheni tractum & Burgun-

gundiam, ita jam decem sive circulis, sive provinciis comprehenditur, qvia Saxonia jam dividitur in superiorem & inferiorem, & septem ita constitutis provinciis accensetur inferior Germania, Westphalia & Austria. Nos ex Africa in peregrinatione nostra historica reduces, in BELGIO vela nostra contrahemus, reliqvum iter pedites facturi. Et recte à Belgio seu Germania inferiore, qvæ navigantibus à meridie in oceano Germanico prima occurrit, faciemus initium, de reliqvis fæderatis rebuspublicis postea dicturi. Consistit autem omnis Germania inferior in XVII. provinciis, ex qvibus qvatuor ducatus nomine veniunt, Brabantia, Lucemburgum, Limburgum, Geldria. Septem gaudent comitatus titulo, Flandria: Artesia: Hannonia: Hollandia: Zelandia: Namurcum: Zutphania. Unus præterea est marchionatus Antuerpiensis, & qvinqꝫ dominia, Frisia, Mechlinia, Trajectus, Transisalania, Groningium. Hæ provinciæ, tot coloniis habitatæ, ut vel CCVIII. oppida muris cincta, & CL. sine muris numerentur, antiqvis temporibus singulæ propemodum singulos principes, dominosqꝫ habuerunt, legibus certisqꝫ conditionibus adstrictos, ne potestas in tyrannicum dominium apud populos libertati adsvetos converti posset. Tractu tamen temporis omnes vel per connubia, vel per pacta ad pauciores, & deniqꝫ ad unum Brabantiæ principem, inde ad archiduces Austriæ, regesqꝫ Hispaniarum pervenerunt. Qvi autem olim principes in singulis hisce provinciis imperitaverint, si explicare allubesceret, nimis operoso & prolixo sermone foret utendum. De præcipuis tamen breviter agam. FLANDRIA, ut prima est inter reliqvas, à qva omnes Belgii incolæ per universam prope Europam extra Germaniam Flandri, item Flemingii appellantur, unde etiam prodierunt, qvorum facinora orbi terrarum maxime innotuerunt: ita suos nobis dominos prima depromet. Primus, qvi apud Flandros, post ejecta à Gandensibus, gentis capite, temporibus Ludovici M. Romanorum præsidia, rerum potitus est, vocatur LUDOVICUS BOCK seu hircus, aut, ut Gagvinus libro X. in annalibus Francorum eum vocat, LUDERICUS Lillescuqvus, Salvarti principis Digeonensis filius, Clotarii II. regis Galliarum gener, qvem, aut, ut idem Gagvignus ait, cujus filium Antonium Dagobertus, Ludovici M. filius, anno IↃCXXI. Flandriæ Forestarium seu custodem silvarum atqꝫ nemorum adversus Normannorum irruptiones & vim grassatorum latronumqꝫ publicam constituit. Pronepotem Luderici I. Ludericum II. Estoredi filium, Carolus M. comitem Halebecensem creavit, qvi primus fidem Christianam in his locis
 ample-

amplexus, ad eandem inter gentiles latius propagandam, doctores evangelii evocavit. Hujus filius fuit Ingelramus; nepos Andaqverrus seu Odoacer; pronepos BALDUINUS, à brachio ferreo cognominatus, qvi Juditham, Caroli Calvi imperatoris & regis Galliæ filiam, regis Angliæ viduá, inscio patre rapuit. Proscriptus igitur ægre socero reconciliari potuit: qvi tamen tandem virtute Balduini delinitus, primum illum Flandriæ comitem creavit, amplissimis illi terris in dotem concessis, supremo imperatoribus & directo dominio reservato. Hunc anno IↃCCCLXXXIX. defunctum secuti sunt recta generationis serie Balduinus Calvus, qvi Brugas à patre conditas muro circumdedit: Arnoldus Priscus: Balduinus III. Arnoldus junior, gener Berengarii: Balduinus IV. barbatus: Balduinus V. bonus seu insulanus: Balduinus VI. pacificus, qvem alii Ludovicum pium nominant. Hi omnes, dū adversus Normannos, aliosq; hostes, fideles imperatoribus navabant operas, fines suos admodum protulerunt. Filio Balduini VI. anno CIↃLXX. defuncti, Arnoldo simplici, comiti Flandriæ nono, Robertus Frisius patruus sub prætextu tutelæ totam Flandriam præripuit, eoq; cæso, & fratre Balduino VII. fugato, illam occupavit. Filius ejus fuit Robertus Hierosolymitanus, sacram militiam cum Gothofrido Bullionæo professus; nepos Balduinus Dolabra, à dolabra seu securi nomen adeptus. Hic sine heredibus masculis decedens, præteritis agnatis, provinciam ultima voluntate transtulit in Carolum amitinum, Canuti Danorum regis filium, comitem Flandriæ XIII. Cujus filio Guilielmo Normanno, comite XIV. ob tyrannidem anno CIↃCXXIX. repudiato, ordines elegerunt Theodoricum, alterum Balduini Dolabræ amitinum, Alsatiæ Landgravium, qvi vel qvinqvies in Palæstinam profectus, virtutis specimina non pauca edidit. Filius Theodorici successit, Philibertus, aliis dictus Philippus Alsatus, cognomento Magnus, qvi bis in Syriam profectus, regem Albaniæ Saracenicum, in cujus scuto luteo leo niger ungvibus insurgens pictus erat, sua manu interfecit, & hæc insignia in posteros transmisit. Post Philibertum præfuit ejus sororius Balduinus VIII. comes Hannoniæ & Namurci, Balduini VII. pronepos. Cujus filius Balduinus IX. Hierosolymitanus, notissimus ille est imperator Constantinopoleos, qvam anno CIↃCCV. occupavit. Reliqvit duas filias, Johannam & Margaretam. Illius connubio primùm Ferdinandus, Sanctii regis Lusitaniæ filius; deinde Thomas Sabaudiæ comes, Flandriam acqvisiverunt. Hæc cum reliqvisset ex duobus maritis filios, inter illos non exigua lis de successione orta est. Qvi vero ex posteriori

con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

conjugio Guilielmi Borbonii Dampetræi nati fuere, Guilielmus & Gvido, reliqvis prælati sunt. E Gvidone, qvem Philippus Pulcer, rex Galliæ, qvia pro Anglis adversus se steterat, captum in vinculis ad mortem usq; detinuit, natus est Robertus Bethunensis, vir admodum magnanimus, qvi sua adversus Gallorum reges egregie tutatus est. Post illum, anno cIↃcccxxII. defunctum, Flandriæ præfuit ejus nepos ex filio Ludovico, cui Jola uxor in dotem attulerat comitatum Niversii, Ludovicus Nivernensis, Cressiacus dictus, qvod in prælio ad Cressiacũ contra Anglos cæsus est. Ex hoc & Margareta, Philippi V. regis Galliarum filia, natus Ludovicus Molanus, jure paterno comes Flandriæ & Niversii, dominusq; Antuerpiæ & Mechliniæ; post matris autem obitum comes Burgundiæ & Artesiæ factus, ducta filia Johannis, ducis Brabantiæ, ducatum Brabantinum & Limburgicum reliqvis provinciis adjecit. Cujus, cum anno cIↃccc xxxIII. defungeretur, filia unica, nupta Philippo Valesio audaci, duci Burgundiæ, juniori Johannis regis Galliarum filio, ei peperit titulum Flandriæ & Burgundiæ. Filius ejus est Johannes intrepidus, qvi anno cIↃccccvII. agnatum Ludovicum Aurelianensem propter corruptum sibi torum curavit Parisiis interfici, & xII. post anno à Carolo regis filio per sicarium vicissim sublatus est. Ex hoc natus est Philippus Bonus, pater Caroli audacis. De his jam in libri hujus sectione vI. ubi de ducibus Burgundiæ egimus, dictum est. Historia autem comitum Flandriæ ex subjecto schemate erit dilucidior. Ubi notetur, qvod aliqvi Gertrudin, nuptam Landgravio Alsatiæ, non faciunt filiam Roberti Frisii, sed Roberti Hierosolymitani. Interim, qvod jus reges Galliæ in Flandriam prætendant, legatur libro xL. Thuani.

COMITES FLANDRIAE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Ludericus I. Salvarti principis Digeonensis filius, gener Clotarii II. regis Gall.
Antonius, Flandriæ Forestarius.
Estoredus.
Ludoricus II. comes Halebeccensis.
Ingebramus.
Odoacer seu Andaqver.
1. Balduinus cum brachio ferreo, primus Flandriæ comes, gener Caroli Calvi imperatoris & regis Galliæ. ob. 889.
2. Balduinus II. Calvus.
3. Arnoldus pacificus seu priscus.
4. Balduinus III. junior.
5. Arnoldus junior, gener Berengarii.
6. Balduinus IV. barbatus.
7. Balduinus V. bonus seu insulanus.

8. Balduinus VI. pacificus seu Montensis.
- 9. Arnoldus simplex, à patruo Roberto Frisio pulsus.
- Balduinus VII. à patruo & ipse pulsus.
- Balduinus, comes Hannon. & Montens.
- Balduinus comes Hannon. & Namurci.
- 17. Balduinus VIII. gener Theodorici Alsati.
  - 18. Balduinus IX. Imper. Constant.
    - Johanna, nupta
      - 19. Ferdinando Lusitano.
      - 20. Thomæ Sabaudo.
    - Margareta, nupta
      - Gvilielmo Borbonio Dampetræo.
        - 21. Gvilielmus.
        - 22. Gvido Dampetraus.
        - 23. Robertus Bethunensis.
        - Ludovicus Nivernensis.
        - 24. Ludovicus Cressiacus.
        - 25. Ludovicus Malanus.
        - Margareta, uxor 26. Philippi Audacis, ducis Burgund.
        - 27. Johannes intrepidus.
        - 28. Philippus bonus.
        - 29. Carolus audax.
        - 30. Maria, uxor Maximil. imp.
        - 31. Philippus.
        - 32. Carolus V. imp.
      - Burchardo Aveniens. comiti.
        - Johannes, stirps comitum Holland & Zeeland.
        - Balduinus.
  - Henricus, imper. Constantinop.
  - Volanta, ux. Petri imp. Constantinop.
  - Balduinus, imp. Constantinop.

10. Robertus Frisius.
- 11. Robertus Hierosolymitanus.
- 12. Balduinus Dolabra.

Adela, uxor Canuti reg. Dan.
- 13. Carolus.
- 14. Gvilielmus Normannus, rejectus.

Gertrudis ux. Landgravii Hassiæ.
- 15. Theodoricus Alsatus.
  - 16. Philibertus Alsatus.
  - M. Margareta, ux. 17. Balduini VIII. comitis Hannoniæ.

Mechtildis, ux. Gvilielmi ducis Norman.
- Robertus.
- Gvilielmus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

II. Vicini Flandris Brabanti qvo olim magistratu, qvibusve principibus usi sunt?

BRABANTIA olim dicta est Brachbantia: inq; ea situs est marchionatus Antuerpensis & Bergensis op Zoom, ducatus Arschotanus & Limburgensis, comitatus Hoochstraten & Megen, baronatus Bredæ, & dominatus Mechliniæ, urbes Bruxellæ, Antuerpia, Silva ducis. In hujus ducibus describendis qvi navarunt operam, illos à temporibus, qvæ Christi natalem præcessere, deductos vocant duces Tungrorum: qvorum primus fuerit SALVIUS BRABO, cui neptem J. Cæsaris credunt nupsisse. Hujus posteros Romanis diu sociatos ajunt tandem ab imperio defecisse, & illum, qvi hoc primus conatus est, qviq; partibus imperatorum desertis ad Gallorum reges accessit, vocant LANDONEM, Caroli pulcri filium. Hujus Landonis, qvi anno CCCCLXXVIII. obiit, posteri sunt Austrasius: Carolus Naso: Carolus Hasbanius: Carolomannus: Pipinus I. de Landis, magnus Dagoberti M. amicus, à qvo una cum S Arnulpho Austrasiæ primas est constitutus. Hujus Pipini de Landis filius Grimoaldus successit qvidem patri: sed illo sine liberis defuncto, soror ejus Begga nupsit Ansegiso, S. Arnulphi filio, & Pipinum Crassum Herstallum, Frisiorum hactenus paganorum egregium domitorem, enixa est: qvi, ut superiori libro, sect. v. q. II. demonstravimus, Caroli Martelli fuit pater, Pipini regis Galliæ avus, & Caroli M. proavus. Carolus ille Martellus, id est, malleus cognominatus, contra Saxones, Alemannos & Svevos, Eudonem item Visigothum, Aqvitaniæ & Vasconiæ principem, gravia gessit bella. Cumq; Eudo, superatus prælio, à Saracenis impetrasset auxilia, qvi jam decimum annum in Hispaniis agebant, illi, Gallias ingressi, Burdegalam captam diripuere. Sed Martellus, retracto in suas partes Eudone, Saracenis ad Turonium occurrit, eorumq; LXX. millia peremit, & domitis Burgundis, magnaq; Aqvitaniæ parte post Eudonis fata suis provinciis adjecta, Frisios penitus subegit, eorumq; idola subvertit. Ab hoc tempore Brabantia cum imperio coaluit. Imperatores ipsi eam initio administrabant. Postea duces Lotharingiæ in beneficium illam obtinuere. Ex qvibus Henricus, comes Limburgensis (cujus filius Henricus, ducta in Hispaniis Alphonsi VI. regis Castellæ filia notha, primus fuit rex Portugalliæ anno CIↃCVI.) ducatu Brabantiæ est exutus. Comes ille fuit Lovanii & Bruxellensis, sangvinemq; ad Carolum Hasbanium, priscum Brabantiæ ducem, retulit, & ducta Henrici V. sorore Sophia, in dotem accepit Brabantiam. Successores ejus uno catalogo comphehendemus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

DUCES BRABANTIAE

A. C. A. R.

1108. I. GOTHOFREDUS BARBATUS, comes Lovanienſis & marchio imperii, Henrici III. comitis Lovanienſis filius, Henrici IV. imperatoris gener, ab Henrico V. dux Brabantiæ poſt expulſum comitem Limburgi creatus. Barbatus dictus eſt, qvia patri promiſerat, non ante ſe barbam poſiturum, qvam Brabantiam ab Arduennæ principibus occupatam recuperaſſet. 12

1120. II. GOTHOFREDUS II. F. cum Limburgi comite, Brabantiam repetente, ſæpius conflixit. Ducem ſe etiam ſcripſit Lotharingiæ. 23

1143. III GOTHOFREDUS III. F. patre defuncto, infans in cunis ſuspenſus ab arbore, præſentia infantili Grimbergiis hoſtibus animum ademit; ſuis addidit, fidiſſimis uſus Flandrorum auxiliis. 40

1183. IV. HENRICUS PROBUS, F. gener Philippi Gallorum regis, ſocer Ottonis IV. imperatoris, expeditioni Hieroſolymitanæ ſocium ſe adjunxit, & præterea cum Geldris, Hollandis, Leodienſibus & Gallis non ſemel conflixit. 47

1230. V. HENRICUS MAGNANIMUS, F. Philippi imp. gener, cujus frater Henricus eſt ſtirps Landgraviorum Haſſiæ modernorum. 17

1247. VI HENRICUS MANSVETUS, F. 13

1260. VII. JOHANNES I. F fratri natu majori Henrico, ob vitia qvædam naturæ minus idoneo, prælatus: qvod cum Lovanienſes ægre ferrent, bellum inde. Limburgi ducatum ab Adolpho Montium comite coemit: cumq; Geldrorum comes & archiep. Colonienſis ſe ei opponerent, victoriam ab illis reportavit.

VIII. JOHANNES II. F.

1312. IX JOHANNES III. F. grave bellum geſſit cum Ludovico Flandro propter Mechlinenſes, qvos patriis poſſeſſionibus junxit. 43

1355. X JOHANNA, F. primum Wilhelmo IV. comiti Hollandiæ, deinde Wenceslao Lützelburgenſi, qvem frater Carolus IV. ducem Brabantiæ creavit, nupta. Hic Wenceslaus, cum ob mercatores Brabantinos, pecunia exutos, bellum cum Gvilielmo Juliacenſi gereret, captus eſt ipſe cum pleriſq; proceribus: cumq; ſine liberis decederet, ad ſororis Margaretæ, Ludovico Malano, comiti Flandriæ, elocatæ poſteros transmiſit ducatum. 28

1383. XI. MARGARETA, Johannæ ex ſorore Margareta & Ludovico Mala-

Malano comite Flandriæ neptis, Philippo Valesio Audaci marito, duci Burgundiæ, Brabantiam dotis nomine adjecit. Reliqvit tres filios: ex qvibus Johannes, pater Philippi boni, adiit ducatum Burgundiæ, & comitatum Flandriæ; Antonius ducatum Brabantiæ; Philippus comitatum Niversii. 31

1404. XII. ANTONIUS, filius Margaretæ ex Philippo Burgundo, pro Carolo VII. Gallo adversus Anglos arma expediens, in prælio Azincurtiano una cum fratre Philippo trucidatus. 11

1415. XIII. JOHANNES IV. F. Academiæ Lovaniensis fundator, pauperum pater dictus: qvi annum agens XVI. uxorem duxit Jacobam, Gvilielmi ducis Bavariæ, comitis Hannoniæ & Hollandiæ filiam: qvæ, cum proceres luxum ipsius castigassent, in Angliam trajiciens, illic, vivo adhuc Johanne, duci cuidam Glocestrio nupsit. Hic, contracto in Anglia exercitu, Caletum pervenit ad occupandam Hannoniam, uxoris Jacobæ nomine. Diuturnum inde bellum: in qvo tamen succubuere Angli. Et divortium improbavit pontifex. Glocestrius aliam duxit uxorem. Johannes autem Jacobam non recepit. 10

1426. XIV. PHILIPPUS, Fr. qvi sponsæ, Andium ducis filiæ, adventanti obviam prodyturus, ex apostemate obiit. 4

1430. XV. PHILIPPUS BONUS, dux Burgundiæ, Johannis intrepidi filius, Margaretæ & Philippi audacis nepos, hereditario jure à patre Burgundiam, Artesiam, Flandriam, Bononiam; à patruelibus Johanne IV. & Philippo Brabantiam & Limburgum accepit: Hollandiam & Zelandiam, qvæ ad Jacobam, heredē Bataviæ, Johannis uxorem profugam spectabat, partim armis & vi, partim certis pactis acqvisivit. Atq; ita primus florentissimi imperii Belgici & XVII. in eo provinciarum conditor fuit Philippus, frustra Gallis reluctantibus. Ordinem aurei velleris XXX. eqvitum instituit, &, qvod Ludovicus Vives annotavit, exemplo ebrii rustici, in aulam deportati, lautiusq; & basilice habiti, & ad eandem denuo crapulam redacti, vanitatem seculi depinxit. 37

1476 CAROLUS F. audax, bellator & pugnax cognominatus: cujus potentiam ægre ferens Ludovicus XI. Galliarum rex, & ipse eum oppugnavit, & Renatum Lotharingiū in eum irritavit. Sed cum fortiter hos hostes sustinuisset: Gallum, in ipsa Lutetiarum urbe

gravi

gravi obsidione pressum, ad æqvas pacis conditiones protraxisset: Leodium gravi ruina involvisset: Geldriam & Zutphaniam emtionis titulo suis provinciis adjecisset, jamq; regis nomen ambiret, & spe nuptiarum filiæ unicæ plures principes lactaret: in Helvetios, Lotharingo fœderatos, expeditione suscepta, ter fusus, castris & divite præda, ipsaq; ad Nancejum vita, exutus est. Cominæus graphice ejus ingenium primis VII. libris describit, & in hanc cladem ideo eum incidisse putat, qvia omnem felicitatem suam à suo pendere ingenio & virtute credebat.

1477. XVII. MARIA, F. heres ex asse Burgundiæ, Brabantiæ & reliqvarum provinciarum, elocata Maximiliano Austriaco, Friderici III. imperatoris filio, post qvinqvenniũ eqvi ruina obiit, omnesq; ducatus & ditiones Philippo filio, qvi amor ac delicium generis humani dictus est, sub Maximiliani tutela reliqvit. Hic gener Ferdinandi Catholici Hispaniæ regis adscitus, & anno ætatis XXVIII. denatus, ad Carolum V. ejusq; posteros Philippum II. III. IV. reges Hispaniarũ, regna sua, hosq; ducatus & provincias transmisit.

III. *Ut celebres Flandriæ comites & Brabantiæ duces descripsisti, ita, si videtur, de reliqvis in inferiori Germania familiis illustribus nonnihil adjungito.*

Illarum olim plures fuerunt. Sed sensim potentiores per connubia vel alia ratione sive conjunxere sibi reliqvas, sive, illis intereuntibus, agros earum suis adjecere. Omnium historiam explicare nec licet, nec libet. De Hollandiæ comitibus & Geldriæ ducibus pauca tantum dicemus. HOLLANDOS, olim BATAVOS dictos à Batone, qvi Batenburgum sedem regni habuit, à filio ejus Heso Neomagum translatam, gentem fuisse Germanicam, Cattorum partem, suamq; libertatem acriter sub certo magistratu semper tutatos, cum Romanis tandẽ societatem contraxisse, eorumq; principibus auxiliares copias, non exiguum multarum victoriarum adjumentũ, nunqvam non submisisse, tandemq;, cum Romani auxilia in delectum mutarent, & delectum ipsum non modo avare exercerent, sed, qvod minime ingenuis ferendum erat, stuprorum contumelia onerarent, fecisse Batavos, qvod fortes viros decebat, armaq;, qvibus libertatem & pudicitiam tuerentur, sumsisse, pulsoq; sua insula Romano nomine, magna per Germanas Galliasq; fama, libertatis auctores fuisse celebratos, autor est H. Grotius in libro de antiqvitate reipublicæ Batavicæ. Idem demonstrare conatur, post lapsum imperii Romani, cum Franci, Saxones, Slavi, Normanni atq; Dani

variis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

variis incursionibus omnia infesta haberent, Batavis etiam & vicinis Frisiis & aliis populis multos labores exantlandos fuisse, qvibus se suaq; defensarent: sibiq; tandem præfecisse comites, qvi pari potestate fuerint in territorio suo, qva essent imperatores in Germania aut Italia, non obstricti ullo Feudi vinculo, nulli vicino principi, ac ne qvidẽ imperio Romano, obnoxii. Alii Carolum calvũ imperatorem, vel, ut Janus Douza contendit, Carolum simplicem, Francorum regem, cum maritima imperii loca, & imprimis Hollandiam, à Danorum & Normannorum classe vexari intellexisset, dicunt THEODORICO, viro forti, cognomine Frisio, Sigisberti Aqvitani, ut Scriverius censet, filio, vel filio Gerolfi, Frisiorum comitis, secundum Reginonem, principatum sub comitis titulo concessisse, qvi à Frisiis qvidem pulsus initio sit, sed recuperata dignitate non illos saltem, sed & Zelandos debellarit, sibiq; subjecerit. Nos, anteqvam continua serie reliqvos recensemus, id præmittendum ducimus, primum FRISIORUM sive ducem sive regem, qvi notus est, ut ex Emmii Frisia patet, fuisse circa annum IↃCLXXX. Aldegillum, à Wilfrido episcopo Anglo baptisatum: cujus tamen filius RADBODUS Christianos perrexit affligere, &, qvanqvam à Pipino Crasso diuturnis bellis eo redactus est, ut baptismum promitteret se susceptorum, cum tamen jam alterum pedem in baptisterio haberet positum, retraxit miser illum, & paulo post subita morte extinctus est. Postea Frisii imperio Germanico accesserunt, sua semper usi libertate. Eorum universa provincia in tres partes distingvitur, qvarum una est orientalis cis Amasin Ostfrisia, in qva est Emda, qvæ Frisiæ comitibus, plerumq; Ezardis vel Ennonibus dictis, paruit: altera trans Amasin, qvæ Grôningam continet: tertia Westfrisia versus occidentem, in qva est Franekera, porrigitur. Cum superioribus seculis in factiones abirent Frisii, & aliqvi se Vetcôperos; alii Schiringios tempore Friderici III. & Maximiliani I. vocarent, Albertus dux Saxoniæ, autoritate Maximiliani, potentiâ apud Westfrisios vi stabilivit, eosq; in beneficium accepit jure hereditario. Nunqvam tamen qvietis usus est Frisiis, ipseq; in obsidione Grôningæ, qvam frustra tentabat, morbo correptus, & Emdæ extinctus est. Filius ejus Georgius, cum Grôningenses comiti Frisiæ Ezardo hac conditione obtulissent urbem, ne unqvam ad Saxones rediret; reliqvi etiam Frisii, qvos vocant Stadlandos & Butiadas, in libertatem se vindicarent, jugo comitis Oldenburgensis excusso, & Ezardo libertatis suæ tutore constituto, vocatis in auxilium ducibus Brunsvicensibus & Luneburgensibus, graviter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

pressit Frisios. In hoc bello Frisii Stadlandi & Butiadæ plane sunt devicti, & forte in qvatuor sectiones distributi. Pars cessit Oldenburgensi; pars Henrico seniori Brunsvicensi; duæ ultimæ partes Henrico Lunæburgensi. Paulo etiam post Frisii Wursati ab archiepiscopo Bremensi Christophoro sunt subacti. Cumq; Gröningenses nec suis nec Ezardi comitis viribus se amplius tutari possent, Carolo Geldriæ duci urbem obtulerunt: qvi, potentia Gallorum subnixus, undiq; Georgium Saxoniæ ducē pressit. Qvapropter ille Carolo V. Burgundo jus omne, qvod in Frisiam habuit, anno cIↄIↄxv. pro cc. millibus aureorum cessit. Geldrus, potentiorem nactus hostem, jamq; Arenaci obsessus, interventu legati Gallici, acceptis c. millibus coronatorum, tota posthac Westfrisia abstinuit: cumq;, recrudescentibus subinde bellis, Gröningenses ab eo affligerentur, anno seculi xxxvi. in fidem Margaretæ, gubernatricis Belgii, ultro concesserunt. Iidem qvomodo se cum reliqvis Frisiis tandem patrum memoria cum Belgis & Zelandis in libertatem vindicaverint, illorumq; fæderi inserti, sub suo agant Gubernatore, notum est.

HOLLANDIAE ET ZELANDIAE Comites, & Domini Frisiæ.

A. C. *A R.*

875. I. THEODORICUS I. filius Sigisberti Aqvitani, vel Gerolfi Frisii, primus comes Bataviæ & Zelandiæ à Carolo Calvo constitutus, ut Normannos inde ejiceret, qvi illas insulas occupaverant, gener Pipini, Caroli M. filii, regis Italiæ. Ubi notandum, qvod Hollandia, constans xxviii. oppidis muro cinctis, ex sententia Pontani sit pars antiqvæ Bataviæ; Batavia Rheni insula, pars antiqvæ Geldriæ; Geldria pars Austrasiæ. 28

903. THEODORICUS II. F. qvem & seqventem Johannes à Leydis & alii confundunt. 44

947. III. THEODORICUS III. F. qvi se primus Frisiorum dominum appellavit. 41

988. IV. ARNULPHUS F. à Frisiis rebellibus cæsus. 5

993. V. THEODORICUS IV. F. patris necem in Frisiis ultus, Adeboldum episcopum Trajectensem, præcipuam belli causam, vivum cepit, profectusq; in terram sanctam, redux in itinere obiit. Hujus tempore, ut Mejeri annales habent, ab Henrico II. imperatore Balduinus Barbatus, Flandriæ comes, ob fidelem operam in bellis

nava-

navatam, Zelandiæ insulis donatus est: qvæ res origo fuit diuturnæ inter Flandros atq; Hollandos discordiæ & belli. 46

1039. VI. THEODORICUS V. F. qvod nobilem virum Leodii, qvo ludorum gratia cum aliis convenerat, obtruncasset, Dordracum fugiens, ab inseqventibus principibus telo peremtus est. 10

1049. VII. FLORENTIUS I. Fr. fraternos hostes, episcopum Leodiensem, comitem Lovaniensem, archiepiscopum Coloniensem, sibi qvoq; infestos expertus, illum cæcidit; istum vivum cepit; hunc fugavit. Tandem sub umbra arboris qviescens, ab archiepiscopi milite confossus est. 13

1062. VIII. GERTRUDIS, Florentii vidua, Bernhardi ducis Saxoniæ filia. 1

1063. IX. ROBERTUS FRISIUS, alter Gertrudis maritus, non tam comitis, qvam tutoris nomine, loco infantis Theodorici VI. præfuit, à successore pulsus. 8

1071. X. GOTHOFREDUS GIBBOSUS, dux Lotharingiæ VII. Roberto Frisio arte Trajectensis præsulis pulso, Hollandiæ imperium invasit, alvumq; exoneraturus, graviter vulneratus obiit. 5

1076. XI. THEODORICUS VI. Florentii & Gertrudis filius, episcopo Trajectensi debellato, per concretas frigoribus copias in Frisios denuo rebelles movens, duplici victoria in obseqvium eos traxit. 15

1091. XII. FLORENTIUS II. F. pingvis, princeps optimus. 32

1123. XIII. THEODORICUS VII. F. Frisios denuo rebelles, qvi in agrum Hollandicum incursionem fecerant, duobus præliis coercuit, Trajectumq; obsidione premens, precibus antistrtis in pacis fœdera consensit. 34

1157. XIV. FLORENTIUS III. F. in Palæstinam abiit: rediit: cum Frisiorum gente & ipse conflixit. 33

1190. XV. THEODORICUS VIII. F. cum fratre Gvilielmo initio armis contendit: pace facta, rempublicam in Frisia orientali ei concessit: Brabantiam ingressus, Busco ducis vi capto, captus ipse est. 14

1204. XVI. ADA, Theodorici VII. filia, uxor Ludovici, comitis Lossensi, qvocum à patruo Wilhelmo pulsa est. 1

1205. XVII. GUILIELMUS I. Florentii III. F. cum Saracenis in Ægypto; cum Scotis, qvorum regnum ad se propter matrem perti-

nere putavit; cum Ludovico comite Lossensi, bella gessit. 18

1223. XVIII. FLORENTIUS IV. F. in ludis eqvestribus à Claremontano comite, zelo nimio propter uxorem accenso, cæsus. Hujus filia Margareta, qvam Mathildin nonnulli vocant, Hermanno comiti Hennebergensi nupta, qvod pauperculæ feminæ gemellos in ulnis gestanti, tanqvam adulteræ illuserat, tot liberos uno partu anno CIↃCCLXXVI. enixa est, qvot in anno dies numerantur. 11

1234. XIX. GUILIELMUS II. F. Romanorum imperator contra Fridericum II. electus, curiam provincialem juri dicendo Hagæ instituit: Flandros repressit: cæsus tandem est à Frisiis. Hunc Johannes à Leydis libro XXXIII. cap. XII. scribit media hyeme præstigiis magicis ab Alberto M. lauto convivio in hortis exceptum. 32

1256. XX. FLORENTIUS V. F. ulturus patris necē, Frisio bello diu incubuit: cum Flandris pacem sancivit: à Gerardo Velsenio, cujus uxori vim intulerat, & à conjuratis, qvos possessionibus exuerat, percussus est. 40

1296. XXI. JOHANNES DOMICELLUS I. F. bis movit in Frisios, ἄπαις, ultimus ex familia masculus. 4

1300. XXII. JOHANNES II. Hannonius, Florentii IV. ex filia Adelheydi & Johanne comite Avennensi & Hannoniensi nepos: cujus tempore Flandri Hollandis Zelandiam eripere non sine maximis motibus conati sunt. 5

1305. XXIII. GUILIELMUS III. Bonus, F. cujus opera Philippus Valesius, rex Galliarum, Flandrorum exercitum fudit: vir tam rigidæ justitiæ, ut præfectum, qvi agricolæ pingviorem vaccam, sua relicta, à pascuis abduxerat, ultimo afficeret supplicio. 32

1337. XXIV. GUILIELMUS IV. F. in Hispaniam & Borussiam transgressus, egregia fortitudinis specimina illic adversus Saracenos; hic adversus paganos edidit, & redux in patriam, Trajecto ad deditionem coacto, in Frisia periit ἄπαις. 9

1346. XXV. MARGARETA AUGUSTA, Gvilielmi III. filia, Ludovici Bavari imperatoris uxor, à suo ipsius filio Gvilielmo V. oppugnata, totam Hollandiam in duas factiones distraxit: qvarum altera, qvæ filio adhæsit, se à pisce asello Cabeliaucos seu Cabelgenses; altera stans à partibus matris ab hamo se Houcos seu Hocken-

ses.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſes appellitavit. His diſſidiis factum eſt, ut XVII. caſtella uno anno ſint vaſtata. 5

1351. XXVI. GUILIELMUS V. Bavarus, F. in phreneſin ſeptimo gubernationis anno prolapſus (credo, qvia matri obſeqvium detraxerat) qvodq́ ſua manu nobilem hominem jugulaſſet, in cuſtodiam datus. 7

1358. XXVII. ALBERTUS, Fr. Bavarus, dux Bavariæ, Delfenſes, ob eductos captivos ex effractis carceribus, dirutis eorum muris, ad obſeqvium retraxit: cujus tempore, Chronicon Belgarum Johannis à Leydis libro XXXI. cap. LXIII. & Junius ex illo, dicunt, monſtrum marinum captum, qvod cibis hominum more aſſvefactum veſci, ſono peregrino ac ſuſpirioſo uti, penſa etiam trahere viſum fuit, &, poſtqvam vitam poſt multos annos exuerat, Harlemi ob exhibitam crucis imagini reverentiam cœmiterii honorem aſſecutum eſt. Notetur hic, qvod Wilhelmus Buckheld, piſcator Bierflitenſis anno CIƆCCCLXXXVI. haleces muria & ſale primus condiderit. 46

1404. XXVIII. GUILIELMUS VI. Bavarus, F. adverſus Geldros & Friſios copias aliqvoties eduxit. 13

1417. XXIX. XXX. JACOBA, Gvilielmi VI. filia, & JOHANNES, epiſcopus Leodienſis, ejusdem frater, qvi epiſcopatu reſignato uxorem duxerat, per octennium de principatu decertarunt. Johanne tandem veneno extincto, Jacoba ob inconſultam matrimonii ſæpius iterati licentiam omni dignitate excidit. Vivo patre, Johanni Delphino, Caroli VI. Franciæ regis filio nupſerat. Illo ſublato, poſt patris obitum nupſit Johanni duci Brabantiæ: mox, nuptias ob conſangvinitatem illegitimas cauſata, illo repudiato, Hunefredo, fratri Henrici V. regis Angliæ, ſeſe aſſociavit. Hic, ſententia pontificis ab illegitimo toro per divortium in Angliam reverſus, aliam duxit uxorem. Jacoba vero qvarto ſe ſuppoſuit marito Franconi Borſaliæ dynaſtæ, eqviti aurato in Zelandia: eoq́ à Philippo bono, Burgundiæ duce, capto, ut liberaretur, omnibus avitis paternisq́ provinciis ceſſit, easq́ univerſas anno CIƆCCCCXXXIV. Burgundo ceſſit, annuo proventu contenta. Epitaphium ejus hoc legitur:

Qvatuor ipſa viros & habens, nec habens: ſed iniqvis
Vertumnis genita, mœſta Jacoba jacet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Sic Burgundi, & postea Austriaci, eo successionis ordine, qvi ex superioribus jam innotuit, Hollandiam, Zelandiam, Hannoniam, Frisiæq; occidentalis dominium obtinuere. Orientalis autem Frisia, cujus metropolis Embda est, peculiares comites anno CIƆCCCCLXI. à Friderico III. imperatore accepit. Post Jacobam in omnibus prædictis provinciis præfuerunt Philippus bonus: Carolus audax, ejus filius: hujus filia Maria cum Maximiliano marito: natus illis Philippus Austriacus: inde Carolus V.

IV. De Geldriæ Ducibus te etiam historiæ nostræ lumen qvoddam promisisse memento.

Henricus Aqvilius, cujus chronicon Geldriæ, notis & observationibus additis, Petrus Scriverius in inferioris Germaniæ antiqvitatibus edidit, ut & Wolfgangus Lazius, tempore Caroli calvi imperatoris ajunt, eo loco, ubi nunc Gelra est, bestiam qvondam immanem, hominibus & pecori infestam, à duobus Ottonis, domini de Ponto, filiis, Wichardo & Lupoldo, insigni audacia peremtam, à clamore, qvem horrendo mugitu, GELRE, GELRE, moritura edidit, loco nomen Gelriæ seu Geldriæ peperisse: Geldrios autem, virtute tanti facinoris motos, sese dominis Ponticis submisisse: illos nomine & titulo præfectorum & tutorum fuisse contentos usq; ad Ottonem comitē Nassoviæ, qvi, ducta Adelheida, filia atq; unica herede Wichardi III. ultimi Geldriæ præfecti, sese beneficio Henrici IV. imperatoris Geldriæ comitem anno CIƆLXXIX. appellavit. Post illum, qvi seqvuntur, imperitarunt.

COMITES ET DUCES GELDRIAE & Zutphaniæ.

A.C.		A.R.
1079.	I. OTTO NASSOVIUS, comes Geldriæ ab Henrico IV. imperatore renunciatus, ducta altera vice conjuge Zutphaniensi, filiis comitatum Zutphaniæ peperit.	28
1107.	II. GERHARDUS, F comes Geldriæ & Zutphaniæ.	24
1131.	III. HENRICUS F. dotis nomine cum uxore Gothofredi III. Brabantiæ ducis filia, Velaviam accepit.	31
1162.	IV GERHARDUS I. F. cui ob Velaviam bellum cum episcopo Trajectensi suscipiendum erat.	18
1180.	V. OTTO II. Fr. bellum Trajectense feliciter finivit.	22
1202.	VI. GERHARDUS III. F. bellicosus.	27
1229.	VII. OTTO III. F. Ruremundam & pleraq; oppida muris cinxit, & Noviomagum, civitatē imperialem, XXI. millibus marcis argen-	

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ti à Gvilielmo comite Hollandiæ & Cæsare Romano coemtam Geldriæ adjunxit. Ejus frater, episcopus Leodiensis, ob luxum & injurias multis illatas sede motus est. 43

1272. VIII. REINHOLDUS BELLICOSUS, F. Hermanni Limburgensis comitis gener, socero mortuo, cum Johanne duce Brabantiæ de hereditate Limburgensi contendit, prælioq; superatus & captus jure suo cessit. Extremo vitæ tempore, ab ipso suo filio Reinholdo II. impie captus, in carcere expiravit. 44

1326. IX. REINHOLDUS II. F. primus titulos & honores ducis Geldriæ & Zutphaniæ, beneficio Ludovici Bavari imperatoris, qvem in expeditionem Italicam secutus fuerat, anno cIɔcccxxxix. usurpavit: Brabantinos & Leodienses, qvi, absente eo, Geldriæ fines prædabundi invaserant, memorabili prælio fudit. 18

1344. X. XI. REINHOLDUS III. & EDUARDUS, F. parricidalibus bellis inter se diu conflictati sunt: qvorum illi qvi se associarunt, novis factionum nominibus inventis, Heckheros se vocarunt, hujus asseclæ Bronchorstii dicti sunt. Eduardus tandem superior fratrem captum, totos decem annos carcere detinuit: è qvo post interfectum ab aulico fratrem dimissus, dignitati suæ ab Heckheris redditus, Geldriæ paucis adhuc mensibus, utut reluctantibus Bronchorstiis, præfuit. 27

1371. XII. GUILIELMUS JULIACUS, Reinholdi II. ex filia Maria & duce Juliacensi primo Gvilielmo nepos, cum Heckheri sororem Reinholdi III. natu maximam gubernaculis adjungerent, à Bronchorstiis electus, à Brabantis non unam reportavit victoriam. 31

1402. XIII. REINHOLDUS IV. Fr. dux Juliacensis & Geldriæ sine liberis decessit. 21

1423. XIV. ARNOLDUS EGMONDANUS, natus ex Johanne Dynasta Egmondano & ex Maria, filia Johannæ, sororis Gvilielmi & Reinholdi IV. Johanni domino ab Arkel nuptæ, sibi qvorundam procerum studio ducatum Geldrensem & Juliacensem vendicavit. Sed Adolphus, dux Bergensis, se proximũ Reinholdi agnatum & heredẽ probavit, & Sigismundus secundũ illum pronunciavit. Arnoldus nihilominus, ducta Adolphi ducis Clivensis filia Bergensi, auxiliis soceri fortiter restitit: præsertim cum nosset, aviæ suæ Johannæ Geldriam & Juliacum testamento fratrum Gvilielmi &

Rein-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Reinholdi IV. esse relictam. Diu tamen illi & contra Bergensem & contra Juliacenses, qvos ad obseqvium trahere non potuit, fuit decertandum. Interim Adolpho Bergensi defuncto, cum ejus ex fratre nepos Gerhardus impar esset Arnoldo, jus suum in Geldriam Carolo Burgundo autoritate Friderici III. imperatoris cessit. Arnoldus, etsi pro virili restitit, tandem tamen ipsum suum filium Adolphum, senii parentis pertæsum, hostem est expertus. Pater qvidem filio antea bis rebellionem impiam condonaverat: sed hic, gratiæ sibi factæ immemor, cum pater eum, uxoremq; ejus Catharinam Borboniam, qvam interea duxerat, nihil adversi sibi metuens, in aula lætus excepisset, noctu illum in veste lintea per Neomagenses armatos cepit, & Gravam abduxit, nihilq; moratus avunculi Johannis, ducis Clivensis, arma; nihil papæ & imperatoris literas, per sexennium in carcere detinuit. Carolo tandem audaci, Burgundiæ duci, tanqvam arbitro, lis inter patrem & filium componenda committebatur: qvi, cum filius patrem variorum criminum argueret; ille autem innocentiam probaret, & vel ad singulare certamen filium provocaret, hanc tulit sententiam: ut pater solus ducis titulo uteretur; filius autem, excepta Grava, omnes ditiones sibi haberet, & certam pecuniæ summam qvotannis patri numeraret: qva sententia cum stare nollet filius, & se malle diceret, patrem capite pronum injici puteo, seq; superimponi, & clam è Dorlano, ubi judicium habebatur à Burgundo, in Geldriam contenderet, captus, in Burgundiam retractus, & carceri est mancipatus. Arnoldus autē pater libertati & ducatui restitutus, cui etiam præfuit duobus adhuc annis, Geldriæ ducatum & comitatum Zutphaniæ, Carolo Burgundo, acceptis XCII. aureorum millibus & certis reditibus sibi servatis, vendidit, eumq; sexto post mense anno CIↃCCCCLXXIII. moriturus heredem scripsit. Omnem historiam Philippus Comineus libro V. & Chytræus libro II. chronici Saxoniæ, & ex illis Lipsius libro II. capite V. monitorum & exemplorum descripsere. Carolus, damnato ad perpetuum carcerem Adolpho, Geldriam aliqvandiu administravit, adversantibus sibi vi ad obseqvium & juramentum fidelitatis deductis: & Gerhardus, dux Juliacensis, jura sibi in ducatum Geldriæ competentia LXXX. aureorum millibus illi vendidit. 50
1473.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

1475. XV. CAROLUS AUDAX, dux Burgundiæ, heres ſcriptus ab Arnoldo Egmondano, gubernatorem dedit Geldris Gvilielmum Egmondanum, patruum captivi Adolphi: & hujus Adolphi liberos, Carolum Egmondanum & Philippam, ſuæ uxoris Iſabellæ ex Catharina Borbonia nepotes, Gandavi honeſte educari juſſit: cúq; qvarto poſt anno occumberet, ad Nancejum cæſus, Adolphus ex carcere liberatus, à Gandavenſibus & reliqvis Belgis, bellum adverſus Tornacenſes & Gallorum regem Ludovicum XI. molientibus, dux militiæ eſt conſtitutus. Ivit: adeqvitavit Tornaci mœnibus: eruperunt præſidiarii: miſer inter primos cecidit. Filius ejus Carolus, decennio poſt interfectum patrem [cum interea amita ejus Catharina, ſoror Adolphi, Geldriæ gubernacula teneret] in tirociniis militiæ à Gallo captus eſt & redemtus à Geldris, ſummaq; cum omnium ordinum gratulatione anno clɔccccxcii. receptus, imperatorem Maximilianum diu ſibi habuit adverſarium. Tranſiere in his turbis anni xix. 19

1492. XVI. CAROLUS EGMONDANUS, Adolphi impii F. Arnoldi Egmondani N. ex captivitate è Gallia redux, cum Maximilianus imperator Geldriam vi repeteret, rem tandem arbitris dijudicandam permiſit: qvi anno ſeculi xcv. Trajecti pronunciarunt, Carolum non eſſe Geldriæ ducem natum, qvia pater & avus ejus provinciam nulla imperatoris autoritate tenuiſſent, & feudum imperii, à Friderico III. conceſſum Burgundo, ad imperium eo mortuo recidiſſet. Sed Carolus, Gallorum auxiliis & ordinum fide fretus, nihilominus Geldriá cum titulo ducis uſurpavit, ducibusq; exercituum Maximiliani, interq; eos Alberto Saxoniæ duci, ut & deinde Ferdinando regi catholico, inter belli & induciarum tempora fortiter reſtitit, poſſeſſionemq; Geldriæ retinuit. Friſia tandem ceſſit, acceptis centum mille coronatis, perpetuus Gallicarum partium adverſus domum Burgundicam amicus: qva cum anno clɔlɔxxvii. ſic transegit, ſi ſobolem non ſuſciperet, ut omnes ditiones ad Carolum imperatorem reverterentur. Anteqvam tamen moreretur, ipſo conſentiente, Gvilielmus, Juliacenſium, Clivenſium & Montium dux, ab Ordinibus anno ſeculi xxxviii. eſt evocatus. 47

1539. XVII. GUILIELMUS II. Cliviæ, Juliaci & Montium dux, ab Or-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

dinibus, ut diximus, evocatus qvidem est: sed Carolus V. causatus varias de Geldria transactiones, qvibus, Carolo Egmondano defuncto, ea sit Burgundicæ domui addicta, bellum Cliventi intulit. Ille qvidem, affinitati cum Francisco, rege Galliæ, contractæ, & fæderi cum illo inito confisus, imperatori aliqvandiu restitit, sed tandem, cum sibi Juliacum & alia oppida erepta esse à potentiore hoste intelligeret, supplex in castra ejus venit, & cedens ei de Geldria, in gratiam receptus est. 4

1543. XVIII. CAROLUS V. 12

1555. PHILIPPUS II. F. & reliqvi reges Hispaniarum.

V. Qva ratione omnes Belgii provinciæ ad Austriacam domum devolutæ sint, intelligo. Nunc, qvibus causis ab ejus obseqvio secesserint, scire percupio.

Carolo V. defuncto, suggestionibus imprimis Ant. Perenotti, Cardinalis Granvellani, PHILIPPUS II. in conventu Gandavensi, anno seculi LIX. hoc egit, ut aliqvot præsidiariorum millia in Belgio alerentur: ut nova ecclesiarum ibidem hierarchia adornaretur, &, cum antea tantum IV. episcopatus fuissent, Cameracensis, Tornacensis, Atrebatensis, Ultrajectinus, jam, volente sic Paulo III. præter plures novos episcopatus, tres adornarentur archiepiscopatus, nempe Mechliniensis, Ultrajectanus & Cameracensis: ut porro Hispanicæ inqvisitionis, adversus Saracenos & Judæos olim institutæ, conciliiqꝫ Tridentini decretorum rigor adversus eos, qvi medicinam ecclesiæ gravibus erroribus oppressæ poscebant, & ad reformatam religionem inclinabant, intenderetur. Cumqꝫ hæc omnia per MARGARETAM, Parmensem gubernatricem, regis sororem, executioni darentur; liber autem populus jura sua his constitutionibus imminui causaretur, eosqꝫ admittere recusaret, crimen læsæ majestatis argvebatur commisisse. Qvi vel minimam incurrebant suspicionem, falsis criminibus circumventi, aut è medio tollebantur, aut in carceres abducebantur, aut in exilium migrabant: nec qvisqvam erat capitis aut fortunarum securus. Tandem anno cIↄ Iↄ LXVI. nobiles cc. ex cccc fæderati, GEUSII per contumeliam deinde dicti, qvasi MENDICI AD MANTICAM usqꝫ fidi, duce HENRICO à BREDENRODA, ex Hollandiæ comitum genere, cum tribus aliis comitibus, LUDOVICO NASSOVIO, FLORENTIO PALLANTIO CULENBURGENSI & WILHELMO BERGENSI, Bruxellas anno seculi LXVI. ingressi, Hispanicam inqvisitionem, & qvæcunqꝫ liberæ genti ægre fiebant, coram gubernatrice deprecabantur. Invisa enim erat inqvisitio, in Mau-

ros qvondam & Judæos exercita; nunc in Christianum sangvinem sæviens. Et plures episcopatus novi in oppidis Belgicis constituti, non tantum evangelicis, sed & illis ipsis, qvi decreta papæ nondum ejuraverant, metum intolerandæ tyrannidis injiciebant. Gubernatrix pollicebatur omnia tranqvilla. Sed cum ex aula Hispanica promissis pondus non adderetur, & præterea Johannes à Glimes, marchio BERGENSIS, & Florentinus comes de MONTMORENCI, & baro de MONTIGNIA, comites aurei velleris, nomine reliqvorum in Hispaniam missi, ad deprecandam inqvisitionem, & edictorum moderationem regi persvadendam, atrocius haberentur, marchione etiam non sine veneni suspicione defuncto, baro carceri manciparetur, Ordines singularum provinciarum, icto inter se fædere, armis se suosq; tueri cœperunt. Qvod anteqvam fiebat, cum spe clementioris responsi lactarentur, præcones repurgatæ religionis passim admittebant, tanto tamen plebis, ceu vocant, reformatæ furore, ut omnes imagines ex Zwinglii & Calvini dogmate, è templis passim locorum per tumultum dejicerentur, & vel cccc. templa diriperentur, nonnulla etiam incendio conflagrarent. Ille vero in oppugnanda idolomania pontificia fervor paucis duravit mensibus. Præterqvam enim, qvod Protestantes inter se de confessione Augustana & Helvetica digladiabantur, allata jam regis sententia rigidiore, cum exercitus à gubernatrice contraherentur, Belgæ confæderati, anno seculi LXVII. ad Ostervelam dissipati, religionis exercitium abolitum, concionatores dimissi, totum Belgium in fidem regis receptum. Ipse etiam WILHELMUS, princeps Austriacus, comes Nassoviæ, gubernator Antverpiæ, cum fratribus & reliqvis comitibus Belgio excessit. Sed, ut reliqva compendiosius proferantur, ordine recensebimus prius, qvos Belgium ab eo tempore habuerit gubernatores, qvo Maximilianus imperator, ducta Caroli Audacis filia Maria, illius jura in familiam Austriacam transtulit.

GUBERNATORES BELGII POST Caroli Audacis mortem.

1477. I. MAXIMILIANUS Austriacus, gener Caroli Audacis, archidux Austriæ, & dux per uxorem Mariam Brabantiæ, administrationem Belgii in se suscepit, donec à Germanis imperator evocaretur. Hujus tempore Albertus, dux Saxoniæ, dextera illa ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

nus imperii, ejusque filius Georgius, gubernator Frisiæ est constitutus. 16

1493. II. PHILIPPUS F. pater Caroli V. gener Ferdinandi Catholici, regis Hispaniarum: qvi, cum matre defuncta regnum Castellæ vellet adire, anno ætatis XXVIII est defunctus. 13

1506. III. MARGARETA, Philippi soror, vix triennis desponsata Carolo, Ludovici XI Galliarum regis filio, in Gallia educata est. Sed cum Carolo sponso Anna, heres Britanniæ, qvam Maximiliano præripuerat, magis placeret, Johanni, filio Ferdinandi Catholici, in Hispaniis nupsit: sicut ejus frater Philippus ejusdem filiam Johannam duxit. Johanne autem marito defuncto, reversa in Belgium, nupsit Philiberto Sabaudo: sed & illum brevi post amisit. Et rectrix Belgii constituta, Caroli V. educationi præfuit, magnaque cum laude provinciam gubernavit, & Burgundico imperio Ultrajectinam & Transisulanam regionem, Frisiamque occidentalem adjunxit. 24

1530. IV. MARIA, Margaretæ soror, vidua Ludovici regis Hungariæ. 25

1555. V. EMANUEL PHILIBERTUS, dux Sabaudiæ. 4

1559. VI. MARGARETA AUSTRIACA, Parmæ & Placentiæ princeps, filia Caroli V. à fratre Philippo II. cum ad regnum Castiliæ ex Belgio abiret, gubernatrix Belgicarum provinciarum constituta, ante motos in Belgio tumultus moderate rem gessit. Postea, cum rigori decretorum regis non videretur satisfecisse, & frustra mitioribus consiliis res turbatas vellet componere, dux Albanus potestate longe majori est illi submissus, ut præsides provinciarum posset creare & deponere, inque omnibus pro lubitu statuere: ipsaque, acceptis annuatim XIV. florenorum millibus, in Italia cum marito Octavio Farnesio consenuit, & anno seculi XXXVI decessit. Anteqvam tamen provincia abiret, victoriam à confœderatis Belgis ad Ostervelam, ut diximus, per exercitus regis reportavit, omni eorum vi dissipata. Et qvanqvam per tumultum Antuerpenses aliqva conabantur, facile tamen ad obseqvium retracti sunt. Belgæ autem, interque illos Wilhelmus princeps Auriacus, gubernator Hollandiæ & Selandiæ, è patria excesserunt tanto numero, ut ipsa Gubernatrix in literis, ad regem perscriptis,

eorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

eorum, qvi è Belgio essent dilapsi, numerum c. millium testaretur æqvasse.

1567. V. FERDINANDUS ALVARES, Toletanus, dux Albæ, sub primis suæ administrationis auspiciis novo exercitu ex Hispania adducto, Lomolarium comitem Egmondæ & principem Gaverensem, Flandriæq; gubernatorem, ut & Philippum comitem Montmorencianum, & Hermannum, Bruxellas ad conventum provincialem evocatos, etsi pontificiæ religionis, una cum xix. nobilibus Belgis per carnificem capite truncavit: dilapsorum opes relictas fisco addixit: dira inqvisitionis tyrannide omnia permiscuit: Ludovicum Nassovium, sibi cum milite obviam factum, qvi paulo ante Arenbergium, ducem exercitus Hispanici, fuderat, in Frisia profligavit: cum alio itinere occurrisset Wilhelmus, eum etiam, cæso in acie Antonio Lalinio, comite Hochstatano, profugavit, &, etsi fortunam belli denuo non infeliciter in finibus Galliæ tentantem, porro despexit, variisq; exactionibus provincias exhausit, & ex mobilibus bonis decimas; ex immobilibus vigesimas, & præterea ex omni substantia, qvam qvis habuit, centesimas extorsit. Cum jam qvinq; pene annis sævitia se & populum fatigasset, Wilhelmus comes Marchæ, auxiliis profugæ nobilitatis, Brielam occupavit, & mari satis feliciter res prolapsas stabilivit. Dordracum etiam, Flissinga, Enchusa, Lugdunum & alia loca, totaq; pene Hollandia, & magna pars Zeelandiæ, ab obseqvio Albani descivere, & intra iv. menses cL. naves in mari Flissingensi tyranno opposuere. Sed & in Geldria, Frisia & Zutphania, Wilhelmus comes Bergensis res prospere egit. Auriacus etiam altera vice cum milite in Germania collecto aderat, & impetu in Brabantiam & Flandriam facto, in magnam spem suos erexit. Sed Albanus cum filio Friderico facile loca illic occupata recuperavit, cedenteq; in Hollandiam Auriaco, Geldriam qvoq; ad obseqvium retraxit. Plus qvam xviii. millia, teste Bullengero, jussu ejus, manibus carnificum perierunt: ipseq; inter epulas, cum reditum in Hispaniam pararet, palam gloriatus est de hac sua crudelitate inaudita. Cædium certe & spoliationum Roterodami, Mechliniæ, Zutphaniæ, Naerdæ, Harlemii, nullum finem fecit, tandemq; tropæum sibi erexit Antverpiæ, confecta insigni statua,

qvæ ipsum referebat armatum, corpusq; biceps cum IV. brachiis & manibus calcantem. Ordines, bello adversus eum anno seculi LXXII. Dordraci decreto, Wilhelmum Auriacum jam copiis XIVclɔ. instructum, præfectum & Viceprsæfidem Belgii fœderatorum constituerunt. Seqventi anno, Albano in Hispaniam revocato, Ludovicus Reqvesenius submissus est.

1573. VII. LUDOVICUS REQVESENIUS è domo Zunica, magnus commendator regni Castiliæ, adversus Ludovicum & Henricum Nassovios, Auriaci fratres, in campis Maucensibus, intra Vaalim & Mosam, egregiam victoriam per Sanctium Avilam obtinuit. Bini fratres una cum Christophoro Palatino Rheni, electoris filio, in clade occubuere, sicuti antea tertius frater Adolphus in pugna contra Arenbergium ceciderat. Hispani milites vel qvadruplici seditione victoriam turpiter fœdavere ob stipendia non satis mature soluta. Inde factum, ut, cum frustra Lugdunum obsedissent, qvod, aqvis in castra hostiū immissis, confœderati ab exitio liberabant, impressione in Antverpiam facta, urbem illam ingenti pecunia multarent, & vix à diruptione abstinerent. Inde, Zelandia relicta, Brabantiam cum tumultu ingressi, spacium Ordinibus ad res rectius ordinandas concessere. Coeuntes enim Gandavi unanimiter, nullo diversitatis in religione respectu habito, anno LXXVI. sanxere, ut senatus Hispanicus & omnis externus miles, tanqvam patriæ pestis, arceretur provinciis: arces regiæ in urbibus denudarentur: omnia Albani edicta adversus hæreses suspenderentur: tropæa ejus prosternerentur. Hoc ipso tempore, qvo decreta Ordinum executioni dabantur, Reqvesenius Bruxellis est extinctus. 6

1576. VIII. JOHANNES AUSTRIACUS, Caroli V. filius naturalis, anteqvam gubernationem in Belgio adibat, Antverpia denuo ab Hispanis tumultuantibus occupata, & cæsis amplius V. alii dicunt XI. millibus, tantam prædam egere, qvæ ad qvadragies C. millia æstimata est. Cumq; Austriacus pacis spem initio qvidem faceret, sed & ipse atrocius, qvam Ordinibus tolerandum videbatur, ageret, illi per Wilhelmum Auriacum statim in potestatem redegere Antuerpiam, Lieram, Bergam, Silvam ducis, Bredam, Sternbergam: Austriacum autem ruptorem fœderis & hostem 3

pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

provinciarum declaravere: ejusq; loco elegere Matthiam Austriacum, postea imperatorem, cujus nomine Wilhelmus cœpit omnia agere, arcesq; Antuerpiæ, Gandavi & in aliis urbibus, veluti frenum injectas, destruxit: Amstelodamum Ordinibus subjecit: alias urbes muniit; alias ad deditionem adegit, fretus Gallorum & Anglorum, nonnullorum etiam Germanorum, auxiliis. Austriacus autem, dum undiq; copias cogebat, & jam egregiam victoriam ad Gemblacum reportarat, inexpectata morte ad Namurcum obiit. Amstelodamum autem fœderatorum se partibus associavit cum pluribus oppidis aliis. a

1578. IX. ALEXANDER FARNESIUS, Parmæ & Placentiæ princeps, Margaretæ filius, qvamprimum, reductis in Belgium Hispanis militibus, Austriaco successerat, Mastricum & alia loca magna immanitate cepit & diripuit: qvasdam urbes & provincias, ut à fœdere cum Ordinibus facto ad regem redirent, aut verbis, ut Artesiam, Hannoniam, Mechliniã, Silvam ducis; aut vi adegit, ut Trajectũ & Novesium: utq; Wilhelmus à rege proscriberetur, effecit. Econtra Ordines, primum Ultrajecti arctius inter se fœdus anno LXXIX; dein post biennium Antuerpiæ pepegere: & ab hoc tempore unitæ provinciæ dici cœpere: proq; patria maluere pugnare, qvam simulata pace decipi. Regem Philippum censebant ob violatas provinciarum leges ipso jure principatu excidisse: ipsiq; obedientia renunciata, cum à Matthia Austriaco nihil subsidii esset præstitum, Franciscum Herculem, ducem Alensonium, Henrici III. Galliarum regis fratrem, gubernatorem elegerunt, ducis Brabantiæ & defensoris Belgicæ libertatis titulo illi adjecto. Sic Matthias, cum qvadriennio Belgium nomine Ordinum administrasset, in Germaniam rediit. Alensonius autem, licet omnes conditiones ab initio sibi præscriptas ultro iniisset, cum tamen merum imperium in occupanda Antuerpia & cæteris locis affectaret, & hinc in odium omnium incurrisset, præsertim cum à Farnesio cladem insignem esset passus, in Galliam reversus, & ægritudine animi in morbum prolapsus, non sine suspicione veneni anno LXXXIV. decessit. Quo ipso etiam anno Wilhelmus, sæpius insidiis antea petitus, jam vero à Balthasare Gerhardo Burgundo tormento manuario trajectus, mortalitatem explevit. Dignus est heros,

cujus genealogiam adscribamus. Natus enim est ex gente Nassovia: qvæ jam Henricorum seculo, multis rebus fortiter pro imperio gestis, in Norico inclaruit, inq; plures est disseminata familias. Ex ea prodiere comites & duces Geldrensiu n, domini Dillenbergæ & Cattimeliboci, ad qvos dignitas tandem principum Aurantiæ est delata, domini Wisbadæ, Beilstenii, Weelburgi, Saræpontani & Idsteinæ, ex qvibus ortus est Adolphus, anno cIↄccxII. imperator renunciatus.

VValramus, comes Nassoviæ XXXIII. secundum Bertium in comment. rerum Germ. Obiit anno 1020.

VValramus ob. Noribergæ 1068. — *Otto, primus Geldriæ comes, ab Henrico Aucupe anno 1079. factus: stirps comitum Geldriæ: qvorum ultima Maria nupsit Johanni Egmundano.*

Robertus ob. 1110. — *Arnoldus.*

VValramus.

Henricus ob. 1199. *Robertus, comes Frid. Barbarossæ in Asiam.*

Otto. — *VValramus ob. 1289.*

Henricus dives — *Adolphus imperator.* — *Gerlacus.* — *Johannes, ducta Johanna, comes à Sarbruck.* — *Philippus comes Nass. Sarrapontanus.* — *Philippus, stirps comitum Nass. VVeilpurg.* — *Johannes, stirps comitum Sarrapontanorum.*

Rupertus, gener VVenceslai reg. Bohem. — *Dietbericus, episcopus Trebirens.* — *Mathildis, ux. Rudolphi Habspurg. imper.*

Otto. — *VValramus, ex qvo comites VVeisbadenses.*

Henricus. — *Henricus, ex qvo comites Beilsteinii.*

Otto, comes Dillenbergensis.

Johannes ob. 1361.

Engelbertus Bredam nomine dotis cum uxore accepit.

Johannes senior ob. 1475.

Johannes junior: cujus uxor Elisabetha heres comitatus Cattimelibocensis, litem de eo comitatu movit Landgraviis Hassiæ. Ob. 1516.

VVilhelmus senior, repurgator ecclesiarum, ob. 1559. pater XIV. liber. — *Henricus: cujus uxor Claudia, soror Philiberti herois, filia Johannis de Chalon, principis Auraici.* — *Renatus, adoptatus à Philiberto avunculo, principe Auraico, reliqvit heredem patruelem VVilhelmum anno 1544.*

VVilhelmus, heres Renati, principis Auraici, gubernator Belgii, pater XII. liberor. ex IV. uxoribus. — *Johannes, stirps comitum Dillenberg. in Germ. pater XII. liberorum.* — *Philippus.*

Mauritius, gubernator Belgii. — *Henricus Fridericus, gubernator Belgii.* — *VVilhelmus Henricus postumus.* — *Philippus.* — *Emr. Catharina, ux. Emmonis com. Frisi.* — *Agnes Albertina, ux. VVilhelmi Nass.* — *Loysa, ux. Frid VVilh. elect. Brand.* — *VVilhelmus, gener Caroli regis Britan.*

Ern. Casimir. gubern. Fris. — *Johannes, pater IX. liberorũ.* — *Georgius.* — *Gvilielmus. gubern. Fris.* — *Ernestus, Adolphus. VVilhelmus.* — *Johannes, qvi transiit ad pontific.* — *Johannes Ernestus.* — *Albertus.* — *Henricus.* — *Ludovicus.* — *Georgius.* — *Philippus.*

Ex i s

Cæterum post Wilhelmi fata plures Belgarum, qvibus pontificis magis, qvam reformata, placebat religio, ad gratiam Hispani se denuo applicabant, nomine MALECONTENTORUM vocati, interq; eos Egmondanus & Arschotanus, integræq; civitates. Vi qvoq; ad deditionem coactæ Ypræ, Bruxellæ, Mechlinia, Antuerpia, Gravium, Venloa, Slusa. Brugenses & Gandavenses, non expectata oppugnatione, regi conciliati; tota Flandria & Brabantia ad obseqvium Hispanicum retracta. Ordines reliqvi, frustra subsidio Gallorum implorato, ROBERTUM DUDLEJUM, Lycestriæ comitem, à regina Angliæ cum aliqvibus subsidiis anno LXXXV. impetrarunt: qvi Vlissinga atq; Briela in potestatem redactis, cum provinciam majoribus præsidiis vellet communitam, paulo post deserto Belgio in Angliam rediit, Ordinibus ejus consilia non probantibus. Sic gubernatio MAURITIO, ex Wilhelmo & Anna Electoris Saxoniæ filia nato, cum annum ætatis ageret XX. consentiente Angliæ regina, cum titulo Præfecti generalis, adjuncto ei consultore comite Hohenloo, est demandata, supremusq; senatus, ex legatis Ordinum provinciarum & civitatum Belgii fœderatarum coactus, summum regiminis arbitrium penes se retinuit. Mauritius statim, egregio virtutis specimine, cum tumultuarentur milites Belgici, Bredam strategemate navigii, cespitibus pleni, occupavit: Zutphaniam, Neomagum, Daventriam & alia loca expugnavit: nec patris virtutem modo æqvavit, sed & superavit. Parmensis autem, Alexander nempe Farnesius, subita morte extinctus est anno seculi XCII. cum ob bella Gallica clavum gubernationis interea Mansfeldio commisisset. 14

1592. X. PETRUS ERNESTUS, comes Mansfeldiæ, Vicegubernator, cessit Ernesto Austriaco, & XII post anno obiit Luzelburgi, pater Ernesti Mansfeldii, in tricennali Germanico bello clarissimi. 1

1593. XI. ERNESTUS AUSTRIACUS, frater Rudolphi imperatoris, brevi decessit Bruxellis: cujus tempore Mauritius Gröningam cepit. 2

1595. XII. PETRUS HENRIQVEZ GUSMANNUS, agnatus Albani, comes Fontanus, Vicegubernator, Huense oppidum in ripa Mosæ expugnavit, ut & Castellettum, arcem Galliæ limitaneam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

& Cameraeum, ducemq; Bullionæum ad opem obsesso Dorlano ferendam advolantem profligavit.

1596. XIII. & XIV. ALBERTUS AUSTRIACUS, Ernesti frater, ultimus ex stirpe Maximiliani II. Cardinalis hactenus & Archiepiscopus Toletanus, ducta indultu pontificis ISABELLA CLARA EUGENIA, regis sorore natu majore, Belgii gubernator cum hereditario jure Belgii, per Isabellam accepto, factus, per aliqvod tempus, qvo in Hispaniam abierat, ANDREAM AUSTRIACUM CARDINALEM constituit Vicegubernatorem, & post multos tandem conatus, impetu etiam in Cliviam & Westphaliam per Franciscum Mendozam regii exercitus ducem & Arragoniæ Admiralium facto, Mauritium ad prælium Neuportense in Flandria anno cIↄIↄc. invitavit: in qvo Ordines confæderati, qvos primus Hispanorum impetus retro cedere coegerat, victores facti, non saltem sex amplius hostium millia peremerunt, sed & inter captivos ipsum Mendozam vivum ceperunt. Anno seqventi cum jam negotiationis in Indiam orientalem esset factum initium, Albertus Ostendam magnis sumtibus obsidere; majori conatu oppugnare cœpit: iisq; viribus rem egit, ut uno mense L. mille tormentorum ictus numerati sint. Frustra tamen omnis opera insumta est. Tandem, cum Ambrosius Spinula Genuensis, qvi fratrem in Hollandia amiserat, ligone & dolabra oppidanos expugnandos arbitratus, cuniculis rem tam strenue agerer, ut novam urbem Trojam cives & milites molirentur, deditione oppidum munitissimum post trium annorum obsidionem captum est. Numerantur CXLVIIIcIↄ. qvi ex utraq; parte tempore obsidionis fame & ferro aliisq; modis periere. Damnum amissæ Ostendæ Mauritius expugnatione Slusæ & aliorum oppidorum compensavit: cumq; in virtute Mauritii solertia Spinulæ se diu exercuisset, & à neutra parte furores Martis absq; insigni damno sustinerentur, insignis etiã victoria navalis ab Hemskerkio, ad columnas Herculis, anno seculi VII. extorta esset, post biennium induciæ in XII. annos, bello tamen ultra æqvatorem durante, pactæ sunt. Interea cum post Delfensium feminarum tumultum, anno seculi XVI. factum, Arminiani, autore Jacobo Arminio, de prædestinatione aliter, atq; Franciscus Gomarus & reliqvi in Belgio Theologi re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

formati, docerent, seq; Remonstrantes; & Arminianos adversarios ContraRemonstrantes & Gomarianos vocarent, inter eos Joh. Oldenbarnefeldius, Hollandiæ & Frisiæ advocatus, suæ reipubl. Cato habitus, qvia Arminianos milites jam alicubi scribentibus favebat, cumq; asseclis vinculum unionis Belgicæ rupturus, provincias disjuncturus, religionem mutaturus, & Mauritium principem ab imperio remoturus videbatur, supplicio ultimo, vir ultimæ senectutis, est affectus. Hugo Grotius, syndicus Roterodamensium, perpetuo addictus carceri, inde fide uxoris in Galliam evasit, cistæ inclusus. Synodus inde nationalis Reformatorum contra Arminianos Dordraci est celebrata, & decreta condita, qvæ ex actis synodalibus peti possunt. Interea Albertus, anno seculi XXI. qvo Philippus III. rex Hispaniæ, decessit; Isabella autem, qvæ usq; ad annum XXXIII. superfuit, pergebat gubernare Belgium: sub qva Hispani, finitis XII. annorum induciis, per Spinulam, cum Slusam irrito conatu tentassent, Juliacum anno seculi XXII. & post biennium Bredam in Brabantia diuturna obsidione in potestatem redegerunt. Princeps Mauritius hanc Hispanorum victoriam, qvibus nunqvam concesserat victoriam, noluit expectare, morte abreptus, integram nominis famam non corrodente. Fratri illius, Henrico Friderico, gubernacula Ordines confæderati commiserunt: qvi, damnum in Breda amissa acceptum novis mox victoriis solatus, ereptis primo per Petrum Petreium thalassiarchum Hispano navibus Indicis argento onustis; deinde, nihil impetum Hispanorum sub Henrico comite Montensi & Cæsareanorum sub comitibus de MonteCuculi & Johanne Nassovio moratus, irruptione in Velaviã facta, occupatis Vesalia, Silva ducis, Reinbergo, Schenckiano propugnaculo, Venloa, Trajecto; recuperata etiam ipsa Breda, latiores terminos constituit Ordinibus confæderatis, & anno seculi XXXII. recepto ad se Henrico comite à Monte, qvi desertis regiis partibus ad Ordines transfugerat, res Hispanicas valde turbavit. Circa hæc tempora à nonnullis civibus fæderati Belgii negotiatio in Indiam occidentalem stupendis sumtibus est suscepta. Prima illius navigatio anno seculi X[illegible]. instituebatur, non sine gravi Hispanorum damno: qvibus plurima in Brasilia loca; plures etiam naves mercibus onustæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

hac expeditione ereptæ sunt. Ibat illuc tandem anno XXXVII. Johannes Mauritius Nassovius,& variis ab Hispanis victoriis reportatis, in ipsa Africæ insula Thomæ, & aliis munitionibus, robur Hollandicum firmabat. Cumq; interea Lusitani, ab Hispanis deficientes, sibi regem constituissent, illis sociatus, non cessavit hostibus negotia facessere. Nec tamen firma diu permansit hæc amicitia, Lusitanis sibi dominium Indiæ occidentalis vindicantibus. Inde factum, ut vires Batavorum admodum illic locorum flaccescant. 38

1633. XV. FERDINANDUS, archiepiscopus Toletanus & Cardinalis, regis Hispanorum Philippi III. filius, qvi sibi adscivit ad tempus Vicegubernatorem Marchionem de Aytona. Rebus imperatoris contra confæderatos in Germania variis auxiliis subvenit, & victoriæ Nordlingensis non postrema causa fuit. Hic repentina vi propugnaculum Schenkianum intercepit: qvod tamen post biennium ad Ordines, una cum Breda, rediit: qvi etiam Hispanis in Africa Gvineæ propugnaculum Minam eripuere. Venloam interim ille & Ruremundam in potestatem redegit. Cumq; postea Galli Aviam in Artesia diuturna obsidione expugnassent, ipseq; eam, anteqvam necessario commeatu muniretur, recepisset, octavo gubernationis anno decessit, anno nempe seculi XLI. Ejus loco aliqvandiu vicario nomine præfuere Franciscus de Melo & Andreas Cantelmo, gubernalis dux exercituum. 8

1641. FRANCISCUS DE MELO, comes Astimariæ, & ANDREAS CANTELMO, Vicegubernatores: sub qvibus sunt continuata cum Hispanis bella. Eorum tempore Hollandi Hulstum interceperunt. Aurelianensis autem Mardicum cepit in Flandria: &, cum illud paulo post per insidias reciperent Hispani, junctis cum Angviensi, Gassionio & Ranzovio viribus, capto prius Cortraco & Winoxberga, post diuturnam obsidionem denuo in potestatem recepit, & vi postea occupata Dunqvercha, nobilissimo omnium in Flandria portu, unde hactenus maria infesta fuerant, victoriis suis egregium addidit cumulum. Hoc tempore, anno nempe seculi XLVII Henricus Fridericus, militiæ Ordinum Belgii fœderatorum præfectus defunctus, successorem reliqvit filium Wilhelmum Mauritium, generum Caroli, regis Angliæ. 6

1647. XVI. LEOPOLDUS WILHELMUS, Austriacus, Ferdinandi II. imp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

imp. F. qvamprimum gubernationem Belgii ipse adiisset, Contracum Gallis extorsit: qvi tamen, Ypris expugnatis, damnum compensarunt. Tentabant etiam per Ranzovium, Dunqverchæ gubernatorem, Ostendam: sed accepta clade sunt repulsi: nec sen el Picardia excursionibus tentata. Verum & hoc damnum solati sunt egregia victoria, qvam inter Atrebatum & Bassæam obtinuere sub Condæo: qvi, persecutus victoriã, recuperavit Wurnam, qvam paulo ante Ostendæ gubernator Gallis eripuerat. Sed cum Gallia intestinis discordiis cœpisset laborare, & Ordines Galliæ à consiliis reginæ matris, sub cujus tutela rex adolescebat, qvæq; à nutu Julii Mazarini Cardinalis pendens, Condæum in custodiam abduci curaverat, diffiderent, populusq; tributorum abolitionem peteret, Leopoldus Wilhelmus diffidentibus cum valido exercitu supervenit. Rejectus tamen est in Belgium: & Galli, composita inter se pace, Cameracum obsidione, sed frustra, tentarunt. Hinc, durantibus adhuc inter Hispanos & Gallos bellis, pax coaluit in Belgio, Monasterii plurimis annis procurata, in qvâ à jurisdictione Hispanorum liberi pronunciantur Ordines fœderati. Sub illorum jurisdictione hoc tempore sunt comitatus Hollandiæ, in qvo Amstelodamum, Roterodamum, Dordracum, Harlemum, Lugdunum, Delphtum: comitatus Selandiæ, in qvo Middelburgum & Flissinga: Frisia occidentalis, in qva Leowardia & Harlingia: dynastia Grœningia: provincia Ultrajecti: provincia Transisulana, in qva Daventria, Campena, Svolla: dodrans ducatus Geldriæ & comitatus Zutphaniæ, ubi Neomagum, Arnhemum, Hardewicum: in ducatu Brabantiæ Silvaducis, Trajectus Mosæ, Breda, Berga Somensis, Grava, Hulsta, Lilloum, Ravesteinium, Kempenia, Pelandia, Maeslandia, Osterwicum: in comitatu Flandriæ Slusa, cum Aldenburgo & Ysendikio, Axella, Ferneusium, Birtletum: qvo in oppido Gvil. Buckeldium vel Bockelium civem dicunt primum halecem muria & sale condiisse, & ad peregrina loca exportasse: in ducatu Cliviæ, Vesalia, Emmericum, Gennepa: in Frisia orientali seu comitatu Emdeno Rorortum & præsidium in Embda. Et hæc in Europa. In Africa possident munimentum Argvini seu promontorium capitis vernantis in insulis Canariis, & adhuc aliud illi oppositum: mu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

nimentum item D. Georgii & Naſſoviæ in Gvinea: inſulam D. Thomæ: urbem D. Pauli in regno Angolæ, inter inſulam D. Thomæ & Caput bonæ ſpei. In Aſia, urbem Bataviæ, olim Jocatram, in Java majore: munimentum Geldriæ in littore Coromandelæ verſus regnum Narſingiæ: in inſulis Moluccis novem munimenta: in Banda inſula unum: in Amboina unum: plura in inſula Zeila: urbem Malaccam ſupra Sumatram inſulam: munimentum Selandiæ in inſula Formoſa inter inſulas Japoniæ Philippinas. In America meridionali, per Braſiliam, Fernambucum, Tamaricam, Parcibam, Riograndem, Ciaram, Maragnonum: in ſeptentrionali, novum Belgium inter novam Franciam & Virginiam, inq; eo Amſtelodamum & Auraicum. Cæterum anno ſeculi noſtri L. præfectus Ordinum generalium Wilh. Fridericus obiit: cujus filius poſtumus, ut in dignitate paterna conſervetur, conſenſere Ordines: qvi his annis grave bellum gerunt cum nova Anglorum repu-blica, qvia, qvæ à regibus Angliæ cum illis pacta qvondam ſunt, non ratihabentur.

VI. Ad remp. Helvetiorum, ſi placet, transibimus à confœderatis Belgii Ordinibus.

HELVETII, Celtarum gens, ob qvotidiana fere prælia cum finitimis Germanis bellicoſiſſimi habiti, Cimbris ſe ſociarunt in expeditione adverſus Romanos ſub duce Divico. Et, qvanqvam Caſſ. Longinum Cos. cum exercitu profligato peremere, à Mario tandem repreſſi, ad ſua rediere, receptis ad ſe illis Cimbris, qvi ex clade fuere ſuperſtites. Tempore J. Cæſaris in IV. provincias, qvas vocarunt pagos, erant diviſi. Pagi illi fuere, Tigurinus: Verbigenus: Aventicenſis: Antuas. Hos qvi incoluere, dominatum in univerſam Galliam affectantes, libertatem amiſere, ut in hiſtoria J. Cæſaris diximus. Poſtea Belgis accenſi ſunt in Belgica provincia, qvam vocabant Seqvanorum maximam: unde etiam vocabantur Celtobelgæ. Poſt necem Neronis, partes Ottonis contra Vitellium tutabantur. Sed victi à Vitellii duce A. Cæcina, à Rhætis adjuto, ſic ab eo tempore debilitati ſunt, ut, Rhætorum poteſtate undiqvaq; aucta, inter illos & Seqvanos provincia Helvetiorum divideretur. Tandem ſe confœderatis adverſus Romanos Alemannis junxere Et ab hoc tempore habiti ſunt pars Alemannorum, & adverſus Rhætos prævaluere Qva de cauſa Conſtantio Chloro, ejusq; ex Conſtantino M. nepoti Conſtantio, ut & Juliano, multæ expe i i-ones adverſus Alemannos erant ſuſcipiendæ. Tempore Honorii, Helvetiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

vetiam Burgundiones, & cum illis Nuithones, ingressi, partem illius sibi rapuerunt, & Burgundiam minorem dixerunt. Aliam partem denuo ad se traxere postea Alemanni, qvæ cœpit dici Helvetia Alemannica. Qvamprimum autem Francica gens, victis à Ludovico M. Alemannis, rerum in Germania & Gallia potita est, reges etiam Burgundionũ sunt extirpati, & Helvetia ab illo tempore primũ sub imperio fuit regum Galliæ; deinde sub imperatoribus Germaniæ, donec anno ɪↄccccLxxxvIII. Rudolphus, Conradi comitis filius, regium Burgundiæ titulum denuo sibi usurparet, & præcipuam Helvetiæ partem sibi vendicaret. Nunc omnis Helvetia in xIII. cantonibus (sic vocant) seu populis consistit: qvorum tres sunt vici, Svitia, Glarona, Abbatiscella; octo urbes, Tigurinum, cui primus inter fœderatos locus ceditur, Berna, Lucerna, Basilea, Tugium, Friburgum, Solodurum, Scaphusia: duæ tandem regiones, Unterwaldia & Uranii. Confœderati illis sunt, in eandem societatem suscepti, Abbas & oppidum S. Galli; Rhæti, qvos Itali putant reliqvias esse Tuscorum à Gallis victorũ, inq; montana secedentium, qvosq; Grisones vocant; Germani Grawpundaeros, ut & Vallesii, vallẽ in Alpibus amplissimam ad lacum Lemanũ incolentes: Rotevila item, Mulhusium, Bienna & Geneva. Qvo accedunt præfecturæ, qvæ communi Helveticorum pagorum imperio reguntur, inter qvas præcipuus est comitatus Badensium. Primi omnium fœdus inierunt Urii, Svitii & Unterwaldii. Causam præbuere nobiles, qvi plebem opibus auctis spernere, & eam imperio suo obnoxiam reddere cœperant. Præfecti, qvos imperatores dare consveverant, ad hominum sui ordinis libidinem connivebant: suamq; imprimis potentiam illo tempore stabiliebant, qvo universa Germania in factiones abiit, his pontificum; illis imperatorum partes seqventibus. Cæterum in anarchia illa, inq; interregno, qvo post Fridericum II. viginti amplius annos Germania vero destituebatur capite, in apertum bellum res erupit, cum populus, injurias potentiorum ulterius non laturus, arma caperet, & eos, qvi injustam vim aliis intulerant, regione ejiceret. Rudolphus imperator, pace inter partes diffidentes facta, libertati populi largiter indulsit. Idem fecit Adolphus Nassovius. Qvamprimum autem Rudolphi filius, Albertus Austriacus, fasces imperii adversus Nassovium corriperet, gravis & molestus Helveticæ libertati adversarius extitit. Cum enim plures haberet liberos, ut opibus eos & multis provinciis augeret, cum alibi potentiam domus suæ admodum firmavit, tum in Helvetia, ubi amplissimas possessiones hereditate adierat, novum principatum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

patum inſtituere cœpit, qvæq; imperii erant, Auſtriacis ſuis aſſeruit, ſeq; cum ſuis liberis ab omnibus, eccleſiaſticis imprimis collegiis, patronum coli voluit, arcesq; qvasdam in pagis, qvæ ante monaſteriorum fuerant & comitum, certis pactis vindicavit, deq; ipſis pagis in ſuam poteſtatem redigendis jam conſilia agitavit. Miſſi ab eo præfecti, non jam imperii, ſed Auſtriacæ domus nomine imperabant, ſuæq; inſolentiæ patronum Cæſarem nacti, nullum modum injuriarum arcibusq; fecerunt, arcibusq; novis libertatem populi graviter premebant. Fuit ex illis Geslerus, qvi, ut deprehenderet eos, qvi clam dicebantur pro libertate conſpiraſſe, Altorfi pileum, prælongæ perticæ impoſitum, nudato capite, plexisq; genubus, juberet tanqvam ſe præſentem venerari. Id facere nolenti WILHELMO TELLIO hanc pœnam irrogavit, ut pomum in vertice filioli collocatum ſagitta dejiceret. Præſtitit ille rem diſcrimine plenam: cumq; alia adhuc ſagitta apud eum deprehenderetur, qva, ſi priore filius periiſſet, ipſum ſublaturus fuiſſet præfectum, navi impoſitus eſt, ut in perpetuos abduceretur carceres. Sed tempeſtate ſuborta, cum vinculis ſolutus juberetur robur in gubernaculo regendo exerere, navi in ſaxum prominens ultro deducta, deſiliit, inq; montes proximos ſeſe proripiens, vindictam animo meditabatur. Tandem tres Uriorum, Suitiorum, & Underwaldenſium ſeu Silvaniorum pagi, arcibus per inſidias occupatis & deſtructis, præfectisq; pulſis, in libertatem ſe primi anno cIↄcccviii. vindicarunt. Henricus Lůzelburgenſis, qvi Alberto in imperio ſucceſſit, veteres Helvetiis immunitates confirmavit, atq; præfectum illis miſit, qvi nomine imperii jus illis diceret. Defuncto Henrico, cum qvatuor electorum in Ludovicum Bavarum incumberent; tres reliqvi Fridericum Pulcrum, Alberti filium, eligerent, Helvetii adhæſerunt illi, qvi numero ſuffragiorum vicerat. Fridericus igitur, miſſo filio Leopoldo, bellum illis intulit. Sed tres pagi confæderati, exiguis copiis prælio congreſſi, illum fuderunt, proſtraverunt, bellumq; duobus amplius annis ſuſtinuerunt, & fidelē Ludovico imperatori navaverunt operam. Succeſſu trium pagorum moti reliqvi Helvetii, libertatisq; dulcedine allecti, in fæderis adverſus Auſtriacos ſocietatē venere: Lucernates anno cIↄcccxxxii; Tigurini, variis antea diſſidiis jactati, anno poſt xix; Tugii anno ſeqventi; anno ſeculi ejusdem lvii. Glaronenſes, & paulo poſt Bernates. Hæc fædera Auſtriaci variis conſiliis, variisq; in Helvetios expeditionibus nitebantur impedire, & vel tertia obſidione premebant Tigurinos. Carolus etiam Audax, dux Burgundiæ, ſeſe illis oppoſuit, ſed hoc

eſſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

effectu, ut ipse cæderetur: pleriq; etiam imperii proceres, rem ita ipso imperatore dirigente, adversus illos in fœdus Svevicum coiere: & Maximilianus I. exeunte seculo xv. vel octo præliis, qvanqvam non sperato successu, cum illis conflixit in bello, qvod vocant Svevicum. Vis virorum unita perstitit. Octo jam coaluerant pagi, & viribus jam maximis erant pares, mutuoq; sese auxilio contra omnem vim alacriter tutabantur. Nec jam principes, sed & ipsi imperatores, Sigismundus & Maximilianus, regesq; Gallorum, à fœderatis Helvetiorum rebuspub. petebant auxilia, & certis pactis sociabantur. Successu temporis octo pagis, qvos vocant superiores, adscripta sunt Friburgum, Basilea Rauracorum caput, Scaphusia, & tandem anno cIↃIↃxiii. Abbatiscella. Hi qvinq; pagi diu ante, qvam reliqvis jungebantur, peculiari fœdere fuerant invicem obligati: nunc autem in commune fœdus recepti, vires sociatarum civitatum admodum auxere. Cæterum superiori seculo nonnulli pagi, autore Zwinglio, reformatæ sese religioni addixere; reliqvi à partibus Romani pontificis separari noluere. Tandem post varios tumultus, in qvibus ipse Zwinglius anno seculi superioris xxxi. inter pugnantes occubuit, libertas religioni est procreata. De VALLE TELLINA ad radices Alpium, qvam vulgo vocant VELTLINIUM, fertilissima inter montes Rhæticos planitie, maximi momenti ad militem Germanum in Italiam transmittendũ, ingens imprimis qvæstio est suborta. Fuit ille tractus antiqvitus Mediolanensium. Postqvam autem Maximilianus, dux Mediolani, anno cIↃIↃxii. Helvetiorum & Rhætorum auxiliis ducatum à Gallis occupatum recepisset, Helvetiis alias ditiones; Rhætiis Vallem Tellinam cum comitatu Clavensi & Wormsensi concessit. Qvia autem Rhætorum præfecti durius incolas vallis tractabant, & dissidia de religione incrementa sumebant, graves subinde motus excitati sunt. Anno seculi nostri tertio, Rhætorum aliqvi Venetis, qvibus negotium facessebant Paulus V. & Austriaci, certo pacto concesserant, ut angustiæ illæ ipsis ad necessitatem paterent. Alii diversum cum Hispanis & Mediolanensibus fœdus pepigerant. Cumq; sic in factiones discederetur, Vallis Tellinæ incolæ tandem, pertæsi Rhætorum, tum qvia nimis se gravarent exactionibus, tum qvia religio eorum reformata ipsis, Romana sacra probantibus, non placeret, anno seculi xx omnibus Protestantibus immani cæde trucidatis, gubernatori Mediolanensi, duci Feriensi, adeoq; regi Hispanorum, sese submisere: qvi pedetentim totam provinciam in suam redegit potestatem, &, ad majorem securitatem, arces & castella passim extruxit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Gallus, missis ad Hispanum legatis, vallis restitutionem postulabat: qvam cum ille qvidem Madriti promitteret, sed non præstaret, & munimenta Vallis in potestatem pontificis eousq; resignaret, donec inter reges transactum esset, Venetis & Sabaudo fœdere sibi junctis, armisq; correptis, atq; Helvetiis & Rhætis in partes tractis, per Cæurium Hispani præsidia passim è munimentis deturbabat. Ille, cum nollet angustiis Vallis privari, fœdere principes & respublicas Italiæ sibi obstrinxit, & validum exercitum Gallo & Sabaudo opposuit. Sed illi nihil cunctati, eruptione in agros Genuensium satis feliciter facta, bellum ubiq; magis magisq; accendebant. Cum autem Genuensibus auxilia submitterentur è Germania, tandem de pace actum est: qvæ sic coiit anno seculi XXVI. ut res Rhætorum & vallis Tellina in eum restitueretur statum, in qvo ante bellum fuissent, & munimenta diruerentur. Sic bellum qvidem est in Helvetia sopitum: qvæ tamen postea subinde turbis illis diuturnis implicata est, qvæ à tricennali Germanico bello vicinis simul incumbebant.

VII. Belgarum & Helvetiorum in Germania respublicas confœderatas intelligo sese imperio imperatorum qvocunq; exemtionis jure subtraxisse, & nunc suis vivere legibus. Sed qvæ est ipsorum imperii Germanici membrorum facies?

Membra Romani in Germania imperii hodie sive per circulos, sive per classes distingvi, docent politici. Olim per QVATERNIONES distributa sunt, idq; eum in finem, ut, cum de republica deliberandum esset, non omnis ordinum multitudo, sed delecti ex omnibus, & qvidem ex singulis collegiorum corporibus, qvaternario numero evocarentur. Qvatuor enim numerabant electores ecclesiasticos, Romanum archipatriarcham, Moguntinum archicancellarium per Germaniam, Treverensem per Galliam; Coloniensem per Italiam & insulas: qvatuor electores laicos, Bohemum archipincernam, Palatinum archidapiferum, Saxonem archimareschallum, Brandeburgum archicamerarium: qvatuor reges, Romanum, Franciæ, Poloniæ, Hungariæ: qvatuor patriarchas, Romanum, Constantinopolitanum, Aqvilejensem, (pro qvo olim Alexandrinus) Ravennatem, (pro qvo olim Antiochenus:) qvatuor primates, Magdeburgensem, Lugdunensem, Strigoniensem, Gnesnensem: qvatuor Cancellarios, Toletanum, Cantuariensem, Strigoniensem, Gnesnensem: qvatuor archiepiscopos, Salisburgensem, Rhemensem, Mediolanensem (Bremensem:) qvatuor episcopos, Babenbergensem, Misnensem, Ratisbonensem, Herbipolensem: qvatuor duces, Bavarum, Brunsvicensem, Svevum, Lotharingum: aut, ut alii volunt, Au-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Auſtrium, Saxonem, Palatinum, Burgundum: qvatuor archipalatinos, Rheni, Saxoniæ, Franciæ, Hungariæ: qvatuor Vexilliferos, Bavarum, Mediolanenſem, Auſtrium, Polonum: qvatuor vicarios, Brabantum, inferiorem Saxonem, Weſtrium, Sileſium, aut, ſecundum alios, Auſtrium, Mediolanenſem, Sabaudum, Burgundum: qvatuor marchiones, Moravum, Miſnicum, Brandeburgicum, Badenſem: qvatuor Landgravios, Thuringum, Alſatum, Haſſum, Leuchtenburgicum: qvatuor Burggravios, Norinbergenſem, Magdeburgenſem, Reineccenſem, Strombergenſem: qvatuor comites campiductores ſeu Heergravios, Flandrũ, Tyrolenſem, Aldenburgenſem, Ferrarienſem. totidẽ comites imperii, Clivenſem, Schwartzenburgicũ, Ciliienſem ſeu Græzium, Sabaudum. Limburgenſis, Tuſſenſis in Helvetia, Weſterburgenſis, Aldenwaldenſis, erant Liberi Barones: Fuldenſis, Cãpodunenſis, Weiſſenburgenſis, Murbacenſis, Abbates principes: Juliacenſis, Pappenheimenſis, Miſnenſis, Finitingenſis, mareſcalli: Andlavienſis, Meldingenſis, Strundeccenſis, Frawenbergenſis, eqvites: Hurnenſis, Vrachenſis, Schaumburgenſis, Meſtenſis, venatores inferiores. Inter ſuperiores venatores qvatuor, erant Carinthius & Pomeranus: Colonia, Ratisbona, Conſtantia, Salisburgum, ruſtici: Augusta Vindelicorum, Aqvisgranum, Metis, Lubeca, civitates imperiales: Aqvisgranum, Arelatum, Mediolanum, Roma, civitates inaugurales: Neapolis, Lutetia, Cracovia, Buda (aliis Hafnia) civitates regales: Praga, Heidelberga, Wittenberga, Cuſtrinum, civitates electorales: Babenberga, Ulma, Hagenoa, Seleſtadium, pagi: Ingehelmia, Altdorfium, Lichtenavia, Deckendorfium, vici: Altenburgum, Magdeburgum, Rotenburgum, Mechlenburgum, caſtra. Tandem qvatuor officia hereditaria per Sveviam distribuebantur, ut dapifer eſſet Waldburgenſis; pincerna Radachenſis; mareſcallus Marckdorfenſis; camerarius Kemnatenſis. Sed in his qvadrigis & qvaternionibus ſeu tetradiis pleraq; jam noſtro ævo exoleta & abolita; nonnulla mutata; plura addita ſunt. Accuratius enim primum CIRCULI; deinde CLASSES imperium Romanum dividunt. CIRCULORUM, anno clↄlↄ. Auguſtæ Vindelicorum, ſex primum conſtituti ſunt: poſt annos XXII. Norібergæ denarius numerus placuit: qvorum pleriq; tribus conſtant Ordinibus, eccleſiaſticorum, principum politicorum, & civitatum imperii liberarum: pleriq;, inqvam. Nam in Auſtriaco nullæ ſunt liberæ civitates, ſed nec in Saxonico ſuperiore, licet olim in illo Dantiſcum & Elbinga inter eas numeratæ ſint. In his circulis de ordinanda re bellica, deq; auxiliis manu ar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

mata expediendis, & de tributis in eum usum conferendis potissimum consultari solet. Primus est Austriacus & Tyrolensis: alter Burgundicus: tertius electorum Rheni qvatuor: qvartus Saxonicus superior: qvintus Franconicus: sextus Noricus & Bavaricus: septimus Svevicus & Wurtenbergicus: octavus Rhenanus superior: nonus Westphalicus: decimus Saxonicus inferior. In his decem circulis septem sunt CLASSES, qvarum prima est VII. electorum: altera qvatuor archiepiscoporum, Magdeburgensis, Salisburgensis, Bremensis & Vesontini: tertia episcoporum, qvorum hodie XXXII. in comitiis locum habent: qvarta principum politicorum, qvorum hodie pauciores inveniuntur, qvam olim, familiæ. Duces enim Sveviæ, Styriæ, Carinthiæ, Juliæ, Cliviæ & Montium, ut & marchiones Moraviæ & Lusatiæ; landgravii etiam præter Hassum omnes; comes Tyrolensis & Hennebergicus, & multæ aliæ florentissimæ qvondam familiæ, suas ditiones, sobole sibi negata, ad cognatos aut vicinos principes transmiserunt. Porro in qvinta statuum imperii classe prælati sunt & abbates; Sextam faciunt comites & barones: ultimam civitates.

VIII. *Immensum dicendi campum se nobis aperire video, si omnium Germaniæ principum historiam nobis sumeremus describendam.*

Illud vero nec institutum nostrum permittit, nec hæ libri pagellæ capiunt. Eorum saltem principū & ducum familias paulisper perlustrabimus, qvorum potentiam per Germaniam maxime videmus vigere. Pauca tamen de CIVITATIBUS præmittemus: qvarū alias novimus esse PROVINCIALES, qvæ imperatorū beneficio principibus commendatæ sunt, juris comitiorum expertes, aliæ IMPERIALES, qvæ directo Cæsaris imperio sunt subjectæ, juris comitiorum compotes, nec nisi certa lege & conventione principem aliqvem superiorem agnoscunt, in cæteris integra libertate fruentes. Sic Norimbergenses, Magdeburgenses, Goslarienses, etsi illorum burggravius est elector Brandeburgensis; istorū elector Saxoniæ; & in hos maxima jura sibi vendicant duces Brunsvicenses, præcipuum tamen inter urbes liberas, si comitia celebrantur, locū obtinent. Ex utrisq;, cum imperialibus tum provincialibus, nonnullæ certo fœdere counitæ, uno nomine HANSEATICÆ in Anza Teutonica vocantur, sive qvod ad mare sitæ sunt, sive qvod antiqvo vocabulo Ansi, qvod aut proceres & opulentos, aut concilium & congregationem, aut deniq; onus significat, fœderatarum rerumpublicarum præeminentiam & officium notare voluerunt. Luculentum de iis tractatum J. Angelius Werdenhagen nuper edidit, qvo demonstrat, eo tem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tempore, qvo Vandalicæ civitates maritimæ & imprimis Lubeca, qvæ inter omnes caput extulit, in Norvegia non fine ingenti periculo cœperunt commercia exercere, certis qvibusdam fœderis capitibus, de ferendo mutuo auxilio inter se conceptis, fundamentum potentissimæ reipublicæ jecisse. Qvod tamen ipsum non ita intelligendum est, ac si ante illud tempus nullo vinculo civitates combinatæ fuerint. Fuerunt enim in littore maris Balthici nobilissima emporia, qvæ nullis aliis cedebant, Bardevicum in Megapoli, Julinum, Ancona, Wineta in nostra Pomerania & Rugia: qvarum aliqvæ tandem intestinis odiis & dissidiis, aqvarumq; irruentium impetu absorptæ; aliqvæ à Danis expugnatæ deletæq; sunt. Has cum reliqvis in tantam amplitudinem sine societate commerciorum pervenisse, verisimile non est. Qvam ob causam alii initium fœderis Hanseatici ad illud tempus referunt, qvo Hunnorum, aliarumq; in Germania vexanda gentium, immanitas primo erupit. Hinc Casparus Vopellius in Rhenana tabula censet, Anzam ultra omnem hominum memoriam nihil aliud fuisse, qvam honestam societatem plurium civitatum, qvin etiam pagorum, olim cum propter multifaria accepta relataq; beneficia, tum ut mutuus ac securus terra mariq; constaret mercaturæ intercursus, ab Angliæ, Galliæ, Daniæ, Sveciæ, Poloniæ & magnæ Moscoviæ regibus, & Brabantiæ ducibus, multis privilegiis dotatam. Werdenhagius autor est, tunc primum, cum Sverus, rex Norvegiæ, mercatoribus libertatem mercium in suo regno tractandarum concessit, civitates maritimas se univisse, & societatem, impetratis privilegiis Norvegianis, certa fœderis formula consolidasse. Factum id esse putat circa annum cIɔcc. Reges, qvi Sverum insecuti sunt, jam Hanseaticis civitatibus privilegia amplissima concesserunt, jam illis per malevolos infensi facti, armis cum eis contenderunt. Sed jam eo potentiæ accreverat civitatum robur, ut nec regum minas meruerent. Qvin & sæpe illarum ope gravia bella composita, & discordiæ vicinorum regum principumq; sopitæ sunt, & pax restituta, ut merito societas illarum seqvestra pacis, publicæq; per Germaniam tranqvillitatis procuratrix multis jam seculis habita sit. Cuicunq; se illa parti adjunxit, certam illi de victoria obtinenda spem peperit. Etsi autem initio Vandalicæ civitates huic societati occasionem dederunt, pedetentim tamen plures accessere, ut tandem omnis Hansa Teutonica in qvatuor partes seu regiones divisa sit, qvarum unaqvæq; suam habuit metropolin. Prima est Vandalica, cujus, imo totius societatis, caput est Lubeca, qvæ habet sibi junctas Hamburgum, Rosto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

chium, Wismariam, & in nostra Pomerania Stetinum, Stralsundum, Anclamum, Gripswaldiam, Stargardiam, Golnaviam, Colbergam, Stolpam. Altera est Saxonica sub capite Brunsviga, qvæ sub se habet Magdeburgum, Luneburgum, Goslariam, Embeccam, Göttingam, Hildesheimium, Hannoveram, Ulsam, Buxtehudam, Stadam, Bremam, Hammelam, Mindam. Tertia est Borussica, cujus caput est Dantiscum; membra, Regiomontum, Torunia, Elbinga, Brunsberga: Livonicæ qvoq; urbes, Riga, Dorpatum & Revalia. Ultima est Coloniensis, qvæ & Hansa Occidentalis dicitur, sub Colonia Agrippina, ad qvam pertinent civitates Clivenses, Westphalicæ, Geldricæ, Belgicæ, Transisalanæ & Frisicæ. His omnibus civitatibus qvatuor fuere primaria emporia, qvæ Cuntores vocant, & in qvibus civitatum negotiatores resident, suosq; mercatus exercent, Novogardia in Russia, Londinum in Anglia, Brugæ in Belgia, (unde commercia omnia Antuerpiam, Brabantiæ urbem, translata sunt, & nunc ad Amstelodamenses transferri videntur) Bergæ in Norvegia: qvibus in emporiis non mercaturam saltem exercebant, sed & juvenes in collegiis certis educari curabant. Ut autem nihil sub sole constans, ita nunc temporis longius à prisco fœdere discesserunt civitates Hanseaticæ: in qvo si denuo arctius se colligari patiuntur, facilius & hostibus resistent, & mercibus tractandis felicius incumbent. Confer Thuanum libro LI. Pontanum lib. II. de orig. Francic. cap. VIII. & Polyd. Virg. lib. XVI.

LX. *E civitatibus si baronum, comitum, episcoporum, principum & electorum aulas ingredi, omniumq; origines, seriem & familias secundum leges historiæ nostræ perlustrare vellemus, opus esset Iliade prolixius expectandum.*

Nec tamen nihil dicemus: sed qvos hoc tempore duces & principes in Germania maxime florere novimus, illorum antecessores brevi verborum compendio producemus. Inter illos ut eminent ELECTORES, ita ab illis initium sumus facturi. De ecclesiasticis electoribus, ut & de episcopis, prælatis & abbatibus notamus initio, qvod, ut olim, divinæ rei intenti, regimen provinciarum judicibus comitibusq;, ab imperatore constitutis, commiserunt, nullo unqvam gladio accincti, aut dominiis politicis à sacris avocati, ita pedetentim cœperunt post acerrimas pontificum concertationes, qvibus imperatores qvasi sub jugum missi sunt, omne jus, etiam seculare, sibi vendicare: præfectos non imperatoris, sed suo nomine constituere: bella gerere: limites producere: vectigalia imponere. Interpretationes sacræ scripturæ ex collegiis Canonicorum in Academias transfe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

rebantur. Concionandi munus monachis; dispensationem Sacramentorum indocto alicui pastori; disciplinam ecclesiasticam officialibus; examen & ordinationem ministrorum suffraganeis commiserunt. Summa. Mandato Salvatoris neglecto, more gentium dominaturi, omnem praeeminentiam ad se rapuerunt, nec tam episcopi erant & antistites, qvam principes, & suarum parochiarum domini, à nutu papae, tanqvam imperatoris ecclesiastici, dependentes. Factum igitur est, ut in comitiis celebrandis, inq; aliis negotiis imperii conficiendis, tanqvam principes sacri, colerentur. Cumq; in dissidiorum remedia, qvae in eligendis imperatoribus omnem consveverant Germaniam concutere, certi electores essent constituendi, ex suo etiam corpore tot dare voluerunt, qvot videbant ex principibus huic destinari negotio: utq; suffragiorum ferendorum aeqvalitas tolleretur, regem Bohemiae electorum collegio interesse permiserunt. Qvin &, ut Saxoniae dux marescallus seu protospatarius imperii constituebatur; marchio Brandeburgensis, camerarius; comes Palatinus, dapifer, & rex Bohemiae, pincerna: ita electores ecclesiastici dignitate archicancellariorum insigniti sunt, Moguntinus qvidem per Germaniam, Coloniensis per Italiam, per Galliam Treverensis.

X. Qvinam primi fuerunt Coloniae, Moguntiae & Treverorum episcopi, ex qvorum successoribus tandem electores imperii creati sunt?

Maternus, unicus, ceu credunt, viduae filius, qvem Jesus à morte excitavit, Coloniae; Crescens B. Pauli auditor, Moguntiaci; Eucharius, aliqvis ex LXXII. Christi discipulis, Treveris salutaris doctrinae semina jecisse, & primi officio episcoporum functi dicuntur. Qvibus defunctis, jam pagani, jam haeretici tenera ecclesiarum fundamenta admodum concussere. Et COLONIA qvidem, qvam non immerito Germaniae Romam vocant, per annos CCXLIV. sine episcopo fuit, Ubiis, qvorum metropolis est, pene omnibus à fide deficientibus. Severinus tandem Aqvitanus, coaevus Martini Turonensis, antistes sacrorum strenuus, denuo Colonienses è tenebris perditionis anno CCCXCVI. extraxit, & episcopae per qvadraginta annos praefuit. Qvem qvi insecutus est, Evergistus, Coloniam ad tantum provexit splendorem, ut aurea ab incolis diceretur. Illius tempore Franci longa obsidione Colonienses, auspiciis regis Childerici, regno suo adjecerunt, donec Otto I. eos Francis ereptos jussit esse liberos. Ante Ottonem Colonia sub Carolo M. sedes archiepiscopalis facta est. Qvi tempore Ottonis III. credunt septemviros constitutos, primum Coloniae electorem faciunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ciunt Eribertum, comitem Rodenbergensem: à qvo, qvi hodie septemviratum gerit, Maximilianus Henricus, Alberti ducis Bavariæ filius, numeratur XLVII. cujus antecessor fuit Ferdinandus Bavariæ dux, filius Wilhelmi, episcopus ordine LXXXVIII. Nec MOGUNTIACUM sine exitialibus damnis semper constitit. Extruxit illam urbem, vel potius restauravit, ceu credunt, Drusus. Deinde sub Valentiniano Alemannus aliqvis, Rando, eam præsidiis vacuam ingressus, plurimos inde utriusq; sexus incolas abduxit. Hunni postea anno CCCCLIV. eam funditus eversam solo æqvarunt. Sed Dagobertus post LXX. annos eam restituit, & Rheno propius admovit. Anno DCCXX. S. Bonifacius Anglus, remoto priore episcopo Gervilio, qvi regem Saxonum sua manu interemerat, se primum Moguntiæ dixit archiepiscopum. Qvintus ab illo Rabanus Maurus, Bedæ discipulus, scriptis est clarissimus. Willigisus, fabre natus rotario, episcopus ordine XXXIV. à qvo rotæ insignia cœperunt in Moguntinis insigniis usurpari, primus à nonnullis vocatur imperii elector: sicut TREVERIS primus hanc ipsam dignitatem gessisse putatur Ludolphus Saxo, episcopus ordine LXXIV. Sed catalogum episcoporum ad historiam ecclesiasticam pertinere memores, ad electores, ut nominant, seculares properabimus. Illud saltem notamus, anno seculi XXX. archiepiscopum & electorem Moguntinensem constitutum esse Anshelmum Casimirum ex nobili familia de Remwold: cui anno seculi XLVII. defuncto successit Johannes Philippus è nobili familia de Schönborn, antea episcopus Herbipolitanus. Sed in archiepiscopatu Treverensi anno seculi XXIII. constitutus est Phil. Christophorus de Seitteren: qvem anno XXXV. Hispani captum Viennam miserunt, qvod se protectioni Gallicæ submisisset. Post decennium restitutus dignitati, obiit anno LII.

XI. PALATINOS jam RHENI prius salutabimus.

Ut apud Romanos Palatina officia vocantur, qvæ in imperatoris palatio obeunda erant, ita tempore Germanicorum imperatorum Palatini qvoq; tanqvam præfecti curiarum constituti sunt, qvibus judicandæ lites & decidendæ committebantur. Eorum olim plures fuerunt, adeo, ut ad hastiludium, qvod aliqvando Tiguri institutum est, XXIV. palatini diversis è locis convenerint. Progressu temporis inter omnes eminuit Palatinus Rheni, ad qvem totius Germaniæ gravissimæ controversiæ deferri consveverant, qvemq; ipse Cæsar, secundum Aureæ Bullæ constitutionem, arbitrû suarum legit causarum. Idem administrator est & provisor imperii, qvoties, imperatore defuncto, novus nondum creatus est, plenoq; jure,

vacan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

vacante imperio, exercet judicia, colligit reditus, juramenta fidelitatis vice imperatoris exigit. Qvia autem ex ducibus Bavariæ oriundus est, de illis prius nonnulla dicenda sunt, qvi Bavariam antiqvitus gubernarunt. Ubi necessario recurrendum est ad annales Aventini, qvi hunc sibi præcipue scopum præfixit, ut res Bavarorum illustraret. Qvæ tamen de regibus in Bavaria dicit, ante natum Christum rerum potitis, nunc non attingemus. Qvi ante Carolum M. præfuerunt, qviq; originem ad Alemannum Herculem retulerunt, eos hac serie recenset:

DUCES BAVARIAE PRISCI.

A. C. — A. R.

456. I. ADALGERIUS, Hunni Velephonis vel Hauwoldi Schiri filius, post obitum Azelii, regis Germanorum potentissimi, rex electus, suos Bavaros, hactenus in confinio Hungariæ & Bohemiæ commoratos, versus occidentem ad Albim & Rhenum deduxit, inq; Norico confidens, fœdere cum Svevorum rege Adelrico inito, cum Ludovico M. Francorum rege infeliciter acie congressus, occubuit. Sic tota Bavarorum gens Francis certis conditionibus submissa est: qviq; illis præfuit, ducis titulo contentus, regiam dignitatem Francis reliqvit. 37

493 II. THEODO I. seu GIBHULDUS, F. Francorum auxilio Vestro-Gothis victis, Vindelicia occupata, Ratisbona expugnata, ducibusq; Romanorum profligatis, plurima ad Danubii ripam condidit oppida, tota Bavaria inferiore illis erepta 18

511. UTILO, vir fortissimus, in bellis contra Danos strenuus, marchio Antorfensis, à qvo Aventinus ducit stemma Caroli M.

III. THEODO II. magnus, F. tributo imperatori Anastasio, qvod hactenus ex Norico petitum fuerat, negato, qvinqvies cum Romanis congressus, victor semper evasit. 26

537. IV. THEODO III. in inferiore Bavaria primus ex Bavariæ ducibus, cum duobus fratribus Ottone & Theobaldo fidem Christi professus 28

565 V. THEODEBERTUS I. F. dux in Norico Ripensi, in

537. IV. THEOBALDUS, urbes in Italia cis Padum in obseqviũ redegit, & a nonnullis rex Italiæ vocatus est. 30

OTTO in Vindelicia, unde nomen Ottingæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Italiã tandem ingressus, qvē aliqvi faciunt filium Theobaldi, fratrem Thassilonis I. 19

584. VI. GARIBALDUS terras Thassilonis occupavit, inq; ignominiam regum Francicorum se regem Bavariæ appellavit: sed à Childeberto Austrasiæ rege & Tassilone I. Bavaria pulsus est. 8

592. VII. GUNDIBALDUS ab Authario sororio, rege Longobardorũ, dux Atensis constitutus. 23

615. VIII. ARIBERTUS, F. rex Longobardorum nonus, cujus posteros vide libro II. sectione IV. qvæst. XIX.

567. V. TASSILO I. F. dux Bavariæ in ea parte, qvæ ab Oeno ad Lycum in Bohemiam usq; porrigitur, pulsus à Garibaldo & restitutus à Francis. 31

598. VI. GARIBALDUS, Henetos Norico exegit. 14

612. VII. THEODO IV. sub qvo Slavi Carinthiã magna parte occuparunt. 18

630 VIII & IX. THEODEBERTUS II. & TASSILO II. F. 20

650. X. XI. XII. THEODO V. GRIMOLDUS, THEODEBERTUS III. Tassilonis II. filii Bavariam inter se diviserunt. 40

690. XIII. THEODO VI Grimoldi filius 18

708. XIV. HUGOBERTUS F. Carolo Martello adversus Saracenos militavit, dux totius Bavariæ. 27

735 XV. UTILO II. F. regium nomẽ jure postliminii usurpare cœpit. 30

765. XVI. TASSILO III. F postremus in hac familia, in aula Pipini, regis Franciæ, avunculi sui, educatus, cum in gratiam uxoris, cujus patrem Desiderium & fratrem Adelgisum, Longobardorum reges, everterat, Carolus M. contra eum arma corriperet, ejectus Bavaria cum filio Theodone, Hungaros in Germaniam evocavit. Sed victus denuo & criminis læsæ majestatis reus, postqvam XXIII. annos Bavariæ præfuerat, in monasterium est attonsus, regnumq; Bojorum in provinciæ formam redactum. 23

Tassilonis filius Guntherus constitutus est à Carolo M. vicarius seu regulus in episcopatu Laureacensi, tandem Salisburgum translato. Filium Guntheri Thassilonem IV. cum ejus pater in venatione ab apro esset percussus, Carolus M. ob virtutem in bellis sibi locatam, constituit comitem Zellerienſem, & vicarium seu colonearium præfectum in Italia: à cujus uno filio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

filio Danckeo ducunt comites Habspurgenses, interq; eos Rudolphum I. imperatorem; ab altero Gotboldo, electores Brandeburgicos modernos. In Bavaria autem ex posteris Caroli M. seqventes præfuere.

DUCES BAVARIAE EX STIRPE CAROLI M.

788. I. CAROLUS M. imperator, secundum Aventinum ex Adalgerio per Theodonem & Utilonem I. genus ducens. 26

814. II. LUDOVICUS I. imperator F. 26

840. III. LUDOVICUS GERMANICUS F. rex Germaniæ, Franciæ, Bavariæ, Thuringiæ. Hic, cum HENRICUS, comes Altorfensis, Erichi filius, Brunonis ducis Angrivariorum, fratris Wittekindi nepos, petiisset, ut, qvicqvid in inferiore Bavaria cum aureo vehiculo à primo diluculo ad meridiem ambire posset, sibi in feudum concederetur, conscensisq; bigis celerrimis, aureum vehiculum in gremio tenens, circuisset eam terrã, qvæ à Lyco ad Ambronem, & à Gelone ad alpes Peninas se extendit, lusu delectatus, ei omnes hos agros nomine Bavariæ inferioris in feudum concessit. Et ex hoc Henrico linea recta descendunt Henricus II. Rudolphus I. Gvelphus I. Rudolphus II. Gvelphus II. Gvelphus III. qvi sine liberis masculis anno ꟾↄLV. decessit: ejusq; filia Cunigundis, Azoni marchioni Estensi nupta, peperit Gvelphum, stirpem ducum Brunsvicensium & Lunæburgensium. 36

876. IV. CAROLOMANNUS, F. facta cum fratribus regnorum paternorum divisione, Bavaros, Bohemos, Moravos, Noricos & Vindelicos accepit regendos. 4

880. V. ARNULPHUS, F. imperator. 19

899. VI LUDOVICUS IV F imperator. 12

911. VII. ARNULPHUS MALUS, Fr. qvem Aventinus facit filium Lutpoldi, marchionis Austriæ, itidem ex Caroli M. prosapia oriundi. Huic Lutpoldo Arnulphum & Ludovicum IV. imperatores B- variam dicit contulisse: eoq; cæso ab Hungaris, filium ejus A- -na- phum majorem natu successisse, seq; pro rege gerere cœpi- -enrico familiam ad Carolum M. referebat. Cæterum hic Arn- Aliqvoties lus fidem negabat duobus imperatoribus, Conrad- Eberhardus Aucupi, tanqvam à Carolo M. non descendenti- alias igitur victus, fugatus, pulsus est: cumq; & -Hermannus, VVer- Arnulphus, qvem aliqvi Ludolphum vocan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Wernerus sese, patre defuncto, Ottoni I imperatori opponerent, ducatu Bavariæ exuti, titulo comitum & palatinorum Schirensium contenti esse jussi sunt. Bertholdo eorum patruo, fratri Arnulphi, cessit Bavaria. Post diuturna tempora amissum ducatum posteri Arnulphi, comites Schirenses, recuperarunt. Eberhardus stirps est primæ familiæ Austriacæ: ex Arnolpho hodierni duces Bavariæ & palatini electores descendunt.

937. VIII. BERTHOLDUS, Fr. victoriosus adversus Hungaros, ἄπαις obiit. 11

Defuncto Bertholdo, Otto I imperator fratri suo Henrico, qvi Juditham Arnulphi mali filiam duxerat, Bavariam in beneficium concessit, qvam etiam feliciter adversus Hungarorum irruptiones binis prælijs tutatus est: & qvanqvam ab Arnulpho & Hermanno, Arnulphi mali filiis, avitum principatum recuperaturus, Ratisbona amissa, ducatu pelleretur, à fratre tamen Ottone dignitati suæ redditus est.

DUCES BAVARIAE EX STIRPE SAXONUM, Lotharingorum, Francorum, VVelphorum.

A. C. *A. R.*

948 I. HENRICUS seu HEZELO I. Henrici aucupis imperatoris & ducis Saxoniæ filius, Ottonis M. frater, qvem aliqvi rixosum vocant: cum tamen aut ejus filius id cognomen meruerit, aut Henricus IV, qvi Bavariæ post Henricum S. præfuit. Fratri imperatori initio detrectavit obseqvium: postea ei reconciliatus, Hungaros bis aperto marte profligavit, & Bulzkam illorum regem ad portas Ratisbonæ suspendit. Hinc cum fratre expeditionem in Italiam suscepit 7

955 II. & III HENRICUS II F. Ottone II. imperatore defuncto, ad imperii fastigium evehi voluit. Sed proscriptus ab imperio, qvamdiu Otto III. vixit, extorris jam in Carinthia, jam Treveris vixit.

...ariam accepit OTTO, DUX SVEVIÆ, Ottonis M. imperato-

Ba...lio Ludolpho nepo... Illo vero post sexennium mortuo,

995. IV. H... recuperavit Henricus. 40

...ni con...US SANCTUS, F. imperator factus, Bavariam affi

1002 V. HENR... 7

...ciæ & Lo...harin seu HEZELO IV. comes in Greysbach, dux Fran-

...lius Sigfridi princip... Lotharingi...a Mosella familia oriundus, fi-

...latini, frater Cunigundæ: qvæ uxor fuit

Hen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Henrici S. II. imperatoris. Principio ab hoc imperatore ducatu Bavariæ est donatus: postea ab eodem ejectus est, cum in sororium suum hunc, cum aliis principibus, ingratus consurgeret. Receptus tamen post octennium in gratiam, recuperavit Bavariam interventu Popponis archiepiscopi. 24

1026. VI. HENRICUS V. NIGER, filius Conradi Saliqvi imperatoris, imperator postea factus, nomine Henrici III. 16

1042. VII. HENRICUS VI. Henrici IV. seu Hezelonis filius. 5

1047 VIII. CONRADUS, alias Cuno dictus, filius Sigunfridi palatini Rheni, ex duce Wormatiæ & Carinthiæ, dux Bavariæ, beneficio Henrici IV. imperatoris factus, gener Henrici VI. ob vitam dissolutam & res male administratas ab imperatore Bavaria exclusus. Palatinatus tamen permansit adhuc diu in ejus & fratris Friderici posteris, donec Agnes, aliqva ex posteris Conradi, nuberet Ottoni illustri, palatino Schirensi & duci Bavariæ, eiq; titulum palatini Rheni pareret. 5

1052. IX. X. XI. HENRICUS SENIOR, Henrici III imperatoris filius, cui & in imperio successit, nomine Henrici IV. Bavariam primo, post obitum patris, matri AGNETI, deinde post qvdriennium OTTONI Saxoni concessit: qvi, cum variis motibus imperiũ concuteret, ipsiq; imperatori non semel sese opponeret, proscriptus est, & imperatoris beneficio Bavaria Welpho, ex antiqva Welphorum familia, qvæ jam tempore Caroli M. floruit, prognato, filio Azonis marchionis Estensis, concessa est. 19

1071. XII. WELPHUS, Azonis marchionis Estensis filius, in ingentibus illis Germaniæ tumultibus, qvibus Henrico IV. imperatori se pontifices & Saxones opponebant, partes primum domini defendebat: deinde ab ipso ad pontificem deficiens, Bavaria proscriptus excidit, & post annos vicenos imperatori reconciliatus, non tantum Bavariam recepit, sed & primus fuit, cui potestas in posteros ducatum transferendi concessa est. 30

1101 XIII. WELPHUS II. F. 18

1119 XIV. HENRICUS VIII niger cognominatus, Fr. 6

1125. XV HENRICUS IX. F. SUPERBUS cognominatus, diuturna cum Svevis bella gessit, & tandem à Conrado III. Svevo, imperatore facto, Bavaria ejectus est 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

1139. XVI. LEOPOLDUS, marchio Austriæ, ex comitibus Schirensibus oriundus, uterinus Conradi III. imperatoris frater, à Guelpho III. diu oppugnatus.

1141. XVII. HENRICUS X. Leopoldi Fr. qvi postea tempore Friderici Barbarossæ titulo ducis Austriæ accepit Bavariam orientalem.

XVII. HENRICUS LEO, dux Saxoniæ, Henrici IX. Superbi filius, qvi eodem tempore titulo ducis Bavariæ accepit Bavariam occidentalem.

HENRICUS LEO, patre Henrico Superbo, qvem Conradus III. imperator Bavaria ejecerat, defuncto, sub tutoribus aliqvot annis egit. Paululum adultus, validas copias cruce signatas adversus Slavos, nondum fidei Christi in Mechlenburgia & Pomerania initiatos, expediit: multos ad obseqvium Christi pertraxit: episcopos illis, suo nomine investitos & fidelitatis jure sibi obstrictos, dedit: incolis Lubecæ, cum urbs eorum incendio esset desolata, eo loco, qvo hodienum conspicitur, potestatem extruendi nobilem urbem concessit: episcopatum Oldenburgensem illuc transtulit: cum Henrico X. Austriaco, cui Bavaria, sibi & patri ademta, in beneficium fuerat concessa, diu armis certavit: parum profecit, qvamdiu Conradus, Austriaci fautor, gessit imperium. Illo defuncto, favorem Friderici Barbarossæ exambiit: bis illum in Italiam comitatus, Bavariam occidentalem titulo ducis Bavariæ, relicta Henrico X. occidentali cum titulo ducis Austriæ, obtinuit. Sed brevis fortunæ secundioris usura. Episcopi Saxoniæ invidebant potentiæ ducis nimis crescenti, nec ullius, nisi papæ, jussa volebant capessere. Et hoc erat illud tempus, qvo majestatem sibi status ecclesiasticus undiqvaqve conciliabat artibus subtilioribus, qvam forte antea factum. Accitis igitur in fædus Thuringis & Brandeburgensibus, & imprimis archiepiscopo Coloniensi, audebant belli aleam subire. Victi, ad arbitrium componebantur victoris: qvi religionis studio postea ad visendum Domini sepulcrum Hierosolyma petiit. Reducem imperator invitavit ad novam expeditionem Italicam, ut Longobardi denuo rebelles compescerentur. Ille varia causatus, interqve ea papæ excommunicationem, aurum qvidem & auxilia promisit, sed ipse recusavit adesse, & propositi tenax, cum iterum iterumqve imperator in comitiis instaret, suaqve beneficia illi exprobraret, iter totus renuit. Episcopi exasperatum inde imperatoris animum magis accendebant, & qvibuscunqve ducis potentia erat suspe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ſuſpecta, in ipſius exitum incumbebant. Præcipui inter eos, archiepiſcopus Colonienſis & marchio Brandeburgenſis Theodoricus. Variæ hinc qverelæ. Ter, imo qvater, evocatus ad cauſam dicendam, cum non compareret, hoſtibus ſe nolens committere, ſolemniter anno CIↃCLXXXII eſt proſcriptus, tanqvam reus majeſtatis. Sic ducatus Saxoniæ, beneficio Cæſaris, ceſſit Bernhardo Anhaltino, Alberti Urſi filio; Bavaria Ottoni V. Wittelsbachio, à qvo moderni electores Bavariæ & Palatini deſcendunt. Nonnulli qvoqꝫ epiſcoporum hinc armis; illinc fulmine excommunicationis in eum deſæviere. Ille, nihil territus, adverſus hoſtes undeqvaqꝫ expediit copias: Weſtphaliam afflixit: Halberſtadium & Northuſium flammis vaſtavit: Lubecam validi propugnaculis munivit. Cum autem imperator, & præcipui cum eo principes imperii, cum exercitu adeſſent, Lubeca ſtatim deditione occupata ceſſit imperatori, ab hoc tempore urbs imperialis facta, & Leo, ſalvo patrimonio, triennium exulare juſſus eſt. Abiit in Angliam, & redux, cum bella inter ipſum & Anhaltinum, novum Saxoniæ ducem, non ceſſarent, denuo in triennale abiit exilium, prout hæc tradidit Arnoldus abbas in Chronicis Slavorum. Inde, abſente in bello ſacro imperatore, ante tempus reverſus, Stadenſem comitatum & nonnulla in Holſatia loca recuperavit: Bardewicum expugnatum exſcidit: Lubecam recepit: Lavenburgum Bernhardo eripuit. Sed Lubecam, novam illam urbem imperialem, & alia, iterum amiſit, jungentibus adverſus illum arma comite Holſatorum & Bernhardo Saxoniæ duce. Tandem turbæ qvievere, cum Leo jam ſenior ultro armis abſtineret, & ejus filius Otto, ejus nominis IV. in imperatoriam eveheretur dignitatem.

XII. *Qvis qvæſo eſt ille Otto Wittelsbachius, cui Fridericus Barbaroſſa imperator Bavariam, Henrico Leoni ademtam, cum Palatinatu Rheni conceſſit?*

Poſtqvam Otto I imperator Bavariam Arnulphi mali filiis eripuiſſet, illi, vetuſtiſſima Schirenſi arce refecta, ſive Palatini ſive Landgravii Schirenſes, & præfecti prætorio Bavariæ appellabantur, atqꝫ hoc ordine recenſentur.

PALATINI SCHIRENSES, EX QVIBUS PAlatini Rheni & duces Bavariæ oriundi ſunt.

A.C. *A.R.*

637. I. ARNULPHUS, aliis LUDOLPHUS, Arnulphi mali filius, ab Ottone I. Bavaria ejectus, in acie ad Ratisbonam adverſus Henricum novum ducem Bavariæ, telo trajectus. 16

953.

953. II. BERTHOLDUS, F. præfectus prætorio Bavariæ, & comes Schirensis, adversus qvem pro Henrico rixoso arma induerat, proscriptus, in Calabria adversus Saracenos occubuit. 39

982. III. BABO I. palatii Bavarici præfectus & comes Schirensis.

IV. OTTO I. palatinus Bavariæ.

1040. V. OTTO II. cujus frater Ulricus Arnulphus est stirps comitum à Dachaw.

1079 VI. OTTO III. condita arce Wittelsbach posteris nomen palatinorum Wittelsbachensium peperit, & in expeditione sacra obiit. 22

1101. VII. OTTO IV. WITTELSBACHIUS, comes Schirensis, præfectus palatii Bavarici. 35

1146. VIII OTTO V. MAJOR in locum Henrici Leonis, dux Bavariæ à Friderico Barbarossa constitutus, ducatum Bavaricum iterum in suam familiam, qvæ illo ante ccxxx. annos exciderat, intulit. Unde etiam OTTO I. ratione illius ducatus vocatur: ejusq; encomium videatur apud Radevicum lib. I. cap. XVIII. de gestis Friderici I. imp. 36

1183. LUDOVICUS I F. plurimos Bavarorum & vicinorum dynastarum toparchias possessionibus avitis adjecit, & à Friderico II imperatore PALATINUS RHENI renunciatus est, postqvam filius ejus Otto II. Agnetem duxerat, qvam alii Gertrudem vocant, filiam defuncti comitis palatini Henrici, qvi filius fuerat Henrici Leonis, cui Henricus VI. imperator, data illi in matrimonium Clementiam patruelem sua, Conradi palatini Rheni filia, præfecturam palatii Rhenani precario concesse-

OTTO VI MINOR, WITTELSBACHIUS.

OTTO VII. WITTELSBACHIUS, comes in Schiren & Wittelsbach, à qvo Philippus imperator percussus est: stirps Wildensium seu Wildgraviorum habetur: ex qvibus Gerhardus, ultimus comitum Wildensium, sine mascula prole decedens, reliqvit filiam Adelheidam, qvam Johannes III comes Rheni seu Reingravius uxorem duxit, & ita comitatum Wildensem in Kyrburg anno ccccxv. acqvisivit. Unde hodie vocantur Wild & Reingravii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

concesserat. Feruat, Ludovicum I. à morione Stichio, per ludum irritato, lethaliter vulneratum expirasse. Aliqvi tamen putant, per sicarium ab Henrico, Friderici II. imperatoris filio, patri rebellaturo, esse confossum. 48

1231. OTTO II. ILLUSTRIS F. primus elector Palatinus. Ducta Agnete, filia Henrici, ducis Saxoniæ & Brunsvicensis, cui, post soceri Conradi, ducis Sveviæ & comitis Palatini, sine masculis heredibus defuncti obitum, Henricus VI. palatinatum Rheni in beneficium concesserat, palatinatum cum Bavaria conjunxit. Filii ejus, Ludovicus II. & Henricus, sic paternas inter se provincias diviserunt, ut ille acciperet Bavariam superiorem cum palatinatu & electoratu; hic Bavariam inferiorem. 22

DUCES BAVARIAE SUperioris, Palatini & Electores.

1253. LUDOVICUS SEVERUS F. elector II. uxorem primam Mariam, Henrici magnanimi, ducis Brabantiæ filiam, ob suspicionem adulterii necari curavit: ex altera Anna, ducis Poloniæ filia, Ludovicum III. Bavariæ superioris ducem, in ludicro certamine eqvestri peremtum (qvem tamen aliqvi faciunt Mariæ filium) sustulit: ex tertia Mathildi, Rudolphi imperatoris filia, Rudolphum electorem & Ludovicum imperatorem genuit. 41

1294. RUDOLPHUS SENIOR, Balbus, Elector III. à fratre Ludovico imp. qvem rerum fastigio potitum iniqvo ferens animo, avunculo Friderico Austriaco adhærebat, pulsus, obiit exul in Anglia. 25

DUCES BAVARIAE inferioris.

Henricus F.

Stephanus. — Otto, rex Hung. — Henricus, rex Hung.

Otto sub tutela Ludovici V. imp. ob. 1335. — Henricus. Johannes ob. 1340. cui successit Ludovicus V. imperator.

Ludovicus (V.) Bavarus, imperator, sex filiorum pater. 57

1357. Stephanus fibulatus, dux Bavariæ, comes Palatinus — Ludov. senior, el. Br. — Ludovicus Rom. el. Br. — Otto, el. Br. — Wilhelmus, comes Holl. — Albertus, comes Holl.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

nus, stirps modernorum ducum Bavariæ, in electoratum evectorum.

1319. ADOLPHUS SIMPLEX, F. à Ludovico patruo in dignitatem paternam restitutus, elector IV. fratri electoratum cessit. 8

1327. RUDOLPHUS JUNIOR, cœcus, Fr. elector V. paucis diebus.

1327 RUPERTUS SENIOR, rufus Fr. elector VI. conditor Academiæ Heidelbergensis. 58

1385. RUPERTUS PARVUS, tenax, Adolphi Simplicis F. elector VII. in bello Brandeburgico contra impostorem Pseudo Waldemarum captus 13

1398. RUPERTUS RIGOROSUS, F. elector VIII. & imperator: pater numerosæ prolis, ex qvibus Ludovicus II. successit in electoratu: Stephanus Bipontinus, comes in Veldenz, per filium Fridericum stirps est ducum Simmerensium & Spanheimensium, & modernorum electorũ Rheni: Ludovicus niger: Johannes pater Christophori, regis Daniæ, Sveciæ, & Norvegiæ: Otto, palatinus in Mosbach: Rupertus à Turcis captus. 12

1410 LUDOVICUS II. F. elector IX. in Palestina militavit,

1275. Johannes dux Bavariæ superioris & Monachii. 32

1397 Ernestus cujus uxor Elisabeta fuit filia Johannis Galeacii, ducis Mediolanensis Frater ejus fuit Wilhelmus: fratruelis, Ludovicus Barbatus, Stephani Ingolstadiensis F. qvi tandem à proprio filio Ludov. Gibboso captus, ad Albertum Brandeburgi cũ deductus, & Henrico diviti, patru-

Fridericus, dux Bavariæ inferioris & Lãdshutij.

Henricus dives.

Ludovicus dives.

Georgius dives.

Stephanus Ingolstadiensis. • Ludovicus barbatus. • Ludovicus gibbosus ob. 1445.

eli,

vit, & cœcus obiit. 28

1438. LUDOVICUS III. mansvetus, F. elector X. qvo defuncto, filio ejus postumo Philippo tutor fuit Fridericus victoriosus, der böse Fritz / tanqvam patruus, à qvo descendunt comites Leosteinienses. Hic est, qvi, cum in prælio vivos cepisset episcopum Metensem, Carolum Badensem, & Ulricum Wurtenbergensem, primam illis cœnam absq; pane appoſuit, ut monerentur, qvid perdidissent, qvi segetibus non pepercerant. Regnum Bohemiæ ablatum idem non recepit. 22

1460. PHILIPPUS POSTUMUS F. elector XI. primis annis sub tutela patrui: deinde à Maximiliano cum filio Ruperto III. virtuoso, ob præreptam agnatis hereditatem & conspirationem cum Gallis proscriptus. Rupertus ille est pater Ottonis Henrici electoris XIV. & Philippi bellicosi, qvi Viennam à Turcis defendit. 44

1504. LUDOVICUS PACIFICUS F. elector XII. Musarum fautor. 40

1544. FRIDERICUS II. PIUS F. elector XIII. abusus pontificios anno seculi XLVI. abolevit: heros magni animi, dux exercitus ab Ordinibus contra Turcos constitutus: cujus vitam descripsit Hubertus Thomas Leodius. 12

1556. OTTO HENRICUS, Ruberti virtuosi F. Philippi postumi nepos, ultimus ex Ludovico Barbato, elector XIV. qvo mortuo, ad cognatos comites Palatinos Simmerenses & Bipontinos, ex alte-

eli, magno pretio venditus est. 41

1438. Albertus pius F. qvinq; habuit filios, Albertum II. sapientē, qvi stirpem propagavit, Johannem, Sigismundum, Christophorum, eosq; ex duabus uxoribus, Elisabetha Wurtenbergica & Anna Brunsvicensi. 22

1550. Albertus III. F. acerrimus pontificiæ religionis assertor, gener Ferdinandi I. imperatoris: cujus alter filius Wilhelmus successit in ducatu; alter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

roRuperti rigorosi, electoris & imperatoris filio Stephano prognatos dignitas electoralis transiit. 3

1559. FRIDERICUS III. elector XV. Ruperti rigorosi atnepos, reformatæ religionis assertor, X. liberorum pater: ex qvibus Joan. Casimirus fuit tutor Friderici IV. Herm. Ludovicus in fluminis transitu submersus est: Christophorus ad Neomagum in prælio adversus Hispanos occubuit: tres alii filii in pueritia obiere. Inter IV. ejus filias Anna Maria fuit uxor Caroli IX. regis Sveciæ. 18

1577. LUDOVICUS V. F. elector XVI. manu & corde subscripsit libro concordiæ. Helveticæ vero confessionis sectatores Neapoli Nemetum in ditione Joh. Casimiri receptum habuere. 6

1583 FRIDERICUS IV. F. elector XVII. cujus, cum pupillus erat, tutor & administrator electoratus, Joh. Casimirus, Helveticam religionem in electoralem palatinatum denuo introduxit. 27

1610. FRIDERICUS V. F. elector XVIII. & rex Bohemiæ, de regno simul & electoratu deturbatus, obiit 1632. 22

1650. CAROLUS LUDOVICUS F. per transactionem Osnabrugensem in palatinatu inferiori accepit octavum locum inter electores.

Ernestus fuit archiepiscopus Coloniensis. 29

1579. WILHELMUS JUNIOR F. gener Francisci, ducis Lotharingiæ: cujus secundogenitus Philippus fuit Cardinalis, episcopus Ratisbonensis; tertiogenitus Ferdinandus, archiepiscopus Coloniensis. 23

1602. MAXIMILIANUS F. elector post Friderici V. de electoratu investitus anno 1623.

FERDINANDUS MARIA F.

FRIDERICUS V. sub tutela primum principis Bipontini, Johannis II. qvinqvennium fuit: deinde nuptiis cum Elisabeta, Jacobi regis Angliæ filia, celebratis, anno seculi XIX. rex Bohemorum contra Ferdinandum ira-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

imperatorem electus, anno seqventi regnum & electoratum perdidit, atq; diu in Belgio exul, cum à rege Sveciæ Gustavo Adolpho suæ se dignitati sperabat restitutum iri, & jam in multis Palatinatus locis restitutus erat, illo ad Lûzam in acie peremto, paulo post sub finem anni XXXII. Moguntiæ decessit. Interea electoratus duci Bavariæ MAXIMILIANO, è prosapia Ludovici V. imperatoris oriundo, à Ferdinando II imperatore, ob fidem in Bohemis debellandis operam præstitam, concessus est, & in Osnabrugensi pacificatione confirmatus. Hic est ille, cui anno seculi VI. imperator executionem adversus urbem Donawertham, hactenus civitatem imperialem, commisit, qvia monachi in processione qvadam se à civibus turbatos conqverebantur. Maximilianus igitur, anno seqventi, valido milite urbem cinxit, & ad deditionem coactis exercitio religionis Augustanæ confessionis vi interdixit: cumq; jam elector esset renunciatus, doctrinam pontificiam in palatinatum postliminio invexit. In transactione Osnabrugensi redditus est palatinatus inferior CAROLO LUDOVICO, Friderici V. filio, cum dignitate electorali, ut in collegio hactenus septemvirali, nunc tandem octovirali facto, esset numero octavus. Bavaro autem cessit superior palatinatus, & in collegio electorali locus, qvem antea habuerat Fridericus V. Genealogica tabula facit omnia evidentiora: qvam anteqvam appono, è re historica esse judico, si è Cranzio & Chytræo causas illius Bavarici belli exposuero, qvod Maximilianus I. adversus Philippum electorem palatinum anno clↄlↄIV. gessit. Stephano fibulato, duci Bavariæ, Ludovici imperatoris filio, tres erant filii: ex qvibus Johannes accepit Monachium & Bavariam superiorem; Fridericus Landshutum & Bavariam inferiorem; Stephanus Ingolstadium. Friderici filius, Henricus dives; & Stephani filius, Ludovicus Barbatus, diu graves exercuere inimicitias: qvarum tragicus hic fuit exitus, ut in Ludovicum Barbatum suus ipsius filius Ludovicus Gibbosus consurgeret, qvia à patre fuerat exheredatus, qvod hostis sui Friderici marchionis Brandenburgici filiam duxisset. Etsi autem in his domesticis bellis Ludovicus pater, Ingolstadio à filio ejectus & captus, inq; captivitate mortuus est, impius tamen filius ante patrem captivum fata explevit. Henricus ergo dives, Landshutensis, defunctis Ludovicis, Ingolstadium, & qvæ oppida ad illam Bavariæ partem spectant, sibi ex jure agnationis vendicavit, certa hereditatis parte Monachiensibus relicta. Hinc dives cœpit cognominari. Idem cognomen etiam meruere ejus filius Ludovicus, & nepos Georgius. Georgio huic unica erat filia

 Eli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Elisabeta: qvam pater Ruperto virtuoso, Philippi postumi electoris Palatini filio primigenito, elocavit, eumq; exclusis agnatis Monachiensibus, scripsit omnium bonorum heredem, & testamento executores constituit Vladislaum Hungariæ & Bohemiæ regem, cujus erat sororius, & Ludovicum XII. regem Galliæ. Albertus pius, Monachii dominus, Ernesti filius, Johannis nepos, cui Maximiliani imperatoris soror Kunegundis nupserat, indignatus, se proximum agnatum ab hereditate excludi, obtinuit ab imperatore, ut Rupertus cum patre Philippo postumo proscriberetur, & bellum adversus illum decerneretur: in qvo Bohemi qvidem stabant à partibus Ruperti, sed qvia Galli auxilia promissa non submittebant, principes imperii, qvi partes Alberti seqvebantur, & vicini, plura loca ex proscripti Palatini ditionibus decerpsere. Wurtebergensis rapiebat Winsbergam, Maulbronnam & Neostadium; Noribergenses Altorfium; alii alia oppida. Victus Rupertus cum conjuge præ mœrore animi obiit. Duos ejus filios, infantes & orphanos, Ottonem Henricum, postea electorem, & Philippum, qvi Viennam à Turcis strenue defendit, Maximilianus imperator liberaliter educavit, & ex materna hereditate illis aliqvot oppida attribuit, qvæ Neobergensis ducatus jam complectitur. Sed tandem subnectemus genealogiam.

GENEALOGIA PALATINA ET BAVARICA.

†*†

XIII. *Amplissima sane est ducum Bavariæ & palatinorum Rheni familia: nec credo inferior est domus Saxonica.*

SAXONES esse Teutonum, Cimbrorumq;, adeoq; Svevorum sobolem, in eorum etiam nomen transiisse Chaucos & Cheruscos, vix dubitandum. Propterea Marianus Heracleotes, Græcus autor, in Periplo, Saxones ponit in cervice Chersonesi Cimbricæ. Saxoniam auté dicunt antiqvitus per XII. administratam proceres, qvi singulis septimanis congressi de universa republica statuerunt: illos ex se, bello ingruente, regem elegisse: armis positis, omnes fuisse ejusdem dignitatis. Hæc de XII. vel etiam pluribus Saxonum proceribus sententia, etsi suis non destituitur conjecturis, non tamen negandum est, suos etiam antiqvitus Saxonibus fuisse reges. Trajani jam tempore Wittekindum regem Saxonibus præfuisse testantur scriptores,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

GEN[...]A.

Carolus M: Ludovic[...]alus: Arnulphus:
Bertholdus Ba[...]to IV.

O[...]Vittelsbachius.
L[...]rps comitum VVild-
O[...]raviorum.

Ludovicus sev[...]enricus in Bav. inferiore.

Rudolphus senior, el. III [...]hanus. Otto, rex Hungariæ.
Henricus, rex Hung.

Adolphus, el. IV. Rudolphus, el. V. Rup[...] Otto.
Rupertus parvus, el. VII. [...], ob. 1340.
Rupertus rigorosus, imperator, el. VIII. [...]cessit Ludo-
[...]mp.

Ludovicus II. el. IX. Stephanus Bipon[...]
nus, comes i[...]
Veldentz.

Lud. III. el. X.
Phil. postumus, el. XI.
Fridericus victoriosus, stirps comitum de Lewenstein.
Rupertus III.
Frid. II. el. XIII.
Ludovicus IV. el. XII.
Otto Henricus, el. XIV.
Philippus bellicosus, Viennæ defensor.

Fridericus in [...] & Spanh[...]
Johannes I.
Johannes II.
Fridericus III.

Ludovicus V. el. XVI.
Fridericus IX. el. XVII.
Fridericus V. el. XVIII. rex Bohem.
Frid. Henr. suffocat⁹ in aquis.
Car. Ludov. el. XIX.
Rupertus.
Mauritius.
Ludovicus.
Eduardus.
Philippus.

[...]pontinus.
Joh. Frider. in Hilpolstein.
Otto Henricus.
Ludovic. Philippus in Lautern & Simmern.
Johannes.
Fridericus.
Car. Gustav[...]
Lud. Casimirus.
Lud. Henr.
Maur. Franc.

[...]dericus in [...]andshut.
[...]nricus dives.
[...]dov. dives.
[...]rg. dives.
[...]abeta, uxor [...]uperti III.

Maximil. El. I.
Maximilianus Phil. Hieron.
Ferdin. Maria Franc. Ignat. VVolfgang. el. II. gener Sabaudi.

Johannes, Monachii.
Ernestus. VVilbelmus.
Albertus pius.
Albertus sapiens.
VVilhelm. Ernestus, archiep. Salzb.
Albertus.
VVilhelm. Ernest. archiep. Col.
Albertus.
Albertus Sigism. coadjut. in Freisingen.
Maximilianus Henricus, coadjut. Hildesheim.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Ad pag. 1026.
†*†

GENEALOGIA PALATINA ET BAVARICA.

Carolus M: Ludovicus Germanicus: Carolomannus: Arnulphus imperator: Arnulphus malus: Arnulphus:
Bertholdus Bavarus, palatinus & comes Schirensis: Babo I: Otto I: II: III: Otto IV.

Otto V. dux Bav.
Ludovicus, dux Bav.
Otto illustris, el. I.

Otto VI. VVittelsbachius.
Otto VII. stirps comitum VVild- & Reingraviorum.

Ludovicus severus in Bav. superiore, el. II.

Henricus in Bav. inferiore.

Rudolphus senior, el. III

Ludovicus imperator.

Stephanus.

Otto, rex Hungariæ.
Henricus, rex Hung.

Adolphus, el. IV. Rudolphus, el. V. Rupertus, el. VI.
Rupertus parvus, el. VII.
Rupertus rigorosus, imperator, el. VIII.

Albertus comes Holl.
VVilbel. com. Holl.
Otto, el. Brandenb.
Ludovic. Romanus, el. Brand.
Stephanus fibulatus.
Ludovicus senior, elector Brand.

Henricus.
Johannes, ob. 1340. cui successit Ludovicus imp.
Otto.

Ludovicus II. el. IX.
Stephanus Bipontinus, comes in Veldentz.
Johannes.
Christophorus, rex Svec. Dan. Norv.

Stephanus in Ingolstad.
Ludovicus Barbatus.
Ludovicus gibbosus, ob. 1445.

Fridericus in Landshut.
Henricus dives.
Ludov. dives.
Georg. dives.
Elisabeta, uxor Ruperti III.

Johannes, Monachii.
Ernestus. VVilbelmus.
Albertus pius.
Albertus sapiens.

Lud. III. el. X.
Phil. postumus, el. XI.
Fridericus victoriosus, stirps comitum de Lewenstein.

Fridericus in Simmern & Spanheim.
Johannes I.
Johannes II.
Fridericus III. el. XV.

Ludovicus Bipontinus.
Alexander.

VVilhelm. Ernestus, archiep. Salzb.
Albertus.

Rupertus III.
Frid. II. el. XIII.
Ludovicus IV. el. XII.

Otto Henricus, el. XIV.
Philippus bellicosus, Viennæ defensor.

Ludovicus, Bipontinus.
VVolfgang. in Veldentz/ Spanheim/ Neuburg.

Rupertus in Lützelstein.
Georg. Joh. gener Gustavi, regis Svec.

VVilhelm. Ernest. archiep. Col.

Ludovicus V. el. XVI.
Fridericus IX. el. XVII.
Joh. Casimirus.

Otto Henricus.
Joh. Frider. in Hilpolstein.
Johannes Bipontinus.

Carolus in Birckenfeld.
Christian. in Bischweiler.
Georg. VVilbelm.
Carol. Otto.
Christianus.
Joh. Carolus.

Phil. Ludov. in Neuburg.

Georg. Johan.
Georg Otto.

Ludov. Philippus.
Johannes Augustus.
Georg. Gustav. in Lauterеck.
Carolus Lud.
Leop. Lud.

Maximil. El. I.
Albertus.

Maximilianus Phil. Hieron.
Ferdin. Maria Franc. Ignat. VVolfgang. el. II. gener Sabaudi.
Albertus Sigism. coadjut. in Freisingen.
Maximilianus Henricus, coadjut. Hildesheim.

Frid. II. el. XIII.
Bohem.
Fridericus V. el. XVIII rex
Ludovic. Philippus in Lautern & Simmern.

Johannes.
Fridericus.
Car. Gustavus.

Joh. Casim. gener Car. IX. reg. Svec.
Frid. Casim. in Landsberg.

VVolfgang. VVilb.
Philippus VVilb.

Augustus in Sultzbach.
Christ. Aug.
Joh. Ludov.
Philippus.


Philippus.
Eduardus.
Ludovicus.
Mauritius.
Rupertus.

Car. Ludov. el. XIX.
Frid. Henr. suffocatus in aquis.
Lud. Casimirus.


Lud. Henr.
Maur. Franc.

Tres filiæ.
Adolphus Johannes.
CAROLUS GUSTAVUS, rex Svec.

Frid. Ludovicus.
VVilb. Ludovicus.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

res, &, imperante Valeriano, Maroboduus, & poſt illū Lotharius, fines imperii Romani cum copiis ingreſſi, viam ſuis pararunt ad majora conanda. Poſt illos Vectis, Switta, Bodo, Hengiſtus, ſe hiſtoriarum monumentis dignos fecerunt. Wittekindus, monachus Corbejenſis, qvi claruit ſub Ottone I. autor eſt, Saxones, à brevibus gladiis, qvos Sahs vocabant, ſic dictos, cum ad portum Hadolaum in Weſtphaliam ſive aliunde, ſive, qvod veriſimilius, ex Nortmannia, Gothorum & Vandalorum regione, appuliſſent, & Thuringi iis poſt aliqvot velitationes copiam vendendi & emendi feciſſent, ab agris autem atq; rapina abſtinere juſſiſſent, qvendam eorum ornamentis aureis, qvæ geſtabat, à Thuringo mercatū eſſe, qvicqvid ille eſſet oblaturus: & obtuliſſe illum plurimum humo egeſtum pulverem, qvo ſinum impleret: Saxones pulverem per vicinos agros ſparſiſſe, & in loco conſperſo caſtra poſuiſſe, qvaſi ſuo auro terram ſibi comparaſſent, & tractu temporis omnes Thuringorum agros occupaſſe; trajeciſſe etiam in Britanniam, & novum illud AngloSaxonum regnum condidiſſe, qvod ſupra deſcripſimus: interea Huga, Francorum rege defuncto, cum Erminfridus, rex Thuringorū, cui unica Hugæ filia Amalberga nupſerat, id regnum contra Thiedericum, illegitimo qvidem toro ſuſceptum, ſed à Francis regem deſignatum, aſſereret, graviq; bello res gereretur, Saxones cum duce Berthobaldo, in auxilium à Francis evocatos, anno DXXIV. eo adegiſſe Thuringos, ut ſe Francis dederent: cum autem inter Francos & Thuringos clam conveniſſet, ut nomen Saxonum ſubito & nocturno impetu deleretur, atq; aliqvis Saxonum id à Thuringo, cui accipitrem interceptum reddiderat, intellexiſſet, Hathagatum, ex Saxonibus ſeniorem, educto ſigno militari, leone & dracone, qvibus aqvila ſupervolabat, perſvaſiſſe populo, ut prævenirent dolum, & Scitingam in Thuringia ad fluvium Unſtrud expugnarent: qvo facto, Saxones poſthac ſocios & amicos Francorum eſſe appellatos, partemq; Thuringiæ in mercedem militiæ accepiſſe: & ab hoc tempore Saxoniam ſub tribus principibus in tribus provinciis fuiſſe gubernatam in bellis autem adverſus hoſtes gerendis, ſorte electum eſſe, cui reliqvi obtemperarent. Paulo tamen poſt, magna Saxonum pars Longobardicæ expeditioni in Italiam circa annum DLXVII. ſeſe adjunxit. Sed cum Longobardi jugum ſervitutis ipſis vellent imponere, rediere in Weſtphaliam, qvam interea Svevi indultu Francorum in poteſtatem redegerant. Forti illam qvidem manu recuperarunt: ſed Lotharius, rex Francorum, ſtatim adfuit, & huc illos adegit, ut ſingulis annis tributum D. vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

vel lac. boum penderent. Tandem prodiit ex his Saxonibus WITTEKINDUS vel Widekindus, qvem alii regem aut ducem; alii, ut Eginhartus in annalibus ad annum IↃCCLXXVII. unum è primoribus Westphalorum nominat. Hic adjutus ab Albione vel Abbone, Transalbinorum Saxonum duce, & à Beringio, principe Ballenstetensi, vicies qvater cum Carolo M. congressus, tandem jugum Christi una cum Albione suscepit. Illum aliqvi à Sighardo, rege Saxonum, deducunt. Rectius sentire videntur, qvi ita ejus genealogiam condunt.

GENEALOGIA VVITTEKINDI.

(***)

Notandum, qvod Saxonum gens potentissima in ipsam Transilvaniam colonias duxit, ejectisqꝫ inde indigenis, Saxonicam lingvam adhuc retinet. Factum id esse nonnulli putant tempore Caroli M. Alii putant, Saxones in Transilvania esse reliqvias antiqvorum Gepidarum & Vandalorum, qvi illuc, ante multa secula, ad Romanas provincias debellandas se contulere. Fabulam non curamus, qva dicuntur civium Hameliæ liberi, per magum abducti, in hanc provinciam collocati. In Germania Saxones nec qvondam erant unius generis, nec hodienum sunt. Alii dicebantur OSTPHALI seu orientales, qvi à Visurgi ad Herciniam silvam & Albim usqꝫ limites habuerunt protensos; alii WESTPHALI seu occidentales, genuini & antiqvissimi Saxoniæ coloni, qvi Rheni tractum è regione Coloniæ ad occidentem & septentrionem illis insidebant locis, ubi est ducatus Bergensis, Wesalia & universa Westphalia; alii ANGRIVARII seu Angarii, qvi accolebant occidentalem Visurgis ripam, qvo loco est Minda, Osnabruga, Lemgovia; alii demũ TRANSALBINI, terrarum trans Albim incolæ. Nonnullis placet, Saxoniam ratione horum temporum dividere in superiorem, qvæ continet Thuringiam, principatum Anhaltinũ, partem Voitlandiæ & electoratum Saxoniæ: in inferiorem, qvo pertinent Magdeburgum, Brunsviga, Lunæburgum, Leoburgum, Holsatia: in novam, cui accensent Marchiam, Pomeraniam, Mechlenburgum, Borussiam: & in antiqvam, qvo referunt omnes episcopatus Westphaliæ, item Angriam, Juliacum, Cliviam, & qvæ loca alia Belgium contingunt. In Westphalia imprimis potens fuit WITTEKINDUS, cujus amplissimam familiam jam recensuimus. Ille post diuturna cum Carolo M. bella tandem in acie victus, & in arce sua Wit-

tigstein

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

(***)
GENEALOGIA WITTEKINDI.

Bodo, rex Saxonum, circa annum 260.
Vechta.
VVitta.
VVitigislus.
Hengistus, rex I. Anglosaxonum in Cantia, ab Ambrosio rege Britan. cæsus 474.

Oscus, rex II. Cantiorum, ex quo reges Angliæ.

Heinsus, ex quo reges Northũbrorũ in Anglia.

Hatugastus, dux Saxonum, 524.
Childericus, peremtus ab Arturo, rege Brit. 540.
Bodico.
Bertholdus in bello contra Dagobertum regem Franc. occubuit 633.
Sigismundus, dux Angrivar. in VVestph. alias Sigwardus, Goswini Obotritorum regis gener.
Dietericus, ex bellis contra Carolum Metellum notus, 740. gener Billungi, Obotritorum regis.

Edelhardus, dux Angriæ à Pipino in prælio cæsus 757.
Albo, Palatinus Saxoniæ, tandem Christianus.
Bertholdus, sæpius à Carolo M. victus, tandemq; à suis trucidatus 77[?].

VVernekinus pacificus, alias VVernerinus 768. obiit.

Bruno, dux Angrivariæ, stirps ducum inferioris Bavariæ.
VVittekindus magnus 807. Sigwardi, regis Dan. & Lechi ducis Bohem. gener.

VVittekindus II. comes VVethini circa VVitebergam & Soraborum.
Fridericus Burg. Sorab. à Saxonibus cæsus 810.
Ditgrenus, stirps marchionum Lusatiæ & Misniæ Landgr. Thuringiæ & veterum marchionum Brandeburg.
VVittekindus III. progenitor regum Galliæ Capetingorum, qui hodiernum regnant.

VVigebertus, dux Saxon. 843.
Bruno dux Sax. 843. conditor Brunsviga.
Ludolphus 855.
Otto 916. gener Arnolphi imp.
Henricus auceps imperator.
Otto I. imp.
Otto II. imp.
Otto III. imp.
Ludolphus.
Henricus rixosus, dux Sax. & Bav.
Bruno, stirps march. Sax.
Henricus.
Henricus II. imper.
Otto, dux Svev. & Bavar.
Eckardus, marchio Saxoniæ.
VValbertus, stirps comitum Altenburg. marchionum Montferrat. & ducum Sabaudiæ.

Fridericus, stirps veterum marchionum Misniæ.   *Dithmarus, stirps recentiorum marchionum Misn.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Wittigſtein ad Viſurgim obſeſſus, indeq; in Daniam ad regem ſocerum elapſus, cum intelligeret, non alio fine bella hactenus ſecum geſta, qvàm ut Chriſto nomen daret, veritate fidei noſtræ agnita, cultum idolorum ejuravit, & pace ſancita cum Carolo, qvi jam Oſnabrugis, Monaſterii, Padebornæ & Bremæ templa erexerat, & collegia eccleſiarum inſtituerat, qvod reliqvum erat vitæ, Chriſtiano more tranſegit, & variis pietatis operibus, ad fidem in poſtero propagandam, ſe commendavit, non tamen illuſtrior, qvàm ex epiſcopatus Mindenſis fundatione. Poſtqvam Chriſto nomen dederat, in beneficio etiam imperatoris Chriſtiani poſuit, qvicqvid terrarum in Saxonia, nomine ducis, in ſucceſſores tranſmiſit. Qvæ interim Saxoniæ oppida imperator ſibi vendicabat, in illis comites conſtituit, qvi pro tribunali, qvod vocabant Mallum publicum, aſſiſtentibus ex populo Scabinis, jus diceret. Epiſcopi tamen, qvorum fuiſſet ſacra curare, pedetentim, & præſertim tempore Ottonum, ſive liberalitate imperatorum, ſive invaſione, comitum curam in ſe devolvebant, adeoq; ipſa oppida, arces & regiones pleno dominii jure ſic obtinuere, ut civilem etiam in ditionibus, à comitibus ad ſe devolutis, jurisdictionem per advocatos laicos uſurparent, & ſe ipſis Saxoniæ ducibus opponere auderent. His technis in aliis qvoq; regnis hoc tempore epiſcopi, & inprimis Romanus, autoritatem ſibi in res ſeculares acqviſivere. Cæterum, nomine ducum Saxoniæ & Weſtphaliæ, ex Wittekindi ſangvine continua ſerie ſucceſſere Wigebertus: (cujus frater Wittekindus II. eſt ſtirps regum Galliæ & marchionum Miſniæ) Bruno, primus Brunswigæ conditor: Ludolphus anno IↃCCCLV. defunctus: Otto, qvi oblatum imperium reſpuit: Henricus I. auceps, imperator, qvi hinc fines imperii ad mare Balthicum promovit; illinc per Lotharingiam, Burgundiam & Italiam vires ejus ſtabilivit: Otto II. imperator, pallida illa mors Saracenorum: Otto III. imperator, qvi patris & avi victorias in Italia contra varios hoſtes continuavit, &, cum eſſet ſine liberis, Saxoniam ſub titulo MARCHIONATUS SAXONICI ad agnatos tranſmiſit. Ex qvibus primus Saxoniæ Marchio erat Eckardus, Ottonis Sveviæ & Bavariæ ducis filius, Ludolphi nepos, Ottonis I. pronepos: qvo in rebellione adverſus Henricum II. imperatorem cæſo, marchionatus devolutus eſt ad Brunonem, Henrici rixoſi, qvi fuit frater Ottonis M. imperatoris, filium. Hic Henricus rixoſus Bavariam Saxoniæ primus conjungere ſatagebat: & cuivis principi jam par videri poterat. Filios reliqvit Henricum & Brunonem. Henricus ab Ottone II. cujus imperium detrectaverat, eſt proſcriptus

ptus, ut ſuperiori qvæſtione diximus. Sed filius ejus Henricus S. hanc familiæ maculam feliciter eluit, ad imperium poſt Ottonem III. promotus. Bruno duos habuit filios, Sigfridum, qvi fuit ſtirps comitum Northeimiorum ad Viſurgim; & Brunonem: cujus filius Bruno poſt Eckardum eſt ſecundus Saxoniæ marchio: qvem qvi ſecuti ſint, patet ex ſeqventi catalogo.

MARCHIONES VETERES SAXONIAE.

I. ECKARDUS, Ottonis Sveviæ & Bavariæ ducis F. Ludolphi N. Ottonis I. imp. pronepos: cæſus à Bernhardo & Lothario, Saxoniæ ducibus, ob rebellionem contra Henricum II. imp.

II. BRUNO I. Brunonis F. Henrici Rixoſi ducis Bavariæ N. Henrici I. Aucupis imp. pronepos: qvi poſt Eckardum accepit anno clↄvi. marchionatum Saxoniæ, eiq́ biennio præfuit.

III. BRUNO II. F. qvi poſt patrem præfuit marchionatui octennium.

IV. LUDOLPHUS F. initio ſub tutoribus. Vivus ceſſit marchionatum filio, & deceſſit anno clↄlxxiv.

V. BRUNO III F. ante patrem anno clↄlvii. defunctus.

VI. EOBERTUS I. Fr. ante patrem & ipſe mortuus. Fuit ſimul marchio Thuringiæ.

VII. ECBERTUS II. F. qvi cum contra Henricum IV. imperatorem partes pontificis ſeqveretur, in molendino per inſidias anno clↄxcii. confoſſus eſt, nullis relictis heredibus. Et ab hoc tempore marchionatus Saxoniæ conceſſus eſt Saxoniæ ducibus. Schemate res clarior eſt.

Henricus I. auceps imp.

Otto I. Imp. — *Henricus rixoſus.*

Otto I. Imp.: *Otto II. imp.* · *Otto III. imp.* — *Ludolphus.* · *Otto.* · *Eckardus I. marchio Saxon.*

Henricus rixoſus: *Bruno.* — *Henricus proſcriptus.* · *Henricus S. imp.*

Bruno: *Bruno, marchio II.* · *Bruno marchio III.* · *Ludolphus, marchio IV.* — *Sigfridus, ſtirps comitum Northeim.*

Ludolphus, marchio IV.: *Bruno, march. V.* — *Ecbertus, marchio VI.* · *Ecbertus, marchio VII. improles.*

Cæterum cum poſt Henricum ſanctum potentia Francorum in imperio prævaleret, eorumq́ ducibus integro amplius ſeculo axioma imperii com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

mitteretur, Lotharius Saxo, Gebhardi comitis in Supplenburg & Arnsberg, ex antiqva comitum Qverfurdi ad Hercyniam silvam stirpe filius, qvi Henrico V. imperatori fidelem operam navarat, ducta Ricsa, filia Gertrudis, Ludolphi ducis Saxoniæ neptis, Henrico duci Göttingensi nuptæ, universam pene Saxoniam in præmium est consecutus, & factus post Henricum V. imperator illam genero suo HENRICO SUPERBO, duci Bavariæ, una cum principatu Brunsvigæ & Lunæburgi, concessit in beneficium. Filius Henrici Superbi, HENRICUS LEO, heros egregius, sua fretus potentia, ut qvi à sinu pene Adriatico ad sinum Codanum & ad oceanum Germanicum Bavaris, Svevis, Rhætis, Vindeliciis, Noricis, Caucis, Saxonibus jura dabat, cũ ab imperatore Friderico Barbarossa, suo amitino, deficeret, & in comitiis Herbipolitanis anno cIↃCLXXX. ad causam dicendã vocatus, non compareret, proscriptus, præter magnam Westphaliæ partem, qvæ Philippo archiepiscopo Coloniensi cum titulo DUCIS ANGRIÆ & WESTPHALIÆ data est, Bavariam & Saxoniam ademtam doluit: qvarum illa Ottoni Wittelsbachio, ut diximus; hæc Bernhardo Anhaltino, comiti Ascaniæ, data est. Brunsvigam tamen & Lunæburgum posteri Henrici Leonis retinuere. Memorabile est, qvod Henricus Leo pro eqvo albo in insignium clypeo recepit duos leopardos, qvos illi rex Angliæ, ad qvam confugit, cum imperator Lubecam expugnasset, donarat, albumq; eqvum galeæ imposuit. Bernhardi posteri, nomine ducum Saxoniæ Lawenburgensium, adhuc partem Westphaliæ & Angriæ obtinent: partem, qvæ duci Juliacensi debebatur, in comitatu Ravensburgi & Marchiæ, ducatuq; Clivensi, possident elector Brandeburgensis & dux Neoburgicus. Reliqva inter se diviserunt comites & episcopi.

XIV. *Qvisnam est ille Bernhardus Anhaltinus, Ascaniæ comes, cui Fridericus Barbarossa concessit Saxoniam, Henrico Leoni ademtam?*

Stirps Ascania in genealogiis ad Ascanez, filium Gomeri, pronepotem Noachi, referri solet. ex qva tandem progressi sint Berwaldus, dominus Hercyniæ, Ascaniæ & Ballenstedii ad Visurgim, anno IↃXXIV. contra Thuringos dux militiæ Saxonicæ creatus: Albertus, à Constante juniore imperatore, anno IↃXLI. princeps Ursini in Italia factus: Otto Eficus vel dives, comes Ascaniæ, Ballenstedii & Wölpe, qvi marchionatum Soltwedelensem à Magno, duce Saxoniæ, socero suo, dotis nomine accepit. Hujus filius Albertus, cognomine Ursus, à Conrado III imperatore marchiam Brandeburgicam impetravit, pater duorum electorum, Ottonis in marchia dicta,

dicta, & Bernhardi in Saxonia, qvi primus Witebergæ sedem fixit. Nos nostro progrediemur ordine.

ELECTORES SAXONIAE ASCANIDAE.

A. C. A. R.

1180. I. BERNHARDUS, marchio Soltwedelensis, Alberti Ursi filius, Marte & justitia celebris, insignia rutacei seri primus usurpavit: Saxoniam Henrico Leoni ademtam est adeptus: aulam Witebergæ constituit. 32

1212. II. ALBERTUS I. F. Friderici II. imperatoris comes in sacra expeditione, arcem Lawenburgensem ad Albim condidit. Frater ejus Henricus est stirps principum Anhaltinorum; filius Johannes, dux Angriæ & Westphaliæ, palatinus Saxoniæ, dominus Lawenburgi, stirps est ducum Saxoniæ inferioris, qvi subinde agnatis litem intenderunt de electoris dignitate, qvorum genealogiam licet infra videre. 48

1260. III. ALBERTUS II. F. Guntherum archiepiscopum Magdeburgensem armis oppugnavit. 51

1311. IV. RUDOLPHUS I. F. Burggravius Magdeburgensis: cui se patruus Johannes, dux Angriæ & Westphaliæ, opposuit, dignitatem archimarescalli & electoralem in suam familiam translaturus 45

1356. V. RUDOLPHUS II. F. fundator templi cathedralis Wittebergensis. 14

1370. VI. WENCESLAUS Fr. dux non saltem Saxoniæ, Angriæ & Westphaliæ, sed & Lunæburgi. 18

1388. VII RUDOLPHUS III. F. vir gravis & prudens. 31

1419. VIII. ALBERTUS III. postremus è stirpe Ascania: qvo post triennium defuncto, dignitas electoralis FRIDERICO BELLICOSO, Thuringiæ Landgravio & Misniæ Marchioni, à Sigismundo imperatore collata est. Nam Ericus V proximus Ascanidarum agnatus, dux Lawenburgensis & Saxoniæ inferioris, præteritus est vel aliis de causis, vel qvod feudum legitimo tempore sibi conferri non petiisset. Et qvanqvam non tantum in aula imperatoris, sed & in conventu electorum, inq; comitiis Noribergensibus, jura deduxit successionis, qvin & ad Martinum pontificem & ad concilium Basiliense confugit, conqvestus de justitia sibi à Cæsare denegata, ut legere est apud Chytræum in prima par-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

parte Chronici Saxoniæ, cum tamen sine liberis defungeretur, nec frater ejus Bernhardus, filiusq; Bernhardi Johannes, postea qvicqvam obtinerent, lis deinceps qvievit. Fridericus Bellicosus sangvinem ab altero Wittekindi filio Wittekindo juniore traxit: cujus majores primum dicti sunt comites Wethini; deinde Marchiones Misniæ; tandem etiam Landgravii Thuringiæ, qvam reliqvis suis provinciis adjecere, ut ex seqventi syllabo patet. Ubi initio notetur, qvod, qvanqvam Misna fluvius sit, qvi in Albim sese exonerat, unde MISNIA facile nomen potuit trahere, Reineccius tamen & Albinus hoc ipsum nomen Misniæ ab antiqvis Mysis derivent: qvos dicunt populos lingvæ Teutonicæ fuisse, & ex Bithynia Asiæ cum Thyringetis, id est, Getis ad Thyram, qvæ hodie Nester vocatur, progressos, primum consedisse ad Danubium: inde tempore Antoninorum inter Salam & Albim sedes locasse, illo nempe loco, ubi antiqvitus degebant Hermunduri: Sorabos deinde, populum ex Henetis, illũ terrarum tractum sibi submisisse. Hi, etsi continua illis bella cum Saxonibus & Francis fuere gerenda, non tamen sedibus, semel occupatis, potuerunt dimoveri. A Clotario II. rege Francorum circa annum IↃCXVIII. cladem ingentem leguntur accepisse. Sed ejus filio, Dagoberto M. cum auxilio adesset Saxonibus, Soraborum hostibus, denuo se viriliter opposuere, & Misniam usq; ad Caroli M. tempora adversus qvamcunq; vim Saxonum & Francorum sibi asseruere. Caroli M. filius Carolus, vivo adhuc patre, à Saxonibus adjutus, primus illos domuit, condito inter Salam & Albim marchionatu Landsbergensi circa Halas Saxonum. Ab hoc tempore Franci & Saxones, expulsis aut in servitutem tractis Sorabis, Misniam reddidere Germaniæ. Et qvanqvam Heneti tempore Ludovici pii, ut & Ludovici Germanici, jugum conabantur abjicere, in ordinem tamen denuo redacti sunt. Tempore Ludovici IV. & Conradi I. Hunnos in auxilium evocabant: qvi ingenti multitudine provincias imperii diu in prædam habuere, nec, nisi annua pensione promissa, ad pacis conditiones descendebant: qvam cum postea Henricus Auceps illis negaret, & ejus loco scabiosum canem offerret, grave exortum est bellum. Sed Hunni ad Martisburgum ingenti prælio cæsi succubuere, & Sorabi ab omni spe recuperandæ cum libertate Misniæ dejecti sunt. Ne vero Heneti, qvorum pars erant, è vicinis locis amplius irrumperent, Henricus Auceps DUOS MARCHIONES cum principis dignitate constituit, unum MISNIÆ, Fridericum suum agnatum è Wittekindi M. prosapia oriundum, alterum LUSATIÆ Geronem, comitem Altenbur-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

gensem, qvi postea etiam est factus marchio Brandenburgensis. Utriusq; successores enumerabo ad ductum P. Albini in Chronicis Misnicis, viri eruditi & diligentis.

A. C. *MARCHIONES LUSATIAE.* A. R.

927. I. GERO, Erwini F. ex comitibus Altenburgensibus & Martisburgensibus: qvi post XIII. annos etiam est factus marchio Brandeburgensis. 38
965. II. CHRISTIANUS, ex comitibus Wethinensibus, & ex prosapia Wittekindi, Dithmari F. ab imperatore Ottone I. post Geronem marchionatum Lusatiæ adeptus. 8
973. III. DITHMARUS I. F. 5
978. IV. GERO F. interfectus in prælio adversus Bohemos. 27
1015. V. DITHMARUS II. Fr.
VI. OTTO F.
1031. VII. DEDO, Theodorici II. marchionis Misniæ filius: post qvem, ob rebellionem ab Henrico IV. imperatore rejectum, Lusatia superior à marchionatu separata est, & Bohemiæ juncta. 44
1075. VIII. HENRICUS I. senior F. qvi qvoq; fuit marchio Misniæ. Frater ejus Conradus fuit marchio Landsbergæ & elector Brandeburgensis, anno cIↃLVI. ab Henetis cæsus. 31
1106. IX. HENRICUS II. junior F. 20
1126. X. XI. WIPRECHTUS, ex comitibus Groizschensibus Holsatis: ejusq; filius HENRICUS III. 10
1136. XII. CONRADUS I. Thimonis F. Theodorici II. N. marchio Misniæ, factus etiam marchio Lusatiæ per Lotharium imperatorẽ. 20
1156. XIII. THEODORICUS F. 28
1184. XIV. CONRADUS II. Theodorici ex fratre Dedone, comite Röchlizii, F. Marchionatum Lusatiæ, à patre ab imperio redemtam, post Theodoricum adiit, qvanqvam ejus patruus Otto dives etiam vocatur marchio Lusatiæ. 27
1211. XV. THEODORICUS Conradi patruelis, Ottonis divitis F. marchio Misniæ. 13
1224. XVI. XVII. HENRICUS ILLUSTRIS F. marchio Misnensis: vivus adhuc, concessit Lusatiam filio Theodorico pingvi, qvi tamen mortuus est ante patrem. 52
1282. XVIII. FRIDERICUS TEUTE, Theodorici pingvis filius, ex venenatis cerasis mortuus. 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

1291. XIX. DIZMANNUS patruelis, Theodorici ex filio Alberto nepos. 16

1307. XX. FRIDERICUS F. ADMORSUS, marchio Misniæ: cui Waldemarus, marchio Brandeburgensis, ademit Lusatiam inferiorem, sicuti antea Bohemi ad se traxerant superiorem. Post Waldemari familiam extinctam, Bohemi etiam acceperunt hanc inferiorem.

Cæterum, anteqvam Marchiones Misniæ adjungo, genealogicam arborem apponam, unde omnis hæc & seqvens historia rectius cognoscetur. Ante ipsam tamen arborem, seriem qvoq; marchionum Thuringiæ, ne hac parte historia nostra deficiat, recensebo, præsertim, qvia primi ex illis descendunt ex marchionibus Misniæ.

MARCHIONES THURINGIAE.

I. GUNTHERUS, Brunonis, marchionis Misniæ, qvi fuit frater Dedonis, filius, Friderici nepos, Ditgremi pronepos, Wittekindi II. abnepos; I. atnepos.

II. ECKARDUS I. F. marchio Misniæ XVII. ut postea numerabimus, cæsus ob rebellionem.

III. ECKARDUS II. F. marchio Misniæ XXI. qvi cœpit anno cIↃII. præesse marchionatui, & eum administravit XXIV. annis.

IV. LUDOLFUS, Brunonis II. marchionis Saxoniæ filius.

V. WILHELMUS ex comitibus Orlamundæ, cæsus à Vandalis anno cIↃLVI.

VI. UDO Fr.

VII. OTTO Fr. Henrico IV. rebellis, & ejus in imperio æmulus, & ob id à Brunone III. & Ecberto I. marchionibus Saxoniæ, bello lacessitus, & tandem in certamine cæsus. Vidua ejus nupsit Dedoni, marchioni Misniæ & Lusatiæ.

VIII. WILHELMUS II. F. in apparatibus nuptiarum obiit.

IX. OTTO Fr. cujus vidua Adela itidem nupsit Dedoni, marchioni Misniæ & Lusatiæ: qvi hoc nomine ambiit qvoq; Thuringiæ marchionatum, &, cum negaretur, Henrico IV. rebellis factus est.

X. ECBERTUS I. marchio Saxoniæ, Brunonis III. F.

XI. ECBERTUS II. F. initio sub tutoribus: qvo in molendino anno cIↃXCII. confosso, cum se imperatori Henrico IV. opponeret, imperatoribus cessit Thuringia. Ex illis Lotharius Saxo sine prole decedens, marchionatum Thuringiæ sub nomine Landgraviatus in feudum concessit Ludovico, comiti Thuringiæ, genero suo, Ludovici Saltatoris F. Ludovici Barbati N.

GENE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

VVittekindus I. Magnus, dux Saxon.

VVigbertus, dux Saxoniæ. — VVittekindus II. Burggravius Soraborum in Misn.

Bruno, abavus Henrici Aucupis imp. — VValbertus. Dietericus, comes Mersburg. & Ringelheim. Sigfridus, primus marchio Brandeburgensis.

Fridericus. Ditgremus. — VVittekindus III.

Fridericus. — Dithmarus.

Bruno. Fridericus. Dedo. Christianus in Lusat. Dithmarus. Theodoricus I. primus Misniæ marchio dictus: cujus majores dicebantur burggravii Soraborum.

Guntherus in Thur. — Brunico in Misn. & Brand. — Ridacus.

Eckardus I. in Thur. & Misn. Gunzelinus. Bruno. — Meinfrid. Hermann. Hugo. Sighard marchio Brandeb. Theodoricus. Teutberga, uxor Dedonis I. Misn. march.

Dithmarus II. Otto. Gero.

Dedo I. cujus ux. Teutberga Brandeb. — Fridericus I. palatinus Sax.

Theodoricus II. Marchio Misn. & Brandeb. — Fridericus II. Fridericus III. Fridericus IV. Fridericus V. palatinus Sax.

Thimo. Conradus magnus, marchio Misn. & Lusatiæ post ejectum Henricum II.

Dedo II. march. Misn. Brand. & Lus.

Henricus I. in Misn. & Lusat. Dedo III. Conradus march. Brand.

Otto dives, march. Misn. Theodoricus III. in Lus. Dedo. Conradus II. in Lus. — Henricus II. junior, habitus pro suppositio & ejectus ab Henrico IV. imp.

Theodoricus IV. in Misn. & Lus. Albertus superbus.

Henricus illustris in Misn. & Thur.

Albertus degener in Thur. quam vendidit. Fridericus rigorosus. Theodoricus V. pinguis in Lusat. Fridericus Teute in Lusat.

Fridericus admorsus in Misn & Lus. Dizmannus. Henricus.

Fridericus severus seu gravis in Misn. VVilhelmus. Balthasar in Thuringia.

Fridericus strenuus. VVilhelmus unoculus. Balthasar. Ludovicus archiep. Mogunt.

Fridericus bellicosus, PRIMUS ELECTOR, in Misn. VVilhelmus in Thuringia.

Fridericus placidus El. II. VVilhelmus. Sigismundus episc. Herbipol.

Ernestus El. III. Albertus animosus, gubern. Frisiæ.

Frider. sap. El. IV. Johan. El. V. Alb. Mog. Ern. Magd. Georg. in Misn. & Thur. Henricus. Frider.

Joh. Frider. El. VI. Joh. Ernestus. Mauritius El. VII. Augustus El. VIII. Christianus El. IX.

Frider. II. stirps ducum Coburg. VVilhelmus stirps ducum Altenb. & Vinar. Christianus El. X. Joh. Georgius El. XI.

 MAR-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

MARCHIONES SORABORUM ET MISNIAE.

I. WITTEKINDUS M. dux Saxoniæ, à Carolo M. Landvoigtus seu Burggravius Soraborum Zorbicensis, inter Albim & Salam, id est, in Misnia factus, anno seculi octavi LXXXV. ad fidem conversus, conditor arcis Wittenbergensis, Paderbornæ sepultus.

II. WITTEKINDUS II. F.

III. FRIDERICUS F. ob ignaviam per rebellionem à Saxonibus cæsus.

IV. DACHHULF sub Ludovico I.

V. ZISCIBER, sub Ludovico Germanico, cæsus à Slavis anno IↃCCCLIX.

VI. WERNER, ob collusionem cum hoste depositus post annum.

VII. LUDOVICUS, Ludovici Germanici F. post qvem DACHHULF iterum usq; ad annum IↃCCCLXXIII. præfuit.

IIX. RATHULF per septennium.

IX. POPPO, comes Hennebergensis & princeps Thuringiæ, qvod imprudentius contra hostem egerat, depositus, cum XIII. annos marchionatum gubernasset.

X. DITGREMUS, Friderici F. Wittekindi II. N. ab Ottone, Henrici Aucupis imperatoris patre, ob turbas in Saxonia datas, Misnia ejectus, anno IↃCCCCXVI.

XI. DITHMARUS F. ab Henrico Aucupe restitutus, cui militaverat. Hic Henetos ad Villersleben gravi clade afflixit, defunctus anno IↃCCCLIX.

XII. FRIDERICUS, ex fratre Dithmari Friderico natus, cæsus ab Henetis.

XIII. BRUNICO ex fratre Friderici Brunone natus, marchio Brandenburgensis, qvi bella gessit cum Eberhardo, Franciæ Palatino, Conradi I. imperatoris fratre.

XIV. THEODORICUS, Dithmari F. cujus frater Christianus est marchio Lusatiæ. Post hunc demum Burggraviatus Soraborum Zorbicensis est dictus marchionatus Misniæ. Ejus alter filius Dedo fuit comes Mersburgensis; alter Fridericus, Hennebergensis

XV. BRUNO, Ditgremi ex filio Friderico nepos, Wittekindi II. abnepos, à plerisq; PRIMUS MISNIÆ MARCHIO vocatus. Variant enim hic autores.

XVI. RIDACUS F. Bruniconis Fr. dives cognominatus, cui Bohemi per insidias Misenam ademere. Filius ejus Carolus præteritus est.

XVII. ECKARDUS I. ex fratre Ridaci Gunthero natus, marchio qvoq; Thuringiæ, fundator episcopatus Naumburgensis, æmulus imperii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

contra Henricum II. & ob id per insidias anno cIↄII. cæsus, cum antea Bohemos ex Misena ejecisset, & Misniam hereditario jure accepisset.

XVIII. GUNZELINUS Fr. infeliciter cum Bohemis bella gessit, & ab Henrico II. Cæsare ad carcerem damnatus, inq; eo mortuus, anno cIↄXI.

XIX. BRUNO Fr. ejectus ab Eckardi I. filio Hermanno.

XX. HERMANNUS, Eckardi I. F. cujus tempore feminæ Misenam, absentibus maritis, adversus Bohemos zytho defenderunt.

XXI. ECKARDUS II. Fr. ultimus ex familia Brunonis: qvo adhuc vivo Theodoricus II. Dedonis F. Theodorici N. Dithmari pronepos, marchio Landsbergensis, jura marchionatus Misniæ adeptus, obiit ante Eckardum II. qvi præfuit usq; ad annum cIↄXLVI.

1046. XXII. DEDO, Theodorici II. F. marchio Lusatiæ, in aula Ridaci educatus, &, qvia cum aliis principibus Henrico IV. rebellarat, ejectus à Bohemorum rege Wratislao, & in exilio mortuus. Ejus fratri Thimoni, qvia castra Henrici IV. imperatoris fuerat secutus, in præmium promissa est Misnia. Sed eam demum post obitum filii & nepotis Dedonis, nempe Henrici I. & II. Conradus, filius Thimonis, accepit. 29

1075. XXIII. Wratislaus, rex Bohemiæ, cui Henricus IV. Misniam concessit in beneficium, neglectis Dedonis filiis: à qvibus illi vicissim Misnia adempta est. 1

1076. XXIV. HENRICUS I. Dedonis F. auxilio Ecberti, marchionis Saxoniæ, Misniam recuperavit, & ob id gravia bella gessit cum Wratislao: marchio etiam Lusatiæ. 30

1106. XXV. WIPRECHT, marchio Lusatiæ, comes Groitschensis, ejectus ab Henrico II. 17

1123. XXVI. HENRICUS II. Henrici I. F. postumus: qvem Conradus successor habuit pro supposititio, qvasi mater gravida, post obitum mariti, puellam enixa, substituisset coci filium. Sed Henricus Conradum in bello cepit, & paulo post obiit. 5

1126. XXVII. CONRADUS, Thimonis F. ex carcere marchio Misniæ & Lusatiæ per Lotharium II. imperatorem. Bis expeditioni adversus Saracenos interfuit, cæsus tandem ab Henetis. 30

1156. XXVIII. XXIX. OTTO DIVES F. Lipsiam muro cinxit: fodi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

nas metallicas Fribergenses aperuit: Fribergam condidit: primum à Ludovico Thuringiæ Landgravio; deinde à suo ipsius filio ALBERTO SUPERBO, qvem natu majorem secundogenito Theodorico postposuerat, in carcerem conjectus. Ottonis divitis frater, Theodoricus III. in variis expeditionibus Fridericum Barbarossam est comitatus. 33

1189. XXX. THEODORICUS IV. F. pro Philippo imperatore contra æmulum ejus, Bertholdum Zaringium, ut & contra Ottocarum, regem Bohemiæ, arma expediit: à fratre Alberto ejectus & ab Hermanno, Landgravio Thuringiæ, socero, restitutus: veneno à medico necatus. 38

1220. XXXI. HENRICUS, F. ILLUSTRIS & MUNIFICUS, Landgravius simul Thuringiæ, qvam propter uxorem occupavit, defuncto sine mascula prole ultimo ex Thuringiæ Landgraviis Ludovico S. Hic ipse Henricus addidit suis titulis Palatinatū Saxoniæ, qvi ab Ottone II. Magdeburgi institutus, jam ad landgravios Thuringiæ devolutus fuerat: & moriturus, regiones inter filios divisit, ut Theodoricus V. marchio Misniæ; Albertus, degener cognominatus, Thuringiæ landgravius diceretur. 64

1288. XXXII. ALBERTUS, F. DEGENER, Friderici II. imperatoris gener, etsi cum uxore Margareta Altenburgensem ducatum loco dotis acceperat, & ex ea tres filios, Fridericum, Henricum & Dizmannum susceperat, pellicem tamen Cunegundam Isenburgicam feminæ prudentissimæ prætulit, & exclusis legitimis filiis, Ludovicum Apitium, ex Cunegunda sibi natum, successorem sibi destinavit. Margareta, cujus vitæ aliqvoties insidiatus fuerat, Francofurtum profugiens, monasterium ingressa, brevi vitam finiit. Filii ejus hereditatem patrui Theodorici, à qvo educati fuerant, adierunt, & se jam Misniæ ex testamento sibi relictæ marchiones dixerunt. Eandem Albertus pater sibi armis vendicavit. Sed à filiis capitur, & annum amplius in custodia detinetur. Dimissus, non Brandenburgenses saltem & Anhaltinos in filios concitavit, ex qvibus Dizmannus postea Lipsiæ in ipsis feriis natalitiis Christi per immissos sicarios in templo Thomano est trucidatus, sed & omnem Thuringiam Adolpho Nassovio imperatori XCIV. millibus florenorum divendidit. Multa inde desœviit calami-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

lamitas, qvæ non prius medicinam invenit, qvam Adolphus & Albertus, imperatores, opimis regionibus diu insidiati, omni spe dejicerentur, &, Alberto degenere ad privatam vitam in monasterio degendam redacto, & Erfurdiæ postea anno cIↃCCCXIV. exule & inope mortuo, Fridericus ejus filius avitas omnes regiones recuperaret. 28

1306. XXXIII. FRIDERICUS F. Admorsus dictus, qvod à matre Margareta, ob insidias à marito sibi structas fugitura, osculo valedictorio excipiendus, vulnus in genis, tanqvam vindictæ olim exercendæ signum, dentibus inflictum acceperat, variis cum patre, Adolpho & Alberto imperatoribus, ut & Woldemaro marchione Brandeburgico, & Philippo Nassovio bellis gestis, qvibus bis captus, bis feliciter evasit, tandem tranqville possessiones paternas obtinuit, & illis addidit imperio subtractas urbes Zwickaviam, Aldenburgum & Kemnizium. Moriturus, divisit inter filios provincias, & Fridericus gravis cum Wilhelmo Misniam; Balthasar Thuringiam accepit. Urbes imperii Aldenburgum, Cygnæam & Chemnitium in compensationem damnorum & expensarum in transactione cum imperatore retinuit anno cIↃCCCVIII. 19

1325. XXXIV. FRIDERICUS GRAVIS seu severus seu macilentus F. contra Carolum IV. Cæsar designatus, Vinariam & comitatum Orlamundensem ditioni suæ adjecit. Reliqvit, præter Fridericum strenuum, tres alios filios, Wilhelmum unoculum, Balthasarem & Ludovicum archiepiscopum Moguntinum. 24

1349. XXXV. FRIDERICUS STRENUUS F. ditionem Coburgensem cum Catharina Henrici Hennebergensis filia accepit, & Voitlandiam occupavit: defunctus anno cIↃCCCLXXXI. 32

ELECTORES SAXONIAE EX SUPERIORI FAMILIA MARCHIONUM MISNIAE.

1381. I. FRIDERICUS I. BELLICOSUS F. primus elector in sua familia à Sigismundo imperatore, anno cIↃCCCCXXII. Alberto duce Lawenburgensi & electore sine liberis defuncto, creatus, & titulo ducis Saxoniæ insignitus est, præteritis Anhaltinis & Lawenburgensibus: conditor Academiæ Lipsiensis è ruinis Pragensis. Frater ejus Wilhelmus, Landgravius Thuringiæ, Marchiam Bran-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

denburgensem à Jodoco Moravo emerat: sed imperator Sigismundus eam redemtam in beneficium concessit Friderico, Burggravio Noribergensi. Cæterum sub hoc electore bellum Hussiticum exarsit, qvod vario Marte gestum est, cum jam Misnenses in Bohemiam; jam Bohemi in Misniam irruptionibus mutuis se fatigarent, & cladem jam acciperent, jam inferrent, sicuti ad Aussigium pugna memorabilis accidit, in qva ultra vclɔ. ceciderunt. Tempus pugnæ artificioso rithmo est expressa.

Die Zeit des Krieges für Außigk/
Hatt man geschrieben diß Geschick:
Ein Stück von einer Taschen/ clɔ
Vier Oehr von einer Flaschen/ cccc
Eine Seul von einem Thor I
Und dritthalb Andres Creutz davor. xxv. 47

1428. II. FRIDERICUS II PLACIDUS, F. bellum cum Hussitis continuavit, illisq; anno seculi xxxviii. ad Sulmizium insignem victoriam extorsit, ultra vclɔ. cæsis. Præterea pro altero fratre Sigismundo, episcopo Herbipolensi, bella adversus Francos gessit: alterum fratrem Wilhelmum, cum de hereditate herciscunda exortiisset controversia, diu oppugnavit, donec res transactione amica componeretur. Duo ei fuere filii, ERNESTUS & ALBERTUS: qvos in teneris Conradus à Kauffung, tribunus eqvitum, vindictam ideo sumturus, qvo se ipse in bello contra Friderici II. fratrem Wilhelmum redemisset, nec refusa esset pecunia, ipse etiam ob minas proscriptus esset, ex arce Altenburgica plagio abduxerat. Sed in ipso facinore à carbonario deprehensus, meruit supplicium. Ernestus in electoratu patri successit: cumq; absente in bellis fratre, xx. amplius annis solus fere administravit, donec tandem provincias cum eo partitus, paucis post diebus extinctus est, qvatuor relictis filiis. ALBERTUS animosus, dextera imperii manus, & Germanicus Rolandus cognominatus, decus imperii inclinatum feliciter recuperavit, & ob res fortiter gestas hereditarius Frisiæ gubernator constitutus est, postqvam Gallos Belgio exturbaverat, & regem Hungariæ Matthiam variis præliis ad æqvas pacis conditiones adegerat. Condidit Annæbergam, & anno clɔlↄ. cum obedientiam detrectantes Groningen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

genses ad obseqvium conabatur reducere, Embdæ defunctus, tres filios reliqvit, Georgium, Henricum, Fridericum. Ex his GEORGIUS, gener Casimiri regis Poloniæ, patri successit in Misnia atq; Thuringia, fuitq; Lutheri usq; ad mortem, qvæ anno seculi xxxix. contigit, hostis acerrimus. HENRICUS interea, qvi repurgatæ religionis causam agebat, bellis in Frisia operam navabat. FRIDERICUS, magister Ordinis Teutonici factus in Borussia, decimo post patrem anno obiit. Georgius qvatuor qvidem filios genuerat: sed duo ex illis, Wolfgangus & Christophorus, infantes decessere; duo, Johannes & Fridericus, ad robustam qvidem ætatem pervenere. Ille biennio ante patrem qvadragenarius pene obiit; hic seqventi post anno subsecutus est. Cum igitur Georgio filii non superessent, secum constituerat, heredibus, interq; eos Henrico fratre, nisi nuncium Augustanæ confessioni mitterent, exclusis, Ferdinando regi, Caroli V. fratri, per testamentum omnes possessiones tradere. Sed hæc conantem mors antevertit anno seculi xxxix. Et sic Lipsia tandem, & reliqva in Misnia & Thuringia oppida, qvæ sub Georgio hactenus gravem ob religionem persecutionem passa fuerant, cesserunt Henrico, patri Mauritii & Augusti, postea electorem. 36

1464. III ERNESTUS RELIGIOSUS F. qvatuor genuit filios: ex qvibus Albertus, archiepiscopus fuit Moguntinus; Ernestus, Magdeburgensis; Fridericus & Johannes in electoratu, unus post alterum, successere. 22

1486. IV FRIDERICUS SAPIENS, cœlebs F. etsi provincias paternas cum fratre Johanne jure communi administrabat, in Saxoniæ tamen ducatum & electoratum illum non admisit. Sepulcrum Domini Hierosolymitanum, cum avunculo Christophoro, duce Bavariæ, adiit. Redux Academiam Witebergensem fundavit: Lutherum illuc ex Erfordia; Melanchthonem è Tubinga evocavit: imperium, pridie sibi oblatum, postridie ad Carolum V. detulit, & pro illo officio sibi xxxcIɔ. florenorum oblata constanter, teste Erasmo, recusavit: patrocinium egregium purioris religionis assertoribus præbuit: arcem Wittenbergensem reparavit. 39

1525. V. JOHANNES CONSTANS Fr. solus inter fratres rei uxoriæ dedit operam: juxta symbolum suum, qvo confessus est, verbum

Domini

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Domini manere in æternum, omnia alia purioris religionis studio postposuit: in tumultibus rusticanis, & certaminibus religiosis, constantis nomen meruit: confessionem Augustanam conscribi & Carolo V. in comitiis exhiberi curavit: cum esset Ferdinandus, vivo adhuc Carolo V. rex Romanorum designandus, consentire noluit: Smalcaldiæ conventu principum Protestantium indicto contra vim, si forte intentaretur, fœdus cum illis iniit. 7

1532. VI. JOHANNES FRIDERICUS, magnanimus F. cruce aurei coloris, dum nascebatur, fulgente insignitus, teste Bucholzero: confessor doctrinæ repurgatæ constantissimus: primo octennio tutelam fratris Johannis Ernesti gerens, omnes provincias à patre relictas administravit: cum Mauritio agnato, postea successore, ob collectas Turcico bello destinatas, sed negatas, bellum gessit, qvod qvia brevi per Landgravium Hassiæ Philippum est sopitum, vocarunt den Fladen Krieg: Henricum juniorem, ducem Brunsvicensem, juratum repurgatæ religionis hostem, duplici expeditione in gratiam Brunsvicensium & Goslariensium, qvos valde affligebat, anno seculi XLII. & XLV. suscepta, & arce Lycaonica, alias Wolffenbüttelio, occupata, auxiliis fœderatorum ditione ejecit: Carolo V. qvi ipsi sororem Catharinam desponderat, sed postea ob mutatam religionem negaverat (unde ille postea Sibyllam Clivensem duxit) in Bavaria & Svevia se armis opposuit: Albertum Brandenburgicum & Christophorum Leuchtebergicum, intercludere ipsum volentes, Rochlizii incautos cepit: ad Mülbergam anno XLVII. cum Mauritius à partibus Cæsaris staret, sauciatus & captus, septemviralem dignitatem amisit: post qvinqvennalem captivitatem patriæ hereditati anno seculi LII. restitutus, superfuit adhuc per biennium. Filii ejus Johannes Fridericus II. & Joh. Wilhelmus anno LVIII. Academiam Jenensem condidere: qvorum ille, qvod proscriptum Grumbachium, hominem vanum, graphice à Thuano libro XLI. depictum, foveret, Gotha & Grimmensteinio anno LXVII. captis, in Maximiliani II. manus pervenit, & in carcere usq; ad mortem detentus est, stirps ducum Coburgensium; hic vero stirps est ducum Altenburgensium & Vinariensium. 15

1547. VII. MAURITIUS, Henrici Pii F. Alberti animosi N. Friderici II.

ci II. pronepos, expeditioni adverſus Turcos in Hungariam anno ſeculi xxii. interfuit: in bello Smalcaldico à partibus Cæſaris ſtetit: Joh. Fridericum electorem, agnatum, aliqvot oppidis vi exuit: in ejusdem, ad Mulbergam capti, locū, in caſtris ad Witebergam, ſeptemvir proclamatus, in gratiam Cæſaris diuturna obſidione Magdeburgum fatigavit: tandem ad ſocerum Philippum, Landgravium Haſſiæ, & ad agnatum Joh. Fridericum liberandos, copias in ipſum Imperatorem eduxit: ad æqva pacis fœdera illum permovit: cum Alberto Brandenburgico acie congreſſus, prope Brunsvigam in agro Sivershuſano, trajectus globo, periit: conditor ſcholarum ducalium, Miſenæ, Grimmiæ & Portæ. 6

1553. VIII. AUGUSTUS Fr. bello Gothano adverſus agnatos ob Ulricum epiſcopum Herbipolitanum, per inſidias factioſorum interfectum, confecto, & arce Gothæ munitiſſima expugnata, Formulam concordiæ in negotio religionis conſcribi curavit: cumq; Johannes Wilhelmus, Joh. Friderici filius, diem obiiſſet, tutelam pupillorum & provinciæ adminiſtrationem in ſe ſuſcepit. 33

1586. IX. CHRISTIANUS I. F. dogma Zwinglii de abſoluta hominum electione & reprobatione, conſiliis aulicorum ſeductus, introducturus, celeri fato obiit. Dresdam reddidit munitiorem, domumq; pro eqvorum ſtatione extruxit ampliſſimam. 5

1591. X. CHRISTIANUS II. F. primo decennio egit ſub cura & tutela Friderici Wilhelmi, ducis Saxoniæ Vinarienſis, qvi Saxonicas Academias & eccleſias à Calviniano dogmate repurgavit, & politiam rectius conſtituit. 20

1611. XI. JOHANNES GEORGIUS Fr. in bellis tricennalibus imperatorem primo ſecutus, Budiſſinam anno ſeculi xx. expugnavit, & totam Luſatiam atq; Sileſiam Cæſari ſubjecit. Sed tandem & ipſe in communem tractus cum aliis evangelicis ſtatibus conditionem, qvos antea defenderat, hoſtes expertus, ipſius Pragæ occupatione eos ultus eſt, & vel ter Lipſiam nobilem in manus hoſtium perveniſſe, ipſumq; regem Sveciæ, qvi periclitantibus ſuppetias ferebat, in agro Lutzenſi occubuiſſe vidit: & qvanqvam poſt illius fata hoſtiliter cum Svecis, qvi in conditiones pacis Pragenſis, qvam cum Cæſare nomine reliqvorum inierat, non conſenſerant, agere cœpit, cum illis tamen denuo tranſegit, & tamdiu,

undiq; cinctus armis, res sustinuit, donec Osnabrugis bello finis est impositus.

GENEALOGIA ELECTORUM ET DUCUM SAXONIAE SUPERIORIS.

Fridericus I. bellicosus, Elector, marchio Misniæ. ob. 1428.

- *Sigismundus episcopus Herbipolensis.*
- *VVilhelmus.*
- *Fridericus II. placidus, El.*
  - *Ernestus, El.*
    - *Fridericus III. sapiens, El.*
    - *Albertus, archiep. Moguntinus.*
    - *Ernestus, archiep. Magdeb.*
    - *Johannes constans, El.*
      - *Joh. Fridericus El.*
        - *Johannes Ernestus Coburgi ob. 1553.*
        - *Johannes Fridericus II. Gothæ captus 1567.*
          - *Johannes Casimirus Coburgi, gener Augusti Electoris, ob 1633.*
          - *Johannes Ernestus, Eisenaci ob. 1638.*
        - *Johannes Wilhelmus ob. 1573. stirps COBURGENSIUM.*
          - *Johannes Ernestus II.*
          - *Johannes Fridericus III.*
          - *Frider. VVilhelmus, stirps ALTENBURGENSIUM, administrator electoratus post Christianum I. ob. 1602.*
            - *Johan. Philippus ob. 1639.*
            - *Fridericus ob. 1625*
            - *Joh. VVilhelmus ob. 1632.*
            - *Frid. VVilhelmus.*
          - *Johannes, stirps VINARIENSIUM, ob. an. 1605.*
            - *Joh. Ernestus*
            - *Fridericus*
            - *VVilhelmus Vinariæ.*
              - *Joh. Ernest.*
              - *Joh. VVilh.*
              - *Adol. VVilhelmus.*
              - *Joh. Georg.*
              - *Bernhardus.*
              - *Fridericus.*
            - *Albertus.*
            - *Joh. Frider.*
            - *Ernestus Gothæ.*
              - *Joh. Ernest.*
              - *Fridericus.*
              - *Albertus.*
            - *Frid. VVilh.*
            - *Bernhardus heros ob. 1639.*
  - *Albertus animosus, gubernator Frisiæ, marchio Misn. & Thur.*
    - *Fridericus, magister ordinis Teutonici in Borussia ob. 1510.*
    - *Georgius dives, gubern. Frisiæ, hostis Lutheri*
      - *Johannes.* / *Fridericus* } *paulo ante patrem in robusta ætate defuncti.*
    - *Henricus gubern. Frisiæ, divitis fratris Georgii heres.*
      - *Severinus ante patrem mortuus*
      - *Mauritius El. socer VVilhelmi Auraici.*
      - *Augustus Elector.*
        - *Christianus I. Elect. unicus ex IX. fratribus superstes.*
          - *Christianus II. El.*
          - *Joh. Georgius El.*
            - *Joh. Georg. Gener Christiani Culmbac. in Bereut.*
            - *Augustus, gener Adolphi Frid. Megap.*
            - *Christianus, gener Philippi Holsati.*
            - *Mauritius, gener ejusdem Philippi.*
          - *Augustus.*

Super-

Superſunt DUCES SAXONIÆ INFERIORIS, qvos vocant LAWENBURGENSES, ex electoribus Saxoniæ Aſcanidis, qvi initio Lunæburgi duces & Weſtphaliæ domini fuere, oriundi. Horum ſeriem genealogicam etiam apponemus.

DUCES SAXONIAE LAWENBURGENSES.

A. C. A. R.

961. HERMANNUS BILLUNGUS vel Billichus, nobilis de Stubekshorn in agro Lunæburgenſi, cujus tenues initio fortunas Helmoldus lib. 1. cap. x. deſcribit, (etſi nonnemini videri poſſet agnatus illius Billingi, qvi, ut alibi dictum, à Viſurgi ad Viſtulam circa hæc tempora imperavit) ab Ottone I. cujus filiis ad virtutem adſvefaciendis præfuerat, prætor primum Magdeburgenſis, & poſtea, cum ille expeditionem poſt Danos victos in Italiam ſuſciperet, Saxoniæ gubernator, tandemq; dux Saxoniæ creatus, dono accepit ab imperatore jure hereditario provinciam Lunæburgenſem, Holſatiam, Stormarſiam, Wagriam & Dithmarſiam. 12

973. BENNO F. vir ſecundum Helmoldum omni pietate conſpicuus, fidelem operam Ottoni II. in expeditione Danica & Bavarica præſtitit, aliis dictus Bernhardus I. 38

1011. BERNHARDUS F. cum Henetis, qvos ferocitate & avaritia nimis preſſos ad rebellionem & apoſtaſiam commoverat, gravia bella geſſit, adjutus à Danis & Mechlenburgenſium duce Godeſcalco, jam Chriſtiano. Helmoldus eum dicit adverſus Henricum II. imperatorem cum Saxonibus arma corripuiſſe: eumq; graviter notat ob crudelitatem. 52

1016. ORTOLPHUS F. arcem novam Hamburgi contra injurias archiepiſcopi Hamburgenſis extruxit: infelix adverſus Slavos, denuo à fide Chriſti per rebellionem digreſſos, qvi Hamburgum exciderunt: gener regis Danorum: cujus frater Hermannus fuit comes Nordalbingiæ Oldenburgicus in Friſia & Holſatia. 10

1073. MAGNUS F. ultimus ex ſtirpe virili Hermanni Biliungi, rebus adverſus Vandalos præclare geſtis, tandem, qvod pro Rudolpho Svevo contra Henricum IV. imperatorem in acie ſteterat, in exilium primo; deinde in carcerem actus. Reliqvit duas filias, Elicam & Wulfhildin: qvarum illa mater eſt Alberti Urſi, nupta Ottoni diviti, comiti Aſcaniæ; cujus genealogiam ducunt ab Ariberto,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

to, Hercyniæ & Aſcaniæ ad Viſurgim domino, qvi anno Iↄcxxi. principatum Urſini in Italia meruit; hæc Henrico Nigro, duci Bavariæ, nupſit, mater Henrici Superbi. Defuncto Magno, anno cIↄcvi. Henricus IV. imperator ducatum Saxoniæ in beneficium conceſſit LOTHARIO, comiti Qverfurtenſi & Supplenburgenſi, poſtea imperatori, qvi Adolpho, comiti Schawenburgenſi, Holſatiam, Wagriam & Stormarſiam in feudum conceſſit, & cui ſine heredibus maſculis defuncto in ducatu Saxoniæ, fruſtra ringente Alberto Urſo, ſucceſſit HENRICUS SUPERBUS, dux Bavariæ. Hujus filium, HENRICUM LEONEM, cum proſcripſiſſet Fridericus Barbaroſſa, ducatum Saxoniæ adſcripſit Bernhardo Urſo, Alberti Urſi filio, cum ſerti rutacei inſignibus. Qvo ipſo tempore archiepiſcopus Colonienſis ducatum Angriæ & Weſtphaliæ vi potius, qvam jure, ad ſe traxit cum inſignibus eqvi albi. 33

1106. OTTO DIVES, comes Aſcaniæ, gener Magni, perpetuus hoſtis Henrici IV. imperatoris: ſed ab eo in exilium primo ejectus, deinde in carcerem compactus. 17

1123. ALBERTUS URSUS, ex altero Magni genero, Ottone divite, natus, marchio Brandenburgenſis: qvi de Saxoniæ ducatu diu digladiatus cum Henrico ſuperbo, ejusq; filio Henrico Leone, ab illis tandem Saxonia deturbatus eſt. 36

1169. BERNHARDUS URSUS F. poſt expulſum Henricum Leonem, à Friderico Barbaroſſa anno cIↄcxxc. dux Saxoniæ, Angriæ & Weſtphaliæ creatus: ſtirps tam ducum Saxoniæ Lawenburgenſium, qvam principum Anhaltinorum per filium Henricũ ſeniorem. Frater ejus Otto eſt ſtirps electorum Brandenburgicorum veterum. 43

1212. ALBERTUS I. dux Saxoniæ, Angriæ & Weſtphaliæ, dominus Lawenburgi, cum Friderico II. imperatore in Palæſtinam profectus. 21

1273. JOHANNES, cujus frater Albertus II. erat elector Saxoniæ: & hanc dignitatem propagavit in filium Rudolphum I; nepotes, Rudolphum II. & Wenceslaum; pronepotes, Wenceslai filios, Rudolphum III. & Albertum III. Hujus Alberti III anno cIↄccccxxii. ſine liberis defuncti, proximum agnatum fuiſſe Ericum V. ducem Saxoniæ inferioris, cum IV. fratribus, teſtatur Daniel Mithofius & alii Saxoniæ inferioris genealogi. Ad illum ſucceſſio pertinuiſſet juxta literas inveſtituræ à diverſis imperatoribus datas: & pro-

propterea, cum Fridericus, marchio Misniæ, electoratum Saxoniæ tanqvam vacuum feudum sibi à Sigismundo imperatore impetrasset, Ericum V, ejusq; fratrem Bernhardum, Bernhardiq; nepotem Magnum II ajunt contradixisse concessioni, Friderico marchioni ab imperatore factæ, nec, ut qvicqvam in literis suæ investituræ mutaretur, impetrasse: Magnum II. tandem, cui cum episcopo Ratzenburgensi & archiepiscopo Bremensi varia intercessere litigia, ob qvæ etiam excommunicationi pontificis & proscriptioni imperiali aliqvamdiu subjacuit, abstinuisse primum titulo electoratus Saxonici, suo tamen jure solemniter posteris reservato. 37

1310. ERICUS I. cujus unus frater Albertus genuit Albertum & Ericum III anno CIƆCCCLXI. defunctum; alter Johannes II. obiit improles. Ubi notetur, qvod nonnulli Ericum I. non faciant filium Johannis I. & fratrem Johannis II. sed filium Johannis II. & Erici I. nepotem. Qvorum etiam autoritatem in priori editione secuti sumus. 50

1360. ERICUS II. cujus patruelis fuit Ericus III. 16

1366. ERICUS IV bellum cum Lubecensibus & Hamburgensibus gessit 35

1411. BERNHARDUS II, cujus frater natu major Ericus V. in electorali dignitate præteritus est à Sigismundo imperatore, cum illa post obitum Alberti III. anno CIƆCCCCXXII. concederetur Friderico, Misniæ marchioni. Obiit Ericus V anno CIƆCCCCXXXI. & tunc demum administratio ducatus devolutus est ad ejus fratrem Bernhardum II generum Wartislai IX. ducis Pomeraniæ. 52

1463. JOHANNES, cui præter Magnum, in ducatu successorem, fuere filii, Bernhardus, præpositus Coloniensis, & Johannes, episcopus Hildesheimensis. 34

1507. MAGNUS, socer Christiani III. regis Daniæ, & Gustavi, regis Sveciæ. 36

1543. FRANCISCUS senior, novem liberorum pater: ex qvibus Magnus fuit gener Gustavi, regis Sveciæ; Henricus, archiepiscopus Bremensis; Fridericus & Mauritius, Choriepiscopi Colonienses. 38

1581. FRANCISCUS II. Philippi I. ducis Pomeraniæ, & Julii ducis Brunsvicensis gener, pater XIX. liberorum: qvorum primogenitus Augustus etsi genuit V. filios, Franc. Augustum: Joh. Adolphũ: Franc. Fridericum & Franc. Julium, tamen illi omnes ante patrem obiere. Sed ex tabula genealogica erunt omnia evidentiora.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

GENEALOGIA DUCUM SAXONIAE INFERIORIS.

Hermannus Billung, burgrav. Magd. dux Sax. Luneb. & Holſ. ob. 981.
Bernhardus ſeu Benno.
Bernhardus II.
Ortolphus, conditor arcis Hamburgi, frater Hermanni Oldenburg.
Magnus, ab Henrico IV. Saxonia dejectus, quæ conceſſa eſt Lothario, comiti Querfurtenſi, poſtea imperatori.

Elica, ux. Ottonis divitis, com. Aſc. & Anhalt.
Albertus Urſus, per Henr. V. marchio Brand.

VVulfhildis, ux. Henrici nigri, duc. Bavar.
Henricus ſuperbus, dux Bav. & Sax.
Henricus Leo, à Frid. Barbaroſſa proſcriptus.
VVilhelmus, comes Luneb.
Otto puer, à Frid. III. dux Brunſv. & Luneb.
Albertus M. &c. Vid. Geneal. Brunſvic.

Bernhardus Urſus, poſt expulſum Henricum Leonem dux Sax. Angriæ & VVeſtph. per Fridr. Barbaroſſ.

Otto, ſtirps electorum Brandeb. veterum.
Otto I. elector I. in hac ſtirpe. Ob. 1198.

Albertus I. dux Angr. VVeſtphal. Lawenburg. Ob. 1273.

Henricus ſenior, ſtirps principum Anhaltin.
Henricus junior, comes Aſcaniæ & Ballenſted.

Johannes I. — Albertus II. El. Sax. — Fridericus. — Rudolphus.

Ericus I. — Albertus II.

Ericus II. — Ericus III. — Albertus III. — Rudolphus I. El.

Ericus IV. avus, & filiorum pater.

Rudolphus II. El. — Otto — Albertus Luneb. — VVenceslaus El.

Rudolphus III. El.

Albertus El. III.
Otto III. El. V. imp. electus.

Otto II. elector II.
Johannes I. elect. IV.

Conradus El. VIII. — Otto IV. El. VII. — Johannes II. El. VI.

VValdemarus I. El. X. — Johannes III. El. IX.

Johannes IV. El. XII. poſt quem anno 1322. die XIV. poſt fratrem defunctum Ludovico V. imp. conceſſit electoratum Ludovico ſeniori filio.

VValdemarus II. El. XI. quem aliqui non filium, ſed agnatum VValdem. I. faciunt.

Albertus III. Elector: quo defuncto anno 1422. præterito Erico V. Fridericus, Miſniæ marchio, elector factus eſt.

Bernhardus II. — Albertus IV. — Johannes III. — Magnus I. ep. Camm. — Ericus V. præteritus.
Johannes IV.

Magnus II. ſocer duorum regum — Bernhardus. — Johannes.
Franciſcus I. ſenior, IX. liberorum pater.
Franciſcus II. pater XIX. liberorum.

Auguſtus. — Philippus. — Franc. Julius. — Jul. Henricus. — Ern. Ludovicus. — Rud. Maximilianus. — Fr. Albertus. — Fr. Henricus.
Joh. Adolphus. — Franc. Fridericus. Fr. Julius. — Franc. Erdmannus. Jul. Henricus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XV. *Qvia Anhaltini principes ex ducibus Saxoniæ exorti; Thuringiæ Landgraviatus ad electores Saxoniæ devolutus; duces Brunsvicenses & Lunæburgenses in præcipua Saxoniæ loca immissi sunt: anteqvam ex Saxonia discedimus, explica qvæso non saltem principum Anhaltinorum, sed & ducum Brunsvigæ & Lunæburgi, & antiqvorum Thuringiæ dominorum fata & historias.*

De THURINGIA prius respondebo. Illa priscis temporibus suos reges habuit, latis prolata finibus, qvibus præter alias provincias complexa est omnem Hassiam. Postea Franciæ regibus tota cessit. Tandem Carolus Crassus imperator anno IↃCCCLXXXVI. Thuringis ducem dedit Ludovicum: cujus nepos Burchardus sine prole obiit, ab Hungaris cæsus. Qvare Henricus Auceps Saxo, imperator, Thuringiam occupatam suæ familiæ adjecit, qvæ ab hoc tempore Saxoniæ principibus subjecta mansit. Et qvanqvam Wilhelmus, Ottonis I. imperatoris filius, archiepiscopus Moguntinus factus, jus qvoddam in urbem Erfordiam archiepiscopis successoribus peperit, totamqꝫ illi Thuringiam sibi nonnunqvam vendicarunt, Ludovicus Barbatus tamen, Ludovici IV. imperatoris ex filia, Gvilielmo Aureliæ, sive, ut alii scribunt, Arelatensium comiti nupta, nepos, beneficio Conradi II. Saliqvi, vicecomes Thuringiæ anno CIↃXXXIX. constitutus, titulum comitatus Thuringiæ ad posteros transmisit, cum interea marchiones Thuringiæ summam rerum administrarent, qvorum supra fecimus mentionem. Illius alter filius Berengarius stirps est comitum Hohensteiniorum: alter Ludovicus II. comes Thuringiæ, Saltator dicitur, qvod ex celsissima arce, in qva per biennium detinebatur, ob cædem Friderici III. palatini Saxoniæ, qvam anno CIↃLXV. svasu uxoris Adelheidæ patraverat, præcipiti in Salam saltu evasit incolumis. Ex hoc natus Ludovicus III. primus Thuringiæ & Hassiæ Landgravius seu comes provincialis, à socero Lothario II. imperatore, est creatus post obitum Ecberti IV. qvi fuit XI. marchio Thuringiæ. Magnam Thuringiæ partem hactenus possederat Hermannus à Winzenburg: sed qvia comitem Burchardum à Luchow, fidum imperatoris amicum, per insidias necaverat, omnis regio in beneficium Ludovico cum titulo Landgraviatus Thuringiæ & Hassiæ anno CIↃCXXX. concessa est. Filius ejus Ludovicus IV. gener Conradi III. ferreus vocatur, qvia ob irritatos nobilium animos non ausus prodire inermis, loricam semper ferream indutus fuit. Reliqvit hic duos filios, Ludovicum V. & Hermannum, qvorum utrumqꝫ Henricus Leo, dux Saxoniæ & Bavariæ, in vinculis detinuit. Sed Friderico I. imperatore injurias principum adversus Henricum Leonem prose-

qvente

qvente, dimissi sunt. Ludovicus V. sine prole decedens, omnem Thuringiæ & Hassiæ Landgraviatum ad fratrem Hermannum transmisit, virum bellicosum, pluribus imperatoribus carissimum. Filii ejus, præter filiam Juditham vel Jutham lippientem, Dieterico marchioni nuptam, cujus filius Henricus illustris tandem Landgraviatum Hassiæ obtinuit, fuere Ludovicus VI sanctus, qvi in militia sacra, ad qvam profectus fuerat, cecidit, & Henricus Raspo, qvi instinctu Innocentii IV. ab electoribus adversus Fridericum II. ejusq; filium Conradum IV. magno cum suo malo creatus est imperator. Cum enim Ulmam obsideret, graviter telo vulneratus, anno cIↃCCXLVI. occubuit. Qvo facto, Henricus illustris, marchio Misniæ, jus matris in Thuringiam protendens, illam occupavit. Sed Henricus magnanimus, dux Brabantiæ, qvia in matrimonio habuit Sophiam, Ludovici IV. filiam, jus per uxorem peperit filio HENRICO INFANTI, ut Hassiam sibi non tantum ipso jure peteret, sed & armis Thuringiā ab Henrico illustri repeteret. Juri tamen suo tandem pacem post novennale bellum prætulit, relictaq; Misniæ marchionibus Thuringia, sola contentus Hassia, amplissimæ familiæ conditor est: qvam, si cupis, ultro damus. Prius tamen de Henrici infantis Hassiæ majoribus hoc notamus: illum qva matrem, qva patrem genus retulisse ad S. Arnulphum, ducem Brabantiæ, qvi inter majores Caroli M. supra à nobis est relatus, adeoq; ad Pharamundum, primum Galliæ è Germanis regem, ut constat ex libro II. sect. V. qvæst. I. Res clara erit schemate. [*]

LANDGRAVII HASSIAE EX DUCIBUS BRABANTIAE.

A.C. *A.R.*

1246. HENRICUS, infans seu puer Hassiæ dictus, filius Henrici VI. magnanimi, ducis Brabantiæ, & Sophiæ, ex Ludovico VI. Thuringiæ & Misniæ marchione natæ. 62

1308. OTTO F. conditor arcis Ottenstein: cujus duo filii, Henricus ferreus & Ludovicus I. provinciam inter se divisere. 21

1308. HENRICUS FERREUS: cujus duo filii, Hermannus & Otto sagittarius, ante patrem obiere. Sagittarius ideo dicitur Otto, qvia, cum à patre Romam esset missus, ut inter Ordines sacros reciperetur, inde profugus, in aulam Engelberti, comitis Clivensis, pervenit, inq; ea totum septennium incognitus, ut sagittarius & venatorum præfectus, meruit. Tandem Hermanno, ejus fratre,

qvem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

LANDGRAVIORUM HASSIAE MAJORES. [*]

S. Arnulphus, sexta generatione à Pharamundo, rege Gall. primas Austrasiæ & dux Brabantiæ: cujus uxor Doda, filia VViberti, comitis Bononiæ.

Ansegisus.
Pipinus crassus.
Carolus Martellus.
Pipinus, rex Gall.
Carolus M.
Ludovicus pius.

Ludovicus Germanicus.
Carolomannus.
Arnulphus imper.

Carolus calvus, imp.
Ludovicus balbus, imp.
Carolus simplex, rex Gall.
Ludovicus transmarinus, rex Gall.
Carolus, dux I. Lothar.
Gerberga, uxor Lamberti, comitis Lovanii.

Ludovicus IV. imp.
Blanca, nupta VVilhelmo, comiti Arelat.
VVilhelmus VVilhelmi F.
Ludovicus barbatus, primus Comes Thuring. & Hassiæ.
Ludovicus saltator.
Ludovicus I. Landgrav. Thur. & Hass.
Ludovicus II.
Hermannus.
Ludovicus VI. cujus uxor D. Elisabetha.

Rapoldus, comes Andechsanus in Bavar.
Fridericus.
Acibo.
Fridericus.
Leopoldus.
Arnolphus.
Bertholdus I.
Bertholdus II. princeps Dalmatiæ & Histriæ.
Bertholdus III.
Bertholdus IV. dux Histr. Croat. Dalmat.
Gertrudis, ux. Andreæ II. regis Hung.
D. Elisabetha, cujus maritus Ludov. VI.

Sophia, uxor Henrici IV. magnanimi, ducis Brabantiæ.

Clodolphus seu Ludolphus, dux Mosellæ.
Martinus, dux Mosellæ & comes Arduennæ.
Lambertus.
Losuerius.
Albon, ex uxore comes Hanno-niæ.
Albon II.
Manasse.
Reginerus.
Lambertus, comes I. Lovaniæ, uxor Gerberga ob. 1015.
Henricus I. comes Lovan. & marchio Rhiæ circa Antuerpiam.
Lambertus.
Henricus II.
Henricus III.
Gothofridus barbatus, dux I. Brabantiæ ab Henrico V. imp. post expulsum comitem Limburgi: frater Henrici IV.
Gothofridus II. dux Lothar. & Brabant.
Gothofredus III.
Henricus V. probus.
Henricus VI. magnanimus, cujus uxor Sophia, Landgr. Thur. & Hassiæ.

Henricus infans Hassiæ, cujus frater Henricus, dux Brabantiæ est inter majores Caroli audacis, cujus filia Maria Brabantiam & totum Belgium detulit ad maritum Maximilianum I. imp.
Otto, Landgravius Hassiæ.
Henricus ferreus, &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

qvem pater ſibi ſucceſſorem deſtinaverat, defuncto, ab Engelberto agnitus, dimiſſus, & gener, ducta illius filia Eliſabeta, factus, ex ea genuit Hermannum, qvi, patre defuncto, ſucceſſit avo. 47

1329. HERMANNUS, Ottonis ex filio Ludovico I. nepos, cum Landgraviis Thuringiæ de ſucceſſione, ſi maſcula proles deficeret, transegit. 38

1414. LUDOVICUS II. pacificus, F. primus in familia comes Zigenheimii & Niddæ, oblatum imperii axioma recuſavit. A comitibus Waldecenſibus, ut adverſus hoſtes eſſent tutiores, pro domino feudi eſt agnitus: qvos tamen poſt exactum ſeculum imperator inter comites imperii recenſuit. 40

1458. LUDOVICUS III. F. Caſſellis patri ſucceſſit: ſicuti frater ejus Henricus, ratione uxoris heres comitatus Cattimelibocenſis & Darmſtadienſis, Marpurgum obtinuit, Landgravius ad Lanum factus, cujus filius Wilhelmus III. junior anno cIɔIɔ. defunctus eſt ſine prole. Alter Ludovici III. frater Hermannus fuit archiepiſcopus Colonienſis & epiſcopus Paderbornenſis. 13

1471. WILHELMUS I. ſenior, Caſſellis, in inferiore Haſſia, à fratre Wilhelmo II. medio, Spangebergi domino, Wilhelmi III. junioris herede, captus ceſſit ditionibus, & anno cIɔIɔxv. defunctus eſt. Prædictus ejus frater Wilhelmus II. medius genuit PHILIPPUM triorchum, academiæ Marpurgenſis fundatorem, qvi Ulricum Wurtenbergenſem reſtituit: tumultus ruſticorum & Anabaptiſtarum compeſcuit: comitatum Cattorum Iɔc. aureis millibus; & Dieſenſem cLcIɔ. aureis ad controverſias, qvæ L. amplius annos duraverant, finiendas redemit: nomine Proteſtantium dux fæderis Smalcaldici bellum infeliciter geſſit: à Carolo V. cui ſupplex ſpe impunitatis factus fuerat, captus, per generum Mauritium, Saxoniæ electorem, libertatem recuperavit: tandem in obſidione Gothana deceſſit. Vitam ejus Thuanus conciſe depingit. Moriturus, anno cIɔ Iɔ xvii teſtamento diviſit hereditatem inter IV. filios, ut WILHELMUS Caſſellis ſemiſſem; LUDOVICUS Marpurgi qvadrantem; PHILIPPUS Rheinfeldii; atq; GEORGIUS Darmſtadiæ reliqvum hereditatis qvadrantem obtinerent, &, ſi qvis eorum ſine heredibus maſculis decederet, reliqvi per ſubſtitutionem fideicommiſſariam ſuccederent ex æqvo. Deceſſit Philippus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

lippus sine herede. Hereditas sine litigio inter superstites tres fratres divisa est. Brevi post decessit qvoqꝫ Georgius Darmstadiensis, relictis tribus filiis, Ludovico, Philippo, Friderico. Illorum patruus, Ludovicus senior Marpurgensis, cum nullos genuisset liberos, anno seculi nostri IV. semissem bonorum Mauritio Cassellensi, Wilhelmi IV. filio; alterum tribus Georgii Darmstadiensis filiis addixit, hac lege, ne qvid in religione contra Augustanã confessionem mutaretur. Testamentum comprobabat Mauritius. Ludovicus junior, qvia non in capita, sed in stirpes divisa esset hereditas, illi se opposuit. Totam itaqꝫ ad se volebat trahere Cassellanus, vi verborum testamenti, qvibus hereditas illi abjudicabatur. qvi se ultimæ testatoris voluntati esset oppositurus, ritibusqꝫ Helveticis religionem Marpurgi reformabat. Sed Darmstadiensis ad Cæsarem provocabat, Saxonis & Hispani amicitia fretus: sicuti Cassellanus in partes traxit Gallum, Anglum, Palatinum. Imperator sententiam anno seculi XXIII. secundum Ludovicum Darmstadiensem dixit. Ab hoc tempore academia Marpurgensis, in qva Zwingliani doctores hactenus tantum auditi fuerant, recepit invariatam Augustanæ confessionis religionem, doctoribus ex nova academia Giessensi illuc revocatis: & Ludovicus, consentiente imperatore, pactum primogenituræ seu senioratus inter liberos constituit, ut senior ex illis sit provinciæ gubernator. Cum cedere nollet Cassellanus, graves inde motus & bella: præsertim cum in qvæstione de comitatu Waldeccensi sententia adversus eum ferretur. Filius Mauritii, Wilhelmus, A. seculi XXXVII. moriturus, tutelam filioli Wilhelmi, & Landgraviatus administrationem, per testamentum uxori Ameliæ Elisabetæ, comitissæ Hanoviæ Müntzenbergensis, regibusqꝫ Galliæ & Angliæ, commisit. Eandem jure agnationis sibi postulabat Georgius Darmstadiensis, filius Ludovici. Patrocinium qværebant Darmstadienses à Cæsare; Cassellani à Gallo & Sveco. Et qvanqvam Wilhelmus amnestia Pragensi exclusus, imo & proscriptus fuerat, armis tamen, dum vixit, se tutatus est, &, eo mortuo, vidua illius pro filio fortiter excubuit, & subinde robustos Cæsareanorum exercitus sustinuit, atqꝫ anno seculi LI. obiit. Lis omnis per transactionem Osnabrugensem finita est. Ex ramo genealogico res clarior erit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

LANDGRAVII HASSIAE.

Henricus infans, Hassiæ, Henrici VI. magnanimi, ducis Brabantiæ, Ludovici VI. marchionis Thuringiæ & Misniæ filius, ob. 1308.
Otto, Landgravius Hassiæ.

- *Henricus ferreus.*
  Otto sagittarius.
- *Ludovicus I.*
  Hermannus.
  Ludovicus II. pacificus.
  - *Ludovicus III. Cassellis.*
    - *VVilhelmus I. senior, Cassellis ob. 1515.*
    - *VVilhelmus II. medius, Spangebergi, ob. 1509.*
      Philippus, dux fœderis Smalcaldici, ob. 1567.
      - *VVilhelmus IV. Cassellis in inferiore Hassia, ob. 1592.*
        Mauritius ob. 1633.
        - *VVilhelmus V. cujus uxor Amelia Elis. Hanov. ob. 1537.*
          - *VVilhelmus VI. gener Georg. VVilhelm. el. Brandeb.*
        - *Hirschfeldensis.*
          - *Amelia, ux. principis de Tarante.*
        - *Otto, Abbas*
          - *Pal. Heidelb.*
        - *Hermannus.*
          - *Charlotta, ux. Car. Lud. el.*
        - *Fridericus.*
        - *Ernestus, pontificius factus.*
      - *Ludovicus senior Marpurgi ob. 1604.*
      - *Philippus in Reinfels.*
      - *Georgius Darmstadiæ in superiore Hassia ob. 1596.*
        - *Fridericus Hombergensis.*
        - *Philippus Butzbacensis.*
        - *Ludovicus junior, Academiæ Giessensis fundator. ob. 1537.*
          - *Georgius, gener Johan. Georg. El. Sax.*
            - *Georgius.*
            - *Ludovicus.*
          - *Johannes.*
          - *Henricus ob. in Italia.*
          - *Fridericus pontificius factus.*
          - *VVilhelmus.*
  - *Hermannus, arch. Colon.*
  - *Henricus, Marpurgi comes Cattimelib. & Marpurg.*
    VVilhelmus III. junior ob. 1500.

LAND-

LANDGRAVII THURINGIAE AB HASSIA DIVULSAE, EX MARCHIONIBUS MISNIAE.

A. C. A. R.

1245. I. HENRICUS ILLUSTRIS seu MALLEUS, Theodorici, marchionis Misniæ, filius, propter matrem Juditham, Hermanni, Landgravii Thuringiæ & Hassiæ, atq; Palatini Saxoniæ filiam, cum heredes masculi veterum Hassiæ Landgraviorum essent extincti, Thuringiam occupavit, sicuti Henricus infans, dux Brabantiæ, propter matrem Sophiam, Hermanni ejusdem neptem, sibi Hassiam vendicavit. Præter successorem in Thuringia Albertum degenerem, reliqvit Fridericum rigorosum & Theodoricum sapientem, marchionem Landsbergæ & Lusatiæ, palatinum Saxoniæ. 41

1287. II. ALBERTUS DEGENER F. fratres & filios bello persecutus, cum Thuringiam Alberto imperatori XII. millibus marcarum vendidisset, à filiis tandem captus & Erfordiæ in exilio anno cIɔcccxiv. defunctus est. Ex pellice genuerat Ludovicum Apitium; ex filia Friderici II. imperatoris Fridericum admorsum seu fortem, & Dizmannum. Ludovicus initio invaserat principatum. Sed Fridericus frater eum inde ejecit. Dizmannus autem, marchio Landsbergæ, Lipsiæ in templo à sicario est peremtus. Qvæ omnia legantur in historia ducum Saxoniæ. 27

1314. III. FRIDERICUS ADMORSUS seu fortis, F. 11

1325. IV. FRIDERICUS SEVERUS seu macilentus, F. contra Carolum VI. imperator electus, dignitate se sponte abdicavit. Reliqvit ex uxore Mechtilde, Ludovici Bavari imperatoris filia, Balthasarem, Wilhelmum coclitem & Fridericum strenuum. Balthasari cessit Landgraviatus Thuringiæ; Wilhelmo marchionatus Misniæ, & jure emtionis marchionatus Brandeburgi; Friderico marchionatus orientalis & Landsberga. Et hic fuit pater Friderici bellicosi, primi electoris Saxoniæ in hac familia, & Wilhelmi, qvi fœdus inter Saxones & Hassos renovavit. 24

1394. V. BALTHASAR F. socer Rudolphi imperatoris. 57

1406. VI. FRIDERICUS F. pacificus, ἄπαις. 33

1439. VII. FRIDERICUS PLACIDUS, Friderici bellicosi F. elector.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

xoniæ & marchio Misniæ, diu cum fratre Wilhelmo de hereditate decertavit: & reliqvit filios, Ernestum electorem & Albertum marchionem Misniæ. Albertus pater fuit Georgii, ducis Saxoniæ, pontificiæ religionis tenacissimi; Friderici, magistri Ordinis Teutonici in Borussia, & Henrici, post fratrem ducis Saxoniæ. Ex hoc Henrico nati sunt Mauritius, post Johannem Fridericum elector, & Augustus, fratris in electoratu successor. 25

1464. VIII. ERNESTUS F. elector, pater Alberti, archiepiscopi Moguntini; Ernesti, archiepiscopi Magdeburgensis; Friderici & Johannis, electorum. 22

1486. IX. FRIDERICUS sapiens, F. elector, conditor academiæ Wittebergensis. 39

1525. X. JOHANNES constans, Fr. elector, qvi exhibuit Augustanam confessionem: pater Johannis Friderici, & Johannis Ernesti ducis Coburgensis. 7

1532. XI. JOHANNES FRIDERICUS F. de electoris dignitate dejectus: pater Johannis Friderici II. qvi est stirps ducum Coburgensium; & Friderici Wilhelmi, qvi est stirps ducum Altenburgensium & Vinariensium. Continuatam genealogiam vide in historia de Ducibus Saxoniæ.

XVI. *Plura, qvam rogavi, obtinui. Et illustrissimos Hassiæ & Thuringiæ Landgraviorum familias ingens historiæ nostræ lumen addituras confido. Sed Anhaltini erant, de qvorum etiam origine qværebam.*

Principes Anhaltini ex comitibus Ascaniæ, qvi dominia Hercyniæ, Ballenstedii & Ascherslebii obtinuere, oriundi, jam ante susceptam Christi fidem, contra Thuringos, Francos & alios populos, Saxonibus, qvorum pars erant, sese in variis probaverunt præliis. Seriem hanc nectunt.

STIRPS PRINCIPUM ANHALTINORUM.

HADGVATTO.

BERTHOLDUS I. seu Bernthobaldus F. Dominus Hercyniæ, Ballenstediæ & Ascaniæ, rex & ductor Saxonum A. C. Ioxiv. adversus Hermenfridum Thuringum.

BERTHOLDUS II. ductor Saxonum adversus Francos A. C. IoLvi. in prælio occubuit.

BERTHOLDUS III. contra Francos & ipse pugnans A. C. Iocxxx. cecidit.

HER-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

HERMANNUS I. cujus frater BERINGERUS I. ductor Saxonum contra Vandalos & Francos, pater HERMANNI II. & BERINGERI II. ut & Bathildis, qvæ in bello à Clodoveo II. rege Francorum capta, ad fidem conversa, & in illius torum recepta, impetravit à marito, ut Saxonibus tributum Iↄc. boum, Francis qvotannis debitum, remitteretur.

BERINGERUS III. sub Heracleone imperatore princeps Ursini in Italia factus: qvo defuncto hereditas ad ejus agnatum Aribertum pervenit.

ARIBERTUS I. vel Aribo, Beringeri III. agnatus, vicarius generalis in Saxonia: qvi in juventute apud Constantem, Constantini IV. filium, in Italia stipendia meruit.

RADBODUS, cujus frater Aribertus II.

VITELLO, cujus frater ARIBERTUS III. stirps principum Ursinorum in Italia.

ARIBO BERINGERUS IV. dux in exercitu Wittekindi, cujus sororem duxerat. Victis à Carolo M. Saxonibus, sese victori dedit hac conditione, ut avitas terras retineret.

BERINGERUS V. è sacro fonte à Carolo M. levatus, CAROLI nomen & præterea titulum comitis in Ascania seu Aschers lebio, Hercynia & Ballenstedio accepit.

ALBERTUS I. obiit anno Iↄcccxx. frater BERINGERI IV. & HERMANNI III. qvi fuit pater BERINGERI VII.

POPPE, obiit anno Iↄccccxxx. gener Ludovici pii, imperatoris.

ALBERTUS II. obiit anno Iↄccclxii. frater Ottonis I. (cupe.

OTTO II. frater ESICI vel Erici, ducis adversus Hunnos sub Henrico Au-

ALBERTUS III. frater ESICI II. ducis contra Bohemos sub Ottone M.

SIGFRIDUS, obiit anno Iↄccccxxxv cujus frater ESICUS III.

ALBERTUS IV. cujus fratres SIGISMUNDUS & SIGFRIDUS II.

WALDEMARUS, cujus frater ALBERTUS V. heres comitatus in Wolpe, pater ALBERTI VI. qvi ab Henrico II. imperatore accepit marchiam Soltqvellensem.

SIGISMUNDUS, gener Alberti IV. marchio Soltqvellensis, comes Ascaniæ & Ballenstedii, dominus Bernburgii.

ERNESTUS, gener Henrici, marchio Stadensis.

ESICUS IV. cujus fratres, Otto, qvi obiit anno cIↄxlvi: Henricus: Ernestus: Richardus.

OTTO MAGNUS seu DIVES, gener Magni, ducis Saxoniæ, per ejus filiam Elicam.

Alber-

Albertus Urſus, marchio Brandeburgenſis.

Bernhardus, à Friderico Barbaroſſa, poſt expulſum Henricum Leonem, ducem Sax. & Bav. anno 1180. creatus dux Saxoniæ, Angriæ & VVeſtphaliæ. Sedem fixit VViteбergæ.

Otto, ſtirps Electorum Brandeb. Veterum: qvorum ultimus Johannes IV. obiit anno 1322.

Henricus ſenior, princeps ab Anhalt à Friderico II. imp. creatus, adjectis illi aliqvot ex Sax. & Miſn. ditionibus. Hinc medium ſertum rutaceum & mediata aqvila rubra eſt inſignis Anhaltinis adjecta.

Albertus, ſtirps ducum Saxon. inferioris.

Henricus junior, Aſcan. & Halberſt. comes.

- *Henricus.*
- *Sigiſmundus.*
- *Bernhardus.*
- *Orthulphus.*

Sigfridus in Servesta, Deſſaw & Cothonia. ob. 1310.

Albertus I. ſenior. Ob. 1316.

Albertus II junior, præteritus in electoratu Brandeb. poſt Johannem IV. qvem Ludovicus V. conceſſit Ludovico ſeniori anno 1322.

Johannes, ob uxoris moroſitatem ultro exul: incertum, ubi defunctus.

Hermannus, præpoſ. Halberſt.

Henricus, archiep. Magdeb.

Otto, comes Gerenrodæ, heredem habuit Bernhardum II.

Bernhardus II. Bernburg.

Albertus, ep. Halberſtad. fratris Bernh. II. litem movet de hered. Ottonis, & illi Aſcherslebiū præripit. Inde lis inter Anhaltinos & Halberſtadiēſem.

Bernhardus II. heres Ottonis patrui.

Bernhardus III. ſpoliatus hereditate Aſcherslebienſi ab epiſcopo Halberſtad.

Bernh. IV. ob. 1364.

Henricus.

- *Bernhardus V. ob. anno 1410.*
- *Rudolphus, ep Halberſtad.*

Otto ab Anhalt

- *Otto.*
- *Bernhardus VI. qvi Georgium ſeniorem religvit heredem.*

Sigiſmundus ob 1405.

Georgius ſenior, heres Bernhardi VI. ob. 1474.

Albertus III. claudus.

- *VValdemarus.*
- *Adolphus.*
- *Albertus IV.*
- *Adolphus ep. Magdeb. cui theſes de indulgentiis Lutherus inſcripſit.*

Erneſtus ob. 1516.

Rudolphus, dux in bello Ven.

VValdemarus.

VVolfgangus, qvi Aug. Conf. ſubſcripſit.

Johannes. ob. 1551.

Joachimus doctiſſ.

Georgius, cujus ſacra opera extant.

Joachim. Erneſtus, tandem ſolus ſuperſtes, conditor Gymn. Servest.

Bernhardus.

Franc. Georg.

Carolus.

Joh. Georg. in Deſſaw/ *reformatæ religionis.*

- *Joh. Caſimirus.*
- *Joh. Georg.*
- *Georg. Albert.*
- *VVerrizii.*

Chriſtianus in Bernburg.

- *Chriſtianus.*
  - *Car. Urſinus.*
  - *Vict. Amedeus.*
  - *Erdm. Gideon.*
- *Fridericus.*
- *VVilhelmus.*

Auguſtus in Pleʒca.

- *Immanuel.*
- *Lebrecht.*
- Ern. Gottlieb.

Rudolphus in Zerbſt.

- *Johannes.*

Ludovicus in Köthen.

- *VVilb. Ludovicus.*

XVII. Ad

XVII. Ad Brunſvicenſes & Lunæburgenſes duces, antiqvæ Saxoniæ præcipuos incolas, jam, ſi libet, iter flectamus.

Qvibus hodie Brunſviga & Lunæburgum paret, ex eadem Gvelphorum ſtirpe prognati ſunt, qvos olim Bavariam ſimul & Saxoniam ampliſſimo dominatu tenuiſſe jam demonſtravimus. Anteqvam tamen hæc familia Gvelphica ſeu Welphica rerum in Saxonia potiretur, Lunæburgum alios; alios reliqva Saxonia duces venerabatur. Lunæburgenſium originem altera abhinc qvæſtione deduximus. Sunt enim illi, qvi HERMANNUM BULLINGUM, ex magiſtro juventutis aulicæ, beneficio Ottonis M. prætorem primum Magdeburgenſem; deinde gubernatorem & ducem Saxoniæ inferioris atq; Lunæburgi dominum factum, habuere progenitorem. Ultimus ex iis fuit MAGNUS, qvem Henricus IV. imperator, qvod pro Rudolpho Svevo arma expedierat, ad exilium & carceres damnavit. Eo facto, familia Gvelphica poſthac non fuit contenta Bavaria, ſed & plures Saxoniæ regiones, ipſumq; Lunæburgenſem ducatum occupavit: idq; eo prætextu, qvia Henricus Niger, avus Henrici Leonis, ultimum ducem Lunæburgenſem habuerat ſocerum. Reliqvam Saxoniam Ottonis M. majores & poſteros tenuiſſe, jam notum eſt ex illis, qvæ diximus lib. II. ſect. V. qv. V. Et ejus qvidem atavus Bruno, Wittekindi M. nepos, prima Brunſvigæ urbis jecit fundamenta. Poſtqvam autem Lotharius Saxo, imperator, Henrico ſuperbo, genero ſuo, duci Bavariæ, in beneficium conceſſit ducatum Lunæburgenſem & Brunſvicenſem, immane qvantum Gvelphica familia ſuccrevit. Ea ipſa tamen brevi poſt, ut jam conſtat, tantam plurimarum provinciarum jacturam fecit, ut nihil præter Brunſvicenſem & Lunæburgenſem ducatum retineret.

XVIII. Permitte qvæſo, ut interloqvar. Dixiſti in Bavariæ hiſtoria, VVelphum, cui beneficio Henrici IV. conceſſa eſt Bavaria, & ex cujus poſteris recta linea moderni duces Brunſvicenſes & Lunæburgenſes deſcendunt, eſſe Azonis Eſtenſis filium. Num Italiæ originem debet familia Gvelphica?

Non inepte qværis: ſed breviſſime me expediam. Etſi variæ ſunt de Welphorum ſeu Gvelphorum origine opiniones, eos tamen tutius ſeqvimur, qvi ex comitibus & principibus Altorfenſibus eos deducunt. Ex illis jam anno IↃCCLXXX. Iſenbertus Warinus vocatur princeps Altorfi. Albizius ex Petro Albino ſtirpem primam ponit in Welphone, comite ab Altorf, cujus uxor Swana nupſerit Brunoni, comiti à Ringelheim. An ille Welpho fuerit Iſenberti filius, ignoratur. Cæterum poſteritas Brunonis & Swanæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

hac continua serie numeratur: Ethico, aliis Ericho: Henricus I. cui Ludovicus, rex Germaniæ, in feudum concessit, qvicqvid aureo vehiculo à prima luce ad meridiem circuiret; ille vero currum aureum, exigua forma ab aurifabro factum, sinu tenens, citis qvadrigis in alio vehiculo amplissimum fundum circuivit: Henricus II: Rudolphus I: Welphus I: Rudolphus II. princeps Altorfiii & in Bavaria: Welphus II. tempore Henrici II. & Conradi II. contra qvem arma sumsit: Kunegundis, Azoni IV. marchioni Estensi nupta, qvam frater Welphus III. dux Norici ab Henrico III. factus, cum nullis relictis filiis mortalitatem deponeret, amplissimarum ditionum heredem instituit: Welphus IV. cujus frater Azo VI. est stirps marchionum Ferrariæ, ut diximus in genealogiis principum Italiæ. Sed in tabula res alias intricatæ rectius patebunt:

ISENBERTUS WARINUS, princeps Altorfi, anno IↃCCLXXX.
WELPHO, comes ab Altorf.
SVANA, uxor primum Welphonis, deinde Brunonis, comitis Ringelheim.
ERICHO seu Ethico, Svanæ & Brunonis F.
HENRICUS I. ab aureo vehiculo notus.
HENRICUS II. frater Conradi, episcopi Constantiensis.
RUDOLPHUS I.
WELPHUS I.
RUDOLPHUS II. princeps Altorf. & Bavariæ. Welphi II. pater, cujus posteros vide in seqvente tabella.

STIRPS VVELPHICA DUCUM BRUNSVICENSIUM ET LUNÆBURGENSIUM

Welphus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

VVELPHUS II. tempore Henrici II. & Conradi II.

Kunigunda, nupta Azoni IV. marchioni Estensi. — *VVelfus III. dux Norici improles.*

VVelfus IV. dux Svevia & Spoleti, princeps Sardiniæ, March. Nortgojæ, Carinth. Veronæ. — *Azo Estensis, stirps marchionum Ferrariæ.*

Henricus III. niger, gener Magni, Sax. ducis. — *VVelfus V. dux Bavar.*

Henricus IV. Superbus, dux Bav. Sax. Spoleti, Tusciæ, gener Lotharii imp. — *Juditha, mater Frider. Barb. imp.* — *VVelfus VI. in oppido VVinsbergensi à Conrado III obsessus.*

Henricus V. Leo anno 1180. proscriptus. — *VVelfus VII. ante patrem obiit anno 1168.*

VVilhelmus I. comes Brunsv. & Lunæb. — *Otto IV. imp.* — *Lotharius.* — *Henricus comes Palat.*

Otto puer, dux Brunsv. & Lunæb.

Albertus magnus, dux Brunsv. — *Johannes, dux Lunæb.*

Otto.

Albertus pingvis. — *VVilhelmus.* — *Henricus mirabilis, stirps ducum Grubenhagensium.* — *VVilhelmus ob. 1368. cujus hereditatem adiit Magnus Torqvatus.*

Magnus in dotem accepit Sangershusium. — *Erneſtus Gotingensis.*

Otto malus.

Magnus Torqvatus, heres VVilhelmi Lunæb. — *Otto Cocles ob. 1463.*

Bernhardus Lunæb. in Cellis.

Henricus VVolfenbut. — *Frider. imp.* — *Fridericus religiosus ob. 1478.* — *Otto.*

Otto M. von der Heyde. — *Otto magnanimus ob. 1471.*

Bernhardus, ob. 1564. — *Henricus junior, ob. 1532.*

VVilhelmus senior ob. 1482. — *Henricus pacificus ob. 1473.*

VVilhelmus junior ob. 1503.

Erneſtus. — *Franciscus in Gifforn.* — *Otto Harburg.*

Otto.

Henricus senior in Wolfenbüttel. — *Ericus senior in* Callenberg. — *VVilhelm. Lunæb. Cellis ob. 1592.* — *Henricus in* Dannenberg / *ob. 1589.* — *Fridericus.* — *Otto.* — *Christophorus.* — *VVilhelmus.*

Henricus ob. 1562. — *VVilhelmus.* — *Ericus junior, ob. 1584.* — *Georgius ob. 1641.*

Christianus Lud. in Cell. & Lunæb. — *nobera.* — *Georg. VVilhelm. in* Kalenberg & Göttingen / Hanobera. — *Joh. Frid. Coadj. Osnab.* — *Ern. Aug.*

Augustus heres duc. Brunsv. VVolfenbutt. — *Rud. Augustus.* — *Anton. Uldaricus.* — *Ferd. Albertus.*

Franciscus ob. 1601. — *Julius Erneſtus ob. 1636.*

Julius ob. 1589. — *Car. Victor.* — *Phil. Magnus.*

Henr. Julius ob. 1613.

Jul. Augustus. — *Joach. Carolus.* — *Phil. Sigism. ep. Osnab.* — *Christianus episc. Halberstad.* — *Frid. Ulricus, ob. 1634. cui successere Harburgenses, Cellerses & Dannenbergenses.* — *Dor. Hedvig. ux. Rudolphi Anhal...* — [illegible]

Ex hac tabella patet, ex uno ſtipite Alberto Magno, tres familias ampliſſimas prodiiſſe, Welforum ſeu Wolfenbuttelenſium, qvos vulgo duces Brunsvicenſes vocamus; Cellenſium, qvos Lunæburgenſes; & Grubenhagenſium. Grubenhagenſium ſeries hæc eſt.

Albertus Magnus, dux Brunsv. Lunæb. & Grubenh.
Henricus mirabilis in Grubenhagen/*frater Alberti pingvis.*
Erneſtus.
Albertus.
Henricus, aliis Ericus.
Albertus.
Philippus ob. anno 1551. cujus qvinq; filii ſine prole decesſerunt.

Albertus occubuit in bello Smalcald.	*Erneſtus ob. 1596.*	*VVolfgangus.*	*Philippus ob. 1596. ultimus ex Grubenhagenſibus.*

DUCES BRUNSVICENSES jam domi habuere, qvod agerent; jam in remotiores etiam terras arma verterunt. ERICUS SENIOR Maximiliano I. perpetuus fuit in bellis continuis comes, & qvidam qvaſi Theſeus, laudemq; egregiam ubiq; reportavit. Frater ejus, HENRICUS SENIOR, una cum patre Wilhelmo, in bello Hildeſienſi, militans epiſcopo contra cives Hildeſienſes & inferioris Saxoniæ urbes, initio qvidem comitem Ritbergenſem, partes fæderatarum civitatum defendentem, ceperat, ſed graviter inde à confæderatis preſſus eſt, donec Bogislai M. ducis Pomeraniæ interventu eluctaretur. Idem deinde Brunsvigam obſidione cinxit, & ob id difficili bello ab Hanſeaticis civitatibus eſt petitus: qvod tandem elector Brandenburgenſis & archiepiſcopus Magdeburgenſis Erneſtus anno cIↄccccxciv. compoſuerunt. Tandem in bello adverſus Friſios anno ſuperioris ſeculi xiv. periit. Ejus filius WILHELMUS, in novo bello Hildeſienſi, cum à partibus Mindenſis epiſcopi adverſus Hildeſienſem cum fratre HENRICO ſtaret, à duce Lunæburgenſi, HENRICO JUNIORE, in acie ad Soltaviam captus, nec prius, qvam anno ſeculi xxi. epiſcopus Hildeſienſis eſſet proſcriptus, ab imperatore dimiſſus eſt. In hoc bello duces Brunsvicenſes pleraſq; Hildeſienſis epiſcopatus arces & oppida in poteſtatem redegerunt. Wilhelmus autem è cuſtodia liberatus, cum à fratre Henrico partem hereditatis peteret, integris xii. annis ab eo captivus eſt detentus, donec omni ſuo jure renunciaret, & exul vitam in Mechlenburgia finiret. Poſt, cum camera imperialis Goslariam & Mindam à canonicis ob vim aliqvam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

qvam jamdudum cœnobio illatam, anno XLI. proscripsisset, & Henricus adversus Goslarienses executorem proscriptionis ageret; illi vero, interventu Johannis Friderici electoris Saxoniæ & Philippi Hassi, cæterorumq; religionis nomine confæderatorū, aliud decretum ab imperatore impetrarent, nec tamen Henricus eos vexare cessaret, Saxo, Hassus & reliqvi fæderati, & imprimis Brunsvicenses, arma ei intulere, illoq; cum filiis, Philippo & Carolo, in Bavariam fugato, JULIO interea, tertio ejus filio, literis in diversis locis vacante, omnes ejus ditiones, ipsumq; Wolfenbüttelium occuparunt, & imperatori ratione seqvestri permiserunt, donec de causa cognosceretur. Henrico igitur autoritate Cæsaris denunciabatur, ut, positis armis, lege recuperaret suum. Maluit ille ancipitem belli aleam subire, qvam incertum judicii eventum expectare, & satis valido exercitu, qvem interea auro Gallico coegerat, Wolfenbüttelium obsedit, deq; incendiariis in varia loca emissis, teste Sleidano libro XIII. coram Cæsare accusatus est. Qvia autem non par erat fæderatorum copiis, qvæ statim advolabant, ad pagum Calefeld victus, potestati se Landgravii Hassiæ commisit, nec prius captivitate solvi poterat, qvam, bello Germanico adversus fæderatos confecto, & capto Saxone atq; Hasso, anno seculi XLVII. una cum filiis jussu imperatoris dimitteretur. Vix domum redux, Brunsvicenses, anno seculi L. tanqvam dicto minus obedientes, auxiliis ERICI JUNIORIS patruelis & Georgii Mechlenburgensis suffultus, oppugnare, Ocramq; fluvium objecto aggere ab alveo suo avertere cœpit, ut urbem aqvis opprimeret. Sed, Cæsaris autoritate interposita, pactæ sunt induciæ, copiæq; dimissæ illinc pro Magdeburgensibus à Cæsare obsessis; hinc contra eosdem eductæ sunt. Biennio post, cum Transactio Passaviensis jam esset facta, & Albertus Brandenburgicus nihilominus affligeret in Francia episcopos & Noribergenses, Henricus adversus eum copias cum Mauritio electore eduxit, filiumq; Philippum jussit agros Erici junioris, qvi à partibus Alberti stabat, infestare: qvod ille non tantum strenue fecit, sed & in Westphalia late adversus Osnabrugenses, Monasterienses & Mindenses arma circumtulit. Albertus econtra in Brunsvicensem ducatum celerrime contendit, & omnia rapinis & incendiis in Henrici ditione miscuit. Hoc damnum illius filii, Philippus & Carolus, ammolituri, conjunctis cum Mauritio electore & Philippo Hasso copiis, prope Sivershausen, cum Alberto confligere, & prælio qvidem una cum Mauritio occubuere, Albertus tamen victus recessit. Victoria penes Henricum steterat: ideoq; denuo ausus est contendere in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

conſpectu Brunſvigæ cum Alberto, qvi copias interea ſubſidio urbis & nobilitatis Brunſvicenſis recollegerat, colligere: vicitq; denuo, & denuo Brunſvigæ obſidionem moliebatur. Sed controverſiis ad cognitionem juris vel amicam compoſitionem rejectis, ſoluta obſidione, in Franconiam feſtinavit, in qva Albertus per Thuringiam elapſus tumultuabatur, ut illius conatus impediret: eumq; tamdiu afflixit, donec poſt expugnatum Svinburgum in Galliam exulatum abiret. Qvin & in Mechlenburgenſem copias expedivit, evocatus illuc ab Ulrico duce adverſus fratrem Johannem Albertum, qvem ſolum ducatui præeſſe indignabatur. Hæ tamen fratrum controverſiæ amice componebantur. Henricus interim ab Anhaltino, Mansfeldenſi, omnibusq; civitatibus, qvæ partes Alberti defenderant, aurum extorſit, & nunc tandem milites dimiſit, ductaq; anno ætatis LXVIII. altera uxore Sophia, Sigismundi regis Poloniæ ſorore, ut, qvia Carolus & Philippus in prælio occubuiſſent, & Julius unicus ſuperſtes ſacris eſſet deſtinatus, heredem qvereret. Sed expectatione ſua fruſtratus, tandem conſenſit, ut Julius contraheret matrimonium, à qvo poſtea Helmſtadienſis Academia condita, nomen Juliæ accepit. Cæterum ut Henricus concubinam Evam Trottenam ſimulaverit mortuam, & deinde vel VII. liberos ex ea, clam uxore, in remota arce ſuſtulerit, notum eſt ex Sleidano libro XV. Interea Ericus junior, ſenioris filius, abiit in Belgium, Philippo Hiſpaniarum regi militaturus, victoriæq; memoriabili interfuit, qvam Hiſpanus Gallo ad S. Qvintium anno ſeculi LVII. extorſit. Poſtea Friderico II. Daniæ regi, adverſus Ericum regem Sveciæ, obtulit exercitum. Qvia autem rex ejus opera uti noluit, pecuniæ indigens, Monaſterienſem agrum vaſtavit & epiſcopo aliqvot aureorum millia extorſit. Inde ex improviſo Trajecto Albi, per diœceſin Havelbergenſem & Marchiæ fines in noſtram Pomeraniam contendit, & in Boruſſiam Dantiſcum usq; progreſſus, cum à ſororio Alberto, Boruſſiæ duce, qvi eum Sveco militaturum ſuſpicabatur, tranſitu prohiberetur, per Pomeraniam regreſſus, ad Primislaviam ab exercitu dilapſo deſertus eſt. Factum id eſt, anno CIↃIↃLXIII. & Pomeranis noſtris ad novam ab expeditione Erici epocham condidit. Poſt priorem conjugem, Sidoniam Saxonicam, qvæ à marito ad fratrem Auguſtum electorem diſceſſerat, Dorotheam, Franciſci Lotharingi filiam, in matrimonium anno ſeculi LXXV. duxit, & nono poſt anno Papiæ in Italia obiit, apud ſocrum illic ſesqviannum commoratus, pontificiæ magis, qvam emendatæ addictus. Hinc illi in eum verſus apud Chytræum leguntur, tumulo ejus inſcripti:

Papa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Papa tibi Papiaq; fuit, non patria, curæ.
Hinc procul a patria te tegit urbs Papia.

Legitimos filios non reliqvit. Propterea Julius, Henrici, patruelis ejus, filius, in omnibus ejus ditionibus, qvas vel hereditate vel bellis occupaverat, inq; extincta nuper comitum Hojensium familia, successit. Hujus Julii filius, HENRICUS JULIUS, anno nostri seculi v. urbem Brunsvigam, ut in ordinem redigeretur, valida obsidione, aqvi q; aggere obstructis ad obseqvium frustra conatus est trahere, etsi rege Daniæ subsidia mittente. Illius filius, FRIDERICUS ULRICUS, post decennium eandem urbem iterata obsidione pressit, qvam tamen fortiter, suppetias ferentibus civitatibus Hanseaticis, sustinuerunt. Christianus, Halberstadensis episcopus, ejus frater, in tricennali bello Germanico frustra adversus imperatorem, pro Friderico Rheni palatino restituendo, multa conatus est, ut in historia imperatorum dictum. Cæterum GRUBENHAGENSIS DUCATUS, qvanqvam Philippi filiis sine mascula herede defunctis, ut & BRUNSVICENSIS, Friderico Ulrico improle anno seculi xxxiv. defuncto, nostra memoria est devolutus ad DUCES LUNÆBURGENSES, in tres lineas distinctos: qvarum una est HARBURGENSIUM: altera CELLENSIUM: tertia DANNENBERGENSIUM. Ex illis successere Friderico Ulrico Wilhelmus & Otto fratres; ex istis Augustus, Fridericus, Georgius, itidem fratres: ex his Julius Ernestus, ejusq; frater Augustus, princeps inter sapientes merito recensendus, qvi, ut antea in herciscundæ familiæ sortilegio partem nactus erat inferiorem, dynastiam Hizgerensem, cum fratri cessérat Dannenbergicum principatum, ita post obitum Friderici Ulrici, Brunsvicensis ducis, Wolffenbüttelium, potiorem ditionum illius partem, ut & post mortem fratris Julii Ernesti, Dannenbergicum principatum obtinuit. Nobis ad finem properantibus hæc jam, & qvæ alia sunt, transilienda sunt. Iter enim meditamur per Marchiam: & inde in Austriacorum provincias progressi, qvibus initiis potentissima familia ad suum fastigium conscenderit, videbimus. Inde optatum respicientes portum, per ducatum Wurtenbergensem & marchionatum Badensem ad Clivenses & Juliacenses progrediemur. Postea ad Mechlenburgenses regressi, in Pomerania nostra animum, ex longinqva peregrinatione fessum, recreabimus.

Age ergo, & marchionum Brandeburgensium historiam primum expone.

Marchiam, locaq; vicina antiqvitus Svevi incoluerunt. Illis in Romanas provincias fatali qvodam errore irrumpentibus, Heneta & Sarma-

ticæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ticæ nationes passim sedes sive vacuas occupavere, sive armis & vi acqvisivere: Vistulamq; & Viadrum transgressæ, omnes Germaniæ oras, omnesq; littoris Germanici tractus complevere. Has gentes Henetas, cum Deorum cultui profano essent deditæ, subinde imperatores jam vi, jam pollicitationibus ad Christi fidem & in societatem cum aliis imperii membris invitavere. Henricus Auceps imprimis, cum non cessarent Heneti infestis armis in provincias Germanorum irrumpere, diversos marchiones, qvasi limitaneos duces, adversus illos constituit, inq; illis SIGFRIDUM, fratrem uxoris suæ Mechtildis, marchionem Brandenburgi ad Havelam, qvod trajecto Albi antea expugnaverat. Hunc Sigfridum aliqvi ex Wittekindo II. per Fridericum, Dietgremum, Fridericum & Brunonem, Soraborum in Misnia Burggravios, deducunt. Sed rectius Petrus Albinus illum dicit ortum ex Wittekindi II. fratre Wigeberto, per Walbertum & Dietericum, comites Mersburgenses & Ringelheimenses, prout videre est in genealogia marchionum Misniæ, supra qvæstione XIV. exhibita. Post eum, ab Henetis in prælio cæsum, GERO, Erwini filius, comes Mersburgensis & Altenburgensis, burggravius Magdeburgensis, ut antea ab Henrico Aucupe marchionatu Lusatiæ donatus fuerat; sic jam ab Ottone M. marchionatum Brandenburgensem accepit, & monasteriũ Gerenrodense condidit. Dignitatem illi invidit Tanqvardus, Ottonis M. frater, ex concubina natus. Bellum inde: cui Franci simul & Lotharingi, adversus imperatorem consurgentes, implicabantur. Perstitit tamen Gero, & fines Marchiæ usq; ad Havelæ ostium propagavit. Illo sine prole defuncto, cum ista Marchiæ provincia, qvæ à Soltwedelio ad Stadam usq; excurrit, & qvam vocamus Lunæburgiam, cederet Hermanno Bilungo, antea duci Saxoniæ constituto; Lusatia autem in beneficium daretur Geronis genero Christiano, Dithmari burgravii Soraborum in Misnia filio, BRUNICO: Christiani patruelis, Brunonis filius, accepit marchionatum Brandenburgi, eumq; conjunxit burggraviatui Soraborum in Misnia: cumq; haberet qvatuor filios, ordine illi successere in marchionatu Brandenburgi: Burgraviatus autem concessus est Theodorico, Dithmari filio, nomine marchionatus Misniæ. Sed methodo nostræ insistentes, omnem marchionum Brandenburgi historiam in seriem seqventem dispescemus.

MARCHIONES BRANDENBURGENSES ANTIQVIORES.

A. C. *A. R.*

927. I. SIGFRIDUS, Wittekindi I. abnepos, Dieterici comitis Mersburgen-

Mersburgensis & Ringelheimensis filius, ab Henrico Aucupe imperatore, sororio suo, primus Marchio Brandenburgi constitutus, & ab Henetis cæsus. 19
946. II. GERO, Erwini filius, comes Mersburgensis & Altenburgensis, burggravius Magdeburgensis & marchio Lusatiæ, ab Ottone M. marchionatum Brandenburgensem accepit: cujus filius Sigfridus etiam à nonnullis vocatur marchio Brandenburgensis. 24
965. III. BRUNICO, Brunonis filius, trinepos Wittekindi I. ex Wittekindo II. oriundus, burggravius Soraborum in Misnia: Brandenburgi in monte Harlungorum sepultus.
IV. MEINFRIDUS, primus Bruniconis filius sub Ottone M.
V. HERMANNUS, alter ejus filius.
VI. SIGFRIDUS, tertius ejus filius, sub Ottone III.
996. VII. HUGO, qvartus Bruniconis filius, vicarius Ottonis III. imperatoris in Hetruria: qvem Romæ obsessum prudenti consilio explicuit, & Florentiæ sepultus est. 5
1001. VIII. THEODORICUS, Sighardi F. minus cautus & prudens, à Mistebojo Henetorum & Obotritorum principe, qvem, cum filiam ducis Saxoniæ ambiret, canem nominaverat, bello petitus, & Brandenburgo expulsus, Magdeburgi, qvamdiu vixit, Canonicorum eleemosynis vixit. 19
1020. IX. THEODORICUS II. nepos Theodorici I. ex filia Tethburga, Dedonis I. comitis Wethini filius, marchio Landsbergensis, burggravius Zorbecci. Sedem habuit Landsbergi prope Berolinum, qvia Heneti Brandenburgum recuperarant. Frater ejus FRIDERICUS, palatinus fuit Saxoniæ. 14
1034. X. DEDO II. marchio Landsbergæ: post mortem matris Mechtildis, uxoris Eckardi marchionis Misniæ, voluit etiam hereditate adire Misniam. Varia inde bella: in qvibus cum haberet sibi imperatorem adversum, tandem in exilium est actus: ipseq; ejus filius Dedo III. adversus patrem stetit.
XI. CONRADUS F. circa annum cIↄLVI. ab Henetis in prælio cæsus. Fratrem qvidem reliqvit Henricum, ultimum ex Wittekindo in hac familia: sed illum Henricus IV. imperator, qvia adversus se cum agnatis senserat, Marchia dejecit, eamq; commisit Sigfrido, marchioni Stadensi & Hirschfeldensi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

1056. XII. SIGFRIDUS, Sigfridi Stadensis & Hirschfeldensis marchi-
onis filius, Henrici boni nepos, Henrici crassi Herzfeldæ condito-
ris pronepos, dominus Dithmarsiæ, ab Henrico IV. marchiona-
tum Landsbergensem obtinuit, gener Rudolphi Svevi impera-
toris.

XIII LOTHARIUS F. stetit à partibus soceri Rudolphi contra
Henricum IV. & una cum eo in prælio anno cIↃLXXX. occubuit.

1080. XIV. UDO I. Fr. recepit qvidem ab Henetis Brandenburgum,
sed non diu detinuit, qvia illi auxiliis Danorum id denuo eidem
extorserunt. Viduam ejus Praxedem, regis Russorum filiam, du-
xit Henricus IV. imperator. 6

1086. XV. UDO II. F. in dotem cum uxore accepit comitatum Plocensem
& burggraviatum Magdeburgensem. Extorsit vicissim Henetis
Brandenburgum. 17

1106. XVI RUDOLPHUS Fr. in bello, qvo Saxones fœderati, sub au-
spiciis Lotharii, ducis Saxoniæ, Henricum V. imperatorem oppu-
gnabant, eumq; in fugam anno cIↃCXV. conjiciebant, stetit ab eo-
rũ partibus: sed paulo post à Dithmarsis rebellibus est peremtus. 14

1120. VII. RUDOLPHUS II. F. cum Frisis & Bremensibus bella gessit:
ipsam Bremam expugnavit, tandemq; & ipse à Dithmarsis rebel-
libus in arce Berckelburg interfectus est anno cIↃCXLII. 22

Qvo facto HARDWIG, frater Rudolphi, canonicus Bremensis, Dithmar-
siam & marchionatum Stadensem sibi vendicabat, & à Capitulo archiepi-
scopus electus, illi utramq; provinciam testamento donabat. Sed cum an-
no cIↃCLXVIII. obiisset, HENRICUS LEO, dux Saxoniæ, Stadam vi recepit,
& Dithmarsos in ordinem redegit. OTTO DIVES interim, comes Asca-
niæ, marchionatum Soltwedelensem dotis nomine cum uxore Helena, Ma-
gni, ducis Saxoniæ, filia acceptam, adiit. CONRADUS, comes Plotzken-
sis in Principatu Anhaltino, qvi frater erat Eritgardæ, uxoris Udonis II.
Landsbergam sibi cum Neomarchia vendicavit. PRIMISLAUS seu Pri-
bislaus, Obotritorum apud Henetos dux, Brandeburgum & Ukermarchiam
invasit, & Primislaviam condidit, atq; ad fidem Christianam conversus,
ALBERTO URSO, Ottonis divitis filio, marchioni, omne jus cessit, qvod
in Marchia habuit. Hic ipse Albertus, cum Conradus, comes Plozkensis, in
expeditione, qvam cum Lothario imperatore in Italiam susceperat, defun-
ctus esset, eidem in Neomarchia successit. Cumq; eodem pene tempore post
obitum

obitum Lotharii Henricus Leo, ejus gener, dux Saxoniæ & Bavariæ, esset proscriptus, qvia se Conrado imperatori opposuerat, provinciæ ejus Alberto Urso in beneficium sunt collatæ. Gravia inde bella, Saxonibus & Misnensibus pro Henrico & ejus heredibus ad arma descendentibus. Albertus Lunæburgum, Bardewicum & Bredam expugnavit. Saxones econtra arcem Anhaltinam & plura oppida everterunt. Tandem in comitiis Francofurtensibus sub Conrado III. anno clↄcxlv. & in aliis comitiis, post sexennium Martisburgi sub Friderico Barbarossa celebratis, res ita transacta est, ut, Henrico Leone imperatori reconciliato, Albertus, redditis illi locis, in Saxonia inferiore occupatis, retineret Marchiam & Saxoniam superiorem. Illo anno clↄcLxix. cum Berolinum, Bernaviam & Bernwaldum condidisset, defuncto, duo ejus filii, OTTO & BERNHARDUS, opulentissimas patris provincias sic inter se diviserunt, ut Otto, tanqvam natu major, marchionatum Brandenburgensem; Bernhardus marchionatum Soltwedelensem cum Saxonia superiore & Anhaltinatu adiret.

ELECTORES BRANDENBURGENSES ANTIQVIORES.

A. C. — A. R.

1162. ALBERTUS URSUS, marchio Soltwedelensis, comes Ascaniæ & Anhalti, Ottonis divitis filius, cujus genealogiam ducunt continua serie ab Ariberto, Hercyniæ & Ascaniæ ad Visurgim dynasta, qvi anno Iↄcxli. à Constante juniore, imperatore, principatum Ursini in Italia meruit. 17

1169. I. OTTO I. F. primus elector in hac familia, bella cum archiepiscopo Magdeburgensi gravissima gessit. 29

1198. II. OTTO II. F. expeditioni sacræ interfuit: unde redux archiepiscopum Magdeburgensem & episcopum Halberstadiensem prælio victos in potestatem redegit. 8

1206. III. ALBERTUS II. Fr. Achates, Friderici II. imperatoris bella continuavit cum Magdeburgensibus: invasit etiam Pomeranos. 15

1221. IV. JOHANNES I. F. prudens, emporium Francofurti ad Oderam constituit. 45

1266. OTTO III. pius seu beneficus, Fr. divisis cum fratre provinciis, in bellis adversus Magdeburgenses strenuus fuit: expeditioni sacræ interfuit: vacante imperio, post Wilhelmum, comitem Hollandiæ, ad fasces à nonnullis vocatus, onus declinavit: fratri tandem in electoratu successit. Ejus filius OTTO LONGUS novam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Marchiam emit ab Ordine Teutonico anno cIↄccxc. avus Johannis V. illuſtris, qvem aliqvi referunt inter electores, qviq; obiit anno cIↄcccxii. 1
1267. VI. JOHANNES II. filius Johannis I. ducatum Croſnenſem ab Henrico pio Vratislavienſi pignoris loco accepit. 18
1285. VIII. Otto IV. Fr. qvod in obſidione oppidi, ſagitta ictus, telum integro anno capiti infixum retinuit, ſagittarius ſeu marchio mit dem Pfeile dictus. 13
1298. VIII. CONRADUS Fr. è iv. uxoribus plures liberos ſuſtulit. 6
1304 IX. JOHANNES III. F. qvi obiit improles. 1
1305. X. WALDEMARUS I. Fr. à Rudolpho electore Saxoniæ in prælio fugatus & Briezæ receptus, civibus oppidi nomen peperit, ut hodienum die trewen Brietzer vocentur. Bella etiam geſſit cum Mechlenburgenſibus, & Friderico admorſo marchioni Miſniæ Luſatiam inferiorem ademit. 14
1319. XI. WALDEMARUS II. Henrici ſine terra filius, Johannis III. nepos. 3
1322. XII. JOHANNES IV. Fr. ultimus ex familia Aſcanidarum, poſt fratrem Waldemarum xiv. die anno cIↄcccxxii. defunctus.

Hinc Marchia variis bellorum fluctibus, variisq; caſibus jactata eſt. Nam cum Albertus princeps Anhaltinus, Waldemari ex ſorore nepos, electoratum in Marchia ſibi vellet deberi, & inſignia rutacei ſerti & rubræ aqvilæ in eum ſibi fine ab imperatore Friderico cum electoribus communia diceret conceſſa, Ludovicus V. imperator, dux Bavariæ, Marchiam cum axiomate electorali attribuit filio LUDOVICO SENIORI. Hic bellis Pomeranicis & Megapolitanis implicitus, adverſarium invenit molitorem qvendam, Jacobum Rebock: qvi, Waldemari defuncti nomen, perſonam, mores & habitum mentitus, ſtrenueq; à Saxonibus & Anhaltinis adjutus, Marchiam ſibi miris artibus vendicavit. Sed eum tandem LUDOVICUS JUNIOR, ROMANUS dictus, cui frater ſenior Ludovicus Marchiam electoratum conceſſerat, electoratu ſibi reſervato, armis & ditione univerſa exutum in exilium expulit, & fatis concedens anno cIↄccclxix. OTTONI fratri marchionatum reliqvit: qvi cum Carolo IV. ſocero ſuo poſt qvadriennium cc. millibus aureis Hungaricis, tantula pecunia tantam regionem, vendidit. Et WENCESLAUS à patre Carolo IV. ſtatim elector Brandenburgicus inveſtitus eſt. Sed ad imperii faſtigium defuncto patre evectus, SIGISMUNDO

DO fratri eam concessit: à qvo, armis regnum Hungaricum recuperaturo, PROCOPIO & JODOCO patruelibus, marchionibus Moraviæ, viginti millibus aureorum oppignorata est. Fratribus illis non diu inter se convenit: & ad arma civilia statim deventum est. Jodocus prævaluit, præsertim cum esset post Rupertum imperator electus: utq; æs ad dignitatem illam adeundam necessarium contraheret, WILHELMO DIVITI, marchioni Misniæ oppignoravit Marchiam; Ordini in Borussia Teutonico Cruciferorum Neomarchiam. Sed illo intra annum defuncto, Sigismundus, jam post Jodocum imperator declaratus, redemit à Wilhelmo Marchiam, eamq; post sexennium pro stipulatu cccc. aureorum Hungaricorum suo cognato FRIDERICO, COMITI ZOLLERIO, burggravio Noribergensi, jure hereditario concessit, hac tamen conditione, si heres nasceretur Sigismundo, qvod tamen non factum, ut restitueretur Marchia. Fridericus ut summam promissam conficeret, arcem Norimbergensem una cum burggraviatu senatui Norimbergensi aureis cxxxx. millibus, & nemora duo LX. millibus aureorum vendidit, tandemq; ætate gravis, anno cIↄccccxL. vita excessit.

XX. *Dixisti, ex comitibus Zolleriis modernos Electores Brandenburgicos descendere; qvæ qvæso illustris hujus familiæ prima origo est?*

Fuere hactenus, qvi ex Italis eorum sangvinem deduxere: idq; ea imprimis ratione, qvia inter majores eorum Columnii numerantur, qvos censent esse Italicæ prosapiæ. Börcherus autem in genealogica deductione stemmatis Brandenburgici & Pistorius demonstrarunt, qvod THASSILO IV. filius Guntheri, nepos Thassilonis III. ultimi regis Bojorum, à Carolo M. ob res feliciter in bellis gestas non solum constitutus comes in Svevia Zollerianus seu HohenZollerianus, sed & vicarius & præfectus coloniarum in Italia, dictusq; Italis CONTE COLOGNA, à nobili castello Cologna, sit stirps tam comitum in Svevia Habsburgensium, unde exortus est Rudolphus I. imperator, qvam modernorum electorum Brandenburgensium. In posteris ejus (inter qvos numerantur GOTBOLDUS: GRIFO: CONRADUS: OTTO: WULF) nomen Conte Cologna & Conte di Cas Alta in Italia permansit. Et illi factionis semper fuere Gibellinorum, atq; à partibus Cæsarum adversus pontifices constanti fide stetere. Non igitur fuere ex prosapia illorum Columniorum, qvi ante cccc. demum annos familiam illustrem in Italia cœperunt condere, progeniti ex Johanne, patricio Romano, Honorii III. legato: qvi, allata ex terra sancta columna, cui Salvator

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

vator creditur fuisse alligatus, cum à Pilato flagellabatur, meruit nomen Columnæ, arcemq; Columnam condidit. Ex posteris hujus fuit Stephanus Columna vel Columnius, qvi pro gentilitio insigni columnam imperiali corona ornatam à Ludovico V imperatore anno cIↄcccxv. meruit. Carolus V. tandem hisce Columniis titulum principum indulsit. Zolleriani autem comites diu ante hos Columnios per Germaniam & Italiam tam Zollerianorum, qvam Cologniarum, aut, ut alii pronunciarunt, Columniorum nomine floruere. Cum autem eo tempore, qvo, defuncto Conrado imperatore, pontifex & proceres Italiæ Henricum III ejus filium admittere noluerunt, omnes, qvi è Germanico sangvine oriundi vicem imperatoris sustinebant in Italia, removerentur, PETRUS inter eos, comes Colognius, qvem etiam Columnam vel Columnium vocant, ex posteris Thassilonis IV. in Sveviam rediit: ipseq; & post eum FERFREDUS, UCHARDUS, FRIDERICUS, JOHANNES, RUDOLPHUS, nomine comitum Hohenzollerianorum insigniti sunt. Post Rudolphum CONRADUS, ducta filia ultimi burgravii Noribergensis & marchionis Vohburgensis Diepoldi (qvi primogenitam Adelheidam elocaverat Friderico Barbarossæ) in dotem accepit burggraviatum Noribergensem. Qvia autem sine prole decessit, frater illi FRIDERICUS I in burggraviatu Norinbergensi successit. Filio Friderici I. ETHELFRIDERICO duo fuere filii, FRIDERICUS II. & ETHELFRIDERICUS, qvi in hereditate adiit comitatum Hohenzollerianum: & ab eo descendunt moderni principes & comites ab Hohenzollern, ex qvibus Carolus, xvii. liberorum pater, à Carolo V. donatus est comitatu Sigmariensi: filiusq; ejus Carolus est xxiv. liberorum pater ex duabus conjugibus. Fridericus II. autem burgraviatum Noribergensem adiit, confirmatus in eo à Rudolpho I. imperatore: & est stirps modernorum electorum Brandenburgensium, ut patet ex seqventi genealogia.

ELECTORES BRANDENBURGICI POSTREMI.

A. C. *A. R.*

1417. I FRIDERICUS I. alias in ordine burggraviorum Noribergensiũ ejus nominis V. comes Zollerius & burggravius Noribergensis, Friderici IV. burggravii filius, à Sigismundo imperatore, cui in bellis Bohemicis & Hungaricis fidam operam navaverat, Marchiam Brandenburgensem cum electorali dignitate Constantiæ accepit: Coloniæ arcem ad Svevum condidit: legibus remp. munivit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

vit: omnia consilia ad ornandam Marchiam contulit: Corbusium in Lusatia occupavit. 23

1440. II. FRIDERICUS II. F. qvia impune eum nemo tetigit, marchio cum ferreis dentibus dictus, gener Vladislai, regis Pol. spontanea Johannis alchymistæ, majoris natu fratris, cessione, electoratū adeptus, Polonos Francofurtum obsidentes prostravit: Pomeraniæ ducis titulum partim armis, partim Friderici III. imperatoris consensu acqvisivit: comitatum Vierradensem occupavit: Lusatiam inferiorem, qvam à Polonorum rege acceperat, præter Corbusium, Bohemis titulo venditionis cessit: Neomarchiam ab Ordine Teutonico redemit, qvam illi ante LVII. annos Jodocus, marchio Moraviæ, oppignoraverat: Löcknizium Pomeranis eripuit: evocatus à proceribus Poloniæ ad regnum post socerum Vladislaum, ad Varnam à Turcis cæsum, Casimiro, uxoris fratri, cessit. Oblatum ei est etiam regnum Bohemiæ adversus Podiebracium. Sed & hoc cessit alteri. 31

1471. III. ALBERTUS III. Fr. Achillis Germanici nomen à Pio II. meritus: à cujus armis vix ullus in Germania angulus, attestante Ænea Silvio, sed nec Polonia, Borussia, Bohemia, manserunt intacta, qvicq; bello adversus Norinbergenses, plerarumq; civitatum suppetiis suffultos, exardescente, vel XVII. principes in auxilium evocaverat, & octo præliis victor, nono demum victus, pacem fieri permisit, atq; Saxonicam, Brandenburgicam & Hassiacam domum fœderibus arctioribus conjunxit. Hujus filius Fridericus, hujus nominis in numero burggraviorum V. stirps est marchionū Onolsbachiorum in Francia & Voitlandia, & XVI. ex se genuit liberos; ex qvibus Georgius nomen Pii accepit, qvod in confessione Augustana edenda malle se vitam profundere dixerat, qvam veritatem abjurare: & à Vladislao, rege Bohemiæ, tractum Silesiæ in ducatu Opeliensi Jegerndorfensem accepit. Casimirus pater est Alberti, Alcibiadis istius Germanici, qvi totum imperium concussit: urbes miris exactionibus vexavit: Mauritium, electorem Saxoniæ, primum juvit, post hostis factus ad castrum Peinum in pugna Siversshusiana, an Cadmæa, ei qvidem victoriam, sed cruentam & lethaliter vulnerato reliqvit, tandemq; ab imperio proscriptus, in exilio vitam consumsit. Hujus regiones ab episcopis & Noriber-

gen-

gentibus occupatas, sententia Ferdinandi imperatoris recuperavit Georgius Fridericus, proximus ejus agnatus, anno clↃIↃLVII. Alius ex filiis Friderici fuit Albertus senior, ex magistro Teutonici ordinis dux Borussiæ beneficio regis Poloniæ factus, academiam Regiomontanam aperuit, pater Alberti Friderici: cui, sine mascula prole defuncto, in Borussia successit Johannes Sigismundus. 16

1486. IV. JOHANNES MAGNUS, F. Cicero Germanicus non sine causa cognominatus, qvia præter alia prudentiæ specimina Casimirum, Vladislaum & Matthiam, Poloniæ, Bohemiæ & Hungariæ reges, Vratislaviam Silesiorum, qvam sibi deberi qvisqꝫ contendebat, obsidentes, ipse & Ernestus, dux Saxoniæ, ad pacis fœdera reduxit: duci Saganensi de Crosna bellum movit, eamq; obtinuit, & moriturus filio hæc præcepta dedit, ut Deum coleret, justitiæ & beneficentiæ studeret, subditos à potentioribus oppressos vindicaret, licentiæ nobilitatis non indulgeret. Filius ejus natu minor fuit Albertus, archiepiscopus Moguntinus & Magdeburgensis. 13

1499. V. JOACHIMUS I. F. academiæ Francofurtanæ fundator, humanitate mira summam autoritatem temperans, eloqvens simul & plurium lingvarum cognitione politissimus. Hujus tempore, anno clↃIↃXXV. Albertus marchio adiit feudum Borussiæ primus. 36

1535. VI. JOACHIMUS II. F. gener regis Dan. Johannis, orthodoxiam sordibus pontificiis rejectis introduxit: princeps pius, prudens, facundus, concordiæ & tranqvillitatis amans: Magdeburgũ una cum Mauritio, Saxoniæ electore, obsedit. Cujus frater, Johannes sapiens, cui Neomarchia cesserat, ut Cæsaris fidissimus fuit in bello Germanico socius, ita in religione neqvicqvam ei paruit, & Interimisticum libellum, ceu vocant, constanti rejecit animo, conditor propugnaculorum in Cüstrin & Peitz. 36

1571. VII. JOHANNES GEORGIUS, F. in bello Smalcaldico partes Cæsaris secutus, omnia ad pacis & tranqvillitatis studium contulit, & admirandis virtutibus se omnibus carum reddidit. 27

1598. VIII. JOACHIMUS FRIDERICUS, F. vivo patre primas Germaniæ & archiepiscopus Magdeburgensis fuit, omnemq; illam diœcesin à papisticis abusibus repurgavit. Eodem defuncto elector factus, patrias virtutes sectatus, omnia ad religionis veritatem & subditorum salutem prudentissime direxit. 10

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

1608. IX. JOHANNES SIGISMUNDUS, F. anno cIↄIↄcxi. Borussiam, beneficio regis Poloniæ, reliqvis suis ditionibus adjunxit. 11

1619. X. GEORGIUS GVILIELMUS, F. in amplissimis provinciis adversus Cæsareos milites defendendis diu occupatus fuit. 15

1634. XI. FRIDERICUS WILHELMUS, F.

GENEALOGIA ELECTORUM BRANDENBURGICORUM.

A. C. — A. R.

456. ADALGERIUS, Hunni Velephonis, alias Hauwoldi Schiri filius, (cujus stemma Aventinus refert ad Alemannum Herculem,) post obitum Azelii, regis Germanorum potentissimi, rex à Bavaris anno Christi 456. electus, in Norico consedit, inq; acie adversus Ludovicum M. Francorum regem occubuit. Post eum Ducis titulo contenti fuere, qvi Bavaris præerant. 37

493. THEODO I. alias Gibhuldus, Bavariam inferiorem eripuit Romanis. 18

511. THEODO II. magnus, tributis imperatori Anastasio, qvæ hactenus ex Norico petita fuerant, negatis, qvinqvies cum Romanis congressus, victor semper evasit. 26

UTILO I. marchio Antorfensis, à qvo Aventinus ducit Carolum M.

537. THEOBALDUS, ob urbes in Italia cis Padum occupatas, nonnullis dictus rex Italiæ, fidem Christi suscepit. 30

OTTO in Vindelicia, unde nomen Ottingæ.

THEODO III. in inferiore Bavaria.

THEODEBERTUS I. dux Norici Ripensis, in Italiam tandem progressus: qvem aliqvi faciunt fratrem Thassilonis I.

GARIBALDUS, cum regem se Bavariæ invitis Francis vocaret, ab illis & Thassilone I. pulsus.

GUNDIBALDUS ab Authario sororio, rege

567. THASSILO I. in ea parte Bavariæ, qvæ ab Oeno ad Lycum in Bohemiam usq; porrigitur. 31

598. GARIBALDUS Henetos Norico exegit. 14

612. THEODO IV. sub qvo Heneti Carinthiam occuparunt. 18

630. THASSILO II. 20. — Theodebertus II.

650. GRIMOLDUS. 40 — THEODO V. — THEODEBERTUS III.

690. THEODO VI. 18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

708. **HUGOBERTUS**, dux totius Bavariæ, Carolo Martello Franco adversus Saracenos suppetias tulit. 27

735. UTILO II. regium nomen jure postliminii usurpare cœpit. 30

765. THASSILO III. à Carolo M. Bavaria ejectus, cum Desiderium, regem Longobardorum, socerum suum, adversus eum defenderet. 23

788. GUNTHERUS, vicarius seu regulus in episcopatu Laureacensi, Salisburgam tandem translato.

THASSILO IV. à Carolo M. comes Zollerianus & vicarius seu Coloncarius præfectus in Italia constitutus.

rege Longobardorũ III. Atensis dux constitutus.

ARIBERTUS, rex Longobardorũ nonus, catholicus, post Rodoaldum Arianum.

BERTHARIUS, rex Longob.

CUNIBERTUS, rex Longob.

LUITBERTUS, rex Longob.

GOTBOLDUS, stirps electorum Brandenburgicorum modernorum.

GRIFO,
CONRADUS,
OTTO,
WULF, } Comites Colognii, seu Conte di Cas° Alta in Italia.

Dancko, ex qvo descendit Rudolphus I. comes Habspurgensis, imperator, stirps familiæ Austriacæ modernæ.

PETRUS, comes Colognius ex posteris Thassilonis IV. cum ex Italia omnes Germani, qvi cum Gibellinis pro Cæsare sénserunt, tempore Henrici III. à Gvelfis, factione pontificia, removerentur, rediit in Sveviam, comes Hohenzollerianus.

FERFREDUS,
UCKARDUS,
FRIDERICUS,
JOHANNES,
RUDOLPHUS, } comites Hohenzolleriani.

CONRADUS in dotem accepit burggraviatum Noribergensem: ἄπαις: cujus hereditatem adiit frater ejus Fridericus I.

FRIDERICUS I. comes Hohenz. & burggravius Norib. obiit anno 1120.

ETHELFRIDERICUS I. gener Alberti, Landgr. Alsat.

ETHELFRIDERICUS

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Alſat. ob. 1260. Burggrav. Norib.

FRIDERICUS II. gener Alberti I. El. Sax. 1297.

FRIDERICUS III. pro Ludovico Bavaro adverſus Fridericum Auſtriacum imp. 1330.

JOHANNES, gener Popponis, principis Hennebergenſis. 1357.

FRIDERICUS IV. gener Ludovici Romani, marchionis Brandeb. ſocer Ruberti & Sigismundi imp. 1371.

CUS II. ſtirps comitum Hohenzollerianorum.

FRIDERICUS I. in ordine Electorum hujus familiæ; V. in ordine comitum Hohenzoll. & Burgrav. Noriberg. accepit à Sigismundo imperatore Marchiam cum electorali dignitate anno 1417.

Fridericus II. El. II. — *Albertus, El. III. Achilles Germanicus.* — *Johannes Alchymiſta, in* Voigtland. — *Fridericus pinguis, in* Tangermund.

Johannes Magnus, Cicero Germ. El. IV. — *Fridericus in* Onolsbach.

Joachimus I. Elector V. — *Albertus archiep. Magd. & Mog.* — *Albertus, dux I. Boruſſiæ.* — *Albertus Fridericus, gener Joh. VVilh. ducis Juliacenſis.* — *Quatuor ejus filiæ.* — *Caſimirus. Albertus, Alcibiades Germanicus.* — *Georg. in* Jegerndorff. *Georg. Fridericus.* — *Sigismundus in* Voigtland. — *VVilhelmus, archiep. Rigenſis.* — *Johan. gub. Valentiæ in Hiſp.* — *Joh. Albertus, archiep. Magd.*

Joachimus I. Elector VI. — *Johannes ſapiens in* Cüſtrin.

Johannes Georgius, elector VII. univerſæ Marchiæ dominus. — *Fridericus, archiep. Magd.* — *Sigismundus, archiep. Magd.*

Joachimus Fridericus, El. VIII. dux Juliac. — *Joh. Georgius.* — *Sigismundus.* — *Joach. Erneſtus in* Onolsbach. — *Chriſtianus in* Culmbach *& Bereut.* — *Georg. Albertus.* — *Fridericus, magiſter Ord. Teut.*

Joh. Sigismundus, elector IX. dux Boruſſiæ. — *adm. Magd.* — *Chr. VVilhelm.* — *Alb. Frideric.* — *Erneſtus.* — *Johan. Georgius. Erneſtus ob. 1642.* — *Chriſtianus.* — *Albertus. Alberta Ludovica.* — *Fridericus ob. in pugna Nord-ling.* — *Erdm. Auguſtus. Chriſt. Erneſtus.* — *G. Albertus.* — *Fr. VVilhelmus.*

Joh. VVilhelmus, Elector X. — *Joach. Sigism. magiſter Ord. Teut.* — *Maria Eleonora, uxor Guſtavi M. reg. Sveciæ.* — *Catharina, uxor 1. Bethleb. Tranſ. 2. Fr. Caroli, duc. Saxon.* — *Anna Sophia, ux. Frider. Ulrici, ducis Brunſv.*

FRID. VVILHELMUS, El. XI. — *Loyſa Charlotta, u. Jacobi, ducis Curl.* — *Hedvigis Soph. uxor VVilh. Landg. Haſſ.* — *CHRISTINA, regina Svec.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XXI. Marchia egressum ad Austriacos te principes pedem promoturum pollicitus es.

Ex Arnulphi mali, ducis Bavariæ, filio Eberhardo Aventinus deducit priscorum Austriæ ducum familiam, ut qvæstione XI. hujus sectionis monuimus. Sed Otto Frisingensis ex comitibus Babenbergensibus, qvos ortu Svevos credunt, progenitos autumat. Ideoqꝫ, ut Aventinus Leopoldum illustrem, qvem Otto II. imperator præfectum orientalis limitis Bavariæ seu marchionem Austriæ contra Hungaros constituit, & affinitate sua dignatus est, facit filium Eberhardi, nepotem Arnulphi mali, & pronepotem Arnolphi imperatoris: ita Frisingensis eundem Leopoldum dicit fuisse Alberti II. filium, Alberti I. nepotem, Henrici, qvi Ottonis magni, ducis Saxoniæ ex filia Baba, cui Bamberga originem debet, gener fuit, pronepotem. Litem illam in medio nos relinqvimus, &, ne nihil dicamus, posteros Leopoldi illustris subjiciemus.

MARCHIONES ET DUCES AUSTRIAE PRISCI.

A. C. *A. R.*

980. I. LEOPOLDUS illustris, ab Ottone II. Austriæ marchio creatus, & in venatione telo errante occisus. 14

994. II. ALBERTUS, Leopoldi ex fratre Bertholdo nepos. 2

996. III. HENRICUS rebellis, Fr. ab Henrico II. imperatore ducatum Bavariæ tanqvam heres legitimus armis periit: cujus fratrem Ernestum Sveviæ ducatum obtinuisse dicit Aventinus. 18

1014. IV. LEOPOLDUS II. Alberti F. patruo Henrico ab Henrico II. imperatore pulso, marchionatum Austriæ adeptus. 26

1040. V. LEOPOLDUS III. Henrici rebellis filius, fortis miles dictus. 4

1044. VI. ALBERTUS victoriosus, Fr. 12

1056. VII. ERNESTUS strenuus, F. ob virtutem & strenuam adversus Hungaros operam ab Henrico IV. maximi habitus. 19

1075. IIX. LEOPOLDUS IV. pulcer, F. in bellum sacrum profectus, rebus humanis exemtus est. 21

1096. IX. LEOPOLDUS V. sanctus, Henrici IV. imperatoris ex filia Agnete, Friderici Sveviæ ducis vidua, gener, plurium liberorum pater, ex qvibus Henricus patri successit: Otto Frisingensis episcopus, cancellarius Friderici Barbarossæ, nobilissimæ historiæ conditor est: Leopoldus VI. proscripto Henrico superbo, ducatum Bavariæ à Conrado III. obtinuit. 40

1136.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

1136. X. HENRICUS F. JACHSAMERGOTT, à trito, qvod in ore habuit, proverbio dictus, primus ducis Austriæ titulo à Friderico Barbarossa ornatus, D. Stephani templum Viennæ construxit: variis bellis præfuit, aut certe interfuit. 41

1177. XI. LEOPOLDUS VII. victoriosus, F. in Palæstinis bellis facinora heroe digna edidit: Styriam redux à genero Ottocaro improle coemit: Neoburgensem etiam & Linzensem comitatum, aliasqᵱ provincias Austriæ adjecit: Viennam novis mœnibus cinxit. 17

1194. XII. FRIDERICUS catholicus, F. dux Austriæ III. in expeditione sacra defunctus. 4

1198. XIII. LEOPOLDUS VIII. honorabilis, Fr. ex expeditione sacra & ipse notus. 34

1232. XIV. FRIDERICUS bellicosus, F. ob merita titulum regium & crucem auream, qvalem in coronis reges gestant, à Friderico II. imperatore accepit: cui cum postea obseqvium detrectaret, fuisqᵱ gravis & molestus esset, hostis ab imperio judicatus est. Sed armis causam egit, & imperatori reconciliatus, pro regali diademate archiducalem tiaram consecutus est, &, qvamdiu vixit, cruenta bella adversus Hungaros, Carinthios & Bohemos gessit: tandemqᵱ in prælio contra Belam, regem Hungariæ, victor anno cIɔccxlvi. occubuit, nullo relicto herede masculo. 16

Friderico bellicoso extincto, Austriam & Styriam hinc Hungari, illinc Bavari invaserunt: ejusdemqᵱ heredes se ingerebant Badenses, Misnenses, Bohemi, imperator. Hermannus, marchio Badensis, qvia Friderici bellicosi ex fratre Henrico crudeli neptem Gertrudim in matrimonio habebat, sibi poscebat hereditatem. Sed mature fatis cessit: filiusqᵱ ejus unicus Fridericus, pulcerrimum juventutis Germanicæ decus, in expeditione Neapolitana cum Conradino captus & miserando supplicio affectus est. Proceres antea, ut sibi rebusqᵱ suis consulerent, ad Henricum illustrem, Misniæ marchionem, cujus tunc celebris erat fama, legatos miserant, ut Theodorico, filio ejus, Margareta, Friderici bellicosi soror, qvæ antea in matrimonio Henrici junioris, Friderici II. imperatoris filii, fuerat, elocaretur. Sed Wenceslaus, rex Bohemiæ, interceptos legatos eo adegit, ut filio suo Ottocaro sponsa, etsi jam vetula, cederet. Brevi qvidem illa veneno ab Ottocaro sublata est: ejus tamen jus ingratus maritus cœpit perseqvi, adituqᵱ Misnensibus præcluso, omnes sibi Austriæ provincias vindicavit. Carin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

chiam qvoq; ab Udalrico jam sene & improle coemit. Qvia autem cum Hungaris in fraudem imperii fædus pepigerat, & præterea provincias imperio reddere nolebat, qvas Ordines in comitiis negabant esse dotales, Rudolphus imperator signa in eum convertit, sæpiusq; rebellem in acie tandem peremit. Sublato ita Ottocaro, Rudolphus Austriam tam jure belli, qvam procerum consensu, Alberto filio anno cIↃCCLXXXII. tradidit: ex qvo potentissimi imperatores & reges universo orbi adhuc terrorem incutiunt.

XXII. *Rudolphum illum, à qvo Ottocarus, Bohemiæ rex, victus & cæsus est, ex historia imperatorum intellexi, ex familia comitum Habsburgensium prognatum esse: qvi cuinam debeant sangvinem, & unde oriundi sint, amabo explica.*

Series comitum Habsburgensium à Pharamundo usq;, Francorum in Gallia rege, derivatur. Dicunt enim, ex Clothario M. Pharamundi atnepote, natum Sigebertum, cum alii fratres, defuncto patre, alia acciperent regna, Austrasiæ & Mediomatricum regem esse salutatum. Hujus Sigeberti pronepos Sigebertus, Theodoberti, regis Austrasiæ filius, & Childeberti nepos, à patruo Theodorico, rege Aureliæ & Burgundiæ, ejectus, diu vixit in exilio, tandemq; à Clothario II. rege Francorum, totiusq; Galliæ monarcha, dux Alemanniæ sine titulo regio est constitutus: ejusq; filius Sigebertus titulum adsumsit Landgravii Neomagensis circa Brisgojam. Ab hac continua serie generationis numerantur Otbertus, qvi, conditis castellis Avendo seu Avensburgo seu Habspurgo & Altburgo, comes Habspurgicus & Alteburgicus dici cœpit: Babo, qvi Landgraviatus Alsatiæ titulum usurpavit, conditor Bebenheimii & Bebenweileri: Rubertus seu Rotherius anno IↃCCCLXVI. defunctus: Otbertus: Rampertus: Guntramus I. cujus frater Otto fuit dux Burgundiæ seu Arelatis, postea in regnum versæ, ut alibi diximus: Luitharus: Luitfridus: Hunifridus: Guntramus II. dives: Bezo seu Bezelinus, aliis Landolus, cujus frater Berthilo est stirps ducum Zaringiæ & comitum Brisgojæ, qvorum ultimus obiit anno cIↃCCXVIII. ut & ducum Tecciorum, qvorum ultimus obiit tempore Friderici III. imperatoris: Radbotus: Wernerus I. cujus frater Theodoricus conditor est Reinfeldæ: Otto sapiens, qvi in bello, militans Henrico IV. cecidit: Wernerus II. qvi obiit an. cIↃCXLIII. Wernerus III. qvi XX. post anno obiit: Albertus sapiens in Palæstina in sacro bello anno cIↃCCXXXVIII. defunctus, cujus frater Rudolphus stirps fuit comitum Laufenbergensium & Kyburgensium, ex qvibus Rudolphus, ejus nominis V. qvem alii Egonem vocant, cum esset anno cIↃCCCLVI. mortuus, Helvetii ejus ditionem occuparunt, qvam cum vel-

vellet Leopoldus archidux recuperare, cũ toto exercitu anno cIↃCCCLXXXVI. ad Sempachum oppressus occubuit: Rudolphus I. imperator. Sunt tamen, ut Botcherus, qvi stemma hujus Rudolphi deducunt ex antiqvis Bojis, eorumq; rege Thassilone. Et secundum hos sic arbor genealogica excrevit: Thassilo IV. Bojus, primus comes Zollerienfis & præfectus coloniarum in Italia à Carolo M. constitutus: Dancko, cujus frater Getboldus est stirps electorum Brandenburgicorum modernorum: Geroldus seu Gerichius: Bertholdus: Guntherus seu Gunzel: Rudolphus: Huldericus: Rudolphus II: Albertus dives, comes Habsburgensis per uxorem: Rudolphus III: Albertus sapiens: Rudolphus I. imperator. Johannes Seifridus in arbore Anicia genealogica, septem libris explicata, principes Austriæ & comites Habsburgicos deducit ex familiis Romanis Aniciorum, Proborum, Olybriorum & Perleomorum. Fr. Gvillimannus eos derivat à comitibus Aldenburgi, Alsatiæ & Brisacæ Landgraviis, adeoq; ex antiqva Svevorum & Helvetiorum stirpe, qvam Gerardus de Roo in annalibus Austriæ derivat ex Vindenissa, urbe Helvetiæ post Constantiam prima. Volaterranus eos ad Romanam Leonum familiam alio calculo refert. Sed hæc diligentius scrutentur Genealogi. Rudolphus I. animum ad rem militarem in teneris adjecit: è sacro bello redux, ad qvod profectus fuerat, copias regis Bohemiæ Ottocari felicibus auspiciis diu afflixit: tumultuantes episcopos vicinosq; comites compescuit: tantam sua virtute laudem promeruit, ut, cum, post diutinum interregnum, imperator in Germania qværeretur, solus Rudolphus videretur illo fastigio dignus. Cæterum stupendis incrementis brevi succrevit domus Habspurgica, seu, ut nunc vocamus, Austriaca. Nam cum anno cIↃCCXVIII. Henricus comes Edensheimensis in Alsatia sine prole decederet, Landgraviatum Alsatiæ tres simul certis de caufis ad se trahebant, Albertus Habspurgensis, pater Rudolphi I. imperatoris; Ludovicus Ottingensis & Albertus Hohenbergicus ad Neccarum. Ottingensis suam partem vendidit episcopo Angentinensi cum titulo Landgraviatus Habspurgico: Hohenbergicus suam cessit, data filia Anna illius filio Rudolpho in uxorem. Sic maxima Alsatiæ pars pervenit ad Habspurgicos. Anno post XXVIII. cum sine prole mascula Fridericus bellicosus, dux Austriæ ex familia Babenbergensi ultimus, in prælio adversus Belam Hungariæ regem occubuisset, cum diversi Austriam & Styriam sibi peterent, ut jam diximus, Rudolphus imperator eas provincias filio Alberto in feudum concessit, & alterum filium Rudolphum decla-

ravit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ravit ducem Sveviæ & Landgravium Alſatiæ. Anno clɔccccxxxv. cum Henricus Carinthius ſine maſcula prole obiiſſet, neglecto Johanne, rege Bohemiæ, Henrici ex filia Margareta genero, Carinthia & Carniola ceſſit Auſtriis in beneficium, & Johanni ſola Tirolis eſt relicta: qvæ tamen & ipſa reliqvis Auſtriacorum provinciis poſtea acceſſit. Albertus II. in dotem cum uxore accepit Ferretarum comitatum cum tota Suntgovia. Ejusdem filius Rudolphus Tarviſanam marchiam, de qva patri cum Venetis lis fuerat, in beneficium à Carolo IV. ſocero ſuo accepit. Idem Tirolenſem ducatum adiit ad ſe devolutum ſive conjugio Margaretæ, qvam ob oris deformitatem vocant Maultaſchen / ſive ex hereditate Eliſabetæ, ſororis Henrici Tirolenſis, ſive ex utraq; ratione. Anno clɔcccLxvi. Eggo, comes Friburgenſis, Advocatiam Friburgi Auſtriacis vendidit xii. aureorum millibus. Decennio poſt Leopoldus II. comitatum Veldkirch à Rudolpho Montfortio xxxvi. aureorum millibus, & alia oppida ab Aldenburgico comite coemit. Ejus patruus Fridericus pulcer, imperator, comitatum Curiæ vacuum ex qvadam contentione ſuum eſſe contendens, Styriæ eum adjecit. Maximilianus I. ducta Maria, Caroli Audacis filia unica & herede, Burgundiam, Brabantiam, Flandriam, Hollandiam, Selandiam, Luzelburgum & reliqvas inferioris Germaniæ provincias familiæ ſuæ addidit. Hic ipſe, expeditione contra Philippum poſtumum, electorem Palatinum, ejusq; filium Rupertum, ob præreptam agnatis hereditatem proſcriptos, ſuſcepta, cum res componerentur, acqviſivit jura Landgraviatus in urbes Alſatiæ imperiales. Filius ejus Philippus per nuptias Johannæ, Ferdinandi Catholici, regis Arragoniæ & Iſabellæ reginæ Caſtellæ filiæ, Hiſpanias, Neapolin, Siciliam & Indiam occidentalem, ſimulq; jura regni Cypri & Hieroſolymitani acqviſivit. Anno ſuperioris ſeculi xxvii. cum Ludovicus II. Hungariæ & Bohemiæ rex, à Solimanno Turcorum rege eſſet cæſus, Ferdinandus I. frater Caroli V. cui Ludovici ſoror nupſerat, Hungariam contra J. Zepuſium; Bohemiam contra Sigismundum, Poloniæ regem, feliciter ſibi aſſeruit. Idem, cum Ulricus, dux Wurtenbergenſis, qvod Reutlingam vi occupaſſet, à fæderis Svevici ſociis eſſet è patriis terris ejectus, ducatum Wurtenbergicum, qvi Carolo V. à confæderatis erat attributus, in diviſione hereditatis paternæ à fratre accepit: &, qvanqvam Ulricus ope Landgravii Hasſiæ ad ſua redibat, transactione tamen anno clɔlɔxxxiv. facta, ducatum illum jure vaſallagii ab Auſtriacis poſſidere cœpit. Cæterum ſufficiat hic, in ſchemate genealogiam Auſtriacorum propoſuiſſe.

GENE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

GENEALOGIA AUSTRIACORUM.

Rudolphus I. imperator, XIII. liberorum pater, ob. 1291.

Albertus I. Imp. triumphator. Mechtildis. ux. Ludov. Bavari, mater Ludovici Imp. Rudolphus, dux Svev.

Albertus II. sapiens, contractus. Fridericus pulcer, Imp. Rudolphus mitis, rex Boh. Leopoldus I. Landgr. Alsatiæ. Johannes, parricidio patrui Alberti imperatoris infamis.

Leopoldus II. probus, ab Helvetiis cæsus. Rudolphus magnanimus. Albertus III. cum trica.

Ernestus ferreus. VVilh. ambitiosus. Fridericus senior. Leopoldus III. crassus. Albertus IV. patiens.

Fridericus III. imp. Albertus VI. fundator Acad. Friburg. Sigismundus simplex, cujus heres Maximil. I. Albertus V. imp. rex Hũg. & Boh.

Maximil. I. imp. cujus ux. Maria, heres Burgund. Vladislaus postumus, rex Hung. & Boh. ob. 1457.

Philippus, rex Hisp. per ux. Johannam Arrag. Margareta, gubern. Belg.

Ferdinandus I. Imp. rex Boh. & Hung. IV. filiæ, IV. regum uxores. Carolus V. imp. rex Hisp.

Carolus, cujus ux. Maria, neptis ex sorore Annæ. Ferdinandus. X. filiæ. Maximilianus II. imp. Philippus II.

Andreas Card. Carolus March. Burg.

Philippus II.:
- Philippus III.
- Carolus.

Carolus V.:
- Johanna, ux. Joh. IV. reg. Portug. mater Sebastiani regis, in Africa cæsi.
- Maria, uxor Maximil. II.
- Johannes Austriacus.

Philippus II.:
- Isabella Clara Eugenia, uxor Alberti, principis Belgii.

Philippus III.:
- Anna Maria, ux. Ferdin. III.
- Carolus.
- Ferdinandus Cardinalis, gubernator Belgii.
- Philippus IV.

Philippus IV.:
- Maria Anna Anton. ux. Ferdinandi IV.
- Philippus V.

Maximilianus II. imp.:
- Albertus ex Cardinale princeps Belgii, cujus heres Ferdin. II.
- Maximilianus, magister Teutonici Ordinis.
- Matthias imperator.
- Ernestus, gubernator in Belgio.
- Rudolphus II. imperator.

Carolus:
- IX. filiæ, ex quibus Margareta, elocata Philippo III. Hisp. Anna & Constantia, Sigismundo III. Pol. nuptæ.
- Carolus postumus, episc. Vratisl.
- Leopoldus, in Hispania mortuus.
  - Maria Leopoldina, ux. Ferdinandi III. imp.
  - Clara Isabella.
  - Sigismundus Franciscus.
  - Carolus Ferdinandus, gener Ferdinandi II. Hetrur.
- Ferdinandus II. imp.

Ferdinandus II. imp.:
- Cæcilia Renáta, ux. Vladisl. Pol.
- Maria Anna, ux. avunculi Maximil. Bavari.
- Leopoldus VVilhelmus, ep. Argent. rector Belgii.
- Ferdinandus III. imp.
  - Leopoldus Ignatius.
  - Maria Anna, ux. Philippi IV. regis Hisp.
  - Leopoldus Ignatius.
  - Ferdinandus IV. rex Boh. & Hung. & Rom.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XXIII. Etsi erant, quæ de amplissimæ familiæ Austriacæ rebus gestis quæri possunt, illis tamen sum contentus, quæ jam passim in imperatorum & regum Hispaniæ, Belgarumq; historiis consignata sunt, & ad VVurtenbergicos tecum progrediar.

Duces VVurtenbergenses amænum tractum possident, qvem plures olim comites Svevici variis inter se imperiis diviserant. Oriundi sunt secundum alios ex VVurtungo, Francorum rege; secundum alios ex Adelberto, qvi præcipuus procerum fuit in aula Pipini, Francorum regis. Hujus enim filius Eberthalius, aulæ Caroli M. magister, originem baronibus Beutelsbachiis dedit, ex qvibus Conradus, Alberti filius, ab Henrico IV. imperatore anno cIↃc. comitatum VVurtenbergensem primus in beneficium accepit. Hunc serie haud interrupta seqvuntur, Ulricus: Johannes Ludovicus: Henricus: Eberhardus: Ulricus cum magno pollice: Eberhardus illustris, ex utero materno sectus, perpetuis contentionibus a Rudolpho, Alberto I. Adolpho Nassoviensi, Henrico VII. Friderico pulcro, imperatoribus diffidens, omnibus pene possessionibus exutus, & a Ludovico Bavaro imperatore tandem restitutus: Ulricus, qvi Tubingam à Palatinis Tubingensibus coemit: Eberhardus contentiosus, der Greiner cognominatus, qvi infelix cum imperialibus civitatibus sociatis bellum gessit. Nam non procul à Reutlinga A.cIↃcccLXXVII. & iterum prope VVilam A.ejusdē seculi LXXXVIII. victus & fugatus, præter multos agnatos & nobiles unicum amisit filium Ulricum. Qvia tamen ex eo sustulerat nepotem Eberhardum, mitem & liberalem cognominatum, spe novæ familiæ damna levabat. Hic Eberhardus, qvamprimum avi regiones hereditate adiit, vastatas illas & misere lancinatas prudentia & pacis artibus pristino cultui restituit. Et qvia unicam ultimi Teccensis seu VVeccensis ducis filiam heredem duxerat, filioq; Eberhardo juniori unicam filiam Henrici, comitis Mompelgartensis seu montis Pelicardi, Henricam in uxorem impetraverat, inde factum, ut hic ejus filius trium jam provinciarum dominus esset. Eberhardi junioris filii, Ludovicus & Ulricus, patriis terris inter se divisis, in sua qvisq; aula seorsim vitam transegere. Ludovicus consedit in Uraco, & pater est Eberhardi probi, qvi à Maximiliano I. dux VVurtenbergensis creatus, consilio Johannis Naucleri academiam Tubingensem fundavit. Ulricus, Stutgardiæ degens, cum Carolo Badensi & Georgio Metensi episcopo, qvibus auxilia adduxerat, captus in prælio à Friderico victorioso palatino, certisq; conditionibus dimissus, anno cIↃcccCXC. obiit: relictis duobus filiis, Eberhardo barbaro & Henrico. Eberhardus, qvia eqvitis uxorem adulterio corruperat, ejusq; maritum in venatione necaverat, à Maximiliano I. est ejectus. Frater ejus Henricus in aula Caroli audacis Burgundi educatus, contra illum, adultior factus, Helvetiis addixit operam, eo eventu, ut captus in prælio, non prius liberaretur, qvam Burgundus ad Nancejum est cæsus. Postea ejecto fratri Eberhardo in ducatu successit: sed & ipse ob tyrannidem ducatu privatus est, & in carcere diem obiit. Filius ejus Ulricus in aula Eberhardi barbati educatus, qvum invitis fœderis Svevici sociis, qvorum præcipua membra erant Austriaci, Reutlingam, urbem imperialem, reliqvis sociatam, occupasset, à fœderatis anno superioris seculi XIX. vi pulsus est, totusq; ducatus Austriacis, qvi jus sibi in illum asserebant, est addictus, & Ferdinandus I. à Carolo V. fratre, cum hereditas divideretur, eum accepit. Ægre id tulit Philippus, Landgravius Hassiæ, & inito cum Gallo fœdere, anno XXXIV. arma corripuit, remq; eo deduxit, ut Ulricus & heredes essent qvidem Austriacorum beneficiarii, sed tranqville interea suis fruerentur. Hic tamen ipse postea, qvia in bello Smalcaldico contra Cæsarem militaverat, denuo privatus est ducatu. Sed supplex Cæsari factus eum recepit, & anno seculi L. defunctus, unicum filium Christophorum reliqvit, qvi

Vi-

Viennæ educatus, cum intelligeret, se in ordinem ecclesiasticum esse redigendum, in Galliam profugit, regisq; clientelæ se permisit, & VVolfgangum, Ordinis Teutonici magistrum, q i Elvangam invaserat, armis ad æqvam pacem adegit: ejusq; filius Ludovicus, princeps pientissimus, sine prole defunctus, ducatum ad Fridericum Mompelgartensem transmisit.

GENEALOGIA DUCUM WURTENBERGENSIUM.

Conradus, Alberti baronis Beutelsbachii filius, comes VVurtenb. in castro Eslingæ propinqvo anno 1100 ab Henrico IV. constitutus.

Ulricus.

Johannes.

Ludovicus, qvi tamen aliqvibus non est filius, sed frater Johannis.

Henricus, qvem aliqvi faciunt Eberhardi non patrem, sed filium.

Eberhardus, qvem aliqvi faciunt Johannis, ut diximus, filium.

Ulricus cum magno pollice, qvem aliqvi faciunt Eberhardi ex Johanne filio nepotem.

Eberhardus illustris, ex utero materno sectus, rixosus.

Ulricus, qvi Tubingam emit à palatinis Tubingensibus Ob 1344.

Eberhardus contentiosus, der Greiner. *Ob 1392.*

Ulricus, ante patrem ad VVillam cæsus. Obiit 1388.

Eberhardus mitis, factus dux T. ecensis per dotem uxoriam. Ob. 1417.

Eberhardus junior, comes Mompelgartensis per uxorem. Ob. 1419.

Ulricus adamatus, Stutgardiæ à Frid. Victorioso palatino captus. Ob. 1480.

- *Henricus, dux III. ob tyrannidem in carcere defunctus.*
- *Eberhardus barbatus, ob adulterium pulsus à Maxim. I. dux II.*

Ludovicus in Uraco, emit Balingarn, Duthlingam & Blabyrium à comitibus Helfensteiniæ.

- *Eberhardus probus, dux I. VVurtenb. Acad. Tubing. fundator.*

Ulricus, dux IV. à confæderatis Sveviæ anno 1519 pulsus & à Landgrav. Hass. Philippo restitutus & contra Austriacos defensus Ob 1550.

Christophorus, dux V. Ob. 1568.

Ludovicus, dux VI. Ob. 1593.

Georgius, comes Momp. ob 155?.

Fridericus, dux VII. VVurtenb. Ob. 1608.

- *Joh. Frid. dux VIII. ob. 1628*
  - *Ulricus.*
  - *Frid. Neustadii, gener Augusti, ducis Brun.*
  - *Eberhardus dux IX*
  - *VVilhel- m9 Lud.*
  - *Henricus.*
  - *Fri- der.*
  - *Georgius.*
  - *Joh. Fri-*
- *Ludov. Frid. com Momp.*
  - *Joh. Friderici ducis VIII. gener.*
  - *Leopold. Fridericus,*
- *Julius Frider. zu* Brentz Weiltingẽ.
  - *Sveo Martialis Edelnulphus.*
  - *Jul. Peregrinatius.*
  - *Christophor.*
  - *Manfredus*
  - *dericus.*
  - *Silv. Nimrod*
  - *Silv. Fri- rolus*
  - *Rodericus.*
  - *Ferd. Carolus*
- *Philip. Frid. ob. infans.*
- *Achilles Frid. ob 1631.*
- *Magnus, in pugna VVimpfena an 1622 cæsus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XXIV. Sufficit etiam mihi, si concise & breviter Marchionum Badensium seriem mihi exposueris.

Illos alii deducunt ex comitibus Habspurgensibus; alii ab Hermanno, Veronensi comite, qvem cum Friderico Barbarossa ex Italia in Germaniam venisse, ductaq; Juditha, ultimi comitis Badensis filia, titulum marchionis Badensis & principis imperii accepisse, & præterea comitatum Hochbergicum, ducibus Zeringiæ ab imperatore ademtum, meruisse ajunt. Filius ejus, Hermannus parvus, cum anno cIↃcLxx. decederet, alteri filiorum marchionatum Hochbergicum reliqvit, à qvo continua generatione Hochbergici marchiones descendunt, qvi per conjugia, imperii beneficio, comitatum etiam Retelensem & Neocomensem adepti sunt. Tandem Philippo, ex illis ultimo, anno superioris seculi III. defuncto, Badenses marchiones, tanqvam agnati proximi, omnes illas provincias adiere. Alter Hermanni parvi filius, Hermannus III. marchio Badensis, est pater Hermanni IV. qvem supra diximus, Friderico bellicoso, Austriæ duce, cæso, Austriam sibi propter uxorem Gertrudin vendicasse: filiumq; ejus Fridericum, ducem Austriæ dictum, cum Conradino, duce Sveviæ ultimo, & herede regni Neapolitani, jussu pontificis à Carolo Andegavensi capite plexum. Ex altero autem Hermanni III. filio Rudolpho haud interrupto ordine descendunt, Hermannus V: Rudolphus senior: Rudolphus Wecker: Fridericus: Rudolphus magnus: Bernhardus: Jacobus: Carolus: Christophorus, qvi non tantum paternum dominium Hochbergico marchionatu, ad se post obitum Philippi devoluto, sed & Larensi atq; Rotomagensi ditionibus auxit, & primus, relicta veteri arce, Badenam migravit. Qvi ex eo propagati sint, patet ex Tabella subjecta.

GENEALOGIA MARCHIONUM BADENSIUM.

Her-

Hermannus Veronensis comes, ex uxore Imutha, ultimi Badensis comitis filia. Marchio Badensis & comes Hochbergensis.
Hermannus II parvus. Ob. 1170.

Henricus, marchio Hochberg. Landgr. Brisgoiæ.
Rudolphus.
Henricus antiquus.
Henricus, dux Rudolphi imper. contra Ottocarum.

Henricus. Rudolphus.
Henricus. Henricus, dominus Retelensis.
Hesso, ob. 1409 Rudolphus.
Otto, cujus heres Rudolphus.
Bernhardus Badensis. VVilhelmus.
Ludolphus, Landgrav. Brisgoiæ & Sausenbergæ, dominus in Badenvveiler.
Philippus, gubernator Massiliæ. Ob. 1503.
Joanna, uxor Ludovici, Aureliani ducis.

Hermannus III. marchio Badensis, cujus uxor Irmengardis Brunsv.

Rudolphus.
Hermannus V. ob. 1281.
Rudolphus senior.
Rudolphus VVecker.
Fridericus.
Rudolphus Magnus, ob. 1372.

Hermannus IV. qui ob uxorem sibi Austriam vendicavit, ob. 1248.
Fridericus, dux Austriæ, capite plexus cum Conradino anno 1268.

Bernhardus, comes Spanheimensis & Marchio Badens.
Jacobus, ob. 1435.
Carolus, sororius Friderici III. imp.
Christophorus, heres Philippi Hochbergici, ob 1515.

Bernhardus Badenæ.
Christophorus, gener Gustavi, regis Svec.
Philibertus.
Philippus.
Eduardus fortunatus, ab Ernesto Frid. pulsus, in exilio Bruxellis ex uxore, domini ab Eick filia, progenuit filios, quibus Fridericus Durlacensis anno 1622. per sententiam Cæsaris restituit marchionat. Badensem.
Job. Carolus.
Gustav. Christoph.
VVilhelmus Badensis.
Albertus.
Ferd. Maximil.
Leopoldus VVilh.
Philip. Sigism.
VVilhelm.
Christophor.
Hermann.
Bernhard.


Ernestus Phorzemii.
Bernhardus.
Albertus.
Carolus, conditor arcis Durlacensis.
Georg. Fridericus in pugna VVimphena cæsus.
Christophorus, anno 1632. ad Ingolstadium globo æneo ad latus regis Sveciæ percussus.
Fridericus.
Frid. Magnus.
Carolus ob. 1625.
Fridericus Durlacensis.
Car. Magnus.
Carolus Gustavus.
Fridericus.
Gustavus Adolphus.
Jacobus, præses colloquii Badensis, defecit ad papatum.
Ernestus Fridericus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XXV. Subsiste paulisper, & ad Landgravios Leuchtenbergenses qvi saltus Bohemicos ab occidente accolunt, respice; eorumq; genealogiam paucis mihi explica.

Primus Landgraviorum à Leuchtenberg vocatur ab historicis Gebhardus, qvi anno cIↄccxxIII. defunctus est. Eum seqvuntur, Gebhardus II: Fridericus senior: Fridericus II. Ulricus senior: Johannes, Caroli IV domesticus & consiliarius, à qvo in eum Bohemicæ fodinæ metallicæ sunt collatæ. Hic Johannes comitatum qvoq; Hallensem, ultimo comite Leopoldo sine liberis defuncto, à Wenceslao imperatore in feudum accepit, bonaq;, à majoribus partim oppignorata, partim distracta, atq; ditiones omnes recuperavit & auxit. Frater ejus Ulricus stemma propagavit. Res ex tabula erit manifestior.

GENEALOGIA LANDGRAVIORUM LEUCHTENBERGENSIUM.



XXVI. Qvinam sunt illi duces Clivenses, Juliacenses & Bergenses, per qvorum provincias te dixisti tandem in patriam remeaturum?

In confinio Galliæ & Germaniæ, ubi sedes Ambronum & Menapiorum antiqva, inter varios comites & dynastas, præprimis eminuere jam multis abhinc seculis comites Teysterbandæ & Cliviæ. Circa annum Christi Iↄcc. Theodoricus comes Cliviæ, qvi se nescio qva fide ad familiam Ursinam Romanam retulisse dicitur, duxit Beatricem, comitis Teysterbandæ filiam & heredem, dominam Neomagii. Illa, defuncto Theodorico & condita arce Clivensi, secundis nuptiis sibi junxit Ælium Gracilem, fidum Caroli Martelli, magni apud Gallos nominis, socium, inq; ipsius familiam transtulit jura & titulos comitis Cliviæ & Teysterbandæ. Et hoc par conjugum stirps est ducum Cliviæ, Montium, Juliaci & comitum Marcæ.

COMI-

COMITES CLIVIAE.

710. ÆLIUS GRACILIS & BEATRIX. 22

732. THEODORICUS F. cujus uxor fuit Ida, Caroli Martelli neptis, comitissa Hannoniæ. 25

757. REINHOLDUS F. cujus uxor fuit Isabella, comitis Arduennæ filia, tempore Pipini, regis Galliæ. 10

767. LUDOLPHUS F. aliis dictus Cuno, tempore Caroli M. cujus uxor Adelheidis, ducis Aqvitaniæ filia. 11

778. JOHANNES F. gener Michaelis Curopalatis, imperatoris Constantinopolitani, per Constantiam uxorem. 12

790. ROBERTUS F. cujus uxor Garina Lotharinga. Bella gessit cum Westphalis & Frisiorum duce Castardo. 8

798. BALDUINUS Fr. duxit Hildegardin, Ludovici Pii imp. neptem, & a socero illi concessa est Twente, dynastia in Transisalania. 32

COMITES CLIVIAE.

830. LUDOVICUS F. liberalis in condendis ædibus sacris. 4

834. EBERHARD Fr. gener Ludovici, ducis Bavariæ, cessit comitatum Teysterband, sub novo nomine comitatus Altenæ, fratri juniori Roberto. 8

842. LUDHARD F. gener Arnolphi imp. per uxorē Bertham.

BALDUINUS II. F.

ARNOLDUS F.

WIGMAN F. ob. anno 1004.

CONRADUS F. cujus tempore comitatus Cliviæ in comitiis Wormatiensibus numeratus est inter qvatuor comitatus imperiales.

THEODORICUS II. F.

THEODORICUS III. F. cum Gothofrido Bullioneo tempore Henrici IV. imp. in bello sacro abiit in Palæstinam.

AR-

COMITES ALTENAE, MONTIUM ET MARCAE.

ROBERTUS, tertius Balduini filius, frater Ludovici & Eberhardi, comes Altenæ.

THEODORICUS F.

ADOLPHUS & EBERHARDUS monachus F. conditores arcis in monte Wolfeshagen & arcis Aldenburgensis juxta Coloniam: & ab hoc tempore dicti sunt COMITES BERGÆ seu MONTIUM IN DUSSELDORF.

COMITES MONTIUM ET MARCAE.

ARNOLPHUS, Adolphi filius.

CONRADUS F.

ADOLPHUS F. cujus frater Bruno fuit archiep. Colon.

COM. MONTIUM.

ENGELBERTUS F.

ADOLPHUS F.

ENGELBERT F.

ADOL-

COM. ALTENAE ET MARCAE.

EBERHARD F. cujus unus frater

ARNOLDUS II. Fr.

THEODORICUS IV. F. probus, cum Friderico Barbarossa in Palæstinam profect9.

ARNOLDUS III. à partibus Ottonis contra Philip. imp.

ARNOLDUS IV. F. defunctus in Syria.

THEODORICUS V. F.

THEODORICUS VI. F.

THEODORICUS VII. F.

THEODORICUS VIII. F.

THEODORICUS IX. F. gener Alberti imp.

OTTO F.

THEODORICUS X. Fr. pius.

JOHANNES Fr. ἄπαις.

MARIA EDELINA, alias Margareta, Theodorici X. filia, nupta Adolpho seniori, comiti Marcæ.

ADOLPHUS Fil. qvi cum anno 1174. sine prole decederet, soror ejus nupsit Wilhelmo Juliacensi: qvi se pro herede gessit, & titulum comitis Juliac. & Montium in posteros propagavit.

COM. JULIAC. ET MONT.

N. SOROR ADOLPHI, uxor Wilhelmi, comitis Juliacens.

GERHARD F.

WILHELMUS F.

ter Arnoldus fuit archiep. Col. alter Engelbertus, comes Montium.

EBERHARD F. tempore Henrici Leonis.

FRIDERICUS F. tempore Friderici II. cujus duo fratres, Bruno & Adolphus, fuere archiep. Colon.

ADOLPHUS F. qvi primus dici cœpit comes à MARCA, neglecto altero titulo, postqvam dominium Marcæ acqvisivit.

ENGELBERTUS F. captus per insidias anno 1276. ab hostibus in interregno imperii diuturno & in arce captivitatis Breitenstein defunctus.

1276. EBERHARD F. arcem Breitenstein destruxit.

1308 ENGELBERTUS F. cujus unus frater Adolphus fuit Ep. Leodiens. alter Eberhardus, stirps comitũ Lumai, Ahrenberg & Boullion. Bella gessit cũ ep. Monaster.

COM. JULIAC.

GERHARD F.

WILHELMUS F. primus dux Juliac. creatus anno 1356. & per uxorem Reinholdi, ducis Geldriæ, dux Geldriæ: qvem proprii filii captum detinuerunt, donec ab amicis liberaretur.

WILHELMUS & REINHOLDUS F. sine prole decesserunt. Frater eorum

COM. MONT.

ADOPHUS F. ab archiep. Colon. qvem captum dimiserat, per insidias captus & caveæ usq; ad mortem inclusus, ob. 1296.

WILHELMUS F.

GERHARD F.

WILHELMUS F. primus dux Montium anno 1389 creatus.

DUCES MONTIUM ET JULIAC.

ADOLPHUS F. qvi se here-

1360.

eorum Gerhardus in duello periit.

JOHANNA, Wilhelmi & Reinh. soror, nupserat Johanni, domino ab Arkelen: ejusq; ex filia Maria, Johanni Egmondano nupta, nepos Arnoldus ducatū Geldriæ adiit.

heredē gessit Geldriæ, sed excussus est à Johanne Egmondano. Hereditatem tamen Juliaci adiit post Wilhelmi & Juliaci fata.

GERHARDUS, Adolphi sive frater, sive ex fratre nepos, diu bella gessit cum Johanne Egmondano: suumq; jus cessit in Geldriam duci Burgundiæ Carolo.

WILHELMUS F. Alberti elect. Brand. gener.

MARIA F. nupta Johanni III. duci Cliviæ: unde natus Wilhelmus, pater ultimi ducis Juliac. Cliv. & Mont. qvi decessit anno 1609.

1360. ADOLPHUS senior Fr. archiepisc. primum Colon. deinde post Theodorici X. ejusq; fratris Johannis, comitum Cliviæ obitum, ducta Maria Theodorici X. filia, comes Cliviæ: princeps imperii à Carolo IV. factus.

1394. ADOLPHUS F. dux Cliviæ primus à Sigismundo imp. factus, Wilhelmum ducem Montium in bello captum Ravenstenio & Lewenburg exuit, pater X. liberorum.

1449. JOHANNES I. Susatum, urbem Westphaliæ, archiepiscopo Colon. extorsit: & qvia comitis Niversii in Gallia Johannis filiam Elisabetam duxerat, socero sine herede masculo defuncto, alterum ex ejus filiis Engelbertum Ludovicus XII. ducem Niversii creavit.

DUCES CLIV. JUL. ET MONT.

1481. JOHANNES II. F. misericors, à partibus imperatoris contra Carolum Geldrum: cujus tempore Fridericus III. imperator anno cIↄcccclxxxiii. Alberto duci Saxoniæ simultaneam investituram trium ducatuum in casum mortis concessit.

1521. JOHANNES III. F. pacificus, ducta Maria filia &

DUCES NIVERSII.

ENGELBERTUS F.
CAROLUS F.
FRANCISCUS F.
HENRICUS Fr. ob. anno 1570.
HENRICA, Henrici soror, uxor Ludovici

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

& herede Wilhelmi, ducis Juliacensis & Montium ultimi, trium ducatuum titulum solus usurpavit. Unam ejus filiam Sibyllam duxit Johannes Fridericus, elector Saxon. alteram Annam Henricus VIII. rex Angliæ ductam repudiavit. In pactis dotalitiis Sibyllæ hoc cautum fuit, ut deficiente prole mascula domus Saxonica succederet.

vici Gonzagæ.
CAROLUS F. dux Mantuæ & Niv.
FRANCISCUS & CAROLUS Fil.

1339 WILHELMUS F. mortuo Carolo, ultimo duce Geldriæ, ejus ditiones, tanqvam proximus agnatus, occupaturus, arma sensit Caroli V. qvi ex pacto & hereditate Caroli Burgundi eas ad se pertinere contendit. Juvenis adhuc nuptias cum Johanna Albretana, Galliæ regis Francisci è sorore Margareta, Navarræ regina, nepte, puella undecim annorum, celebraverat: sed cum illa domum esset post aliqvot annos ducenda, negata est, & Antonio Borbonio Vendomensi, familiæ regiæ principi, elocata. Wilhelmus autem postea duxit Mariam, Ferdinandi, regis Hungariæ & Bohemiæ, postea Cæsaris filiam: & hoc indultum à Carolo V. imperatore anno cIↃIↃXLVI. obtinuit, ut, si filios non gigneret, aut denatis filiis filiæ superessent, omnes ipsius ducatus & feuda illis earumq; heredibus concederentur. Genuit autem qvatuor filias, præter duos filios, Carolum, qvi, Romæ anno seculi LXXV. decedens, egregium nactus est præconem Albertum Pighium in Hercule Prodicio, & Johannem Wilhelmum, qvi successit.

1592. JOHANNES WILHELMUS F. anno ætatis XIII. episcopus Monasteriensis constitutus, præfuit pene puer episcopatui per decennium. Deinde duxit primo Jacobam, marchionis Badensis Philiberti filiam, &, illa defuncta, Antoniam Lotharingam: & anno cIↃIↃCIX. sine prole extinctus, variis disceptationibus causam dedit: qvibus ex seqventi schemate Genealogico lumen addi potest.

Adol-

Adolphus, primus dux Cliviæ.

Johannes I. gener Johannis, comitis Niversii in Gallia.

Johannes II. misericors, dux Cliviæ.

Johannes III. gener VVilhelmi, ultimi ducis Juliac. & Montium.

VVilhelmus, dux Cliv. Jul. Montium, gener Ferdinandi I. imp.

Sibylla, ux Joh. Frid. elect. Sax.

Anna ux. Henrici VIII. Gall.

Maria Eleonora, primogenita, uxor Alberti Friderici duc. Boruss. ante fratrem defuncta.

Anna, uxor Job. Sigismundi El. Brand.

Georg VVilhelmus El Brandenb.

Frider. VVilhelmus El. Brandenb.

Maria ux. Christiani, march. Culmbac.

Sibylla, ux. VVilhelmi, ducis Curland.

Leonora, ux Joach. Frid. El. Brand.

Magdalena Sibylla, ux. Job Georg. Elect. Saxon.

Anna, uxor Phil. Ludovici, Palatini Neoburgici, secundogenita, fratri superstes.

VVolfgang. VVilhelmus in Newburg.

Phil. VVilhelmus, gener Sigismundi regis Pol.

Otto Henricus.

Augustus in Sulzbach.

Joh. Fridericus in Hilpolstein.

Magdalena, ux. Johannis I Palatini Bipontini fratri superstes.

Joh. II. Administrator Elect. Palat.

Frider. Casimirus.

Job. Casimirus, gener Caroli IX. regis Svec.

Carolus Gustavus, rex Svec.

Adolphus Johannes.

Johannes VVilhelmus, obiit 1609.

Carolus Fridericus Romæ obiit 1575.

Engelbertus, dux Niversii.

Carolus, dux Niversii.

Franciscus.

Henricus.

Henrica, ux. Ludovici Gonzagæ.

Carolus, dux Mant. & Niversii.

Carolus.

Carolus.

Franciscus.

Sibylla, ux. Caroli Austriaci, marchionis Burgoviæ, filii Ferdin. archiducis, neptis Ferdinandi I.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Elector Saxoniæ, Johannes Georgius, tres Juliaci, Clivensium & Montium ducatus, tanqvam feudum imperii vacuum, ex imperatoris arbitrio ad sese devolutos, à Rudolpho II. sollicitavit, præsertim, qvia cum Sibylla, Wilhelmi ducis Cliviæ, Juliaci & Montium soror, Johanni Friderico electori Saxoniæ nubebat, pactis matrimonialibus lex fuerat adjecta, ut per masculæ prolis defectum feuda trium ducatuum in familiam Saxonum transirent. Qvia autem qvatuor fuere Johanni Wilhelmo, ultimo duci, sorores, ex Wilhelmo & Maria Austriaca genitæ: qvarum major natu, Maria Eleonora, Alberto Friderico, duci Borussiæ, elocata, (cum hæc pacta dotalia essent inita, ut in casu deficientium masculorum heredum tota successio ipsius esset, hoc tamen onere, ut sororibus Mariæ cc. millia aureorum Rhenanorum solverentur) mater extitit Annæ, electori Brandenburgico, Johanni Sigismundo, nuptæ; altera Anna Magdalena, nupta Philippo Ludovico, comiti Palatino Neoburgico, mater fuit Wolfgangi Wilhelmi, Ottonis Henrici, Augusti & Johannis Friderici, Neoburgicorum; tertia Magdalena ex Johanne, comite Palatino Bipontino, sustulit, præter alios, Johannem Casimirum, generum Caroli IX. regis Svecorum, patrem Caroli Gustavi, heredis regni Sveciæ, & Adolphi Johannis; qvarta Sibylla Carolo Austriaco, Ferdinandi I. imperatoris nepoti, marchioni Burgoviæ, nupsit: ideoq; à qvatuor Wilhelmi generis hereditas prensabatur. Henricus qvoq;, comes Marcæ, partem terrarum in comitatu Marcæ; & dux Niversius & Mantuanus Clivensem ducatum propter abavum Engelbertum, Johannis I. ducis Cliviæ filium sibi petebat, rationesq; ex insignibus avitis promebant. Imperator Rudolphus jus fiduciæ imperialis ad feminarum successionem derivari non posse censens, Leopoldo Austriaco, episcopo Passaviensi, commisit, ut ducis defuncti Johannis Wilhelmi provincias seqvestraret, donec coram tribunali Cæsareo rationes successionis qvisq; deduxisset. Brandenburgensis, qvi ratione majoratus & primogenituræ omne jus ad se vocabat, & Neoburgicus, qvi secundogenitam superstitē post defunctæ primogenitæ filiam nolebat locari, iniqvum rati, ab adeunda hereditate non cognita causa se arceri, & metu perculsi, fore, ut ad se Austriaci provincias traherent, circumspexerunt adversus vim ingruentem auxilia; & Dortmundi, mediatore Mauritio Hasso, in certas conditiones, ne possessio hereditatis sibi præriperetur, transegere, salvo interim jure palatinorum Bipontinorum & qvorumcunq; aliorum, qvod possent prætendere; salva etiam subditorum libertate & religione. Juliacum ab

illis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Illis ope Batavorum & Gallorum eſt obſeſſum & deditione captũ: Düſſeldorfum in poteſtatem Neoburgici venit: alia loca Brandenburgicus occupavit: proq; cauſa hac & religionis libertate, qvæ una periclitabatur, defendenda, principes Germaniæ Proteſtantes, paucis, interq; eos electore Saxoniæ, exceptis, Halæ Svevorũ anno ſeculi x. fœdus inierunt, qvod vocabant Unionem. Econtra, qvi epiſcoporum pontificiorum cauſam tuebantur, alio in fœdere Herbipoli coibant, qvod vocabant Ligam catholicam. Mauritius Naſſovius interea ipſum Juliacum & alia oppida, excluſis inde Auſtriacis, vi cepit, & illa conjunctim poſſidenda & obtinenda tradidit Brandenburgico & Neoburgico. Cumq; Mulheimium illi, Colonienſibus contradicentibus, muniiſſent, & cura ejus demoliendi Spinulæ ab imperatore eſſet commiſſa, Neoburgicus etiam, ut cauſæ ſuæ ſubſidium qværeret, ducta ducis Bavariæ filia, ad partes Romanæ religionis anno ſeculi xiv. conceſſiſſet, ſicuti elector ad Reformatos tranſiit, Batavi præſidio ſuo, remotis inde Brandenburgicis ſimul & Neoburgenſibus, Juliacum munierunt, & Hiſpanis, poſtqvam Aqvisgranum ad obſeqvium imperatoris retraxerant; Mulheimium ſolo æqvaverant, & præterea loca alia, interq; ea Veſaliam, occupaverant, ſeſe totis viribus oppoſuerunt. Interim, ad qvos pertinebant provinciæ, ex patrociniis exiguum fructum; multum damni percepere. Anno ſeculi xxix. Brandenburgicus elector, Georgius Wilhelmus, & Wolfgangus Wilhelmus, Neoburgicus, in xxv. annos ſic tranſegere, ut præter utrumq; Marcæ & Ravensbergæ comitatum Clivenſis ducatus eſſet electoris; ducatus autem Juliacenſis & Bergenſis cum dynaſtia Ravenſteinenſi Neoburgici: uterq; interim de reditibus Clivenſibus & Bergenſibus participaret. Cumq; Oſnabrugis pacis univerſalis rationes inter imperatorem & reginam Sveciæ inirentur, remedia ſimul pro cauſa Juliacenſi qværebantur. Elector fundos eccleſiaſticos in eum ſtatum, in qvo anno ſeculi xii fuerex exercitium autem religionis in eum ſtatum, in qvo fuit anno ſeculi ix. voluit reſtitui, eumq; in finem allegavit novam tranſactionem anno ſeculi xlvii. initam. Neoburgicus autem terminum reſtitutionis gravaminum voluit eſſe annum ſeculi xxiv. qvi aliis provinciis juxta pacificationem Oſnabrugenſem eſt poſitus. In inſtrumento pacis autem deciſio controverſiæ Juliacenſis devolvebatur in proxima comitia. Cumq; Neoburgicus inſtrumentum pacis univerſalis normam ſibi poneret, & publicis edictis fieri vellet, qvæ elector rebatur tranſactioni anni xlvii. eſſe contraria, bellum ſubitum, poſt factam totius Germaniæ pacem, exarſit: in qvo

elector anno seculi LI. exercitum in Juliacensem & Bergensem ducatum eduxit, ut sua sibi jura conservaret, & Neoburgici conatus, qvi ejectis evangelicis non cessabat subditis pontificia sacra rigide imperare, impediret. Interposuit se imperator, & arma jussit utrunqꝫ deponere. Et lis qvidem indecisa permansit: partes autem ad solemne judicium ablegatæ sunt, in qvo causa disceptetur.

XXVII. Cuinam duces Mechlenburgenses sangvinem debent? Hi enim ad se nos vocant.

Heruli primum, pars Vandalorum, & qvidem nationis Germanicæ, in Mechlenburgia primum consedere. Postea Obotriti, gens Heneta, illam sibi circa illa tempora acqvisivere, qvibus multæ Germanorum nationes in Romanas provincias sese ex patriis oris infuderunt, & loca varia Sarmatis occupanda reliqverunt. Sui illis reges præfuerunt: ex qvibus circa annum IↃCCCCLXXXVI. tempore Ottonis II. innotuit Bilungus, cujus prosapiam aliqvi deducunt continua serie, parum certa fide, ab Anthyrio, qvi originem paternam traxerit ab Herulis in Wagria; maternam ab Amazonibus, & Alexandro M. in Asia militaverit, indeqꝫ domum reversus, Bucephali caput, qvod nullo fundamento fabulantur fuisse taurinum, in insignibus usus fuerit. Ab hoc continuo ordine derivant Avanam: Adimerum: Anthyrium: Hotherium, anno post natum Christum XXXV. (ut ita intra CCCLXX. annos tantum qvinqꝫ reges imperitaverint:) Visilaum: Witislaum: Alaricum: Dietericum: Tenericum: Albericum: Visimarum: Misizlaum: Radagaitum, à Stilicone cæsum: (ut ita denuo intra CCCLXX. annos non nisi novem regnaverint) Corsiconem: Gundericum, Carthaginis eversorem: Gensericum, Romæ direptorem: Vinilaum: Alaricum: Aribertum: tempore Caroli M. cujus filium faciunt Bilungum. Ego vero in annalibus Pomeranicis demonstravi, post Aribertum, cujus in Mechlenburgia ducem Wizandum Carolus in prælio profligavit, Traschonem ejecit, Gotliebum vivum cepit, à Saxonibus paganis Bilungum, alias Witharum dictum, ducem in Mechlenburgia Obotritorũ, a partibus Caroli M. stantem, obtruncatum fuisse: tempore Ludovici I. Miroslavum & Ratiborum (qvos alii vocant Milegastum & Celeadrogum, Lubithi filios, nisi hi prorsus sint alii,) de successione in regno certantes, se arbitrio imperatoris submisisse: Slaomirum, qvi videtur Milegasto successisse, à Saxonibus captum, ad imperatorem Aqvisgranum deductum pervenisse: deinde à Ludovico, rege Germaniæ, Rastizium esse captum & exoculatum: Gestimulum, regem Rugiæ,

à Lo-

à Lothario imperatore, Ludovici fratre, cæsum: tempore Henrici aucupis, qvi primus Marchiones Brandenburgenses adversus has Henetorum gentes constituit, Barniminum & Wartislaum inter Wilzos (i. e. Pomeranos orientales) atq; Meltibojum in Slavonia, qvod peculiare nomen est nobilium Henetorum, præfuisse: sicuti tempore Ottonis I. imperitavit Mizlaus, alias Wislaus aut Mistavus, & præter eum Stoinefgar, Nacco, Seliburis & Tugumirus. Mizlai filium inveni Bilungum, à Visurgi ad Vistulam tempore Ottonis II rerum potitum: cujus filii fuere, Mizlaus. Sedericus & Nacco. Mizlaus genuit ex se Grimmium, stirpem principum Rugiæ, & Meltibojum, stirpem ducum Pomeraniæ simul & Mechlenburgiæ. Nam unus ejus filius fuit Bogislaus, pater Svantibori, in annalibus Pomeraniæ noti; alter Udo seu Otto, qvi propagavit per Godescalcum familiam ducum Mechlenburgensium. Cæterum etsi Bilungus per episcopum Altenburgensem Wagonem ad Christum deductus est, cujus sororem Hodicam deperierat, atq; uxorem duxerat, mox tamen ad antiqvos errores turpiter relapsus, uxorem repudiavit. Filii ejus, interq; eos Mizlaus seu Micislaus, superstitionem veritati Christianæ præferentes, Hodicā sororem, ab avunculo Wagone in monasterio urbis Megalburgæ, nunc excisæ, educatam, aliasq; sacras virgines, ex cœnobio extraxerunt. Hodica deinde nupsit Boleslao duci. Reliqvæ militibus aut stuprandæ aut ducendæ sunt traditæ. Micislai filius fuit Meltibojus, qvi intra Tollensam & Peni fluvii fontem in regia Rethra sedem habuit, ubi templum idoli Radegasti fuisse memorant. Nunc Rethra cum fano ita data est excidio, ut & nomen & locus exoleverit. Hic Meltibojus cum Mizdrao fratre, Bernhardo, Saxoniæ & Lunæburgi duce, qvam familiarissime utebatur, cumq; eo & Henrico II. imperatore in Italiam contra Saracenos profectus, filiam ejus sibi conjugem expetivit. Assensit pater: sed cum Meltibojus, domum reversus, nuptias puellæ promissas ambiret, Theodoricus marchio indignum esse dixit, ut puella nobilis, consangvinea sua, Vandalico cani nuberet. Ea contumelia & aliis injuriis, qvæ, sub religioni propagandæ specie, per avaros principes & sacerdotes Slavis inferebantur, permotus Meltibojus: at iste, inqvit, canis, si validus est, admodum mordebit, latratuq; suo omnia perturbabit. Dixit, & in urbem suam Rethram reversus, collectis undiq; copiis, cum Bernhardus aliis bellis esset implicitus, omnem Nordalbingiam & Saxoniam igni & ferro vastavit, omnesq; Slavos intra Albim & Oderam secum in errorem reductos, ad crudelitatem animavit, templa incendit, sacerdotes percussit, &

The-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Theodoricum marchionem ejectum in privatum statum redegit, ut supra jam recensuimus. Senio tamen confectus, apostasiæ & crudelitatis pœnitudine ductus, fidem Christi, qvam abjuraverat, denuo amplexus est; & cum ob id à Vandalis reliqvis in exilium ejiceretur, ad Saxones Bardovicum profugiens, apud illos pie consenuit. Tres reliqvit filios, Anatrogum, Gneum & Utonem seu Ottonem, qvi Marchiam & Megapolin inter se diviserunt. Utonem transfuga Saxo per insidias occidit. Ideoq; ejus filius Godescalcus, patris necem ulturus, multa Saxonum & Holsatorum millia prostravit. Tandem tamen ad religionem nostram conversus, ecclesias apud Vandalos instauravit, eoq; inter Slavos nemo extitit melior aut potentior: cœperuntq; sub eo Circipani, qvi sunt Wolgastani, Rugii & Eardenses, Kissini, qvos nunc Rostochienses vocant, & Obotriti, sub Christi obseqvio mitescere. Ipse Godescalcus (nam ex Helmoldo & Cranzio majores Megapolitanorum ducum paulo altius repetemus) cum Danorum rex Canutus adversus Julinenses Pomeranos, paganismo tenacissime innodatos, & piraticam adversus Christo deditos exercentes, bellum decrevisset, auxilio ei fuit, & filiam ejus suis virtutibus promeruit. Sed qvi in superstitione persistere decreverant, per tumultum Godescalcum Leontii peremerunt, & episcopum Sverinensem Johannem, crudelissime enecatum, idolo suo Radegasto immolarunt. Filii qvidem Godescalci, Buthue & Henricus, religionis tenaces erant, Saxonum auxiliis suffulti: sed Crito, Lutitiorum princeps, Svantibori, Pomeranorum ducis, gener, Buthuen, cum per Saxones reducendus esset, per proditionem perdidit; Henricum fugavit: in Canuti filiam, Godescalci viduam, & alias Christianorum matronas gravem petulantiam exercuit: urbem Megalburgam evertit: Hamburgense templum incendit: Stormaros & Holsatos, cum dux eorum Plusso, qvi Godescalci sororem in matrimonio habuit, per seditionem suorum peremtus esset, miseris modis afflixit: Slesvicum solo æqvavit, & Saxonibus frustra repugnantibus, xii. amplius annos persecutus Christianos, ægre tandem qvievit. Hunc ipsum ferunt, cum contra Magnum, Saxoniæ ducem, bella gereret, fundamenta Lubecæ juxta Svartoam jecisse: qvam postea vel tertia vice à Rugianis eversam Adolphus, comes Schaumburgicus, eo loco, ubi nunc sita est, inter Travenam & Vacenissam, fluvios, de novo condidit. Qvamprimum vero Henricus, antea fugatus, Godescalci filius, Danorum ope Megapolin repetebat, Critone per insidias uxoris occiso, terræ, qvas ille occupaverat, divisæ sunt. Henrico, cum duxisset Critonis viduam Sla-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Slavinam, Mechlenburgia, Holsatia, Dithmarsia, parsq; Saxoniæ cessit. Razo, Critonis sive filius sive agnatus, Rugiam & Wolgastum obtinuit, conditoq; Razeburgo de se nomen imposuit. Inter hos tamen paulo post bella recruduerunt, qvod Rugiani sibi Lubecam, tanqvam à Critone exstructam, vendicabant. Henricus vero in tam remotis finibus eorum firmari imperium nolebat. Fit pugna prope Lubecam. Fugatur Razo. Henricus victor ipsam etiam Marchiam in prædam petiit, Stoderanos in illa & Britanos domuit, Havelbergam diu obsedit. Rugiam qvoq; tempore hyemis per glaciem ingressus, ad xliv. millia marcarum argenti pendenda Razonem adegit, jamq; morti vicinus Canutum, Daniæ regem, filiorum suorum, Svantipolci & Canuti, protectorem & regni Vandalici administratorem delegit. His vero ejus filiis parricidali bello inter se digladiantibus & corruentibus, Porcello etiam seu Svineke, Svantipolci filio, peremto, Vandalorum regnum regis Daniæ filius, Canutus, tanqvam feudum, ab imperatore Lothario emtione, ut ait Helmoldus, obtinuit, titulumq; Vandalici regis posteritati peperit, exclusis Pribislao & Nicoloto, Buthues filiis. Qvi ipsi tamen, cum Canutus, domú ab imperatore reversus, ab agnatis esset interfectus, fuga servati, iterum rerum potiti sunt. Sed qvia acerrimi erant Christiani nominis hostes, Henricus Leo, Saxoniæ dux, & Albertus Ursus, marchio Brandenburgensis, in fædus adversus eos coierunt: familias Vandalorum continuis bellis ferme omnes exstirparunt: eorum reliqvias qvacunq; furti occasione patibulis affixerunt: dignitatibus civilibus & honestis contractibus exclusos ad Poloniæ confinia repulerunt: novas colonias in Mechlenburgiã & Pomeraniam, coeuntibus in eas Frisiis, Hollandis & Saxonibus, condiderunt: Bardovicum, nobilem urbem, funditus destruxerunt: episcopatum Oldenburgensem in urbem Lubecensem transtulerunt. Nicoloti tamen filii, Primislaus & Wartislaus, cum fidem Christi suscepissent, opera Pomeranorum occidentalium à Wartislao II. anno cIↄcxliii. avitis terris restituti sunt. Et qvanqvam Henricus Leo, expeditione in Pomeraniam suscepta, Demminum, Gützkoam & Wolgastum expugnaret & diriperet, ducemq; Pomeranorum ad Stolpam usq; repelleret, & Wartislaum, Nicoloti filium juniorem, in vincula ageret, Primislaus nihilominus, ejus frater, fida Pomeranorum societate adjutus, sua omnia, ducis titulo contentus, recepit, excepto comitatu Sverinensi, qvem Gunzelinus qvidam, Henrici Leonis præfectus, hereditario jure obtinuit. Lumen addam dictis seqvente schemate.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Bilungus, Obotritorum & Herulorum rex,
ex Medea pagana, — *ex Hodica Christiana.*

- *Micislaus.*
  - *Mestibojus.*
    - *Uto seu Otto. Godescalcus.*
      - *Henricus.*
        - *Canutius.*
        - *VValdemarus.*
      - *Buthue.*
        - *Nicolotus.*
          - *Pribislaus, conditor Rostochii, stirps ducum Megapolitanorum.*
          - *VVartislaus, suspendio ab Henrico Leone necatus, qvod fratrem ad bellum incitasset - Nicolotus.*
        - *Pribislaus.*
      - *Svantipoleus - Sviueke.*
      - *Mestue.*
    - *Miztraus.*
    - *Bogislaus - Svantiborus, stirps ducum Pomeraniæ.*
    - *Anatrogus.*
    - *Gneus.*
  - *Grines seu Grimm*
    - *Crito, conditor Lubecæ.*
    - *VVartislaus -- Razo, stirps principum Rugiæ.*
- *Naco.*
- *Sidericus.*
- *Hodica, nupta Boleslao duci.*

XXVIII. *Si Mechlenburgensium duces, qvemadmodum innuere visus es, ex prosapia tam antiqva oriundi sunt, qva serie numerantur post Pribislaum?*

Pribislao, qvi Doberanense cœnobium fundavit, defuncto, Henricus Burovinus, ejus filius, successit. Sed ab Henrico Leone Gvelpho in eas tandem angustias redactus est, ut se, ejus arbitrio permissum, subditum profiteretur. Gener tandem illius factus, patrias terras recepit, filioq; Henrico Burovino juniori omnes reliqvit. Qvo anno cIↃcCXXIX. è vivis sublato, filii ejus qvatuor Vandalicum regnum, utut jam attritum, in qvatuor dominia diviserunt: & Johannes, theologus dictus, qvod in Sorbona Doctoris titulos meruerat, princeps Megalburgi factus est. Nicolotus dominium Werliorum & Vandaliæ, qvo Ribeniza, Gnoja, Malchinum, Gustrovium, Plava continetur, accepit. Burovinus dominium Rostochiense occupavit. Pribislaus tandem rerum in Richterberga & Parchemio potitus est. Qvibus accesserunt domini in Stargardia. Burovini & Pribislai progenies cito defecit. Sed Nicoloti longa numeratur posteritas. Defecit tamen & illa, omnisq; provincia in familiam Johannis theologi translata est. In catalogo rem videbimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

DUCES MECHLENBURGENSES.

PRIBISLAUS, Nicoloti filius.
HENRICUS BUROVINUS, SENIOR, F.
HENRICUS BUROVINUS, JUNIOR, F. obiit anno clɔccxxviii.

1228. JOHANNES THEOLOGUS, princeps Megalpurgi, cujus tempore Gunzelinus, Sverini comes, Vismariam extruxit. 32

1260. HENRICUS HIEROSOLYMITANUS, F. à Saracenis captus, & per xxvi. annos dura servitute detentus, postea in patriam remissus. 42

PRIMISLAUS, dominus Richtenbergæ & Parchemii.

BUROVINUS, dominus Rostochii, cœcus.

NICOLOTUS, dominus Werliorum & Vandaliæ. 1277.
JOHANNES PACIFICUS filius.
NICOLOTUS F.
JOHANNES SENIOR, F.
JOHANNES.
BERNHARDUS.
JOHANNES.
WILHELMUS, ultimus dominus Vandaliæ anno clɔccccxxx. mortuus.

1302. HENRICUS LEO, F patre in Palæstina captivo, feliciter & tanta cum virtutis laude patriam contra marchiones Brandenburgenses tutatus est, ut Leonis cognomine vulgo salutaretur. ductaq; in uxorem Beatrice, Waldemari marchionis Brandenburgensis filia, dotis nomine Stargardiam accepit, & à Danis Rostochium, qvod sese regibus Daniæ, stirpe Burovini in ejus nepote Nicolao puero deficiente, submiserat, perpetuo jure possessionis recepit. 27

1329. ALBERTUS F. gener Magni, regis Sveciæ, princeps imperii à Carolo IV. imperatore renunciatus est. Idem contigit Johanni ejus fratri, cujus posteri, duces Stargardiæ vocati, floruerunt usq; ad Ulricum, Johannis pronepotem: qvo anno clɔccccLxxi. defuncto, ducatus Stargardiæ ad Alberti pronepotem, Henricum pingvem, devolutus est. 51

1380. MAGNUS F. cujus frater Albertus, post Magni, regis Sveciæ, avunculi sui, obitum, contra Haqvinum ejus filium, regem Norvegiæ, à Svecis in regem electus, cum possessionem regni adiret, à Margareta, Haqvini uxore, regina Daniæ, cum Erico filio anno clɔcccLxxxviii. captus, post septennium tandem liber evasit, cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

lytron primariæ & nobiles matronæ conferrent. Qvam ob causam apud Mechlenburgenses feuda sunt feminis qvoq; concessa. 4

1384. JOHANNES ADOLESCENS, F. cum Alberto patrueli, Alberti regis Sveciæ filio, & cum senatu urbis Rostochiensis, Academiam Rostochianam anno cIↄcccexix. fundavit. 39

1423. HENRICUS PINGVIS, F. post Wilhelmi, principis Vandaliæ & Werliorum decessum, ditionem ejus jure hereditario adiit. Hujus tempore Rostochiana civitate ob tumultum adversus senatum excitatum ab imperatore Sigismundo proscripta, Universitas Gryphiswaldum migravit, & per qvinqvennium illic substitit. 54

1477. MAGNUS II. F. fundator ecclesiæ cathedralis Rostochii, post mortem Ulrici, ducis Stargardiæ ultimi, hoc qvoq; dominium patriis possessionibus adjecit: ingenio, magnitudine animi, prudentia & aliis virtutibus magno principe dignis, ut Chytræus ait, excellens. 26

1503. ALBERTUS, F. & frater ejus Henricus, anno seculi vi. occasionem belli adversus Lubecenses gerendi per tres ebrios rusticos accepere: qvod tamen in cineribus statim sopitum est, ut legere est in Saxonia Chytræi. Cæterum Albertus, Christianum II. regem Daniæ è captivitate redempturus, cum Christophoro, comite Oldenburgico, Haffniam anno cIↄIↄxxxvii. occupavit, & diu adversus Christianum III. defendit. Vel sex filios sustulit, inter qvos Ulricus fuit episcopus Sverinensis; Christophorus coadjutor Rigensis; Carolus episcopus Razenburgensis; Georgius in obsidione Francofurti ad Mœnum; Ludovicus in obsidione Haffniæ periit: Johannes Albertus patri successit. Frater Alberti, Henricus pacificus, princeps Vandaliæ & dominus Stargardiæ, à pietate, prudentia & literarum studio se omnibus commendavit: cujus filii fuere Magnus & Philippus: sed qvi sine prole decesserunt. Magnus qvidem episcopus Sverinensis ante patrem; Philippus, ad res gerendas propter mentem imbecillam ineptus, post patrem. Sic omnis ducatus cessit Johanni Alberto. 47

1547. JOHANNES ALBERTUS, F. princeps literis excultissimus, academiam Rostochiensem amplioribus reditibus dotavit, & omnem duca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ducatum purgavit à fermento pontificio. Qvi tumultus ejus tempore extiterit, describit Thuanus libro xxxviii. 29

1567. JOHANNES, F. pupillis duobus relictis tutorem dedit patruum suum Carolum, episcopum Razenburgensem. 16

1592. ADOLPHUS FRIDERICUS & JOHANNES ALBERTUS, F. patriis possessionibus divisis divisa habuere imperia. Ille Sverini; hic Gustroviæ sedem fixit. Lutheranam ille religionem, qvam à majoribus accepit, constanter profitetur; hic ad Calvinianorum castra transiit: uterq; ab imperatore proscriptus, aliqvamdiu patria, qvam Wallensteinius invasit, extorris vitam sustinuit. Postea armis Sveciæ & confæderatorum laribus suis restituti, sese adversus Wallensteinii machinationes omnibus viribus tutabantur. Deinde Pragensi transactioni subscripsere: qvæ tamen cum nullo effectu jactaretur, denuo impetum armorũ utrinq; sensere. Johannes Albertus obiit anno cIↄIↄcxxxvi. unico relicto filio Gustavo Adolpho, à patruo in religione Augustanæ confessionis educato. Adolpho Friderico ex Sophia, Adolphi, ducis Holsatiæ, filia, sunt filii, Christianus, Carolus, Joh. Georgius & Gustavus Rudolphus; ex Maria Catharina, filia Julii Ernesti, ducis Brunsv. & Lunæburgensis, Fridericus.

XXIX. *A Rugiarum regibus, jam ex historia imperatorum constat, Romam esse occupatam. Ideoq; in Pomeraniam nostram nunc reducendus, Rugiam insulam aspicio & num inde antiqvi illi Rugii egressi sint, dubito.*

Rugios jam Homero notos fuisse, nonnulli putant. In historiis primus ex iis Odoacer, qvi Romanorum in occidente imperium ad se rapuit, & antea Oresti, ultimi Romæ imperatoris Augustuli patri, in exercitu etiam Attilæ, diu militaverat, notus est. Majores ejus, à littore Balthico progressos, in Hungaria consedisse, & ea de causa Attilæ conjunctos, Romanis innotuisse, cumq; Longobardos insulam suam Rugiam multos annos tenere intelligerent, ad sedes antiqvas sese recepisse ajunt. Post qvæ tempora altum erat de Rugiis silentium. Utut enim Radegastii, Genii, Grimmii meminerunt, Critto tamen, qvem in chronicis nostris Pomeranicis ex eadem stirpe deduximus, cui duces Pomeraniæ & Mechlenburgiæ ortum debent, primus est, cujus facinora paulo accuratius à Vandalicis scriptoribus annotata sunt. Ab hoc igitur & nos Rugiorum principum catalogum nectemus. Id interim notamus, incolas Rugiæ qvondam etiam fuisse dictos Ranos & Ruthenos

nos, tam feroces, ut ultimi ex maris Svevici accolis fidem Christi suscepe-rint. Helmoldus testatur, jam antea eos per monachos qvosdam ad fidem fuisse conversos, sed defecisse iterum, & S. Vitum, servum Christi, contemto domino, sub nomine corrupto Svantoviti coluisse.

PRINCIPES RUGIANI.

A. C. *A. R.*

1066. I. CRITO seu CRUCO, Grini filius, Mislai nepos, Eilungi pronepos, Svantebori, ducis Pomeranorum, ex filia Slavina gener, Lutitiorum princeps, persecutor Christianorum per XII. annos acerrimus, Lubecæ fundator, ab Henrico, Obotritorum principe, qvem in exilium ejecerat, dolo uxoris interfectus. 39

1105. II. RAZO, sive filius sive certe agnatus Critonis, varia bella cum Henrico, Godescalci filio, Obotritorum duce, cum Pomeranis, cũ rege Daniæ, & cum Henrico Leone, duce Saxonum, gessit: Lubecam, à Critone exstructam, hostibus tertia vice expulsis, in suam potestatem redegit, conditoq; ad illam Razeburgo, incolas jussit illo urbem loco, qvo nunc floret, transponere. 36

1141. III. JAROMARUS F. diu cum Ratiboro, Pomeranorum duce & Danorum regibus bella gessit, qvorum injuria amplissima urbs Vineta prorsus destructa est. Ex cujus tamen ruinis Jaromarus, pace cum Pomeranis facta, eorumq; principi Casimiro sorore elocata, Stralesundam condidit, & cũ duobus fratribus, Tezlavo & Stoislavo, ad qvem Pudbuscii barones sangvinem suum referunt, ad Christi obseqvium sese contulit, idoliq; Svanteviti impium cultum abrogavit, & præterea cœnobium Eldenoviense fundavit. 71

1212. IV. WIZLAUS F. cum Danis expeditionem adversus Livonos & Estonios ad religionem in illis locis disseminandam suscepit, & monasterium Campense regali sumtu adornavit. 29

1241. V. JAROMARUS F. Damgartum condidit, Danorumq; regi Christophoro, qvi à suo beneficio voluit Rugiam suspendere, prospero bellorum eventu restitit. 41

1282. VI. WIZLAUS, F. Danorum obseqvio prorsus se subtraxit, & imperio Romano associatus, Cruciferis adversus paganos opem tulit. 21

1303. VII. WIZLAUS, F. Mestovini, ducis Pomeranorum, gener: qvo sine heredibus anno CIↃCCCXXV. defuncto, Rugiæ principatus

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

cum Bardensi ditione, multum reluctantibus Mechlenburgensibus & Danis, ad Wartislaum IV. ducem Pomeraniæ Wolgastanum, devolutus est.

XXX. *Patriæ igitur nostræ dilectissimæ pomœria nunc tandem intremus, eamq; felicissime in publicis his turbis, qvibus vera pietas vix animam agit, & religio aut premitur, aut (pudet dicere) simulatur, salvere jubeo.*

Eo Germaniæ loco, qvem nos Pomerani jam cũ vicinis Mechlenburgensibus ad sinum Codanũ incolimus, Tacitus suo tempore dicit Svevos habitasse, gentem amplissimam, qvi majorem tunc temporis Germaniæ partem obtinuere, sed variis nationibus, nominibusq; discreti. Cæsar eos vocat Germanorum omnium bellicosissimos, dicitq; , qvotannis multa millia armatorum bellandi causa suis ex finibus eduxisse: reliqvos domi mansisse: pro se atq; illis coluisse: hos rursus invicem anno post in armis fuisse; illos domi remansisse: sic neq; agriculturam, neq; rationem, neq; usum belli intermissum: privati atq; separati agri apud eos nihil fuisse; neq; longius anno uno in loco incolendi causa remansisse. Plura sunt, qvæ divus ille autor de Svevis initio qvarti libri Commentariorum scripsit, digna, qvæ legantur. Vinum, inqvit, ad se importari non sinunt, qvod ea re ad laborem ferendum remollescere homines atq; effeminari arbitrantur. Publice maximam putant esse laudem, qvam latissime à suis finibus vacare agros. Hac re significari, magnum numerum civitatum suam vim sustinere non potuisse. Addit, Usiperes & Tenchteros, agris à Svevis expulsos, tantum Svevis dedisse, ut dixerint, ne deos qvidem immortales iis pares esse posse. Vetustissimos Svevorum in secretioribus Germaniæ Tacitus facit Semnones, apud qvos centum pagis sit habitatum: qvod idem etiam de Svevis Cæsar testatur. Longobardos censet bellicosissimos: fluminibus aut silvis muniri dicit Reudignos, Aviones, Anglos, Varinos, Eudones, Svardones, Nuithones. Qvi ex Svevis Danubium accoluere, eos nominat Hermunduros, Nariscos, Marcomannos, Qvados: horum terga interclaudere dixit in eadem Svevia Marsingos, Gothinos, Osos, Burios. Ad Oceanum autem Svevicum Gothones, Rugios & Lemovios collocat, qvibus adscribit rotunda scuta, breves gladios, & erga reges obseqvium. Ptolemæus Svevos Semnones Svevum amnem, qvi hodie sive Marchicorum Sprea est, sive Rostochiorum Varnovia (nam alter Svevus, verius Odera, sese in Pomerania nostra tribus ostiis exonerat, sive ten potius Odera) accoluisse dicit, iisq; conjungit Laccobardos, Teutones, Pharadenos, Sidinos,

dinos, Ruticlios, Gythones: ut non immerito mireris, in confinio Marchiæ, Pomeraniæ & Mechlenburgiæ vestigia esse bellicosissimorum populorum, qvi toti terrarum orbi metum incusserunt, Longobardorum puta, Gothorum, Rugiorum, Teutonum. Agnoscamus, qvi nunc vivimus, majorum nostrorum virtutem, & justo furore vel nunc tandem, cum libertati nostræ undiq; insidiæ struuntur, ad imitandos eos accendamur, à qvibus prognatos nos esse novimus. Illos nunqvam Romanorum robur fregit; nunqvam suis sedibus expulit: qvin potius, cum satis diu Germaniam Cæsareos milites aluisse crederent, in unum cum reliqvis coeuntes, robustissimis qvibusq; viris collectis, è suis sedibus egressi, Galliam, Hispaniam, Italiam, non invaserunt tantum, sed & suo imperio, ut ex superioribus manifestum est, subjecerunt. Sidini inter eos & Rugii, ut Valentinus Eichstadius, nobilis annalium Pomeranicorum conditor, memoriæ prodidit, peculiari sibi rege in his Germanicarum gentium peregrinationibus creato, in Hungaria intra Danubium & Teisam consederunt. Primus eorum rex Flactitetus vocatur; alter Felteus sese circa annum Christi ccccxl. Attilæ, Hunnorum regi, conjunxit, cumq; eo socia arma hostibus intulit. Hujus Feltei filius fuit Zuba; nepos Odoacer, dominator ille Romæ notissimus. Verum cum littora oceani satis valido essent præsidio nudati, absentibus inde Svevis, Heneti & Slavi ex Sarmatia circa annum IↃL. progressi, trajecta Vistula & Odera, omnem tractum occupavere. Reges illis duo erant, Lechus & Zechus, qvos ex historia Polonica & Bohemica notos tibi adhuc esse credo. Lechus, ejusq; posteri, copiis undiqvaq; emissis, Pomeraniam, Marchiam & Mechlenburgiã celeriter pervagati, antiqvos incolas admodum afflixerunt. Ideoq; illi partim in Sveviam, cognatos populos, partim in Vindeliciã & Rhætiam profugere: atq; hac ratione omnis ille maritimus tractus ad mare Balthicum seu Svevicum Sarmaticis populis completus est, lingvaq; Teutonum abolita, Henetorum lingva apud omnes invaluit. Nec minores expeditionis suæ successus Zechus habuit, qvi, omni Bohemia & Silesia occupata, in meditullium fere Germaniæ peregrinas gentes induxit. Nondum tunc temporis imperium Franci obtinebant. Sua qvisq;, qvantum potuit, defendebat. Potentiori imbecillior cedebat. Ideoq; nemo inveniebatur, qvi Sarmatas sedibus novis exterminaret: qvodq; lenius illi cœperant subditos habere, validius sibi stabilimentum peperere. Apud Pomeranos pedetentim Gryphiorum, qvanqvam sub imperio Sarmatico, potestas eluctata est, & Gryphiswaldo, Gryphenhagio, Gryphenberga, ali-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

aliisq; urbibus excitatis, nova genti pressæ fulcra qværebantur. Hos Gryphicos dominos qvanqvam pleriq; ab antiqvissima stirpe Polonorum deducunt, ex reliqviis tamen Svevorum eos ortos esse, verisimile est. Tandem imperio Romano ad Germanos devoluto, Henrici & Ottones lacerata Germaniæ viscera miserati, remedium illis adversus Sarmatas qværebant: qvi tamen tam pertinaciter locis semel occupatis inhæserunt, ut ad nostra usq; tempora illorum moribus & lingvæ Cassubia, Lusatia, Bohemia & alia loca serviant. Qvam autem hæc nostra patria antiqvitus sub ipsis etiam Henetis floruerit, superba in illa emporia, olim celeberrima, nunc penitus eversa testantur. Vineta, mercibus & negotiationibus in insula Usedomia locuples, nihil non jucundi & rari habuit, Gothis eam simul & Vandalis & Saxonibus incolentibus. Sed tempore Conradi II. imperatoris, inundatione à continente avulsa, corruit. Hujus vestigia adhuc in mari tranqvillo cernuntur, qvæ qvondam Philippus I. dux Pomeraniæ navigiis adiit, vidit, & demissis perticis longis notavit, invenitq; formam ejus in specie dimidiatæ lunæ obliqvatam, in longitudine dimidii milliaris Germanici; latitudinem paulo minorem. Vineta submersa, Julinum in insula Wollinensi, translato eo emporio, ita opibus & amplitudine succrevit, ut nulli Europæarum civitatum cedere crederetur. Vim regum Daniæ aliqvoties sustinuit: ipsum Svenonem regem bis cepit. Christo, ad qvem conversa fuerat, nuncium misit: tandem pœnas impietatis & fastus luit, in cineres à Waldemaro anno cIↄcLXXIII. redacta. Ancona etiam & Carentia, ab idolis, Svantovito, Rugevito & Porovito, apud Saxonem Grammaticum libro XIV. copiose descriptis, notatæ, in Rugia admodum floruerunt. Sed & illas Danica bella everterunt. Non pauci qvidem in Pomeranis ad Christum convertendis multum operæ impenderunt: sed radices superstitionis nimis alte insederant. Ideoq; omnis piorum conatus pertinaci errorum amore eludebatur. Conversari tamen cum Christianis placuit, in qvibus morum erat elegantia & sapientiæ studium. Sic cum Henricus Auceps imperator ludis eqvestribus, qvos torneamenta vocant, Germanicam nobilitatem exercere constituisset, primo ludo, Magdeburgi habito, Barnimus ex antiqvo Gryphiorum genere, cum filio Wartislao & Rugianorum principe Wizlao interfuit. Militaverat antea imperatori adversus Hungaros, & suam ei fidem probaverat: eamq; ob causam, etsi paganus, Germanis gratus erat. Verisimile crediderim, familiari cum Christianis principibus conversatione eum didicisse ritus Christianos, præser-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tim, qvia Christianorum ceremoniis interfuit: sed inter suos ab invetera-ta superstitione discedere ausum non fuisse. Reliqvos in Germania Henetos Otto I. imperator non uno prælio ad Christi obseqvium pertraxit. Sed cum novellæ ecclesiæ exactionibus & tributis Saxonum misere turbabantur, ut Helmoldus testatur, in paganismum omnis Henetorum gens relapsa, LXXX. amplius annos jugo Christi collum subtraxit, nec prius in viam salutis reduci potuit, qvam Henricus Leo & Albertus Ursus magnis expeditionibus sapere illos docerent. His igitur turbis & Pomerania implicata fuit, & apud Julinenses atq; Vinetanos lege cautum fuit, ne qvis advenarum Christianismi mentionem faceret. Nec Principibus erat licitum, fores Salvatori aperire. Barnimus, qvem antea nominavi, filiam Giselam Bennoni, Saxoniæ duci pientissimo, elocavit: & ex ea avus Bernhardi ducis factus est. Uxorem credo aut Christianam Benno accepit, aut ipse Christianus ductam ad fidem pertraxit. Nec hoc pietatis studium aversatus est Barnimus. Sed qvia omnis Henetorum gens in apostasiam relabebatur, factum est, ut ejus nepotes Christum ignorarent. Inter qvos primus est, qvem historiarum monumenta nominant, Svantiborus. Hujus avus in monasterio Olivensi prope Dantiscum, à ducibus Pomeraniæ condito, Mestibojus fuisse legitur: ex cujus filio Bogislao Svantiborus natus est: Mestibojus igitur sive ad Barnimum sive Wartislaum, qvi ludis eqvestribus Magdeburgi interfuerunt, referre potuit originem. Sed facta ejus profundis tenebris immersa latent, qvæ tamen cum aliis Pomeraniæ antiqvitatibus & ornamentis in annalibus nostris Pomeranicis eruere conati sumus. Annales Polonorum, & præprimis, qvos Stanislaus Sarnicius scripsit, testantur, circa hæc tempora, anno videlicet à parta salute clɔxxv. gentes Vandalicas tributa, qvæ hactenus dederant, Micislao regi Polonorum negavisse, & jugum Polonicum excussisse, interq; eos, qvi defecerunt, nominant Pomeranos, Lubecenses & Camenelenses seu Camminenses. Bellum inde conflatum est, & Micislaus, Hungarorum auctus copiis, qvas Bela, Stephani regis frater, rex postea factus, secum adduxerat, Pomeranos invasit. Illi non segniter signa contulerunt. Sed fusi sunt & profligati, eorumq; dux (forsan Bogislaus, Svantibori pater) in prælio occubuit. Ea occasione Bela aliqvandiu Pomeraniæ orientali præfuit, & incolas Deum recte colere docuit, ipsumq; Svantiborum sacris Christianæ religionis imbuit. Sed qvamprimum ad regnum Hungariæ revocabatur, Svantiborus, omni penitus aliorum dominio excusso, ipso etiam Christo, ne eundem

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

cum hoſtibus Deum coleret, ejurato, res magnas adverſus Polonos & Danos geſſit, potentiſſimus Slavorum, Vandalorum, Caſſubiorum & Luticiorum princeps, Critonis, Obotritorum jam & Vandalorum regis, ſocer. Ejus tempore Otto, epiſcopus Bambergenſis, lingvæ Vandalicæ non ignarus, qvam in aula Polonica didicerat, Pomeranorum converſationem meditari cœpit. Sed temporis opportunitatem captans, rem pauliſper prorogavit. Interea Svantiborus ſive à ſuis ipſius ſubditis, qvos paulo durius habuerat, captus, ſive à Polonorum duce Boleslao Crivouſto prælio victus & abductus eſt. Certis conditionibus dimiſſus, paulo poſt anno clↃcvii. vitam cum morte commutavit. Filios qvatuor reliqvit, qvi, Pomerania inter ſe diviſa, pacto, qvod pater cum Polonis inierat, ſeſe indignos rati, urbes, qvas paſſim Poloni in Pomerania ulteriori occupaverant, & Uſedomiam, qvam Dani, in auxilium à Polonis vocati, ſibi vendicaverant, recuperarunt, factaq; tandem pace cum hoſtibus, in id unice incubuerunt, ut ſubditis Chriſtus innoteſceret. Ipſi enim jam religionis Chriſtianæ veritatem didicerant, & baptiſmo ſuſcepto à paganis ſeceſſerant. Sed metu populi publice in religione nihil innovare audebant, donec per Ottonem, epiſcopum Bambergenſem, qvi anno clↃcxxiv. in Pomeraniam venit, idolorum cultus penitus aboleretur, rem Boleslao Poloniæ duce, ipſis etiam Pomeranorum principibus ſtrenue procurantibus, ut Cramerus in eccleſiaſticis Pomeraniæ Chronicis copioſe docet. Nos anteqvam, qvæ poſthæc in Pomerania geſta ſunt, explicemus, ſeriem prius omnium ducum Pomeraniæ ſubjiciemus.

GENEALOGIA DUCUM POMERANIAE. (‡)

Svantiboro defuncto, qvatuor ejus filii patrias terras in duas diviſerunt partes: Wartislaus & Ratiborus citeriorem Pomeraniam, à Cuslino meo & Chollenbergæ ſeu montis Chollen radicibus ad Marchiam usq; & Megapolin excurrentem, occupaverunt: Bogislaus & Svantipolcus ulteriorem, qvæ ad Viſtulam protenditur, ſortiti ſunt: illi, lingva & moribus Saxonum aſſumtis, pedetentim imperii Germanici legibus adſveſcebant, filiiq; Wartislai, Bogislaus & Caſimirus, ab imperatore Friderico in caſtris ad Lubecam anno clↃclxxxii. in ſenatum imperii adſciti ſunt: hi vero in vernaculo lingvæ Slavonicæ uſu & moribus Henetorum pertinaciter perſtiterunt, & cum Polonis, Danis & Cruciferis ſubinde bella geſſerunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Inter illos Svantipolcus I. à Boleslao Crivousto, Poloniæ duce, captus, inq; vinculis ad mortem usq; detentus est: Svantipolcus III. proavi fratrem ulturus, Boleslai nepotem, Lescum album, è balneo extractum peremit: Subislaus Olivæ monasterium anno clↃCLXXX. & qvinqvennio post Dantiscum, arce Dantiscana, qvam Dani illic locorum prius extruxerant, expugnata, condidit: Tres Mestovini I. filii, fratres Svantepolci III. Wartislaus, Samborus, Ratiborus, ordini Cruciferorum, cui sese junxerant, partem Pomeraniæ, qvæ sibi debebatur, dederunt. Nata inde diuturna bella, Cruciferis donatas terras tuentibus, Wartislao III. & Mestovino jure hereditates eas repetentibus. Tandem Mestovino post Wartislaum anno clↃCCXCV. sine heredibus mortuo, utut principes occidentalis & citerioris Pomeraniæ tanqvam proximos agnatos constituerat successores, subditi ejus (tantum potest simultas ex dissimilitudine lingvarum, morum & legũ) spretis legitimis dominis, sub qvibus noverant per novos colonos Vandalicas gentes à commerciis exclusas fuisse, Primislao, Poloniæ duci, se submisere. Nata & inde cruenta bella. Pomeraniæ duces jus suum armis perseqvebantur. Polonus, qvi suo se patrocinio submiserant, acriter tutabatur. Marchiones etiam Brandenburgici in auxilium vocati, partem terrarum sibi vendicabant. Tandem Cruciferi nobilissimum Pomeraniæ orientalis tractum circa annum clↃCCCXIII. Borussiæ adjunxerunt, tota tamen regione Pomeraniæ ducibus relicta, qvæ à Stolpa sese versus occidentem porrigit. Qvi plura de his patriæ meæ rebus scire desiderat, Chronicon meum de Pomerania qvondam conscriptum consulat: in qvo, tanqvam in primo meo conatu, antiqva Pomeranorum ornamenta eruendi, ne qvid dissimulem, inter tumultus bellicos, qvi tunc omnia turbabant, nec satis potuere omnia indagari, nec satis accurate describi. Hac de causa in illo inveniuntur, qvæ non omnibus satisfaciant, præsertim in familiis nobilium consignandis. Sic in gente Guntersbergiorũ pro uno duos Matthias posui: unum seniorem, consiliarium & Capitaneum Pyrizensem; alterum juniorem, præsidem archidicasterii & Decanum Sic qvum in Pomerania eqvites varie distingvantur, facile fieri potuit, ut una atq; altera familia suo loco non recte locaretur. Sunt in illis aliqvi, qvi jura castri habent, nec nisi tribunal in archidicasteriis principum agnoscunt, qvorumq; nonnulli feuda nobilia aliis nobilibus subinfeudatis seu subvasallis conferunt Sunt alii, qvi coram judicibus & præfectis provincialibus in prima instantia causas agunt. Alii sunt prædicti subvasalli; alii in ulteriore Pomerania, in vicinia Borus-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Ad pag. 1111.(‡)

GENEALIAE.

LUBITH, dux VVilzo

Miroslaf seu Milegast empore Ludov. I.

Rastiz, à Lud. Germ. ibus captus.

Barnim. cujus tempor avos.
Mizlaf seu VVizlaf, t, stirps ducum
Bilung, à Visurgi ad IENBURG.
tonis II. factus Chr

Mizlaf seu Micislaus, ux. Boleslai ducis.

Mestibojus, apostata & princ pum RUGIÆ.

Bogislaus. Ratib b. & March.
SVANTIBORUS pag m MECHLENBURGIÆ.

VVartislaus I. VVollgasti. | *I. Bogislaus in Pomerellia.*
Subislaus I.

Bogislaus I.

Mestovinus I ob. 1220.

Bogislaus II. *Casimirus II*
VVartislaus ob. 1264.

Barnim. I. ob. 1278. *Bogislaus III.*

Svantipolcus III. *Ratibor.* *Sambor.* *VVartislaff.* *cruciferi.*
Mestovinus II.

HELENA, ux. Vladislai III. ducis Polon.
PRIMISLAUS.

Bogislaus IV. VVolgasti. *Barnim. II. &*
VVartislaus IV.

Barnim. IV. in Rugia.

VVartisl. VI. Rug. *Bogisl. VI.* VVolgasti.

Svantibor III.

'III. *Otto II.* *Casim. VI.*
X. ob. *Joachim. I.*
Otto III. ob. 1464. cujus hereditatem adiere Eric. II. & VVartisl. X.

PRIMISLAUS, *rex Pol. qvi Pomerelliā accepit post Mestovinū II.*

Barnim. VI.

VVartisl. IX. *Barnim. VII.* *Svanti*

Ericus II. ob. 1474. gener Bogislai IX. *-478.*

Bogislaus X. magnus, ob. 1523. *VVartisl. XI.* *annus.*

Georgius I. ob. 1531. *Otto IV.* *I.*

Philippus I. ob. 1560.

Bogislaus XIII. Stetini, *ob. 1606.* *Barnim. XII.* *Ludovicus VVolgasti, ob. 1592.*
lius, ob. 1625.

Philippus II. ob. 1618. *Franciscus ob. 1620.* *BOGISLAUS X dux, ob. 1637* *x. Ern. duc. Crojani.*
Ernestus, dux Croj.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

GENEALOGIA DUCUM POMERANIAE.

Ad pag. 1111.(‡)

LUBITH, dux VVilzorum in Pom. orient. ſub rege Ariberto tempore Caroli M.

Miroslaf ſeu Milegaſt. — *Cz[illegible]adrog ſeu Ratibor, tempore Ludov. I.*

Raſtiz, à Lud. Germ. rege anno 861. captus. — *Slaomirus à Saxonibus captus.*

Barnim. cujus tempore Meſtibojus, dux Slavorum.
Mizlaf ſeu VVizlaf, tempore Ottonis I.
Bilung, à Viſurgi ad Viſtulam imperans, tempore Ottonis II. factus Chriſtianus, ſed poſt apoſtata.

VVartislaf, inter Slavos.
Hela, uxor Benronis, ſtirps ducum SAXON. LAVVENBURG.

Mizlaf ſeu Micislaus, paganus. — *Nacco.* — *Sedericus.* — *Hodica, ux. Boleslai ducis.*

Meſtibojus, apoſtata & iterum Chriſtianus. — *Mizdraf.* — *Grimm, ſtirps Principum RUGIÆ.*

Bogislaus. — *Ratibor.* — *Gneius.* — *Anatrog.*
SVANTIBORUS paganus, mortuus 1107.

Udo ſeu Otto, in Mecklenb. & March.
Godeſcalcus, ſtirps ducum MECHLENBURGIÆ.

VVartislaus I. VVollgaſti. — *Ratiborus, Stetini. VVartislaus II. Bartholom ante fil. VVartislaum III. & Svantipolcum II. defunctus.* — *Svantipolcus I. ob. 1120.* — *Bogislaus in Pomerellia. Subislaus I.*

Bogislaus I. — *Caſimirus I. Svantibor. II. Caſimirus III. ob. 1274. cujus heres Barnim. I.*

Bogislaus II. — *Caſimirus II. VVartislaus III. ob. 1264.*

Barnim. I. ob. 1278. — *Bogislaus III.*

Samborus. Subislaus II. — *Meſtovinus I. ob. 1220.*

VVartislaf. — *Svantipolcus III. Meſtovinus II.* — *Ratibor.* — *Sambor.* — *VVartislaf cruciferi.* — *HELENA, ux. Vladislai III. ducis Polon.* — *PRIMISLAUS.*

Bogislaus IV. VVolgaſti. *VVartislaus IV.* — *Barnim. II. à Vidant. Moccarvitio confoſſus.* — *Otto* Stetini. *Barnim. III.*

Barnim. IV. in Rugia. — *Bogislaus V. in Pom.* — *Caſim. IV.* — *Bogisl. VII.* — *Svantibor III.*

VVartisl. VI. Rug. — *Bogisl. VI.* VVolgaſti. — *Barnim. V.* — *Caſim. V.* — *VVartisl. VII. Stolpæ. Ericus I. rex Svec Dan. Norv. ob. 1459.* — *Bogisl. VIII. Bogisl. IX. ob. 1448.* — *Otto II.* — *Caſim. VI. Joachim I. Otto III. ob. 1464. cujus hereditatem adiere Eric. II. & VVartisl. X.* — *PRIMISLAUS, rex Pol. qvi Pomerelliã accepit poſt Meſtovinũ II.*

Barnim. VI. — *VVartislaus VIII.*

VVartisl. IX. — *Barnim. VII.* — *Svantib. IV.* in Rug. — *Barnim. VIII.* Barthii.

Ericus II. ob. 1474. gener Bogislai IX. — *Chriſtophorus.* — *VVartislaus X. ob. 1478.*

Bogislaus X. magnus, ob. 1523. — *VVartisl. XI.* — *Barnim. IX.* — *Caſimirus VI.* — *Svantibor V.* — *Erdmannus.*


Georgius I. ob. 1531. — *Otto IV.* — *Caſimirus VIII.* — *Barnim. X.* — *Barnim. XI. Bogislaus XII.*

Philippus I. ob. 1560. — *Bogislaus XI.*


Bogislaus XIII. Stetini, *ob. 1606.* — *Barnim. XII.* — *Caſim. IX.* — *Georg. II.* — *Joh. Frid. ob. 1606.* — *Ernſt. Ludovicus VVolgaſti, ob. 1592. Philipp. Julius, ob. 1625.*

Philippus II. ob. 1618. — *Franciſcus ob. 1620.* — *BOGISLAUS XIV. ult. Pom. dux, ob. 1637.* — *Georg. III. ob. 1617.* — *Ulricus ob. 1622.* — *Anna, ux. Ern. duc. Crojani. Bogisl. Erneſtus, dux Croj.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Borussiæ, vocantur Liberi homines, vulgo Freij, qvi qvidem inferiore inter eqvites loco sunt, sed eorundem privilegiis & juribus fruuntur, & illis in delectibus associantur. Hos in historiis Borussiacis observavi in exercitibus, qvos Ordo Cruciferorum è Germania Borussis opposuit, advenisse, & pro virtute sub certa conditione in Borussia & vicina Pomerellia, cujus pars Ordini cessit, certos agros accepisse, qvos beneficio, sive regis Poloniæ sive ducum Pomeraniæ, hodienum eorum posteri sub nomine Liberorum hominum seu Frejorum possident. Illorum prædia qvandoqꝫ cessere illis ex eqvestri ordine, qvorum agnati sunt inter præcipuos nobilitatis. Et inter Subvasallos inveni, qvorum agnati amplissima feuda immediate à principe obtinent. Prechelii exemplo sint, qvorum aliqvi propter Maltinium & Hoickendorfium sunt Subvasalli Borckiorum & Dewitziorum; aliqvi, principis beneficio, hereditario jure possident Buslariam, GrossenCussoviam & Slöcenizium. Cum igitur Chronicon prædictum publici juris faciebam, ultro promisi, si qvando altera editio esset procuranda, fore, ut monita illorum, qvi hactenus nondum rectius informato accuratiora essent subministraturi, limam mihi pariant dictorum. Hinc qvia in Chronicis virum nobilissimum, Georgium Palbizky, consiliarium ducis provincialem, hereditarium in Nemiz & Warbelow, in illo nobilium ordine collocavi, qvem loco habent inferiore; postea autem eundem cognovi ex illis in Borussia Palbizkiis sangvinem ducere, qvi qvondam in Palbiz, Pransen, Bresen, Thurow, aliisqꝫ locis inter præcipuas nobilium Borussorum familias fuere, in injuriam nobilis gentis ex illa relatione nec trahi qvicqvam potest, nec debet. Hæc eo libentius hac tabella qvasi publica profiteor, qvia non nisi honorificam patris mentionem merentur qvatuor ejus filii, Georgius, Fridericus, Dionysius, Matthias, fratres Palbizkii: qvorum tertius ante paucos annos, cum locum in aula Svecica inter præcipuos apud reginam meruisset, immatura morte obiit; qvartus inter reginæ Camerarios amplissima dignitate relatus, pluribus jam annis magna cum laude diversis ad Hispanum, Gallum, Venetos & alios, legationibus defunctus est; duo natu majores rara eruditione & prudentia singulari sese patriæ commendarunt. Sed ne methodum nostram sub calce libri deseramus, eorum ducum Pomeraniæ, qvi stemma propagarunt, seriem uno catalogo subjungemus.

PROPAGATORES STEMMATIS POMERANICI.

A.C. A.R.

I. SVANTIBORUS, Bogislai filius, Meſtiboi nepos.

1107. II. WARTISLAUS I. F. epiſcopam Julini fundavit: varia cum vicinis bella geſſit: novam Marchiam & Ucariam cum Lutitia & Primislavia usq; ad Guſtroviã ſibi ſubmiſit: tandem à miniſtro ſuo, per Vandalos odio Chriſtianæ religionis ſubornato, prope Stolpam ad Panum fluvium confoſſus, tracto ſecum in eandem necem ſicario, evulſa ei mandibula, occubuit. Ratisborus in fratris memoriam eo loco, qvo peremtus fuerat, monaſterium Stolpenſe fundavit, & Rugianis Bardum, Tribuſeſium, Grimmiam eripuit: cujus filii, Wartislaus II. & Svantipolcus II. cum patruelibus, Bogislao II. & Caſimiro I. facta ditionum partitione, Pomerania occidua cum Stetinenſi ducatu & parte novæ Marchiæ potiti ſunt, orientali Pomerania cum Caſſubia patruelibus relicta. Et Wartislaus, fratri ſuperſtes, continuos XVI. annos cum Danis & Henrico Leone, Saxonũ duce, pro Mechlenburgicis, ſuorumq; libertate bella geſſit, ſæpius victor, qvam victus: Pribislaum, Mechlenburgenſium principem, qvem Henricus Leo ejecerat, reſtituit: qvatuor comites, Adolphum Holſatiæ, Chriſtianum Oldenburgi, Reginaltum Dithmarſorum, Gunzelinum Sverini, qvi Deminum obſidione premebant, fugavit, Adolphum occidit. Deinde paulisper ſe recepit, cum Henricus Leo, expeditione nova maximis copiis facta, Deminum, Guzkoam & Wolgaſtum diriperet. Sed eo regreſſo, amiſſa omnia recuperavit: urbes fœdatas reſtituit. Tandem pax, cum rex Waldemarus Stetinum obſideret, coaluit. 29

1136. III. BOGISLAUS I. F. cum fratre Caſimiro I. princeps imperii factus, bellis, qvæ patruelis ejus Wartislaus II. cum Danis & Saxonibus geſſit, ſe neqvicqvam immiſcuit. Julino, qvod Dani non ſemel diripuerant, tandemq; penitus deſtruxerant, ſedem epiſcopalem tranſtulit in arcem Camminenſem: multa epiſcopis prædia aſſignavit, hac conditione, ut diœceſis & pacis & belli tempore Pomeraniæ eſſet ſemper conjuncta, nec epiſcopus, niſi de principum conſenſu, legeretur. Qva qvidem ratione pontifici nihil juris in epiſcopatum ab initio fuit. Belbogi etiam, Stolpæ, Colbazii & Granzoviæ cœnobia condiderunt hi duo fratres, &

bali-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

baſilicam D. Jacobi Stetinenſem, tunc temporis extra oppidum ſi-
tam, accito ex Bamberga architecto Berengario, regalibus ſumti-
bus in uſum Teutonicorum extruxerunt. Caſimirus ſeptem an-
te Bogislaum annis mortalitatem explevit: filiusq́ ejus Svanti-
borus II. ſexaginta amplius annos, & nepos Caſimirus III. annos
triginta ſumma tranqvillitate ſuis ditionibus præfuerunt, easq́
defuncti ſine prole ad agnatos transmiſerunt. 52
1188. IV BOGISLAUS II. F. cum fratre Caſimiro II. Saxones & Bruns-
vicenſes evocarunt, qvi Golnoa, & in confinio Groſwinæ, nuper à
Danis dirutæ, Anclamo, ut & Ukermunda, Freienwaldo, Damio
conditis, & urbibus, qvæ vaſtatæ erant, reſtauratis, in novas ſeſe
colonias infuderunt, excluſisq́ paſſim Henetis & Slavis ſecundum
jus Lubecenſe vivere cœperunt. Caſimirus II. interim, cœno-
bio Stargardienſi fundato, Hieroſolyma inviſurus, extra patriam
occubuit, unico filio Wartislao III. relicto, qvi eam Pomeraniæ
partem, qvæ citerior eſt, tenuit: cœnobium virginum Mariæ-
fließianũ adornavit: à Danis nonnullas urbes in confinio Mechlen-
burgenſi recuperavit: atq́ anno CIↃCCLXIV. ſine herede deceſſit 34
1222. V. BARNIMUS I. bonus dictus, Garzium, Greiffenhagum & Ba-
niam condidit, aut certe munivit: ædem D. Mariæ Stetinenſis fun-
davit: Colbergam diœceſi Caminenſi donavit: Stargardiam &
Greiffenbergam mœnibus & foſſis cinxit: pro monialibus mona-
ſteria Stetini, Primislaviæ & Pyrizii condidit: cum Johanne I.
electore Brandenburgenſi, diuturna propter Neomarchiam bel-
la geſſit: ad qvæ ſopienda, cum filia Hedviga, ei elocata, Ukermar-
chiam, inq́ ea Primislaviam & partem Neomarchiæ, dotis nomine
una conceſſit. Recruduere tamen bella, vivo adhuc Barnimo,
cum diſſidentibus inter ſe fratribus in ulteriore Pomerania, ipſe
cum Polonis Meſtovino II; elector Johannes II. Wartislao III.
auxilia mitteret: & hæc bella, defuncto Barnimo, filii continuave-
re per biennium. Eorum tres fuere, Bogislaus IV. Otto I. &
Barnimus II. Hic Barnimus anno CIↃCCXCV. à Vidantio Moccarvi-
tio eſt necatus, cujus uxore abuſus fuerat. Reliqvi igitur duo
fratres eam Pomeraniam, qvæ Polonis aut Cruciferis non ceſſe-
rat, in provinciam Stetinenſem & Wolgaſtanam diviſerunt. In
Stetinenſi ſucceſſere ibi continua ſerie Barnimi I. filius, Otto I.
Bar-

Barnimus III Svantiborus III Casimirus VI Joachimus I. Otto III. qvi sine liberis anno cIↄccccLXIV decessit. In Wolgastana, hoc ordine numerantur duces: Barnimi I. filius, Bogislaus IV. Wartislaus IV. Barnimus IV. Wartislaus VI. Barnimus VI. Wartislaus IX. Ericus II. Bogislaus V. Ottonem I. brevi post marchiones anno cIↄcccI. bello impetiverunt. Sed pax facile coaluit. Post XX annos extincta est stirps priorum marchionum Brandenburgicorum in Waldemaro XIV. Tunc alii alias sibi Marchiæ partes vendicabant. Otto I. occupavit Ukermarchiam, tanqvam qvondam suam. Imperator autem Ludovicus V. Bavarus totam Marchiam, tanqvam vacuam, concessit filio Ludovico cum electoratu. Hic reposcebat ab Ottone Ukermarchiam. Cum nihil impetraret, detulit eum, qvod ab imperatore post mortem Henrici VII. feudum non recognovisset. Et intermiserat, qvia, dissentientibus in electione novi imperatoris principibus, ab aliis Ludovicus X. Bavarus; ab aliis Fridericus Austriacus electus fuerat. Schisma illud duorum imperatorum integros traxit XVI. annos, usq; ad annum cIↄcccxxx. Prævaluit autem Ludovicus, &, cum anno cIↄcccxxv. in marchia electoratum filio indulsisset, addidit hanc ei gratiam, ut Stetinensis ducatus esset in beneficio ejus & heredum. Contradicentibus non saltem ducibus Pomeraniæ, sed & plerisq; imperii Ordinibus, ægre tandem imperator à filio obtinuit, ut remitteret gratiam sibi factam. Inter bella & inducias usq; ad annum seculi ejusdẽ XXXVIII. protractum erat negotium. Tunc demum transactio facta est inter Ludovicum Bavarum electorem, & Ottonem I. ejusq; filium Barnimum III. ut relinqveretur Pomerania Stetinensis in beneficio imperatoris immediato; si autem decederet familia Stetinensis, ut non succederent agnati Wolgastani, sed Ludovicus elector & ejus heredes. Paulo tamen post, instinctu pontificis Romani, adversus Ludovicum V. imperatorem à Carolo, rege Bohemiæ, cujus sponsam ejus filius abduxerat, cum plurimis principibus, & inter eos tum Rudolpho, Saxoniæ electore, & cum principe Anhaltino fœdus est initum. Hinc scena illa Pseudo Waldemari, & distractio marchionatus. Noster Barnimus III. etiam adhæsit Bohemo contra Bavarũ, eidemq; eripuit UkerMarchiam & NeoMarchiam. Carolus, rex Bohemiæ, interea imperator factus, gratiam inve-

investituræ qvidem utriq; Pomeranorum duci fecit: sed Saxoni & Anhaltino, tanqvam proximis agnatis, omnes Waldemari marchionis ditiones, defuncto jam Pseudo Waldemaro, concessit. Occuparunt igitur illi, præter alia, etiam Ukermarchiam, eamq; Stetinensi duci eripuerunt. Ille cum Ludovico Romano, cui frater Ludovicus senior, elector, post patris imperatoris fata Marchiam tradiderat, paciscitur, & illi auxilia mittit ad recuperandam à Saxone & Anhaltino Marchiam. Rebus satis prospere gestis, Ukermarchia certis pactis inter Pomeranum & Ludovicum Romanum dividitur. Totam tamen brevi post anno cIɔcccLIX. Ludovicus bello repetit. Transactio mediatore Megapolitano facta, ut Pasewalcum & Torgelovia ducis essent. Decennio post, defunctis jam marchione Ludovico Romano & Barnimo III. cum in electoratu successisset frater Ludovici Otto, & in ducatu Stetinensi Svantiborus III. cum fratribus bellum de Ukermarchia recruduit. Sed pax seqventi anno cIɔcccLXXI. inita Rorici: in qva Pomerano oppida Ukermarchiæ adjudicabantur, qvæ hactenus habuerat. Otto vero tota Marchia anno seculi LXXIII. cessit, qvia liberis caruit, acceptis à Carolo IV. imperatore, socero, cccIɔ. aureis Hungaricis, qvi eam filio Wenceslao in beneficiũ contulit. Hic Wenceslaus, cum patri, post qvinqvenniũ defuncto, in imperio surrogaretur, Marchiam cessit fratri Sigismundo. Sigismundus, cum, ducta regis Hungariæ Ludovici I. filia, regnum illud anno seculi LXXXVI. adiisset, & difficillimis ibi bellis implicaretur, ut sumtibus par esset, Procopio & Jodoco, Moravis, patruelibus suis, oppignoravit Marchiam. Procopius eam vicissim pignoris loco tradidit Wilhelmo, Misniæ marchioni. Ab eo redemtam Sigismundus imperator Friderico, Zollerio comiti, concessit, ut supra diximus in historia Marchiæ Brandenburgensis. Interea Svantiboro III. in ducatu Stetinensi defuncto successere filii, Otto II. & Casimirus XIII. Hi statim à novo electore & marchione Friderico bello impetiti sunt, ut Ukermarchia omni & illis oppidis, qvæ in Neomarchia tenebant, cederent. Res inter bellum & inducias tracta est usq; ad annum cIɔcccLXVII. ubi nuptiæ inter neptem electoris Margaretam, & Jo-achimum I. Casimiri VI. filium, hac conditione conciliatæ sunt, ut electoris esset Angermundia & Primislavia; Pomerani Pasewal-

cum & Greifenbergia. Longa hinc pax. Moriuntur Casimirus anno seculi XXXIV. & Joachimus, ejus filius, anno LI. Hujus filius unicus, Otto III. cum & ipse anno CIↃCCCCLXIV. decederet sine prole, defecit stirps ducum Pomeraniæ Stetinensis, & novis bellis datæ sunt occasiones, ut deinde dicemus. Sic historiã ducum Stetinensium conjungere voluimus, ne confunderetur cum Wolgastanorũ. 55

1278. VI. BOGISLAUS IV. F. CORPUS & ANIMA ob alacritatem cognominatus, in divisione Pomeraniæ adiit provinciam Wolgastanam, deq; Pomerellia, seu Pomerania Cassubica orientali, seu ulteriori, gravia bella cum Polonorum rege gessit. Qvia enim circa hæc tempora Mestovinus II. sine liberis decessit, & ultima voluntate, rogantibus id subditis, ad Primislaum II. regem Polonorum, omnem ulteriorem Pomeraniam transmiserat, jus proximi agnati cum fratre Ottone I. armis asseruit, & fugatis circa Bucovium Polonis, Belgardum sibi & Rugenwaldiam asseruit. Eodem tempore Mestovini duo generi, Wizlaus IV. princeps Rugiæ, & Adolphus, comes Holsatiæ, collectis copiis, soceri defuncti territoria invaserunt: & qvia Primislaus rex à marchionibus Brandenburgensibus, qvibuscum de finibus controversiæ ipsi erant, ex insidiis erat sublatus, & Vladislaum Locticum, qvi ei successerat, Wenceslaus rex, Primislai gener, exilio damnaverat, res aliqvamdiu illis successit, & Slavia atq; Rugenwaldia cum aliis oppidis ab illis occupata sunt. Qvamprimum autem Vladislaus Locticus, defuncto Wenceslao, regni habenas consentientibus ordinibus denuo corripuit, Pomeraniæ ulterioris civitates in ejus potestatem rediere. Sed Palatinus Petrus Swendius, cui æs nolebat refundere, qvod in bellum expenderat, ab eo descivit, & Waldemarum marchionem invitavit ad omnem Pomeraniã ultra montem Chollensem, inq; ea Stolpam, Slaviam, Rugenwaldium, ipsumq; Dantiscum occupandum. Cruciferi in Borussia impedierunt, ne arx Dantisci in manus marchionis veniret, & pro opera præstita ipsa arx pignoris loco illis cessit: cumq; dicto tempore non reluerentur expensæ, Dantiscum cum arce sibi vendicarunt, ejectis inde Polonis, partimq; vi, partim contractu cum marchione inito, omnia Pomerelliæ oppida usq; ad Stolpam sibi asseruere, nempe Dirschoviam, Bütovium, Leoburgum, Slovochiam, Conitium, Taucheliam, Stargardiã, Swe-

zium:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

zium: Stolpam autem, Rügenwaldiam, Slaviam, Polnovium, tandem etiam Taucheliam marchio sibi vendicavit. 31

1309. VII. WARTISLAUS, F. fundator NeoStetini, cognationis jure, invitis Mechlenburgensibus, in Rugiæ principatu successit, & exercitu collecto, anno seculi XIII. marchioni omnia oppida ademit, qvæ ultra montem Chollensem sibi vendicabat. Cruciferis autẽ mansere oppida, qvæ semel invaserant, frustra reluctantibus Polonis, donec anno CIↃCCCCX. ingenti clade à Vladislao IV. Jagellone affecti, leges à potentiori acciperent. 17

1326. VIII. BARNIMUS IV. F. arcis Wolgastanæ fundator, dignitatem venatoriam imperii cum Barnimo III. à Carolo IV. adeptus, cum bello à Mechlenburgensibus ob principatum Rugiæ peteretur, ejusdem Barnimi III. auxiliis res prospere egit, & Johanne, ultimo Guzkoæ comite, sine heredibus defuncto, comitatum ejus reliqvis suis terris adjunxit. Duos habuit fratres, Bogislaum V. & Wartislaum V. qvorum hic, ob plurima in monachos beneficia, PATER NOSTER dictus est; ille, aliqvot locis à marchionibus bello receptis, qvatuor filios reliqvit, Casimirum V. Barnimum V. Bogislaum VIII. & Wartislaum VII. qvorum ultimus progenuit Ericum I. trium regnorum amplissimorum potentissimum regem; reliqvi tres in Polonicis bellis adversus Cruciferos non exigua virtutis encomia meruerunt. 39

1365. IX. WARTISLAUS VI. F. facta cum Bogislao V. ejusq; liberis divisione, principatum Rugiæ & Usedomi cum Wolgastano tractu adeptus, illis Pomeraniam à Svina usq; ad Poloniæ terminos attribuit. Hujus tempore Pasewalcenses ob presbyterum Zabelum Schunemannum & Secretarium, criminis falsi convictos, & ad palum publicum crematos, octennali excommunicationi à pontifice subjecti sunt. 29

1394. X. BARNIMUS VI. F. temperantissimus, peste extinctus. 11

1405. XI. WARTISLAUS IX. F. fundator academiæ Gryphiswaldensis, dux justitiæ amantissimus: cujus tempore Sundenses, tumultum propter cupreos obulos sacrificulis excitantibus, excommunicati sunt. 52

1457. XII. ERICUS II. F. dynastias Leoburgi & Butovii Polonicas à Cruciferis sibi vindicavit: fratrem Wartislaum X. ab hereditate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Erici X. primum exclusit; deinde admisit: copiis cum ipso junctis pro ducatu Stetinensi, qvem marchiones, Ottone III. sine liberis defuncto, tanqvam vacuum, adierant, gravia bella gessit. Illum ducatum vindicabat sibi jure agnationis. Sed Fridericus II. elector, allegato tractatu inter Ludovicum Romanum & Barnimű, arguebat, ad Wolgastanos nihil pertinere Stetinum, tanqvam ex alia familia natos: obtinuitq; consensum imperatoris Friderici III. de adeundo Stetinensi ducatu vacuo: cumq; Erico sic Stetini transegit, ut à se feudű ducatus Stetinensis obtineret; onera vero consveta imperio præstaret. Sed consensus imperatoris, rectius postea informati, hac in re impetrari neqviit, cui displicebat alienatio ducatus. Nec placebat provincialibus ducis cum electore pactum. Ideoq; id penitus est rescissum, & fides duci, tanqvam legitimo Ottonis heredi, est jurata. Elector econtra in fœdere XIX. principum arma in Pomeranos movet: occupat & Vierradam, Garzium, Lőkenizium. Imperator qvidem ab armis partes ad causam dicendam avocat, & Petercoæ agitur de reconciliatione. Sed frustra. Anno seculi LXX. defuncto Friderico II. electore, filius ejus Albertus, Achilles Germanicus, curavit ducem ipsum in aulam imperatoris ad causam hanc disceptandam iterum iterumq; evocari. Cumq; nec ipse compareret, & legatus Matthias Wedelius, qvem illuc miserat, subita morte extingveretur, terminusq; constitutus jam esset elapsus, imperator Fridericus III. confirmavit Alberto electori de novo ducatű Stetinensem. Et ab hoc tempore insignia Pomeranorum usurpata sunt ab electore. Demonstrabat qvidem Ericus, missis in Cæsaris aulam legatis, feudum non fuisse vacuum, & gratiam electori nuper factam petiit revocari. Res committebatur arbitris Cæsareis, Rörici disceptanda. Nihil hic actum. Primislaviæ qvidem Ericus denuo transegit cum electore, ad ejus palatum. Qvia autem non consenserat Wartislaus X. dux Bardensis, id qvoq; frustra erat. 17

1474. XIII. BOGISLAUS X. MAGNUS, F. à matre negligentius Rugenwaldiæ cum fratre Casimiro VII. educatus, Langium tandem invenit, aliqvem ex rusticolis, à qvo & vestiebatur paulo lautius, & ad majora animabatur. Albertus elector interim investituram ducatus Stetinensis à se petere voluit ducem. Ille transactioni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Primislaviensi, cui patruus Wartislaus contradixisset, sibi standû negavit. Hinc bellum. Elector Bogislaum, Pirizii tunc temporis commorantem, arcta premit obsidione. Elabitur ille, & Primislaviæ res, arbitrio Megapolitanorum ducum, ita transigitur, ut Bogislaus, ducta electoris filia, marchionibus promittat successionem. Tradunt annales Brandenburgici, Bogislaum hic, ut qvondam patrem, investituram de Stetinensi ducatu accepisse: qvod tamen ille postea aut prorsus est inficiatus, aut aliter factum contestatus. Wartislaus sane, Bogislai patruus, arma statim contra electorem expediit, & nonnulla loca occupavit: qvæ tamen pleraq; recuperavit elector. Tandem, mortuo Wartislao, pax certis conditionibus coaluit: disceptata tamen semper est qvæstio, Cæsarne esset Pomeraniæ proprietarius, an elector: fueritne Pomerania post fata Ludovici Bavari denuo imperio unita; & an jus illud, qvod Bavarus ratione Pomeraniæ habuit, Zollerianis competat: remiseritne elector jus possessionis, & retinuerit jus successionis in casu mortis, an potius modum investituræ tantum mutaverit: aut an renovatio pactorum sit investitura dicenda. Id certum est, Bogislaum X. cum filio Georgio investituram à Carolo V. Cæsare Wormatiæ anno cIↃIↃXXI. accepisse: & frustra post biennium Noribergæ controversia disceptata, post obitum Bogislai rem tandem omnem sic esse transactam Grimmii, anno superioris seculi XXIX. ut simultanea investitura de tota Pomerania concederetur electori: electorem vicissim Neomarchiam, in casum mortis & defectus heredum electoraliû, duci ejusq; heredibus promisisse, qvanqvam id tardius, tempore demum Johannis Friderici, sortiri potuit effectum. De Bogislao X. imprimis memorabile est, qvod profectus in Palæstinam, ad visendum Christi sepulcrum, maximis contra barbaros exantlatis laboribus, triumphanti similis rediérit, ortaq; jam luce evangelii, qvod ex ipso Lutheri ore Witebergæ audiit, feliciter defunctus sit. 47

1523 GEORGIUS I. F. a Polonorum rege Leoburgum & Butovium in feudum pacto hereditario accepit, cum q; marchionibus perpetuum de successione in casum mortis fœdus pepigit, ut paulo ante diximus. Ejus frater, Barnimus X. pius dictus, cum Philippo fratruele fermentum pontificiû expurgavit, & pædagogium Stetinense anno cIↃIↃXLIII. fundavit. 8

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

1531. XV. PHILIPPUS I F. Stetinensi tractu patruo Barnimo X. relicto, sibi Wolgastanum retinuit. Huic in nuptiis, quas cum Maria, Johannis electoris filia, celebravit, sacro & solenni eulogio ipse Lutherus felices nuptias prolixe apprecatus est. Quinque ejus filii, magna animi virtute pollentes, Johannes Fridericus, Bogislaus XIII. Ernestus Ludovicus, Barnimus IX. & Casimirus IX. tam noti sunt, ut inter nostros de illis pauca dicturus, applausum haud mererer. Alii igitur describant Johannem Fridericum militem, oratorem & supremũ in pacificatione Danica nomine imperatoris Stetini anno clɔlɔxc. Commissarium. Celebrent Historici Ernestum Ludovicum, ejusq; unicum filium Philippum Julium animosum, vel exteris notissimos; à nobis autem nimis immatura morte abreptos. Nec taceant Barnimum & Casimirum, qvorum ille autoritatem inter principes imperii obtinuit maximam; hic fratri Bogislao XIII. gubernacula patriæ cedendo, summam animi moderationem omnibus probavit. 29

1560. XVI. BOGISLAUS XIII. F. prudentia, pietate & frugalitate nemini cedens, qvinq; filiis magnas spes patriæ Barthii educavit, Philippum II. Franciscum, Bogislaum XIV. Georgium III. Uldaricum. Ex omnibus solus Bogislaus superstes tandem fuit. Philippus II. dux sapientissimus & literatissimus, patri A. clɔlɔcvi. successit, cumq; Christo & reipublicæ omnes curas per xii. annos impendisset, præmatura morte abreptus est. Superiori ante illum anno Georgius III. de qvo omnes boni, in spem maximam erecti, patriæ gratulabantur, summo civium luctu comitatus, decesserat. Franciscus, princeps justus & magnanimus, summa, qvam mira comitas temperabat, autoritate conspicuus, episcopatu Camminensi, cui xvii. annos præfuerat, fratri Uldarico tradito, non integro triennio ducatum Stetinensem & Pomeraniam orientalem gubernavit, eoq; exacto, extremum etiam diem, nullo relicto herede, clausit. Biennio fere post ejus tumulationem, Uldaricus frater, episcopus Camminensis, morbo lethali implicitus & consumtus, nos tristes deseruit, & ex tam ramosa stirpis nostræ ducalis arbore anno seculi xvii decidens, Philippum Julium, patruelem, & Bogislaum XIV. fratrem, ex tam illustri sangvine solos superstites nobis, nostrisq; precibus commendavit. Sed ecce irata

Numi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

nit fata! Altera illa spes nostra, Philippus Julius, anno cIↃIↃCXXV. cum jam contagio malorum publicorum non saltem patriam attingere, sed & inficere cœpisset, vitam cum morte commutans, sibi gaudia invenit; patriam pœnis dudum meritis destituit. Postea Bogislaus XIV. à probitate, beneficentia & æqvitate merito commendandus, unica columna ruinæ patriæ, salute publica nutante, obluctatus, in Pomerania, à Bellonæ facibus integrum seculum intacta, militem imperatoris per triennium aluit, qviq; nullis consiliis, nullis confœderationibus, nullis deniq; machinis imperio obedientiam detrectaverat, pio obseqvio onus commune cum subditis patienter sustinuit. Qvod cum deprecabatur Stralsundia, & militi qvidem promittebat alimenta, sed hospitium intra mœnia negabat, diuturna obsidione, qvanqvam frustra, est fatigata. Rex Sveciæ tandem, ut suppetias antea illi miserat, ita anno seculi XXX. ad securitatem sibi, vicinisq; præstandam, classe in Pomeraniam adducta, ducem in certum pertraxit fœdus, ejectisq; ex oppidis & arcibus, qvi resistebant, victricia arma ad extremas usq; oras transtulit. Post illius victoriosum ad Lüzam obitum, altero statim anno dux Bogislaus morbo apoplectico correptus, ingens sanitatis detrimentum sensit. Qvod eo gravius tulit Pomerania, qvo majus sibi periculum post cladem Nordlingensem & pacificationem Pragensem sentiebat imminere, Cæsareanis & Saxonicis magna vi irrumpentibus. Refecta qvidem est qvodammodo per Widstochianam victoriam, cum hostiles exercitus se retro recepissent: sed duce paulo post anno seculi XXXVII. qvarto iduum Martii, sine prole defuncto, omnis denuo vis in illam, extremæ jam proximam ruinæ, incumbebat, Cæsareis Svecos, se illuc è Saxonia electorali recipientes, pone subseqventibus, & jumentis primũ pene omnibus, deinde hominibus passim magno numero pestis sævitia extinctis. Sed & hæc procella defœviit, cum Sveci Cæsareos, vicissim recedentes, ad Albim, & inde in Misniam & Bohemiam persequerentur. Interea consiliarii ducis, qvos in casum mortis ultima voluntate constituerat, ut post sua fata, juribus electoris Brandenburgici salvis, donec inter ipsum & regnum Sveciæ transigeretur, sub nomine Interimistici Regiminis rebus præessent, cum elector omnia sui fiducia vellet agi, ut cui
jam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

jam in eventum mortis Pomerania erat homagio obſtricta, regius autem legatus id nollet permittere, munia officiorum non audebant continuare. Hinc aliqvamdiu, clauſis dicaſteriis, triſtis anarchia, qva curſus juſtitiæ ſiſtebatur. Hoc ipſo tempore dominia Lawenburgi & Butovii, qvæ duces Pomeraniæ feudo franco ſeu libero à rege Poloniæ à temporibus hinc remotiſſimis obtinuerant, occupabantur a Polonis: in utroq; oppido presbyteris Auguſtanæ confeſſionis templis cedendum erat, qvæ ſibi epiſcopus Cujavienſis repoſcebat: cives vero curias ſuas ſacris aperuere. Impetus poſtea novus à Cæſareanis ex Sileſia in Pomeraniam ulteriorem. Sed brevi & ipſe repreſſus. Ab illo tempore ab hoſtili milite Pomerania manſit intacta, regiaq; autoritate omnia in eccleſiaſticis, politicis & œconomicis ſunt conſtituta. Hinc in pacificatione Oſnabrugenſi ſic transactum eſt, ut regno Sveciæ, pro arcium & oppidorum in Germania & Bohemia reſtitutione, citerior Pomerania cum Stetino & nonnullis aliis oppidis, ut & Bremenſis & Verdenſis epiſcopatus atq; Wiſmaria; electori autem, qvod juri ſuo in dictis Pomeraniæ partibus ceſſerat, præter Pomeraniæ ulterioris reliqva, epiſcopatus Halberſtadenſis, Mindenſis & Camminenſis, ut & archiepiſcopatus Magdeburgenſis, qvamprimum adminiſtrator ex illo deceſſerit, traderetur. De limitibus etiam inter reginam Sveciæ & electorem ſic transactum eſt, ut nulla litium materia ſuperſit. Vigore enim pacificationis Oſnabrugenſis, tractatuumq; limitaneorum, Capitulum Camminenſe poſthac reginæ & electori in jure Patronatus eſt commune: inq; regiis locis elector communioni renunciavit ſimpliciter; reginæ autem, præter dimidiam Capituli Camminenſis partem, in caſum deficientis lineæ maſculæ domus Brandenburgicæ, reſervata eſt ſimultanea inveſtitura in ulteriorem Pomeraniam & Camminenſem epiſcopatum, Ordinumq; ibidem eventuale homagium, reginæ & regibus Sveciæ præſtandum. Expectantia etiam & ſimultanea inveſtitura in Neomarchiam & diſtrictum Sternbergenſem ultra Oderam, inq; caſtra, Vieraden & Löcknitz/ collata eſt reginæ: & illa viciſſim in perceptionem, pro parte dimidia, omnium teloniorum in ulterioris Pomeraniæ portubus exigendorum, electorem, exceptis nonnullis antiqvis vectigalibus, qvæ tota eidem cedunt, admiſit.

SOLI DEO GLORIA.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

VAstisſimo hiſtoriarum oceano enavigato, in portu læti conſiſtimus: & merito tabulam votivam illi ſuſpendimus, cujus gratia nondum inter mortales defuere, qvi in excelſa conſtituti ſpecula, poſteris exemplo profuerunt, digni, ut ipſorum nomen in annales & hiſtorias referatur. Interim qvemadmodum, longinqvo itinere confecto, ſolemus brevi compendio amicis enarrare reduces, qvæ diuturno tempore nobis alibi evenerunt: ita, qvum per plura ſecula ſint illæ res diffuſæ, qvas nobis in hac hiſtorica peregrinatione licuit internoſſe, omnia omnium regnorum & rerumpubl. fata in compendioſas tabellas redacta proponemus, & omnium rerum in orbe geſtarum tempora in millenaria & ſecularia diſpeſcemus, illa non neglecturi, qvæ aut ex involucris poetarum, aut ex reliqviis, qvæ Beroſo, aliisqꝫ autoribus adſcribuntur, erui poſſunt. Qvumqꝫ in multiplici chronologorum divortio ſit certo temporum calculo inſiſtendum, ne lubricis & incertis inhæreamus veſtigiis, Scaligerum potius & Calviſium nobis eligemus ſeqvendum, qvam qvemcunqꝫ alium. Nihil igitur ſolliciti, qvid de qvovis temporum articulo, cui hiſtorica noſtra alligavimus, ab aliis opponi poſſit, (novimus autem, ab hoc hominum genere, qvod numeros in hiſtoriis ſupputat, diſſidio irreconciliabili innumera ſemper opponi poſſe) ea, qvæ qvoad temporum momenta ſunt veriſimiliora, faciemus noſtra. Sed nec ſubtilitatibus Chronologorū hic inſiſtemus, memores, Syntagma hiſtoricum nos, non chronologiam adornaſſe. Qvæ prodeſſe cenſuimus ad prudentiam ex hiſtoriis acuendam, antea collegimus. Nunc, ut conſulatur memoriæ, qvæ ſæpe ſolet infida mandatorum cuſtos eſſe, hæc qvaſi mnemonicarum imaginum ſigna in illius gratiam erigimus, ad qvorum ſeriem converſa, redeat in recordationem omnium eorum, qvorum minima pars in has tabulas conjici potuit. Id tantum monemus, ſi qvis in illis velit noſſe ex annis Mundi conditi, qvot anni ante epocham ſeu æram Chriſtianam elapſi ſint, ut datum annum mundi conditi ſubtrahat à 3943. Eo facto ſtatim inveniet qvæſitum. Sic ſi velit ex annis epochæ Chriſtianæ datis noſſe, qvot anni à condito mundo elapſi ſint, addat datis annis 3949.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

TABELLÆ HISTORICÆ

AD MILLENARIA ET SECULARIA

OMNIUM REGNORUM ET RERUMP.
TEMPORA RECTE DIJUDICANDA
IN SUBSIDIUM MEMORIÆ
SIC CONDITÆ,
UT RES MAXIME MEMORABILES,
QVÆ EODEM TEMPORE SUNT GESTÆ,
EIDEM TABELLÆ SUBJICIANTUR.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

PRIMUS MUNDI MILLENARIUS ADAMI, QVO EXEUNTE HENOCH TRANSFERTUR.

Ann. Mundi.

1 Creatio omnium rerum facta anno ante Æram Christianam 3949. anno periodi Julianæ 765.

Introductio protoplastorum in paradisum: Seculum Hesiodi aureum.

Proles argentea successit, cum Ate Homerica esset de cœlo deturbata, & Saturnus, protoplastis è paradiso ejectis, natos cœpit devorare, atq; Prometheus ad Caucasum est alligatus.

Ponunt hic Ægyptii, secundum Africanum, regem secundum Suphin dynastiæ IV. Memphitarum.

139 Abele occiso & Caino à facie Domini ejecto, nascitur Seth.

Ahenea secula incipiunt & durant usq; ad diluvium: & Lycaon ridet omne Numen, inq; lupum transformatur. Suntq; exorti illi gigantes, qvi robore immani & pedibus angvineis saxa & arbores in cœlum jaculabantur, ut & infernalis Typhon, non nisi magno Jovis labore domitus.

189 Periodus Judaica incipit, cui Judæi falso alligant initium conditi mundi.

235 Enos nascitur.

325 Kenan nascitur.

395 Mahaleel nascitur.

460 Jared nascitur.

472 Cessat tempus ἀβασίλευτον Panodoro dictum, qvo nulli reges erant: & juxta Abidenum, Berosum & Alexandrum Polyhistora, ipsumq; Eusebium incipit χρόνος βασιλέων seu tempus regum, anno ante diluvium 1184.

622 Henoch nascitur.

687 Methusalem nascitur.

725 Initium regni Assyriaci Africanus secundum Scaligerum hic ponit: qvasi prima ejus Dynastia fuerit Chaldæorum in Babylonia sub VII. regibus, altera Arabum in Babylonia sub VI. regibus, qvorum ultimum Belus Assyrius in tertia dynastia Assyriorum, in qva fuerint XLI. reges, debellaverit, & regnum Assyriorum cum Babylonico conjunxerit, A.M. 1593.

874 Lamech nascitur.

930 Adam moritur.

987 Henoch transfertur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Ægyptii ſecundum Africanium ex Manethone multo pluribus, qvam mille annis ante conditum mundum, falſo calculo alligaverunt tres priores dynaſtias regum Ægyptiorum. Qvorum XXVI Suphis, alter rex in IV dynaſtia, cum fingitur regnaſſe, mundus conditus eſt. Et ab hoc tempore per mille annos Ægyptii numerant regum ſuorum XI alias dynaſtias, ut ita in XIII Ægyptiorum dynaſtia primus mundi millenarius ſit finitus.

Qvin & ante has ipſas regum ſuorum dynaſtias Ægyptii ſecundum Manethonem ponunt primum Deos, nempe Vulcanum, Vulcani filium Solem, Agathodæmona ſeu bonum Deum, Saturnum, Oſirin, Iſiden, Typhonem; dein Semideos, ut Horum, Martem, Anubin, Herculem, Apollinem, Hammonem, Tithoa, Soſum, Jovē; tandem illas, qvas diximus, dynaſtias.

In ipſo creationis opere ſtatim contigit conjunctio planetarum maxima, qvæ intra 795 annos denuo in Trigoni ignei circuitu recurrit cum perpetua felicitatis & afflictionis alternatione. Cum autem recurreret anno mundi conditi 795. felix videbatur eccleſiæ propter Henochi conciones & translationem: ſicuti prima planetarum conjunctio maxima erat eccleſiæ admodum triſtis propter generis humani lapſum.

Anno mundi 472 in tempore βασιλέων recenſentur ab autoribus reges hoc ordine: Alorus: Alasporus: Amelon: (cujus tempore Oannes ſceleratus humani generis ſeductor, media parte homo & reliqva piſcis, ex Erithreo mari aſcendit & mendaciis orbem replevit) Amenon: Metalarus: Daorus paſtor (cujus tempore denuo adfuit Oannes tribus aliis ſociis adſcitis) Aeorodachus: Amphis: Otiartes: Siſuthrus, i.e. Noachus arcam ingresſus & in diluvio ſervatus.

SECUNDUS

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SECUNDUS MILLENARIUS NOACHI ET DILUVII:

QVO EXEUNTE INSTITUITUR CIRCUMCISIO.

A. M.

1042 Seth moritur.

1056 Noa nascitur.

1140 Enos moritur.

1235 Kenan moritur.

1290 Mehalael moritur.

1536 Noa denunciat diluvium, si versionem Germanicam attendamus Gen. vi, 3.

1590 Tertia revolutio maxima planetarum, tristis ecclesiæ propter diluvium & superstitionem.

1556 Japhet nascitur.

1558 Sem nascitur.

1651 Lamech moritur.

1656 Methusalem moritur.

1657 DILUVIUM.

1658 Arphachsad nascitur.

1693 Salah nascitur.

A. M.								
1718	- - - -	ASSYRIACI REGNI INITIUM secundum Justinum.						
1723	Eber nascitur.	Nimrod	ITALICI regni initium secundum Berosum.					
1757	Peleg nascitur, & terra dividitur. Gen. x, 25.		Janus I.	German. regni init. sec. Avent. ex Beroso.				
				Tuisco.	Celtici regni initium sec. Berosum.			
					Samotes.	Hispanici regni initium sec. Beros.		
1787	Regu nascitur.					Jubal	Goth. reg. init. sec. J. Mag.	
1819	Serug nascitur.	Belus	Comerus					
1849	Nahor nascitur	1850.					Magog	Peloponnes. reg. init. in Sicyonia, 1861.
1878	Thara nascitur.							
		Ninus					Svenno Svec.	
1948	Abrah. nascitur	1905.	Ochus Vejus.					Ægialeus.
		Semiramis 1957					Gethar Goth.	
1958	Sara nascitur.		Chamesenus.	Mannus.	Magus.	Iberus		Europs.
1996	Peleg moritur					Jubalda	Ubbo Svec.	
		Zameis, s. Ninyas 1999	Sabatius Saga.		Sarron.		Siggo Svec.	Telchinus.
							Ericus Goth.	Apis.

 ASSY-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ASSYRIACUM REGNUM secundum Scaligerum Africanus alligat ad A.M. 725. ut ita excurrat ante diluvium: primamq; dynastian dicit fuisse Chaldæorum in Babylonia sub VII regibus; alteram Arabum in Babylonia sub VI regibus: qvorum ultimum Belus Assyrius in tertia dynastia Assyriorum, qvæ XLI regum dicitur fuisse, debellaverit, & A. M. 1593 Assyriacum regnum cum Babylonico conjunxerit.

BABYLON conditur à Nimrode circa tempora confusionis lingvarum. Gen. x. 10.

TERRA inter filios Noæ dividitur, & fundantur varia regna A. M. 1757. Gen. x. 25.

NINIVE conditur ab Assure, filio Semi, qvod tamen alii dant Nino. Gen. x. 11.

JANUS, qvi est ipse Noachus, A. M. 1765. post solitudinem Italiæ annorum 108. venit in Italiam.

CHAMESENUS seu Saturnus, qvi est ipse Cham, corruptor generis humani, diu turbat orbem: venit in Italiam: proturbatur inde à Noacho: sedem figit in Libya: pellit inde Ammonem, Dionysii seu Bacchi patrem, & Titanas: gignit ex Rhea sorore Isiden seu Cererem & Osirin, Herculis Libyci parentes: ex Lybia per Dionysium vicissim pellitur: tandem à Ninya rege Assyriorum occiditur.

BELUS Sabatium Sagam Pontificem, i. e. Jupiter Saturnum, Chami ex Cuscho nepotem, fugat ex Armenia: & Saturnus ille venit in Italiam ad Janum.

ATLAS, qvi est ipse Japhet, poetis dicitur Cepheus, rex Æthiopum, qvi ex Cassiopeia genuit Andromeden.

ZOROASTER claret, rex Bactrianorum.

In CRETA regnat Cres, unus Curetum, qvi Jovem nutriverunt.

In PERSIA rex Kajumaras, pronepos Noachi.

Ad RHENUM Mannus, Tuisconis filius, regnat: cujus tempore condita Treveris.

XVI DYNASTIA ÆGYPTIORUM, qvæ vocatur Thebæorum, aut secundum Africanum Pastorum, tempore Abrahami incepit, & duravit 190 annis.

In DANIA post Noachidas cœperunt ab A. M. 1961 usq; ad A. M. 2910 per annos 949 Judices, Suffetes seu Duces præesse; qvorum primum vocant Segudum; sextum Gothum; ultimum Boghium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SECULUM ABRAHAMI I. IN III. MILLENARIO.

A. M.	*Patriarch.*	*Assyr.*	*Ital.*	*Germ.*	*Celt.*	*Hisp.*	*Pelopon.*	*Argiv.*
2005	Noa morit.							
2023	Abrah. migrat.			Ingævo				
			Cranus		Dryus	Brygus	Thelxiõ	
2034	Iſmael naſc.		ſ. Janus					
2047	Circũciſio.	Arius,	II.					
2048	Iſaac naſc.	2037.						
2063	Iſ. immol.	Aralius	Auruns	Iſtævo	Bardus	Tagus.	Ægyptꝰ	
2083	Thara mor.	2067.						
2085	Sara mor.							Argivi
2088	Iſaac ducit Rebeccã						Thurimachꝰ	Regni initiũ A. M. 2093.
2096	Arphachſad mor.		Malottages.					Inachus

Osiris in Libya ſeu Jupiter Libycus adhuc floret, & cum eo Mercurius ſeu Hermes Trismegistus in Ægypto, librorum 25000 conditor; Busiris in locis maritimis; Antæus in Æthiopia; Apollo, Triptolemus & Anubis, comites Oſiridis in peregrinationibus.

In Creta Cres, & poſt eum continua ſerie regnant Talus, Vulcanus ſeu Hephæſtion: Rhadamanthus: Melinus: Meliſſæus pater Amaltheæ & Meliſſæ, nutricum Jovis Cretenſis: Cydon: Apteras.

Codorlahomoris bellum adverſus reges Sodomæ & Gomorrhæ.

Sodomæ & Gomorrhæ excidium per ignes cœleſtes 2047.

Midianitarum, Arabum & Saracenorum origo ex Iſmaële.

Moabitarum & Ammonitarum origo ex Moab & Ammon.

Ausonii veniunt in Italiam.

Tigurum & Solodurum conditum xxx. annis poſt Treverim.

Inachus pater Jus, qvam inter mortales primam, poſtea in vaccam juxta fabulam mutatam, Jupiter dicitur compresſiſſe.

Hic notandum, qvod poſt VI. reges Gothorum & Svecorum, in primo millenario poſitos, J. Magnus per cccc. annos numerat judices innominatos apud Svecos; apud Gothos autem dicat ſolo nomine notos continua ſerie præfuiſſe ſeptem alios reges, Uddonem, Alonem, Othenum, Carolum, Biornonem, Getharum II. Gettum, qvem alii vocant Siggonem II: poſt qvem electus ſit Berico ſeu Ericus, qvi mari trajecto illam expeditionem ſuſceperit, qvæ legitur apud Jornandem. Hanc expeditionem etſi alligat J. Magnus ad tempora Joſuæ, rectius tamen ad propiora ſecula referri cenſemus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

IN TERTIO MILLENARIO.

A.M.	*Patriarch.*	*Asſyr.*	*Ital.*	*Germ.*	*Celt.*	*Hiſp.*	*Pelopon.*	*Argiv.*
2108	Eſau & Ja-	Baleus		Hermi-				
	cob naſc.	ſ. Xer.	Sicanus	on ſeu				
2123	Abraham	xes		Hermã-	Lomni-	Betus.		
	mor.	2107.		nus.	go.		Leucip-	
2126	Salah mor.						pus	Phoro-
2148	Eſau ducit	Arma-						neus,
	uxores.	mithes	Enakii					pater
2158	Sem mor.	2137.						Nio-
2171	Iſmael mo-		Lukii			Deabus		bes;
	ritur.	Belo-				Hiarbæ		avus
2185	Jacob ad	chus I.		Marſus		Fil.		Pelasgi;
	Labanum.	2165.	Gigan-	ſeu	Lucus.			proavus
2187	Eber mor.		tes.	Mars.				Theſſa-
2193	Rubẽ naſc.					Gery-	Meſapꝰ	li; LLa-
2199	Joſeph na-					ones.		tor.
	ſcitur.							

Ex Esau & Jacob prodeunt Amalekitæ & Idumæi.

In Ægypto xxii. dynaſtia cœpit, Paſtorum ſeu Bucolorum dicta, qvi à reliqvis Ægyptiis ſeparati, eo potentiæ asſurgebant, ut ex ſe per annos aliqvot reges crearent. Duravit 103. annis.

Ogyges, conditor Actæ ſeu Athenarum regnat. Ab ejus filio Eleuſine, Acta etiam eſt dicta Eleuſina. Filia ejus enutrivit Minervam virginem, ad fluvium Tritoniden in Bœotia inventam. Tempore ejusdem circa A. M. 2189. vel 2194. contigit diluvium Ogygium in Actica.

Cadmus regnat Thebis. Phaethon ex Æthiopia venit in Italiam, qvæ hoc tempore grande incendium pasſa eſt.

Asclepius, diſcipulus Hermetis, floret in Ægypto.

Messana ſeu Mamertina in Sicilia ad Drepanum ſeu Zanclam, & Genabum in Gallia, ubi jam eſt Aurelia, à Druydibus conditur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SECULUM JOSEPHI ET OSIRIDIS,
III. IN QVARTO MILLENARIO.

A.M.	Patriarch	Assyr.	Ital.	Germ.	Celt.	Hisp.	Pelop.	Argiv.	AEgypt.
2205	Jacob red. ad patrem	Balæus II. 2203.	Apis, al. Osiris.	Gambrivius l. Cimber				Apis.	XVIII. dynastia Diosp.
2215	Dina stupratur.				Celta.		Eratus.		Themosis, qvi delevit pastores.
2217	Joseph venditur.		Lastrigones Gig.			Hispalus Hercules Lybicus Hesperius			
2226	Joseph in carcerem				Galathea			Argus, pater Jasi, avus Jus.	Chebro.
2228	Joseph evehitur.		Tuscus filius Hercul. Lyb.		Galates.	Kitim seu Atlas cũ Hesperio fratre in Ital.	Plemnæus.		Amenophis.
2238	Jacob in Ægyptũ	Altadas 2245.		Svevus.	Narbon.				Amesses, ejus soror
2255	Jacob moritur.	Mamythus 2277	Alteus.						Mephres.

Apis, etiam dictus Osiris, Phoronei nepos, Niobes filius, patruus Pelasgi & Argi, ex regno Argivorum magna manu navigat in Ægyptum & condit ibi Memphim seu Misraim, id est Alcair, ut est apud Eusebium. Dicitur etiam cum uxore Iside plures artes cum alibi, tum apud Germanos docuisse, & ex Italia gigantes expulisse: tandem peremtus à Typhone.

Hebron rex Hevæorum, cujus filius Sichem stuprat Dinam.

Hercules Libycus passim monstra conficit & fortiter agit.

Telchines à Peloponneso Rhodum commigrant, victi ab Argivis.

Ætolorum regnum conditur ab Ætolo Endymionis filio.

Sparta A. M. 2234 conditur à Spatone, qvem Eusebius Phoronei filium; alii ejus fratrem; alii Amyclantis filium faciunt. Epidaurus in Argolide, ubi Malvaticum vinum crescit, conditur ab Epidauro Argivo A. M. 2266. Hispalis seu Sevilia in Hispania conditur ab Hispalo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SECULUM AMRAMI ET CECROPIS.

IV. IN TERTIO MILLENARIO.

A.M.	*Patriarch.*	*Aſſyr.*	*Ital.*	*German.*	*Celt.*	*Hiſp.*	*Pelop.*	*Argiv.*	*Ægypt.*
2303	Amrã, pa-		Heſperus						Mephra-
	ter Moſis	Manca-	&	Vandalꝰ.		Sicorus.		Criaſius.	mutoſis.
	naſcitur.	Ieus	Atlas, ſ.		Lugdus.		Ortho-		
2309	Joſeph	2307.	Italus, ſ.				polis.		Thmaſis.
	mor.		Kittim.	Teutanes				Phorbas.	Ameno-
2332	Levi mor.			ſ. Teuto.					phis ſ.
		Sphærus			Belgius.	Sicanus.	Marathꝰ		Memnõ
		2335.					ſ. Coro-		à lapide
		Mamelus	Morges.				nus.	Triopas.	vocali
2369	Aarõ naſc.	2357.		Allman ſ.					notus.
2372	Moſes na-	Sparthe-		Hercules					
	ſcitur.	us 2387.	Coritus.	Germ.					Horus.

Atlas & Prometheus fratres, viri ſapientes, circa hæc tempora ponuntur ab Euſebio.

Hiobi hiſtoria hac ætate contigiſſe videtur.

Hæmon, Theſſalorum primus rex, filius Theſſali, nepos Pelasgi, pronepos Niobes, abnepos Phoronei, abnepos Inachi.

Æthiopes ex India conſederunt in Africa, ſecundum Euſebium.

Lesbus per Xanthum condita. Pyramides in Ægypto erectæ.

Eurota primus rex Spartanorum.

2385 Qvarta Est Revolutio Planetarum In Trigono Igneo, felix eccleſiæ propter exitum ex Ægypto.

2394 Cecrops primam Athenienſium dynaſtiam incipit, & Athenæ nuncupatæ ſunt à Minerva, qvia in arce oliva affloruerat.

SECU-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SECULUM MOSIS ET DEUCALIONIS,

V. IN TERTIO MILLENARIO.

A. M.	Patriarch.	Assyr.	Ital.	Germ.	Cels.	Hisp.	Pelop.	Argiv.	Ægypt.	Athen.	Lacæd.
2408	Josua nasc.									Cecrops.	Euro.
2413	Mos. occid. Ægyptiū.	Altadates 2429.	Roma		Allobrox.	Siceleus.	Marathus II.		Acencheres regina		Lacedæm
2414	Caleb nasc.		nesius	Bojus cū fra-				Crotopꝰ	Rathoris Hori fil.	Cranaus ejectus.	
2440	Amrā mor.			tribus							
2452	Mosis vocatio è rubo.		Picus I.	Norico			Echyreus.	Sthenelꝰ	Acencheres rex.	Amphictyon.	
2453	Exitus ex Ægypto.	Amyntas 2467.		Hunnu Helvetio.	Romus.	Lusus.		Gelanor regno pulsus.	Acencheres II. Armais f.		Amyclas.
2454	Tabernaculi erectio.			Scytha.					Danaus. Armesis.	Erichthoniꝰ.	
2462	Mos. & Aaron mor.		Faunꝰ priscꝰ.				Corax.				
2499	Terræ promissæ divis.							Danæus Æg.	Armeses-mian.		

Cecropis Filius Erisichton templum Apollinis Delii construit: & in Græcia constituitur concilium Amphictyonicum.

In Creta post Apteram regnat Lapithas, alias Jupiter: item Taurus, qvi Europam Phœnicis regis Phœniciæ filiam rapuit: ejusq; frater Asterius: & postea tres ejus filii, Minos, Rhadamanthus & Sarpedon.

Deucalionis Junioris diluvium in Græcia circa Parnassum & in Italia, qvo insula Atalanta est submersa: Hujus Deucalionis filius est Hellen, nepotes Æolus, Durus, Xuthus.

Belus & Agenor frater: ille pater Danai & Ægyptii; hic Cadmi. Danaus, alias Armais, ab Ægypto seu Sethosi fratre ex Ægypto pulsus, occupavit regnum Argivum A. M. 2474. & 50 illius filiæ totidem filios Ægypti, excepto Lynceo, sustulerunt.

Dardanus, ex Jove & Electra Athlantis filia natus, peremto fratre Jasio, primo in Samum seu Samothraciam; deinde in Dardaniam Phrygiæ abiit, & filiam duxit Teucri, qvi fuit Scamandri Cretensis & Ideæ filius, & jecit Novi Regni Trojani fundamenta A. M. 2471.

Oenotrus, Lycaonis filius, Arcadum coloniam in Italiam ad mare inferum duxit.

Mercurius, Atlantis nepos, Jovis & Majæ filius, sacrificiorum ritus intulit in Græciā.

Hercules aliqvis in Phœnicia claret, nomine Desanaus.

Corinthus, alias Ephyra, condita: Condita itē Cnossus à Curetibus & Corybantibꝰ.

Harad rex Chananæorum: Og rex Basan. Sihon, rex Amorrhæorum: Balac Moabitarum: Bileam eorundem vates.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SECULUM JOSUÆ ET CADMI,
VI. IN TERTIO MILLENARIO.

	Israel.	*Assyr.*	*Ital.*	*Germ.*	*Celt.*	*Hisp.*	*Goth.*	*Pelop.*	*Argiv.*	*AEgypt.*	*Athen.*	*Laced.*
2518	Josua mor. Interregnum 18 annorũ.	Belochus. 2503. Balatores 2528.	Anius. Vulcanus.	Ingram Herminius.	Paris.	Testa Libyus Triton	Uddo.	Epopeus.	Lynceus Ægypti fil.	Amenophis *Dynast. XIX. Diosp.*	Pandion.	Argulus Cynortas.
2536	Othoniel.	Lamprides 2558				Romus		Lamedon.		Sethus.	Erichthonius.	Ocbalus.
2591	Ehud.	Sosares. 2590	Mars Italus seu Janus junior.	Adalger.	Lemannus.	Palatus	Alo		Abas. Prœtus, gener Jobatæ Lycii.	Rhapsaces.	Cecrops II.	

APUD ISRAELITAS, Eleazar & Pinehas sacerdotes; Ruth & Booz.

ADONISEDEK rex Hieros. JABIN rex Hasoris; ADONIBESECK rex Chananæorum. CHUSAN rex Mesopot. EGLON rex Moabitarum.

APUD TROIANOS post Dardanum regnant Erichthonius & Tros. Et hoc tempore contigit Ganymedis filii Trois raptus. Inde Tantali regis Phrygiæ & Trois bellum. Contigit etiam Idæ incendium, circa qvam Idæi & Dactyli.

AGENOR Phœnicum rex condidit Sidonem: alii EXULES PHOENICES condunt urbem Tingitanam in Mauritania. CADMUS & PHOENIX, Agenoris filii, condunt Thebas in Beotia.

TEREI, PROGNES & PHILOMELÆ in Thracia; Item PHRYXI & HELLES cum aureo vellere fugientium; Inus, Athamantæ & Melicertæ apud Thebanos; Prœtidum in furorem versarum fabulæ huic seculo debentur.

CELEUS pater CERERIS & TRIPTOLEMI in Attica: Cereris filia PROSERPINA in Sicilia rapta ab AIDONIO seu ORCO rege Molossorum.

APOLLO servit ADMETO regi Thessaliæ. ACHÆUS & JON, filii Xuthi: SISYPHUS filius Æoli, pater Glauci, avus Bellerophontis & Ulyssis, rex Corinthi.

BUSIRIS, Neptuni & Libyæ filius, ad Nilum in hospites sævit.

AMAZONES florent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SECULUM GIDEONIS ET PERSEI,

VII. IN TERTIO MILLENARIO.

A.M.	Israel.	Assyr.	Ital.	Germ.	Celt.	Goth.	Pelop.	Argiv.	Ægypt.	Athen.	Laced.	Mycen.
2598	Samgar.	Lampares 2610 Panyas	Saturnus junior			Othê.	Sicyon.	Acrisi9 pater Danaes.	Ammenophtes.	Pandion II.	Hippocoon.	Schenelcus post Persea 2637.
2662	Barac & Debora	2640 Sosarmus 2675.	Picus junior	Larein S. Laertes. Ullysses f.	Olbig. Galates.	Carolus.	Polybus.	Prœtus II. Megapenthes			Tyndarus. Castor & Pollux	Eurystheus. Atreus & Thyestes filii Pelopis.
2687	Gideô		Faun9 junior	Ulsing	Names. Rhemus.	Biorno.	Joniscus.	Argæus.	Ramesses.	Ægeus.		

Apud Troianos regnant Ilus & Laomedon. Apud Thracas Eumolpus.

Apud Thebanos florent Amphion, qvi Cadmo ejecto muris Thebas inclusit: frater ejus Zethus: item Oedipus, qvi solvit ænigmata Sphingis.

Pelops, Tantali filius, frater Niobes, rex Pisæ, à patre infans in epulis appositus & vitæ restitutus, Hippodamiam Oenomai in Peloponneso filiam obtinet, & OLYMPICA CERTAMINA A. M. 2634 instituit.

PERSEUS, Danaes filius, Acrisii regis Argivorum nepos, regnum novum Mycenarum A. M. 2617 condit, qvod deinde cum regno Lacedæmoniorum coaluit. Condit & Tarsum in Cicilia secundum Marcellinum.

Prœtus rex Argivorum insidias struit Bellerophonti Corinthio: Dionysius seu Bacchus, nepos Cadmi, floret apud Thebanos; Æson Cretei filius in Thessalia; pater Jasonis; frater Peliæ: qvi Pelias genuit Acastum & Alcestin Admeti Pheræorum regis conjugem.

Midas in Phrygia: Peleus Æaci filius, Achillis ex Thetide pater: Chiron & Æsculapius Medici: Orpheus & Linus & Tiresias cœcus, musici & viri sapientes.

Dædalus & Icarus Athenienses fugiunt in Cretam. Evander cum matre Carmenta venit in Italiam.

Herculis Thebani xii labores, impositi ab Eurystheo.

Minos II. in Creta: cujus uxor Pasiphae; filia Ariadne uxor Thesei, filius Creteus; avus ex filia Æropa Agamemnonis & Menelai.

Miletus pulsus ex Creta, condit in Caria Miletum. Biblis & Caunus, ejus liberi, fiunt noti ex lib. 9 Metam. Ovid.

In Gothica & Svecica historia J. Magni regnat Humelus seu Humblus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SECULUM JEPHTÆ ET TROJANI BELLI,
VIII. IN TERTIO MILLENARIO.

A. M.	Israel.	Assyr.	Ital.	Germ.	Goth.	Pelop.	Argiv.	Ægypt.	Athen.	Laced.	Mycen.
		Mithreꝰ	Latinus. Æneas. Ascanius f. Julus.	Brenner	Gethar II. Siggo II. Ericꝰ II. f. Berico		Anaxa-		Theseus. Mnestheus. Demophoon	Menelaꝰ	Agamemnon. Ægysthus. Orestes
2718	Abime-	2707.				Phæstus.	goras.	Amme-		Atrei fil.	
	lech.						Alector.	nemes		Orestes,	
2721	Thola.						Iphis.			cujus	
		Teuta-		Hector			Sthenelꝰ			uxor	
		mꝰ 2734.		f. Höc-		Adrastus	in bello			Hermio-	
2744	Jair.			gar.			Troj.	Thuoris		ne, Hele-	
				Francus.		Polyphi	Cylaba-			næ soror	
		Teutæus		Wolf-		des.	ris, post	XX.		Tisame-	
2779	Jephta.	2769.		heim &		Pelasgus	qvē Ore-	Dynast.		nus, cu-	
				3 filii,		Zeuxip-	stes po-	Diosp.		jus tem-	
2785	Ebzon.			Kels,		pus	testatem	12 regū		pore He-	
2792	Elon.	Arabelꝰ		Gall,		7 sacer-	transfert			raclidæ	
		2793.		Hilger.		dotes.	Mycenas			redierūt	

BELLUM LAPITHARUM & CENTAURORUM in Thessalia.
PHINEUS, RHOESUS, POLYMNESTOR apud Thraces.
ARGONAUTARUM EXPEDITIO A. M. 2727. ÆETA pater MEDEÆ & CIRES in Ponto.
THESEI & HERCULIS expeditiones. EPIGONORUM expeditio 2739.
VESORIS EXPEDITIO contra Scythas 2747.
HELENA rapitur 2755. Troja capitur 2767.
PROTEUS in Ægypto: MEMNON dux aut Persarum aut Assyr. aut Æthiopum in bello (Trojano.
PYRRHUS Achillis filius in Epiro. APRI CALEDONII & MELEAGRI fabula.
ANTENOR cum sociis Henetis condit Patavium; ÆNEAS LAVINIUM; ASCANIUS AL-
TURNUS Rutilorum rex ab Ænea interficitur. (bam longam.
AGAMEMNON occiditur ab Ægysto & Clitemnestra; & hæc ab Oreste filio.
AREOPAGUS, in qvo Orestes primus causam dixit, Athenis in saxo Martio constitutus.
TYRUS conditur à Sidoniis, cum à rege Ascalonis vexarentur.
HERACLIDÆ, duce Hillo, 2799. reditum tentant in Peloponnesum.
LYDORUM regnum occupat Argon, Alcæi filius, Herculis nepos, pulsis Atyadis.
AMAZONES è Scythia, occupata Asia, Ephesum condunt. Prius tamen id factum alii putant.
MUSÆUS Orphei discipulus: Machaon & Podalirius, filii Æsculapii Medici.
EXPEDITIO BERICI regis Gothorum trajecto mari in Vandaliam, qvam describit Jornandes cap. 4. si in tam longinqva tempora excurrit, hic rectius ponitur, qvam circa tempora Josuæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SECULUM SIMSONIS ET CODRI,

IX. IN TERTIO MILLENARIO.

A.M.	Israel.	Assyr.	Ital.	Goth.	ÆEgypt.	Athen.	Myc. & Lace.
2802	Abdon.			Humul-			
2810	Simson.		Silvius.	phus.		Oxynthes	Penthilus.
		Chalaas.				Aphidas.	
		2827.	Æn. Sil-		XXI.	Thymœ-	Tisamenus
2851	Samuel,	Anabos	vius.	Humelus	Dynastia	tes.	Hinc
		2851.		pater	Tanit.	Melanthus	HERACLI-
		Babius		Dani,	Smendes.	CODRUS.	DÆ.
2875	Saul.	2872.	Latinus.	Anguli	Plusennes	Hinc	Eurysthenes
				& Nori.	s. Che-	Archon-	&
2890	David.				opes,	tes, qvi,	Procles filii
		Thynæus			sec. He-	dum vi-	Aristodemi
		2899.			rodot.	xere,	&c.
						præfuere.	

APUD ISRAELITAS Eli, Achitob, Ahia, Abimelech, Abjathar, pontifices.

NAHAS & HANNON reges Ammonitarum.

TYRRHENUS ex Lydia A. M. 2807. in Italiam venit.

HERACLIDÆ A. M. 2847. ejectis Orestæ posteris, Peloponnesum recuperant: & Lacedæmone duæ eorum familiæ ab Aristodemo, pronepote Herculis, prognatæ diu regnant: qvarum una est EURYSTHENIS (cujus filius fuit Agis: unde Eurysthenidæ dicuntur etiam Agidæ) altera PROCLIS, cujus nepos fuit Eurypontè: unde Proclidæ dicuntur etiam Eurypontidæ.

HERACLIDÆ qvoq;, ejectis Sisyphi posteris, qvi per VI. generationes præfuerant, Corinthi regnum constituerunt, in qvo regnarunt continua serie Aletes: Ixion: Agelaus: Prymnis. Constituunt etiam in ACHAIA regnum per Tisamenum.

JONICA MIGRATIO 2877. è Græcia in Asiam: item migratio Æolica in Æolidem Asiaticam. (drus.

BELLUM PELOPONNESIACUM I. inter Athenienses & Spartanos, in qvo cæsus est Co-

BELLUM HELOTICUM, in qvo Agis Spartanus Helotas redegit in servitutem: & ab hoc tempore Helotæ dicti sunt Lacedæmoniorum servi.

MINYARUM historia ex IV. libro Herodoti.

HUMELUS seu HUMBLUS dicitur filium suum Danum dedisse regem Danis; Angelem Anglis Cimbricis; Norum Norvegis. Svecici Historici eum vocant regem Svecicum; Danici præfectum Scaniæ & Selandiæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SECULUM DAVIDIS ET SESOSTRIS,

X. IN TERTIO MILLENARIO.

A. M.	*Jud.*	*Iſrael.*	*Aſſyr.*	*Ital.*	*Goth.*	*Dan.*	*Ægypt.*
2901	David tabernaculū transfert.					Dan, filius Humbli.	
2920	Abſolon rex proclamatur.		Dercylus 2923.		Gothilas.		Nephercheres.
2929	Adonias Rex proclamatur.			Alba.		Lother & Humblus.	Amenophtis. Oplochō. Pſinaches.
2930	David moritur. Salomon ſuccedit.		Eupacines 2945.	Capetus.	Sig hungus Svec. & Scharinus Goth. à Gramo rege Dan. interfecti.	Skyoldus.	Suſennes. XII. Dynaſtiæ Bubaſtitarū.
2669	Rehabeā.	Jerobeam					Seſacus ſ. Selonchis forte
2985	Abia.		Laoſthenes 2975.				
2988	Asſa.						
2989		Nadab.		Capys.			Seſoſtris.
2990		Baeſa.	Pyritiades 2993.				Uſorthon

Apud Israelitas, Zadok, Ahimaaz, Azarias, Pontifices: Nathan, Gad, Ahia, Jadon, Semaja, Iddon, Prophetæ. Templum Hieroſol. fundatur 2933. Naves Salomonis redeunt ex Ophir 2955. Regina Arabiæ, qvam Joſephus vocat Nicaulen, venit Hieroſolyma 2956. Seſoſtris, qvem ſcriptura vocat Seſacum, orbem peragrat, & templi theſauros aufert 2974. Zara rex Æthiopum ab Asſa rege Judæ profligatur, & Asſa idola confringit.

Apud Tyrios rex eſt Hiram; Apud Palæstinos Achis.

In Græcia multæ turbæ, poſtqvam poſteri Herculis ejecerunt veteres regnorum poſſeſſores. Androclus reparat Ephesum. Corinthi anno mundi 299; nova dynaſtia Bacchidarum, expulſis Heraclidis, exoritur per Bacchiden, qvi & ipſe ex Hercule familiam duxit.

Hoc ſeculum eſt Homeri nati.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SECULUM JOSAPHATI ET SARDANAPALLI, I. IN QVARTO MILLENARIO.

A. M.	*Jud.*	*Israel.*	*Assyr.*	*Ital.*	*Goth.*	*Dan.*	*AEgypt.*
3015		Ella.	Ophrates 3007.	Capetus.		Gramus.	
3024		Simri.					Zaram.
		Amri.					
3025		Achab.					
3028	Josaphat		Epacheres 3028.	Tiberinus			Takellotis.
3044		Ahasia.			Svibdagerus, rex Norv. Svec. & Dan.		
3049		Joram.					
		Jesabel.	Acracarnes 3050.	Agrippa.			XXIII. Dynast.
3045	Joram.			Alladius.			
3056	Ahasias.						Tanitar.
3057	Athalia.	Jehu.	Sardanapalus 3057				Petubastes.
3063	Joas.				Asmundus		
3085		Joahas.	*MEDI*	Aventinus.			
3099		Joas.	Arbaces & Belosus 3077.				

Apud Israelitas, Amras, Jojada, Zacharias, Pontifices: Micha, Elias, Elisæus, Jonas Prophetæ. Samaria ab Amri condita 3019; à Benhadado Syriæ rege obsessa 3042. Jericho reædificata, 1. Reg. XVI. 3026. Elias translatus 3045. Hasael rex Syrorum Israelitas affligit.

Apud Græcos Lycurgus Spartæ leges promulgat 3024. Corinthi ex Bacchidibus regnant Agelaus, Eudemus, Aristodemus. Homerus floret.

Belus pater Pygmalionis, Elisæ seu Didonis & Annæ. Dido autem in Libyam profugit, & Carthaginem 3073 condit, uxor Sichæi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SECULUM ABDUCTARUM X. TRIBUUM ET ROMULI, III. IN QVARTO MILLENARIO.

A.M.	Jud.	Israel	Medor.	Chaldæor.	Rom.	Goth.	Dan.	Ægypt.	Maced.
3207	Achas.	Israel Hosea. X. trib9 abductæ		NABONASSAR.				XXV.	
3210				2203.				Dyn. Æthiop.	
				Nasius.	Numa Pompilius.	Interregnum.		SABACON.	
3222	Ezechias.			Chinzerus.				Æthiops.	
	seu His-			Porus.				Sevechus, amicus	
	kias.			Dilulæus.				Ezechiæ.	Perdiccas.
3227			Arbianes.	Merodach.				Tarachus.	
			3235.	Arceanus.				Stephinates.	
			Arsæus f.	Belithus.				XXVI.	
3251	Manasses.		Dejoces	Apronadius.				Dynast. Sait.	
			3257.	Rigebalus.	Tullus Hostilius.			Nechepsos seu Se-	Argæus.
			Phraortes	Mesessimardacus.				thon, seu So.	
			f. Arty-				Haldanus.	2 Reg. 17.	
			nes 3397.	Assaradinus.				XII. reguli, interq;	
				Seosducheus.				eos Psamme-	
								tychus.	

APUD ISRAELITAS Asarias & Helki, PONTIFICES; Obed, Nahum, Hulda, Tobias, PROPHETÆ. 3227. Decem tribus Israelis abductæ.

IN REGNO ASSYRIORUM post Tiglathpillassar sunt Jareb, Sargon, Salmanasser, Sennacherib, Assarhaddon. APUD SYROS, Rezin.

3203. Initium epochæ Nabonassareæ seu Ægyptiacæ.

3209. Damascus à Salmanassare expugnata.

APUD GRÆCOS BELLUM MESSENIACUM I. 3207. in qvo floruit Aristodemus, & nati Parthenii, qvi Tarentum postea 3303. sive condiderunt, sive amplificarunt: & BELLUM MESSENIACUM II. 3265. in qvo Aristomenes & Tyrtæus poeta. ATHENIS Archontes annui 3267 incipiunt. CORINTHI existit qvinta Dynastia Cypselidarum post Prytanes annuos, in qva præsunt Cypsele & Periander.

IN SICILIA SYRACUSÆ 3205. ab Archia Corinthio conditæ; conditum item RHEGIUM.

IN MEDIA condita ECBATANA; in ASIA, NICOMEDIA, hactenus Astacus dicta.

BYZANTIUM 3293. à Græcis condita duce Byzante: condita etiam Chalcedon: item Naxus in insula Naxo à Thuclo Eubœensi.

IN LYDIA, Candaules, Gyges, Ardys.

ROMÆ raptus Sabinarum 3201. Alba diruta 3286.

FLORENT Sibylla Samia: Hipponax, Archilochus, Anacreon, Alcman, Pittacus, POETÆ: Draco LLator Atheniensis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SECULUM ESAIÆ ET INITIUM OLYMPIADUM;
II. IN QVARTO MILLENARIO.

A.M.	Jud.	Israel.	Meder.	Ital.	Goth.	Dan.	Ægypt.	Maced.
3103	Amazias.							
3114		Jeroboã.	Mandauces 3105.		Uffo.			
3129	Uzias seu Azarias.			Procas.		Guthormus & Hadding⁹ amicus Hundingi.	Osorchus seu Hercules.	Caraus Heraclides in Edessa 3137.
3154		Zacharias	Sosarmus. 3155.		Hundingus amicus Haddingi ad mortem.		Psammus	
3177		Sallum.					Ze	
3178		Menahẽ.	Artias. 3185.	Amulius. Numitor.		Frotho I peremtus à Regnero.	XXIV. Dynast. Bocchoris Saites à successore crematus vivus.	
3188		Pecaja.		Romulus condit Romam 3198.	Regnerus.			Cœn⁹. Thurimas.
3191		Pecah.						
3192	Jotham.							

Apud Israelitas Azarias, Urias, Pontifices; Hoseas, Joel, Amos, Zacharias, Micha, Esaias, Prophetæ.

In Novo Regno Assyriorum A. M. regnant Phul & Tiglathpilassar.

In Græcia Athenis Archontes decennales incipiunt 3175. Corinthi dynastia qvarta exoritur Prytaneon seu archonton annuorum, qvi CXXVI. annis præsunt. 3170. Hesiodus floret.

In Lydia Ardysus & Alyattes, reges: In Sicilia Catana seu Catina condita.

3178 Qvinta Est Revolutio Planetarum, tristis ecclesiæ propter destructionem regni Israel & postea regni Judæ.

3172. Romulus & Remus nati.

3174 Olympiades incipiunt per Iphitum, mense Julio.

3198. ROMA CONDITA.

SECU-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

A.M.	Judæor.	Medor.	Chaldæor.	Rom.	Goth.	Dan.	Ægypt.	Maced.
3305	Ammon		Xinilada			Rolvo.		
3307	Josias.	Cyaxares	nus.	Ancus				Philip-
		f. Arti-	Nabopal-				Pharao	pus.
		barnas.	lassar.	Martius			Necho.	
		3319.						Æropus
3338	Joahas f.		Nebucad			Roe &	Psammis	
	Sallum.	Astyages	nezar.		Hotebro-	Helgo,		
	Eliakim	f. Apādas	Evilme-		dus, qvi	qvi Scal-		Alcætas
	f. Jojakim	3359.	rodach.		interfe-	cū Van-	Apries	
3349	Jechonias		Balthasar	Tarqvi-	cit Roen	dalū ad	amicus	
	f. Joachin.			nius	Dan. R.	tributa	Sedechiæ	
	Sedechias	PERSA-	Darius	priscus.		adegit.		
3360	Hieroso-	RUM.	Medus.					Amyn-
	lyma	Cyrus	Nabone-	Servius			Amasis.	tas I.
	capta.	3391.	dus.	Tulius.	Attilus.	Rolvo.		

APUD JUDÆOS Seraja, Esdræ pater, & Josedec, Esdræ frater, PONTIFICES; Zephanias, Habacuc, Jeremias, Baruch, Urias, Obadia, Daniel, Ezechiel, Prophetæ. Judith obtruncat Holophernem. Initium captivitatis Babylonicæ 3349. Expugnatio Hierosolymorum per Nebucadnezarem 3360.

In GRÆCIA tyrannidem invadit Pisistratus 3381; Mileti Thrasybulus; Agrigenti in Sicilia Panætius, & post eum Phalaris. Rex Sami fortunatus nimium Polycrates. Corinthus 3364. Periandro dynasta defuncto fit libera. Epidamnus conditur à Corcyreis; sicuti Cyrene in Libya à Batto, & Massilia in Gallia.

IN LYDIA Sardiattes, Halyattes, Crœsus.

SCYTHÆ, devicto Cyaxare, per Asiam dominantur XXVII annos, teste Herodoto.

GALLI, duce Belloveso, Ambigati ex sorore nepote, Celtarum rege, transcendunt Alpes 3360. Bohemiam item Boji ex Gallia occupant. Sigovesus, Bellovesi frater, ad Hercyniam silvam subsistit.

FLORENT VII in Græcia sapientes, Mileti Thales scholæ Jonicæ conditor; Bias Priennensis; Solon LL. Athenis; Cleobulus Lindius; Myson Chenensis, pro qvo alii numerant Periandrū Corinthium; Chilo Lacedæmonius. Pittac9 Mitylen.

ITEM Pherecydes Syrus, Anacharsis & Abaris Scythæ, Epimenides Cretensis, Anaximander & Anaximenes Milesii; Simonides, Stesichorus, PHILOSOPHI; Arion Musicus: Æsopus, FABULARUM CONDITOR: Theologus, Stesichorus, Ibycus, Alcæus, Sappho, Telesilla, POETÆ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

A. M.	Perſar.	Roman.	Goth.	Danor.	AEgypt.	Macedon.
		Tarqviniꝰ		Hiartwa-	Pſamme-	
3421	Cambyſes	ſuperbus.		rus, rex	nitus à	
3428	Duo Magi	Hinc		uniꝰ diei.	Cambyſe	Alexander
3429	Darius Hi-	A. M.	Hotherus rex Sveciæ		perem-	dives.
	ſtaſpis.	3442.	& Daniæ.		tus.	
3464	Xerxes.	CONSU-				Perdiccas.
3485	Artaxer-	LES.	Rodericus, rex Svec.			
	xes Lon-		& Dan. qvi Moſcum			
	gimanus		Vandalum bello fatigavit.			

APUD JUDÆOS Joſua & Zorobabel: Eſther regina.

IN GRÆCIA apud ATHENIENSES Hipparchus & Hippias tyranni poſt patrem Piſiſtratū, Harmodius tyrannicida, Miltiades Cimonis filius, Ariſtides, Themiſtocles: LACEDÆMONE Demaratus, qvi, tanqvam non legitime natus excluſus, fugit ad Perſas, Leonides, Pauſanias. CLISTHENES Sicyoniorum princeps, ut Agariſta filia optimo in Græcia nuberet, procos evocavit, & illa nupſit Megacli Athenienſi.

ADMETUS rex Epiri: HISTIÆUS tyrannus Mileti, ejusq; gener ARISTAGORAS: Poſt Polycratem SYLOSONTES, Samiorum Princeps: APUD SICULOS Phalaris, Thero, Gelo victor Carthaginenſium: Hiero, ejusq; frater Thraſybulus.

APUD CARTHAGINENSES Mago, ejusq; filii Asdrubal & Amilcar: APUD THRACES Sitalces & Teres.

CYRUS BABYLONEM OCCUPAT 3412. REGNUM CAPPADOCUM enaſcitur in poſteris Pharnacis, qvi fuit ſororius Cyri: REGNUM PONTICUM conditur per Artabazem ex regio Perſarum ſangvine. TOMYRIS, regina Maſſagetarum; ARTEMISIA apud Cares; PORSENA apud Hetruſcos.

APUD ROMANOS Dictator primus 345[illegible]. Decem tribuni plebis 3494. Florent apud eos Junius Brutus: Horatius Cocles: Mutius Scævola: Clœlia virgo: Coriolanus: Spurius Caſſius, qvi primus tulit legem agrariam. ccc. Fabii cæſi.

PUGNA MARATHONIA 3459. ad Thermopylas 3470. ad Salaminem: ad Mycalem: Pugna Crotoniatarum ingens adverſus Sybaritas, Diod. lib. XII. Bellum Meſſeniacum III.

FLORENT Pythagoras Samius Crotonæ in Italia: Zopyrꝰ: Zaleucus Llator Locrenſiū: Charondas Llator Thuriorū: Heraclitus, Parmenides, Anaxagoras, Zeno Eleates, Democritus, Empedocles, Protagoras, Epicharmus, Xenophanes, PHILOSOPHI: Hippocrates, Democedes, MEDICI: Acrō EMPIRICUS: Phocylides, Hipponax, Pindarꝰ, Bacchylides, Æſchilus, Sophocles, POETÆ. Herodotꝰ HISTORICꝰ: Papyriꝰ JC. Polycletꝰ, Phidias STATUARII, Zeuxes, Paraſius, Timōtes, PICTORES.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

A. M.	Pers.	Goth.	Dan.	Macedon.	Francor.
			Vigletus.	Archelaus	Marcomirus, filius Antenoris I.
3525	Xerxes.			Oreftes.	
3526	Sogdian9.			Æropus.	
3527	Darius nothiis.			Paufanias.	
				Amyntas II.	Antenor II.
3546	Artaxerx. Mnemō.	Attilus II.		Alexander	
				Ptolemæ9	Priamus.
				Perdiccas.	
3598	Ochus.	Bothwild.	Wermundus, cuj9 filius Uffo mutus creditus probrum Danis ademit.	Philippus, pater Al. M.	

Apud Judæos Efdra, Nehemias, Zacharias, Haggæus, Malachias, Prophetæ: Jojakim, Eliafab, Jojada, Jonathan Pontifices. Initium LXX. feptimanarum Danielis 3528.

In Græcia apud Athenienses Alcibiades, Nicias, Pericles, Conon, Thrafybulus, Charondas LLator: apud Lacedæmonios Paufanias, Antalcides, Archidamus, Lyfander, qvi A. M. 1546. Athenas cepit, Agefilaus, Cleombrotus: apud Thessalos Jason & Alexander: apud Thebanos Epaminondas & Pelopidas: in Cypro Evagoras & Protagoras: apud Siculos duo Dionyfii & Dion: apud Cares Maufolus & Artemifia II.

Apud Romanos Q. Cincinnatus, Fabius, Fur. Camillus, L. Manlius, M. Curtius, Manl. Torqvatus. Leges XII tabularum conditæ 3500. Cenfores primum creati 3509. Incendium Romæ per Gallos 3563.

Bellum Peloponnesiacum: Corinthiorum. Siculum: Thebanum, inq; eo pugna Leuctrica ad Mantineam 3570: Sociale: Sacrum feu Phocenfe: Cyri minoris adverfus fratrem Artaxerxem expeditio.

Galli Senones Italiæ partem occupant, qvæ ab hoc tempore dicta eft Gallia Cisalpina: dux eorum Brennus Romam cepit.

Florent Architas, Tarentinus, Antifthenes, Socrates, Diogenes Cynicus, Gorgias, Melisfus, Plato, Hippias, Prodicus, Cebes, Thebanus, Philosophi: Ctefias Medicus & Historicus. Eudoxus Cnidius & Meton Astronomi: Pericles, Lyfias, Ifocrates, Theopompus, Demofthenes, Æfchines Oratores: Thucydides, Xenophon, Historici: Euripides, Sophocles, Ariftophanes, Poetæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SECULUM LXX INTERPRETUM & ALEXAND. M.

VII. IN QVARTO MILLENARIO.

A. M.	*Pers.*	*Syr.*	*Ægypt.*	*Goth.*	*Dan.*	*Francor.*	*Scot.*
3614	Darius Co-					Helenus	Fregusius,
	domanus					I.	Ferqvardi
	MACED.						regis Hib.
3620	Alexander						filius, qvi
	Magnus.						peremit
3626	Aridæus tu-			Carolus			Coilum,
	tore Perdic.		Ptolemæus	II.		Diocles.	regem Bri-
3633	Cassãder F.		Lag. 3627.				tan. 3614.
	Antipatri.	Seleucus					Feritharis.
3653	Philippus.	Nicanor				Helenus	
3654	Alexand. &	3639.			Uffo seu	II.	
	Antipater.				Oluff.		Mainus.
3657	Demetrius,						
	F. Antigoni						
3665	Pyrrhus &		Ptol. Phi-				
	Lysimach.	Antiochus	ladelphus			Basanus	
3669	Seleucus.	Soter	3665.			Magnus.	
	Ptolem.	3669.					
	Meleager			Grimme-			
	Antipater.			rus:			
3670	Sosthenes.						Dornadilla,
3671	Antigonus	Antiochus			Dan II.		
	F. Demetrii	Theos.					
		3689					

APUD JUDÆOS Jaddus, Onias, Simeon justus, Manasses, PONTIFICES. TEMPLUM GARIZITANUM in Samaria à fratre Jaddi Manasse conditum 36[illegible]9. LXX. interpretes & versio prima bibliorum.

IN GRÆCIA & ASIA RESPUBLICA ACHÆORUM fœderatorum cœpit per Aratum: REGNUM PERGAMENUM per Philæterum, cui succedunt Eumenes, Attalus: REGNUM BITHYNIÆ per Zipœten, cui succedit Nicomedes. APUD SPARTANOS Agis & Cleomenes: IN EPIRO Alexander & postea Pyrrhus, qvi trajecit in Italiam: IN CAPPADOCIA Ariarathes, Ariamnes, IN SICILIA Timoleon, Agathocles, Hiero.

PUGNA

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

PUGNA AD CHERONÆAM 3612. Pugna Alexandri M. AD GRANICUM 3616: ad Isſum in Cicilia 3617. ad EUPHRATEN 3619.

ÆRÆ PERIODI CALIPPI ſeu Monarchiæ tertiæ initium 3622. Sed ÆRÆ PHILIPPEÆ à morte Alexandri initium 3628: qvo anno etiam geſtum eſt BELLUM LAMIACUM. ÆRÆ SELEUCIDARUM initium 3639.

APUD ROMANOS Papirius: Decius: Fabius: Attil. Regulus: Fabricius: bellum Samniticum: Gallicum: Tarentinum cum Pyrrho 3669: Picens: Punicum I 3686.

GALLORUM IRRUPTIO in Thraciam & Græciam ſub Cerethrio, Brenno, Acichorio & Belgio ducibus. Lomnerus item & Lutterus duces Celtarum, Byzantio occupato & Helleſponto trajecto, dant originem GALATIS in Aſia.

THALESTRIS Amazonum regina: TAXILES apud Indos, ut & PORUS: item SANDROCOTTUS, qvi in India jugum Græcorum excusſit. LYSIMACHUS in Thracia: ANTIGONUS in Aſia: ABDOLONYMUS in Sidone.

FLORENT Ariſtoteles, Speuſippus & Xenocrates, ſuccesſores Platonis; Polemo: Theophraſtus & Epicurus, Theophraſti auditor: Demetrius Phalereus: Calanus Gymnoſophiſta: Stilpo: Crates Thebanus: Heraclides Ponticus: Phocion Athenienſis, Zeno Cittieus; Pyrrho, unde Pyrrhonici: Cleantes: Arceſilaus, PHILOSOPHI: Beroſus, Megaſthenes, Manethon, HISTORICI: Menander, Theocritus, Cratinus, Aratus, Lycophron, POETÆ: Ariſtarchus cenſor, GRAMMATICUS: Diocles MEDICUS: Sempronius JCtus: Chartæ inventæ apud Ægyptios.

SECU-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

A. M.	*Maced.*	*Syr.*	*Ægypt.*	*Goth.*	*Dan.*	*Franc.*	*Parthor.*	*Scot.*
3731	Demetrius	Seleucus Callinicus	Ptol. Evergetes.	Tordo I.		Clodomirus.	Arsaces 3700.	
3741	Antigonus Dosō	Seleucus Ceraunus.				Nicanor.		
3748	Philippus	Antiochus M. Seleucus Philopator. Antiochus Epiphanes.	Ptol. Philopator.	Gotharius III.	Huglethus.	Marcomirus II.	Arsaces II. Phrahartes. Pharnaces.	Nothatus Reutherus Reutha.
3771	Perseus, captus 3782.	Antiochus Eupator. Demetrius Soter. Alexander Epiphanes.	Ptol. Epiphanes. Ptol. Philometor.		Frotho II.	Clodius I. Antenor III.	Mithridates.	Thereus.

APUD JUDÆOS Onias II. Simeon II. Onias III. Jason: Onias IV: Alcimus: Judas Maccabæus: Jonathas, PONTIFICES. SYRACIDES. Æra Maccabæorum seu Encæniorum 3787.

APUD ACHÆOS, Philopœmen dux, eodem die obiit, qvo Annibal 3770. IN PERGAMO Attalus & Eumenes: in BITHYNIA Prusias: in CAPPADOCIA Ariarathes: in NUMIDIA Syphax & Masinissa: in SICILIA ultimus tyrannus Hieronymus.

ARMENIÆ REGNUM enascitur per Zadrianem; in qvo Tigranes postea celebris.

APUD CARTHAGINENSES Annibal cum fratribus.

APUD ROMANOS Cato Censorius: Q. Fabius Cunctator: Scipiones: P. Æmilius: Metellus. Bellum Ligusticum: Gallicum Cisalpinum: Illyricum: Punicū II. 3733: Macedonicū I. & II: Antiochenum: Celtibericum: Punicū III. 3799.

APUD GALLOS Viridomarus, qvem Marcellus evertit.

FLORENT Chrysippus & Panætius, STOICI: Strato, Lyco & Critolaus, PERIPATETICI: Carneades Academicus: Lacydes Cyrenæus, AUTOR NOVÆ ACADEMIÆ: Archimedes, Eratosthenes, Beta cognominatus, qvia in omni scientia secundas tenebat: MATHEMATICI. Ennius, Pacuvius, Accius, Callimachus, Livius Andronicus, qvi primus Romæ fabulam docuit, Nævius, Plautus, Cæcilius Comicus, Terentius, POETÆ. Polybius historicus: THEAGENES & CHARICLIA noti ex Heliodoro.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

A. M.	Syr.	AEgypt.	Goth.	Dan.	Franc.	Parthor.	Scot.
3804	Demetrius Nicanor.	Ptol. Physcon.	Adolphꝰ.	Dan III.	Cleodomirus III.	Phraates I	Finnanus
3809	Tryphon.	Ptol. Lathyr. & Alexander.			Merodacꝰ		
3812	Antiochus Sedetes.				Cassander.	Artabanꝰ	
3819	Demetriꝰ redux	Ptol. Auletes.	Algothus			Pacorus I.	
3824	Alex. Zebina.	Ptol. Dionys. & Cleopatra, ultima regum Ægypt.					Durstus.
3826	Antioch. Griphus.		Ericus III.				Evenus.
3857	Seleucus & Antiochus Cyzic.				Antharisꝰ à Gallis cæsus.	Phraates II.	
3863	Tigranes rex Armeniæ.			Fridlevus celer.		Mithridates II.	Gillus.
3885	Pompejus M. redegit Syriã in provinciã.		Lindormus.				Evenus II. Ederus.

APUD JUDÆOS, Joh. Hyrcanus, Aristobulus rex primus ex Maccabæis, Alexander Jannæus, Alexandra Salome, Hyrcanus, Aristobulus, PONTIFICES & REGES. ÆRA ASMONÆORUM & CALIPPI 3807.

ATTALUS II. rex Pergami Romanos instituit heredes: NICOMEDES rex Bithyniæ: ARETAS Arabiæ: ARIARATHES & ARIOBARZANES in Cappadocia: MITHRIDATES in Ponto: TIGRANES in Armenia: DEJOTARUS in Gallia.

APUD ROMANOS Sulla: Marius, qvi primus aqvilas usurpavit: Lucullus: Pompejus M. Crassus à Parthis cæsus: Cæsar: Cicero: Bruti. Bellum Achaicum: Viriaticum: Servile in Sicilia: Numantinum: Allobrogicum: Dalmaticum: Jugurthinum: Cimbricum: Mithridaticum & Tigraneum: Marsicum seu Sociale: Marianum civile: Sertorianum: Piraticum: Gladiatorium: Catilinarium. Gracchorum seditio 3819. Romani per Asiam dispersi jussu Mithridatis necati 3830.

CELEUS, TEUTOBOCHUS & BELUS reges Germ. in bello Cimbrico: item apud eosdem DORULACUS rex Bojorum: DIVICO à Sillano cæsus: Ariovistus.

CARTHAGO, CORINTHUS, NUMANTIA eversæ: CYPRUS à Romanis occupata: NARBONENSIS GALLIA provincia facta: BRITANNIA vectigalis facta.

FLORENT Cratippus & Metrodorus, PHILOSOPHI: Hipparchus ASTRONOMUS: Diodorus Siculus, Sallustius HISTORICI: Geminus MATHEMATICUS: Lucilius, Lucretius, Turpilius, Archias, POETÆ. M. Terentius Varro, LITERATOR: Didymus GRAMMATICUS, Scholiastes Homeri: Dioscorides, MEDICUS,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SECULUM CHRISTI NATI ET AUGUSTI X. IN QVARTO MILLENARIO.

A. M.	*Imperat.*	*Goth.*	*Dan.*	*Francor.*	*Parth.*	*Scot.*
3900	J. Cæſar.	Alaricus &				
		Gelliblindus		Francus, un-		
			Frotho III. qvi	de Sicam-		
3908	Auguſtꝰ.		Sturmicum	bri poſtea		
		Ericus IV.	Vandalo-	dicti ſunt	Orodes.	
		NB.	rum regem	Franci.	Phraates III.	Evenus
		Hic videtur	bello pere-			III.
		ponendus	mit, & ho-		Orodes II.	
3947	Chriſtus	Berichiꝰ, qvi	ſtem etiam			
	natus.	è Scandia	habuit Hu-	Clogio vel	Vonones.	Metella-
3949	Æra Chri-	trajecit ſec.	monē Hun	Clodio.		nus.
	ſti incipit	Jornand.	norum regē			

APUD JUDÆOS Antipater, Herodis pater, fit procurator Judææ 3902. Antigono, ultimo ex Maccabæis occiſo Herodes fit rex Judæorum 3915. Targum Babylonicum confectum à R. Jonathan.

CALENDARIUM JULIANUM 3904. ÆRA HISPANICA 3911. ÆRA ACTIACA 3922.

APUD ROMANOS pugna Pharſalica: Cæſar interficitur 3906: Bellum Mutinenſe: Philippenſe: Peruſinum: Siculum: Actiacum. Ægyptus in provinciam redacta 3920: Jani templum clauſum 3925.

IN THRACIA Cotys: Rhœmetalces: Rheſcuporis: APUD BRITANNOS Caſſivellanus à Cæſare devictus: APUD GERMANOS Arminius Chæruſcus, Catualda, Cotiſo. MARCOMANNI gens Svevica, Bojos ex Germania expellunt per Maroboduum. GOTHI ſub Berichio trajiciunt ex Scandia in Germaniam, qvæ expeditio deſcripta apud Jornandem c. 4.

FLORENT Pomponius Mela & Strabo, GEOGRAPHI: Trogus Pompejus, Dionyſius Halicarnaſſeus, Meſſala Corvinus, Athenodorus, Livius Patavinus, HISTORICI: Catullus, Corn. Nepos, Virgilius, Horatius, Propertius, Tibullus, Ovidius, Manilius, Corn. Gallus, POETÆ, eorumq; fautor MECOENAS: Vitruvius ARCHITECTUS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SECULUM APOSTOLORUM ET TIBERII,

I. POST CHRISTUM.

A. C.	*Imperat.*	*Got. Svec.*	*Got. exter.*	*Dan.*	*Franc.*	*Parth.*	*Scot.*	*Pont. Rom.*
14	Tiberius.		Sturmicꝰ					
			à Frotone	Hiarnus		Artaba-	Caratacꝰ.	
			III. interf.	Scalder.		nus II.		
37	Caligula.	Haldanus	Catwald	Fridlevus	Herime-	Bardanes.		Petrus.
41	Claudius.	I. Svec.	qvi occu	II.	rus.	Gotarzes.		
54	Nero.	&	pavit Ma-	Frotho	Marco-	Vologe		
67	Galba.	Gethricus	robodui	IV. inter-	mirus III.	ſes.	Corbredꝰ	Linus.
68	Otto.	Goth.	regnum	fectus à	Clodomi-	Artaba-		
	Vitellius.	Vilmerus	Ganda-	Svertin	rus III.	nus III.	Dardan-	
69	Veſpaſi-	Ruſſorũ	rich.	go Sax.	Antenor	Pacorus.	nus.	Cletus.
	anus.	domitor.	Filimer	regulo.	IV.		Galdus ſ.	
79	Titus.	Nordianꝰ	qvintus à	Ingellus.	Ratherius		Corbre-	
81	Domitia-	à Ruſſo-	Berichio				dus II. à	Clemens
	nus.	rũ rege	Gandari		Richime-	Cos ho-	J. Agrico-	
96	Nerva.	Hervito	chi fil ſec.		rus.	es.	la valde	
98	Trajanus.	pulſus.	Jornand.				vexatus.	

APUD JUDÆOS Agrippa rex, Philo Judæus, Joſephus hiſtoricus, Gamaliel, præceptor Pauli. PROCURATORES JUDEÆ Coponius, Ambivius, Annius Rufus, Pontius Pilatus &c. TARGUM ONKELI 50.

CHRISTUS MORITUR A. C. 33. CONCILIUM APOSTOLORUM 46. TEMPLUM HIEROSOLYMITANUM EXCISUM 70. Dionyſius Areopagita: Ignatius: Clemens Papa: S. Martialis: Hermas: S. Polycarpus: Qvadratus: Abdias PATRES ECCLESIASTICI: Simon Magus, Ebion, Cerinthus, HÆRETICI: ſub Nerone, Domitiano, Trajano I. II. II. PERSECUTIO. JOHANNES EVANGELISTA moritur 99. AQVILÆ PONTICI verſio ſecunda Bibliorum.

SEXTA REVOLUTIO planetarum Ær. Chr. 25. felix eccleſiæ propter Chriſti adventum.

GOTHI ſub Filimere juxta Viſtulam pergunt per Sarmatiam ad Mœotiden lacum. GERMANICUS obit 20: SEJANUS necatur 32. CORBULO Armeniam recipit 60: Mons Veſuvius ardet 81.

FLORENT Seneca, Plinius ſenior, Plutarchus, Qvintilianus, Apollonius Thyaneus, Muſonii Stoici diſcipulus & magus, à Philoſtrato diſcipulo hiſtoria peculiari nobilitatus, Aſconius Pædianus, PHILOSOPHI & ORATORES: Appio, Valerius Maximus, Vellejus Paterculus, Feneſtella, Q. Curtius, Corn. Tacitus, HISTORICI: Perſius, Petronius, Lucanus, Seneca, Silius Italicus, Martialis, Valerius Flaccus, Statius, Juvenalis, Macer, POETÆ: Columella SCRIPTOR REI RUSTICÆ: Pomponius Mela & Solinus GEOGRAPHI: Julius Higynus, ASTRONOMUS. VELLEDA, Bructeræ nationis fatidica.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SECULUM VIRORUM APOSTOLICORUM ET ANTONINORUM, II. POST CHRISTUM.

A.C.	*Imper.*	*Got. Svec.*	*Ostrogoth.*	*Dan.*	*Franc.*	*Parth.*	*Scot.*	*Pontif.*
			Dorpaneus in Thraciā.	Olaus I. Frotho V.	Odemarus.		Lugtacus	Anacletus. Evaristus.
117	Æl. Adrianus.	Siwardus I. Svec.	Gapt, stirps Ansiom.	Haldanus II. stirps regū Norvegiæ.	Marcomirus IV.	Parthamaspates	Mogaldus	Al. Sixtus.
138	Antoninus pius.	Carolus III. Goth. Ericus V.	Halmal.	Haraldus II.	Clodomirus IV.	Vologeses II.	Conarus	
161	Antoninus philosophus, & L. Æl. Verus.	Haldanus II. Ungvinus rex Dan.	Augis, cujus tempore in Vandalia Raw & Raptes.	Ungvinus rex Svec. Siwardus à Regnaldo cæsus.	Farabertus.	Augis.	Ethodius	Telesphorus. Hyginus. Pius. Anicetus.
180	Commodus.	Regnaldus & Sivardus.		Sigarus ab Hachone cæsus.				Soter.
193	Pertinax.	Amundus I.			Sunno.	Vologeses II.	Satrael.	
193	Severus.	Hacho. Ingo I.	Amala.	Siwardus II. ab Hachone cæsus.			Donaldus.	Eleutherius. Victor.

IV. V. & VI. persecutio sub Adriano, Antonino Philosopho & Severo.

Aristides & Anaxagoras apologistæ Christianorum: Justinus martyr: Theophilus Antiochenus: Polycrates: Polycarpus martyr: Irenæus: Melito: Dionysius Corinthius: Pantænus e Stoico Christianus: Clemens Alexandrinus: Tertullianus in Africa: Bardesanes Syrus: Apollonius & Attalus martyres, Patres Ecclesiastici.

Versio Syriaca Antiochiæ facta, qvæ vulgo tribuitur Marco: Theodotionis Ephesii Versio Bibliorum Tertia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

TALMUDI FUNDAMENTA per R. Judam.

Basilides, Carpocrates, Saturninus, Valentinus, Marcion, Cerdo, Gnostici, Ophei, Tatianus, Montanistæ, Secundiniani, Cataphryges, Praxeas, Noetiani, HÆRETICI.

SCHISMATIS DE PASCHATE INITIUM.

FLORENT Plinius Junior, Sextus Empiricus Scepticus, Agellius, Lucianus, Athenæus, Epictetus, Apulejus, Aphthonius, Hermogenes, Julius Pollux, Maximus Tyrius, PHILOSOPHI & ORATORES. Appianus, Svetonius, Ælianus, Pausanias, Justinus Trogi epitomator, Arrianus, Florus, Hegesippus, Diogenes Laertius, HISTORICI: Marullus POETA: Phlegon & Ptolemæus ASTRONOMI & MATHEMATICI: Galenus, medicus: Servius, Virgilii explanator.

PANTHEON Romæ absumitur 110. Decebalus rex in Dacia evertitur. Bellum Judaicum 113. LEGIO FULMINATRIX obtinet victoriam Antonino 174. FASTIDA rex Gepidarum à mari Balthico per Burgundiam in Daciam profectus, ab Ostrogothis rejectus. Lucius rex Anglorum Christianus 177.

**

CONTROVERSIA DE ITERANDO BAPTISMO. Primum schisma de eligendo pontifice 252. ÆRA DIOCLETIANA 284. IV. versionem Bibliorum adornat Symmachus. V. edit Origenes, & adornat VI. nempe, Tetrapla, Hexapla, Octapla. TALMUD absolutum per R. Jochanan.

CNIVA Gothorum rex Mysiam, Thraciam, Asiam vastat. VANDALI à Gothis expulsi Pannonias XL. annis incoluere: qvo etiam contenderunt Gothi.

FLORENT Jul. Africanus, Herodianus, Dion Cassius Nicænus, Volcatius, Gallicanus, J. Capitolinus, Lampridius, Vopiscus, Spartianus, Censorinus, HISTORICI. Plotinus auditor Ammonii, Amelius, Porphyrius, Al. Aphrodisæus, Stobæus, PHILOSOPHI: Q. Serenus & Oppianus, POETÆ. Papinianus, Ulpianus, Pomponius JCTI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SECULUM DIOCLETIANI ET ORIGENIS,

III. POST CHRISTUM.

A.C.	*Imper.*	*Got.Svec.*	*Oſtrogot.*	*Dan.*	*Franc*	*Parth.*	*Scot.*	*Pontif.*
211	Caracalla &							Zephen-
	Geta.	Nearchꝰ.		QVINq;				nus.
217	Macrinus.			REGNI	Chil	Artaba-	Ethodius	
218	Heliogabalꝰ.	Frotho.	Iſarna.	GUBER-	deri	nus IV.	II.	
222	Severus Al.	Urbanus.	Oſtrogo-	NATO-	cus	PERSÆ.		Calixtus.
235	Maximini.		tha, qvi	RES.	Bar-	Artaxer-		Urbanus.
236	Gordiani.		Faſtidã	Halda-	the-	xes.	Athirco.	Pontianꝰ
238	Gordianꝰ III.		Gepida-	nus III.	rus.	Sapores I		Anterus.
244	Marcus & Se		rum re-		Clo-			Fabianus
	verus.	Oſtanus I	gem re-		dius		Nathalo-	
	Philippi.	Attilus	pulit.		II.		cus.	
250	Decius.	III. Svec.	Cniva &					
252	Trebonianꝰ.		Unilt.					Corneliꝰ.
253	Æmilianus.	Fiolmꝰ G.	diverſis				Findochꝰ	Lucius.
	Valerianus.	Sverche-	locis.					Stephanꝰ
259	Gallienus.	rus I. G.		Haraldus		Hormis-		Sixtus II.
	xxx. Tyranni	Valander	Ovida &	III. cæſus		da.		Dionyſiꝰ.
268	Fl. Claudius.	Goth.	Athal.	à Ringo-		Vardanes	Donaldꝰ.	Felix.
270	Qvintilianꝰ.	Visbur G.		ne rege		I.		Eutychi-
	Aurelianus.	Domal		Svec.		Vardanes	Donaldꝰ.	anus.
273	Tacitus.	der G.				II.	inſulanus	Cajus.
275	Probus.	Domarꝰ			Gval-	Vardanes		Marcelli-
276	Carus.	Goth.			the-	III.	Crathi-	nus.
282	Diocletianus	Dignerꝰ S			rus.		linthus.	
284	Maximini-	Dagerꝰ S.	Heide-			Narſes.		
	anus.	Alaricꝰ S.	rich.					

VII. VIII. IX. X. PERSECUTIONES ſub Maximino, Decio, Valeriano, Diocletiano. Æra Diocletiana martyrum incipit 284.

AMMONIUS & ORIGENES ejus diſcipulus, Alexandriæ: Minutius Felix Romæ: Georgius Neocæſarienſis Thaumaturgus: Cyprianus Carthagine: Cyrillus Antiochiæ: Methodius: S. Laurentius: Dorotheus: Lucianus martyr, PATRES ECCLESIASTICI. Paulus Thebæus, PRIMUS EREMITA.

NOVATUS, Qvartadecimanni. Sabellius, Cathari, Hierarchitæ, Paulus Samoſatenus, Manes, HÆRETICI.

** CAN.

A.C	Imperat.	Got. Svec.	Oſtrogoth	VVeſtgoth.	Dan.	Franc.	Perſ.	Scot.	Pontif.
304	Severus	Ingema-				Dagober-	Mis-		Mar-
	& Maxi-	rus I. ſeu				tus.	dates.		cellꝰ.
	minus.	Ingo II.							
306	Conſtan-	Ingellꝰ I.							
	tinus &	Germun							
	Maxen	dus.							
	tius.								
309	Licinius.	Ringo al.	Geberich		Ringo al.	Clodiꝰ III		Fincor-	
337	Conſtan-	Haqvi-	&		Haqvinꝰ,	Clodo-		machus	Euſe-
	tinus.	nus rex	Achiulph		rex Svec.	mirꝰ V.			bius.
	Conſtan-	Dan.			Hetha re-	Richime	Sapo-		Milti-
	tius.				gina.	rus.	res II.		ades.
	Conſtans		Wul-		Olo f. O	Theodo-			Silve-
361	Julianus.		dulph &		laus II.	mirus.			ſter.
363	Jovianus.		Ermen-		Omundꝰ	Clogio			Marcꝰ
364	Valenti-		reich, al-		Siwardꝰ.	IV.			Libe-
	nianus.	Egillus.	ter Ale-		Jarmeri-	Marco-			rius.
	Valens.		xand M.	Friti-	cus.	mirꝰ M. V		Roma-	Felix.
378	Gratianꝰ.			gernꝰ	Broderus	HINC		chus.	Dama-
	Valenti-	Gotha-	Valera-	& A-	Siwar-	MERO-		Auguſti-	ſus.
	nianꝰ II.	rus IV. al.	vans &	laviꝰ.	dus III.	VINGI		anus	
379	Theodo-	Hothe-	Hunni-	Atha-	Snio,	REGES	Arta-	Fethel-	
	ſius M.	rus II.	mund.	nari-	poſt qvē	IN GAL-	xer-	machus.	
395	Arcadius	Faſtho.	Winther	cus	reges	LIA.	xes.		Siricꝰ.
	&		&	Ala-	Dan. per		Sapo-	Eugeniꝰ.	Ana-
	Honoriꝰ.		Thoris-	ricꝰ &	ccc. an-		res		ſtaſiꝰ.
		Gudmū-	mund.	Rade-	nos non		III	SCOTI	
		dus.		gaſt.	legūtur.		Var-	EXPUL	
		Adelus.					danes	SI per	
							IV.	27 annos	

INDI converſi per Frumentium & Ædeſium ; IBERI per mulierem captivam.
ÆRÆ INDICTIONUM initium 312. CONCILIUM OECUMENICUM I. NICÆNUM contra Arium 325 ; CONSTANTINOPOLITANUM contra Macedonios 381.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

VII. Verſionem Bibliorum Lucianus martyr, & VIII Heſychius adornant. ULPHILAS Gothorum Epiſcopus Biblia in lingvam Gothicam vertit. HIERONYMI duplex verſio Latina, una ex Hebræo; altera ex LXX. interpretibus.

SAPORIS, LICINII & ARIANORUM contra Chriſtianos & Orthodoxos perſecutio.

IN GALLIA novum regnum Burgundicum Arelate per Gundiochum exiſtit. IN MORAVIA & HUNGARIA LONGOBARDI ſub Agelmundo 393. regnũ condunt, ex Saxonia &Rugia progresſi. VANDALI ſub Viſmaro ab Oceano profecti ad paludem Mœotiden, & inde in Pannoniam. VEDEMUTUS princeps Borusſiæ, XII filiorum pater, juxta qvorum numerum Borusſia in XII provincias diviſa.

FLORENT Arnobius, Lactantius, Athanaſius, Euſtathius Antiochiæ, Didymus cœcus Alexandriæ. Hilarius Pictavienſis, Cyrillus Hieroſolymitanus, Hegeſippus alter, Philaſtrius, Baſilius M. Cæſareæ, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nysſenus, Epiphanius, Ambroſius Mediolani, Chryſoſtomus Conſtantinopoli, Ephrem in Syria, Vigilius, Theophilus Alexandriæ, S. Martinus in Gallia, Hieronymus, PATRES ECCLESIASTICI: Hilario monachus, Paulus Antonius & Johannes, EREMITÆ: Euſebius, Ammianus Marcellinus, Rufinus, S. Aur. Victor, Sextus Rufus HISTORICI: Claudianus, Auſonius, Juvencus Hiſpanus, Sedulius, POETÆ: Macrobius, Jamblichus, Libanius ſophiſta, Chalcidius, PHILOSOPHI: Donatus, GRAMMATICUS: Victorinus, RHETOR: Vegetius, Theor, Pappus, MATHEMATICI: Julius Maternus Firmicus, ASTRONOMUS: Hillel, COMPUTI JUDAICI AUTOR.

HÆRETICI, Arius, Donatiſtæ, Macedonius, Photinus, Apollinaris, Anthropomorphitæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SECULUM THEODOSII II. ET AUGUSTINI,
V. POST CHRISTUM.

A. C.	Imp. Or.	Imp. Occ.	Got. Svec.	Oſtrog. Ital.	VVeſtrog. Hiſp.	Franc.	Perſ.	Scot.	Longob.	Pontif.
400	Arcadius	Honorius.			Athaulphus.	PHARAMUND I. rex Galliæ ex Germ.	Isdigerdes M. Vardanes V. Vardanes VI.	Fergusius Scotos reſtituit, ſecundus regni conditor		Innocentius I.
408	Theodoſius II.	Johannes Valentinianus.	Oſtanus II.	Theodemirus.	Segerich. Wallia.	Clodius crinitus. Merovingus.			Agelmund Lech.	Zoſimus. Bonifacius I. Celeſtinus I.
450	Martianus.	Anicius Maximus Avitus.	Ingemarus II al. Ingo III. Holſtanus I. G. & Biorno II. S. qvi Daniam victo Svio ſubegit.		Theodorich.	Childericus I.	Perozes.		Childeoch.	Sixtus II. Leo M.
457	Leo Thrax.	Majoranus. Severus.		THEODORICUS VERONENSIS.	Thoriſmund.	CLODOVEUS ſeu Ludovicus Magnus, primus Chriſtianus.	Bleſes	Eugenius II	Gedeoch.	Hilarius.
473	Leo II.	Anthemius.			Theodorich.					Simplicius.
474	Zenon Iſauricus.	Olybrius Glycerius Julius Nepos. Auguſtulus.	Ravaldus I. Svartmannus.		Enrich. Alaricus II.		Cadaves.	Dongardus. Conſtantinus.	Claſſo. Tado.	
491	Anaſtaſius II.	ODOACER Rugianus.	Tordo II	Amalaſventa.			Blaſes.	Congallus.	Wacon.	Felix III.

CONCILIUM OECUMENICUM III. Epheſinum contra Neſtorium 431 IV. CHALCEDONENSE contra Eutychen 451.

ATTILA irrumpit in provincias Romanas. Inde Venetiæ conditæ.

VANDALORUM REGES Karock, Godegiſilus, Gunderich, Genſericus, qvi per Germ. & Gall. irrupit in Hiſpaniam & Africam: Hunerich, Gundabund.

RUGIORUM REGES, Flactitetus: Feltetus, Attilæ amicus: Zuba: Odoacer, qvi Romam 476 occupavit: Frater ejus Feltæff & nepos Hunholf. Amicus ejus Rudolphus HERULUS.

SVE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SVEVORUM rex Hermenreich 436 una cum Vandalis abiit in Hispaniam: cujus ibi posteri Rechila, Recciar, Masdra, Frumarius, Remismund.

GOTHI de se Narbonensem provinciam præfectis Romanorum ereptam vocant Langvedocum, q. terram Gothorum.

HENGISTUS dux Saxonum transit cum Anglosaxonibus in Britanniam, fortiter reluctante Arthuro, & fundamenta jacit novi regni. Et Britannorum multi pulsi consident in BRITANNIA GALLIÆ MINORE.

BRABANTI sub Landone, desertis Romanorum partibus, transeunt ad reges Galliæ.

BAVARORUM GENS Francis submissa, regibus eorum peremtis cœpit sub ducibus degere, qvorum primi nominantur Adalgerius & Theodo.

FLORENT Augustinus Hipponensis: Rufinus Aqvilejensis: Paulinus Nolanus: Gennadius Constantinopolitanus: Severinus Noricorum episcopus: Theodoretus: Cassianus: Isidorus Pelusiota: Vigilius: Salvianus: Synesius: Sedulius: Remigius: Simeon Stylita: Hilarius Arelatensis: Vincentius Lirinensis: Cyrillus Alexandrinus: Arnobius junior: Palladius Scotorum Episcopus, PATRES ECCLESIATICI: Orosius, Serv. Sulpitius, Socrates, Sozomenus, Eunapius, Zosimus, HISTORICI: Hesychius LEXICOGRAPHUS: Proclus MATHEMATICUS: Prudentius, Fortunatus, Nonnus Panopolitanus, Sidonius Apollinaris, Prosper Aqvitanicus, POETÆ.

Nestorius, Pelagius, Eutyches, HÆRETICI.

CODEX THEODOSIANUS prodit, in qvo constitutiones sunt principum Christianorum: sicuti seculo II. GREGORIANUS & HERMOGENIANUS, sic dicti à compilatoribus codices, per Adrianum editi prodierunt. Qvæ post codicem Theodosianum constitutiones peculiariter collectæ sunt, dicuntur NOVELLÆ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

A.C.	Imp.	Got.Svec	Ital. ex Gothis.	Hisp. ex Gothis.	Franc.	Pers.	Scot.	Longob.	Pontif.
518	Justinus.	Rodolphus.	Athalaricus.	Gensalaricus.	Childebertus.	Cavades redux. Costhoes I. Magnus. Hormisda. Costhoes II.	Goranꝰ, cujus tempore Arthurus in Brit.	Waltharith.	Hormisda. Johannes I.
527	Justinianꝰ	Hathinꝰ II.	Theodohatus.	Amalaricus. Theudes			Eugenius	Andoinꝰ.	Bonif. II. Johan. II.
		Assilus.	Vitiges. Ildobald. Araricus.	Theodogisilus.	Clotarius I.		Congallus.	Alboinus	Agapetus I.
565	Justinus.	Tordo III.	Totilas. Tejas.	Agila. Athanagildus.	Aribertꝰ Childericus I.		Kinnatellus.	Clephis.	Silverius. Vigilius.
577	Tib. Constantinꝰ.	Algothꝰ LLator.	EXARCHI Ravennæ ab anno 569 per 182 annos.	Liuba & Leovigildus. Richaredus, primus orthodoxus, qvũ priores essent Ariani.			Aidanus.	Autharius.	Pelagiꝰ I. Joh. III. Benedictus I.
583	Mauritiꝰ.				Clotariꝰ II.			Agilulfus.	Pelag. II. Gregorius M.

Concilium Oecumenicum Constantinopolitanum II. contra Origenis errores & reliqvias Nestorianas & Eutychianas. Armeni fiunt Christiani. Dionysius Exiguus abbas Romanus condit Æram Dionysianam à Christo nato qvo hodie utimur.

Bellisarii & Narsetis victoriæ. Ludericus Bock post ejecta Romanorum præsidia emergit in Flandria. Zechus in Bohemia & Lechus in Polonia.

Vandalorum Reges in Africa, Thrasimund Theodorici Veronensis gener, Hilderich, Gilimer ultimus in Africa, captus à Bellisario & peremtus 534.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SVEVI IN HISP. Theodomir, Miro, Eburich, Andicas à Leodigildo Oſtrogotho rege in Hiſp. pulſus.
CHAGANUS Turca provincias Romanas late populatur.
HUNNI, receptis ad ſe ex Oriente Avaribus, arma Chagani Turci fugientibus, Pannonias 567 recipiunt, cum inde Gepidarum rex Cunimundus in Italiam abiisſet, evocatus ab Alboino Longobardo.
FLORENT Caſſiodorus, Symmachus, Boethius, Fulgentius, Ennodius, Gregorius M. Johannes Silentiarius, Iſidorus Gazæus, Venator, Junilius, Arator, Dracontius, PATRES & POETÆ. Petrus Diaconus, Procopius, Jornandes, Agathias, Marcellinus comes, Gregorius Thuronenſis, Evagrius, HISTORICI: Themiſtius, Simplicius, Damaſcius, PHILOSOPHI; Tribonianus, Theophilus, Dorotheus, JURISCONSULTI.
Prodeunt CODEX JUSTINIANEUS imperatoriarum conſtitutionum; PANDECTÆ ſeu Digeſta ex veterum JCtorum libris; qvatuor libri INSTITUTIONUM juris, & liber AUTENTHICARUM ſeu NOVELLARUM conſtitutionum.

SECU.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SECULUM MACHOMETI, VII. POST CHRISTUM.

A. C.	*Imper.*	*Svec.*	*Hisp.*	*Franc.*	*Pers.*	*Scot.*	*Longob.*	*Pontif.*
601	Phocas.		Luiba.			Kennethꝰ		Sabinian
611	Heraclius	Osta-	Vitericus	Dagober-	Siroes.	Eugenius	Adel-	Bonif. III.
		nꝰ III.	Gunde-	tus M.	Adhesir.	IV.	wald.	Bonif IV.
		Ar-	mar.		Sarbaras.			Theodatꝰ
641	Constan-	thus	Sisebutus	Clodo-	Bornanas.	Ferchar-	Arioald.	Bonif. V.
	tinus IV.		Richare-	veus II.	Hormisda.	dus.		Honorius
642	Heracle-	Ha-	dus II.	Clotha-	SARACE-		Rotharis.	Severin. I.
	onas.	qvi-	Svintilla	rius III.	NI.	Donal-		Johan. IV
		nꝰ III.	&		Bubacus so-	dus IV.	Rodoald.	Theodorꝰ
649	Constans		Sisenan-		cer Macho-			Martinus
		Ca-	dus.	Childeri-	metis.			Eugeniꝰ I.
668	Constan-	rolus	Tulga.	cus II. &	Omarus.	Ferchar-	Aribert.	Vitalianꝰ.
	tinus V.	IV.	Chindas-	Theodo-	Hormannꝰ.	dus II.	Gûdebert	Theodat.
	pagona-		wind.	ricus.	Haly.	Maldui-		II.
	tus.	Ca-	Rekkes-		Ahaken.	nus.	Berthariꝰ	Donus.
685	Justinia-	rolus	wind.	Clodo-	Muavia I.	Eugenius	Grimo-	Agatho.
	nus II.	V.	Bamba.	veus III.	Jezid.	V.	ald.	Leo II.
686	Leontius	Bir-	Ervigius.	Childe-	Muavia II.	Eugenius	Garibald	Bened. II.
687	Apsima-	gerus	Egica.	bertus II.	Marvanꝰ.	VI.	Cunibert	Joh. V.
	rus.				Abdeme-	Amber-		Conon.
					lech.	kelethus.		Sergius.

CONCILIUM OECUMENICUM VI. Constantinopolitanum III. contra Monothelitas.

FRISIORUM CONVERSIO per Willebrodũ Anglum & Ulfranum episcopum Senonensem; FLANDRORUM per Eligium; WESTPHALORUM per Evaldos duos: & aliorum Saxonum per Berimum ab Honorio Papa missum. EPISCOPATUS WORMATIENSIS fundatus.

COSRHOES II. eripit Christianis Hierosolymam. Sed eã postea Saraceni 636 occupant.

MACHOMETANUM SARACENORUM REGNUM incipit anno 622. qvæ est Hegira seu Æra Arabum. SARACENI etiam condunt in Africa, duce Hucobo, REGNUM CARVENUM & late fines illius propagant.

SLAVI Pannoniam & Moraviã, invitante Constantino Pogonato, cœperunt incolere.

REGNũ NAVARRÆ incipit sub Ennico Arista 629. Primus dux Venetus Paulutius 697.

FLORENT Gregorius Turonensis, Isidorus Hispalensis, Maximus Cæsar Augustanus, Jonas Anglus, S. Arnulphus & S. Clodulphus ex majoribus Caroli M. in Gallia. PHILOPONUS Grammaticus & Philosophus, CALLINICUS repertor ignis Græci.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SECULUM CONTROVERSIÆ ICONOMACHICÆ, VIII. POST CHRISTUM.

A C.	Imperat.	Svec.	Dan.	Hisp.	Franc.	Sarac.	Scot.	Longob.	Arr. & Nav.	Pontif.
			Bior-	Vitiza.	Dago-	Ulid I.	Euge-	Luitpert	724. Garsias Ximenius Goth. Garsias Enecus.	Joh. VI.
711	Philip-	Ericꝰ	no.	Costa &	bertus II.	Soliman.	nius	Ragum-		Joh. VII.
	picus.	VI.	Ha	Rodericꝰ	Clotari	Omarus	VII.	bert.		Sisinnꝰ I.
713	Anasta-	Tho-	raldꝰ	*In Legione*	us IV.	II.		Aribert.		Constan-
	sius II.	rillus	IV.	*& Astu-*	Chilpe-	Jezid II.	Mor-	Asprand.		tinus I.
715	Theodo	ab	Gor-	*ribus.*	ris II.		dacus	Luit-		Greg. II.
	sius III.	Ha-	mo I	Pelagius	Theo-	Ochon.		prand.		Zacha-
716	Leo	raldo	Sige	716.	doricus		Ethi-	Hilte-		rias.
	Isauri-	IV.	fridꝰ	Favila.	II.	Ulid II.	nus.	brand.		Stepha-
	cus.	Dan.	socer	Alphon-	Childe-	Jezid III.		Rachi-		nus II.
		R. cæ-	Wit-	sus I.	ricus III.	Ebrahem	Euge-	sius.		Paulus I.
741	Constã-	sus.	te-	Froila.	CARO-	Marva-	nius	Aistul-		Constan-
	tinus VI.	Bior	kindi	Aurelius.	LINGI.	nus II.	VIII.	phus.		tinus II.
		no III	Go-	Silus.	Pipinus	*Hinc*	Fer-	Deside-		
		pri-	tricus	Alphon-	brevis.	DUO	gusi	rius.		Stephan.
775	Leo IV.	mus	hostis	sus II.	CARO	CALI-	us III.			III.
780	Irene &	Chri-	Ca-	Maurega	LUS M.	PHÆ.	Sol-	CARO-		
	Constã-	stianꝰ	roli	tus.		I. in Bab.	vatiꝰ	LUS M.		Adrianus
	tinus	Alari-	M. &	Veremũ		I. in Æ-	A-			Leo III.
	VII.	cꝰ III.	Bior-	dus.		gypt.	chaiꝰ			
			nonis IV. Svec. R.							

CONCILIUM OECUM. VII. NICÆNUM II. in qvæstione de imaginibus: cui oppositum est Concilium FRANCOFURTANUM. Australis Germania convertitur per Wenefridum, dictum Bonifacium. Parisiensis, Patavina, Papiensis, Tolosana scholæ fundatæ.

IN POLONIA Cracus, Lechus II. Venda, Primislaus seu Lescus I. IN BOHEMIA Cracus, Lybussa, Primislaus. Islandia inventa per Naddocum, piratam Norvegiæ.

CAROLUS MARTELLUS in Gallia multis victoriis clarus, avus Caroli M.

WITTEKINDUS in Saxonia, à bellis adversus Carolum M. clarus. BRUNO Wittekindi frater, stirps ducum inferioris Bavariæ.

SARACENI in Hispaniam penetrant 713. & duo ibi regna condunt, Cordubense & Granatense. Iidem incipiunt esse sub Calyphis duobus, uno Babylonico & altero Ægyptio. Arpad ex posteris Attilæ recuperat Hungariam.

FLORENT S. Bonifacius, primus Moguntiæ archiepiscopus: Beda venerabilis: Alcuinus: Ægidius monachus, Poeta Græcus.

SE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

A.C.	*Imp. Germ*	*Imp. Græc.*	*Svec.*	*Dan.*	*Leg. & Cast.*	*Arr. & Nav.*	*Gall.*	*Sarac.*	*Scot.*	*Angl.*	*Pol.*	*Pontif.*
800	Caro-		Bior-				Caro	Ara-	Con-	Eg-	Lescꝰ	
	lꝰ M.	Nice-	no IV				lꝰ M	chid.	gallꝰ.	bertꝰ	II.	Stepha-
		pho-	pri-					Macho		Sax.	post	nus IV.
		rus.	mus			Fortunius I.	Lu-	met.	Don-		Pri-	Paschalis
		Stau-	Chri-	Olaꝰ			dovi	Maha-	gallꝰ.		mis-	I.
		ratiꝰ.	stianꝰ	III.			cus I.	mus.		Edel	laū	Eugenius
		Mi-	Brate	Hem-			pius	Mata-	Alpi-	wol	seu	Valenti-
		chael	mun-	min-			Ca-	con.	nus.	fus.	Le-	nus.
814	Lu-	I.	dus.	gus.			rolus	Vacecus	Ken-		scū	Greg. IV.
	dovi-	Leo	Siwardus,		Alphō-	Sanctius I.	calvꝰ	Almo-	nethꝰ		I.	Sergius II
	cus I.	V.	Gotrici		sus III.		Lu-	to.				Leo IV.
	pius.	Mich	nepos.		M.		dovi		Do-	Edel		Johanna
		II.	He-	Rin-	Raymi-		cus II	Monta	nal-	wald		VIII.
		The-	rothꝰ	go.	rus.		balbꝰ	cer.	dus		Lescꝰ	Bened III
840	Lo-	ophi-	Ca-	Ha-	Ordo-		Lu-	Abul.	IV.		III.	Nicolaus
	thari-	lus.	rolus	raldꝰ	nius I.	Ennicus.	dovi-	Mosta-				Adrianus
	us I.	Mich	vi, cæ	V.	Alphō-		cus &	hin.	Con-	Edel-	Popi-	Joh. IX.
847	Lu-	III.	sus à	Re-	sus III.		Ca-	Alma-	stan-	bert.	clus I.	Martinus
	dovi-	The-	Re-	gnerꝰ	M.		rolo-	tez.	tinus		Popi-	II.
	cꝰ II.	odo-	gne-	Lod			man.	Mota-	II.		elus	Adrianus
875	Caro-	ra.	ro	brog.			Ca-	dus		Edel	II.	III.
	lꝰ Cal-	Basi-	Dan.	Si-		Garsias Ennici.	rolus	870.	Ethus	ret.		Steph. V.
	vus.	lius	Bior-	war-			cras	*Jacobus*	Etho		Pia-	Formo-
877	Lud.	Ma-	no V.	dꝰ III.			sus.	*Leysius*	Gre-		stus è	sus I.
	III.	cedo.	Dan.	Ericꝰ			Lu-	*Sarace-*	gorіꝰ	Al-	ple-	Bonifa-
	Balbꝰ	Leo	Ingel-	I.	Garsias.		dovi	*nis Per-*	Do	fre-	be.	cius VI.
879	Car.	VI.	lꝰ II.	Ericꝰ	Ordo-		cꝰ in	*siam eri-*	nal	dus.	Zie-	Stepha-
	Crass.		Olaꝰ	II.	nius II.	Fortunius.	utilis	*pit.*	dus		mo-	nus VI.
887	Ar-		I.	Ca-	Froila		Otto	*Hinc*	V.		vitus.	Romanꝰ.
	nul-		Ingo	nutꝰ I.	leprosꝰ.		ex	*Sultana*			Lescꝰ	Theod. II.
	phus.		IV ge-	Fro-	Alphō-		stirpe	*tus va-*			IV.	Joh. X.
893	Lud.		ner	tho	sus IV.		Wit	*rii.*				Benedi-
	IV.		Re-	VI.			te-					ctus IV.
			gneri	Gor-			kindi.					
			Dan.	mo.								

Haraldus V.

Con-

CONCILIUM MOGUNTINUM contra Godescalcum de libero arbitrio. Methodicus, Illyricus & Cyrillus docent in Slavonia & lingva vernacula peragunt sacra.

SEPTIMA PLANETARUM REVOLUTIO 819. tristis ecclesiæ propter decrementa veritatis.

RUDOLPHUS, primus regum BURGUNDIÆ recentiorum: Richardus primus dux Burgundiæ: REGINALDUS primus dux LOTHARINGIÆ: BALDUINUS, primus comes FLANDRIÆ: THEODORICUS I. HOLLANDIÆ. Berengarii conatus in Italia: BAVARIA INTERIOR in feudum concessa Henrico comiti Altorfensi à Ludovico Germanico.

IN BOHEMIA Wenceslaus, qvi condidit Vratislaviam, Cremomislaus, Neclan, Nostritius, Borivorius, Stoymirus.

IN MORAVIA Rastitius à Ludovico rege Germaniæ excæcatus, Hormidorus, Svatobogius, Svatoplucus.

IN MECHLENBURGIA & VICINA VANDALIA Aribertus rex, ejusq; dux Wizandus, Bilungus seu Withacus, Miroslavus, Ratiborus, Slaomirus, Rastizius. Gestimulus REX RUGIÆ.

EGBERTUS Britannico & Saxonico nomine in Anglia deleto, & plerisq; principatibus ad se tractis, rex Angliæ salutatur.

RORICUS ex Borussia novum in Moscovia regnum condit.

HARALDUS pulcricomus, Danus, 858 expulsis omnibus regulis obtinet totam Norvegiam: Islandia constituitur libera respublica.

SARACENI Cretam occupant.

FLORENT Paulus Diaconus, Eginhartus historicus, Rabanus Maurus, Strabus glossæ ordinariæ autor, Haymo, Photius patriarcha, Otfridus, Theophylactus, Oecumenius, Simeon metaphrastes, Michael Psellus, Anastasius bibliothecarius: Albategnius & Albumasar mathematici. ANSGARIUS Gallus, monachus Corbejensis, episcopus Hamburgensis & Bremensis, Hincmarus, archiepiscopus Rhemensis.

f SE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

A.C	Imp. Ger.	Imp. Græc.	Svec.	Dan.	Caſtill.	Arrag.	Gall.
911	Conradus I.	Alexander.	Ericus VII.			Sanctius I	Carolus III. ſimplex.
919	Henricus I. Saxo auceps.	Conſtantinus VII. Zoe.		Gormo.	Raymirus II. Ordonius III.		Rudolphꝰ dux Burg.
936	Otto I. M. Saxo.	Romanus I. Conſtantinus IX. Stephanus. Chriſtophorus.	Ericus VIII. Ericus IX. al. Stenchillus, qvi etiá rex Daniæ, ejecto Svenottone	Haraldus VI. Chriſtianus.	Ordonius IV. Sanctius I	Garſias II.	Ludovicꝰ IV. Lotharꝰ. Ludovicꝰ V. CAPETINGI.
973	Otto II.	Romanus II. Romanus III. Nicephorus II. Joh. Zimiſca		Sveno ſeu SVENOTTO.	Raymirus II. Veremûdus II.	Sanctiꝰ II.	Hugo Capetus, comes Andegav.
983	Otto III.	Baſilius & Conſtant. X.	Olaus II.		Alphonſus V.	Garſias III	Robertus pius.

LEOPOLDUS illuſtris, primus Auſtriæ marchio ab Ottone II creatus: SIGFRIDUS, primus Brandenburgicus marchio: BRUNO, Henrici rixoſi filius, Brunsvigæ dominus, ſtirps marchionum Saxoniæ & Thuringiæ: HERMANNUS BILUNGUS, dux Saxoniæ creatus, & Nordalbingia ſeu Holſatia ei commiſſa: HENRICUS Henrici I. imp. filius, primus dux Bavariæ: Arnulphi imp. filius RAPOLDUS, ſtirps comitum Andechſianorum. ROLLO, GVILIELMUS I. Richardus I. & II. Robertus I. duces in Normannia.

IN POMERANIA Barnimus, Wenceslaus, Meſtibojus, Mizlaus, Grimmius ſtirps principum Rugiæ, & Meſtibojus ſtirps ducum Pomeraniæ & Mechlenburgiæ.

OTTO ſeu HATTO Bonosus, à muribus corroſus, & Willigiſus patre rhedario genitus, qvi in inſigniis primus rotam depinxit, epiſcopi Moguntini.

BURGUNDIÆ REX ULTIMUS RUDOLPHUS regnum teſtamento relinqvit Conrado II. duci Franconiæ, poſtea imperatori. Genua eripitur à Saracenis.

WOLO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

X. POST CHRISTUM.

Sarac.	*Scot.*	*Angl.*	*Hung.*	*Polon.*	*Bohem.*	*Moſcov.*	*Pontif.*
	Conſtan	Adelſtanꝰ			Spitignæꝰ		Leo V.
	tinus III.			Zemo-	poſt Bo-		Chriſtoph. I.
				miſlaus.	rivoriũ		Sergius III.
Calypha-					primum		Anaſtaſ. III.
ſum po-		Edmun-	Toxis.		Chriſti-	Olga,	Landus I.
teſtas vi-		dus I.			anum.	Chriſti	Joh. XI.
leſcit,		Eldredus.		Miciſlaus	Vratiſlaꝰ.	ana fa-	Leo VI.
Sultanis			Gaiza I.	Chriſti-		cta, He-	Stephan. VII.
omnia	Milcolũ-	Edvinus I.	Chri-	anus.		lena di-	Joh. XII.
ad ſe ra-	bus.		ſtianꝰ.		S. Wen-	cta.	Leo VII.
pientibꝰ	Indulfus.	Edgarus.			ceſlaus.		Steph. VIII.
& cum	Duffus.	Eduardus			Boleſlaus		Martinus.
Turcis	Culenus.	II.			I.	Sventos-	Agapetus.
varia bel-						laus.	Joh. XIII.
la geren-					Boleſlaus	Wolodo-	Leo VIII.
tibus.	Kennethꝰ	Edelbre-			II.	mirus in	Bened IV(V)
	Conſtan-	dus.				baptiſmo	Joh. XIV.
	tinus IV.	SVENOT-	S. Ste-	Bolislaus	Boleſlaus	dictus Ba-	Donus II.
	Grimus I.	TO.	phanus	I. Chrobiꝰ	III.	ſilius.	Bened. VI.
							Bonif. VII.
							Bened. VII.
							Joh. XV.
							Joh. XVI.
							Joh. XVII.
							Greg. V.
							Joh. XVIII.
							Sllveſter II.

WOLODOMIRUS DUX MOSCOVIÆ baptiſatur, dictus Baſilius.

FLORENT Reginо abbas, Luitprandus, Witichindus, Frodoardus HISTORICI: Vitellio, OPTICUS.

A. C.	Imp. Ger.	Imper. Græc.	Svec.	Dan.	Caſtil.	Arrag.	Gall.
1002	Henricus					Sanctius	
	S. II.		Amundus		Veremū-	III. major.	
		Roman9 IV.	II.	Canutus	dus III.		
		Zoe.		M.	REGES		
1024	Conra-	Michael IV.	Amundus		CASTI-	Raymi-	
	dus II. Sa-	Michael V.	III.		LIÆ EX	rus.	
	liqvus	Conſtanti-	Haqvinus	Canutus	REGIB9		Hericus I.
	Francus.	nus XI.	IV.	III.	ARRA-		
1039	Henricus	Theodora.	Stenchil-	Sveno III.	GONIÆ		
	III. niger.	Michael VI.	lus II.		Ferdinan		
		IſaciusCom-	Ingo III.	Haraldus	dus I.		
		menus.		VII.			Philippus
		Conſtantin,				Sanctius	I.
		XII.				IV.	
1056	Henricus	Eudocra.	Haſtanus		Sanctius		
	IV. ſenior.	Romanus V.	II.	Canutus	II.		
		Mich. VII.		IV.	Alphon-		
		Niceph. III.	Philippus	Olaus fa-	ſus VI.		
		Alexius Cō-		melicus.		Petrus I.	
		menus.		Ericus IV.			

Bellum Sacrum in qvo tandem Hieroſolyma Saracenis 1099 erepta.

Norvegia & Islandia per regem Olaum Tryggonem converſa.

In Normannia duces Gvilielmus Conqveſtor, qvi Angliam occupavit, Tancredus & ejus XII. filii, in qvibus Rogerius Bosſus, comes Siciliæ & Robertus Gviſcardus, dux I. Apuliæ.

Initium Reip. Genuensis: item Comitatus Moriennæ inter Allobroges per Hugonem Saxonem: item Comitatus Geldriæ per Ottonem Nasſovicum: Comitatus Schaumburgiæ per Adolphum: novi Regni Tingitani In Marocco & Fessa per Albul Texif.

Ultimus Rex Burgundiæ Rudolphus, & Burgundiæ diviſio in inferiorem ducalem & ſuperiorem ſub comite.

Inter Turcas floret Tangrolipix, Dogriſſa, Aſpaſales, Melecla, Axanes, qvi Damaſcum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Sarac.	*Scot.*	*Angl.*	*Hung.*	*Polon.*	*Bohem.*	*Mu-ſcov.*	*Pontif.*
	Milco-	Canutus	Petrus				Johannes XIX.
	lumbus.	M.	Aleman-		Jaromirꝰ.	Jaros-	Johan. XX.
		Edmun-	nus.		Udalricus	laus.	Sergius IV.
		dus II.	Aba.	Micislaus	Bretislaus		Benedict. VIII.
		Haraldus.	Andreas.				Johan. XXI.
1036.	Donaldus	Edvardus				Jos-	Bened. IX.
Sultanus		III.		Interre-		laus.	Gregor. VI.
Perſiæ	Macbe-	Canutus.		gnum ſe-			Silveſter III.
Babylo-	thus.	Haraldus		ptennale.	Spitigne-	We-	Clemens II.
nem oc-		Svenonis.	Bela.	Caſimi-	us II.	ſe-	Damaſus II.
cupat,		Gviliel-	Salomon.	rus I.	Vratisla-	wal-	Leo IX.
Turcis in		mus.	Gaiza M.	Boleslaus	us pri-	dus.	Victor II.
auxilium	Miloco-	Gviliel-		II. pri-	mus rex		Stephanus IX.
vocati,	lumbus.	mus Con		mus rex			Bened. X.
qvorum	Denaldus	qveſtor.		Vladislaꝰ		Wo-	Nic. II.
dux Tan-	Banus.	Gviliel-	S. Ladis-	I. Her-	Interre-	lodo-	Alex. II.
grolipix.	Duncanꝰ.	mus ru-	laus.	mannus.	gnum.	mirꝰ	Gregor. VII.
	Edgarus.	fus.	Colomã-			II.	Clemens (III)
			nus.				Victor III.
							Urbanus II.
							Paſchalis II.

maſcum occupavit. Floret item SULTANATUS SEBASTIENSIS & ICONIENSIS, inq; eo Cutlumuſes & Solimannus, qvi Nicæam occupavit. Genuenſes & Piſani Saracenis eripiunt Siciliam & Corſicam.

FLORENT Zonaras: Hermannus Contractus: Cedrenus: Lamb. Schaffnaburgenſis: Joh. Curopalates: Marianus Scotus: Xiphilinus, Nicetas: Petrus Damianus: Benno Cardinalis: Sigebertus, HISTORICI. LANFRANCUS incoat ſcholaſticam Theologiam, Haymo monachus, Anshelmus epiſcopus Cantuarienſis, Ivo ep. Carnotenſis, Gvido Aretinus, Muſicus. Avicenna & Mich. Pſellus, Philoſophi & Medici.

Initium ordinis Carthuſianorum per Brunonem.

Hæreſis Berengariana & Hiltebrandina.

Rabbenu Gerſchom & R. Moſe Hadarſchan, Hebræi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SECULUM FRIDERICI BARBDROSSÆ,

A. C.	*Imp. Ger.*	*Imp. Græc*	*Svec.*	*Dan.*	*Castil.*	*Arrag.*	*Portug.*	*Gall.*
				Nicolaus.				Ludovicus VI. crassus.
1110	Henricus V. junior.		Ingo IV.	Ericus V.	Urraca.	Alphonsus I.		Ludovicus VII.
1125	Lotharius II. Saxo	Joh. Cōnenus.	Ravaldus II. Sv. & Magnus I. G.	Ericus VI. Sveno IV.	Alphonsus (VII) VIII.	Raymirus. II.	1137. Alphonsus I.	
1137	Conradus III. Svevus.	Manuel Comnenus.	Svercherus II.	Canut9 V	Sanctius III. & Ferdinandus II.	Raymundus.		
1152	Fridericus I. Barbarossa.	Alexius II Andronicus. Angelus.	Ericus S. Carolus Svercheri Canutus.	Waldemarus I. Canutus VI.	Alphonsus VIII. & IX.	Alphonsus II. castus.	Sanctius I.	Philippus II. imperator.
1190	Henricus VI. asper.	Alexi9 III. Alexius IV.	Svercherus III.			Petrus catholicus.		
1197	Philippus							

HIEROSOLYMITANI reges sunt Gothofredus, Balduinus I. & II Fulco, Balduinus III Almericus, Balduinus IV. & V. Gvido, cujus tempore 1196 Hierosolyma amissa.

REGES SICILIÆ, Rogerius dux Apuliæ, Gvilielmus malus, Gvilielmus nothus, Rogerius II & III. Henricus VI. imp. Fridericus II. imp.

HENRICUS LEO, potentissimus princeps in Germania, variis provinciis exutus, quæ aliis sunt concessæ, ut Bavaria Ottoni V. Wittelsbachio Palatino; Saxonia electoralis Bernhardo comiti Ascaniæ; Marchia & Saxonia inferior Alberto Urso, comiti Ascaniæ & Anhalti.

GOTHOFRIDUS barbatus, dux I. BRABANTIÆ. LOTHARIO, comiti Qverfurtens, postea imperatori, Henricus V. SAXONIAM & NORDALBINGIAM in beneficium concedit. ADOLPHUM comitem Schwartzburgensem Lotharius Holsatiæ imponit comitem. HERMANNUS, primus marchio BADENSIS. FRIDERICUS I. comes HOHENZOLLERN & Burggrafius Noribergensis. POMERANIA per Ottonem episc. Bambergensem conversa. LIVONIA à Bremensibus detecta. Initium CRUCIFERORUM seu Ordinis Teutonici, item TEMPLARIORUM. Tumultus GVELFO-

RUM

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XII. POST CHRISTUM.

Sarac.	*Scot.*	*Angl.*	*Hungar.*	*Polon.*	*Bohem.*	*Muscov.*	*Pontif.*
	Alexan-	Henric9 I.	Stepha-				Silvester IV.
	der.		nus II.	Boleslaus			Gelasius II.
	David.	Stephan9	Bela II.	III. dis-		Wese-	Greg. VIII.
			cœcus.	tortus ſ	Vladis-	woldus	Calixtus II.
				Crivou-	la9 II.	II.	Honorius II.
				ſtus.	rex ſe-	Weſe-	Innocent. II.
Almocta		Henricus	Gaiza II.	Vladisla	cundus	woldus	Cœleſt. II.
li.		II. Hiber		us II.	per Fri-	III.	Lucius II.
		niam oc			dericū		Eugen. III.
		cupavit.			Barba-	Georgius	Anaſtaſ. IV.
Almo-	Milcco-		Stepha-	Boleslaus	rossā.		Eugen. IV.
ſtanged.	lumbus.		nus III.	IV. criſp9			Alexand. III.
	Guliel-		Ladislaus	Micislaus			Lucius III.
Almo-	mus be-	Richar-	II.	III. ſenex.		Demetri9	Urbanus III.
Rauzus.	neficiari-	dus I.	Stepha-		Primis-		Greg. VII.
	um ſe		nus IV.	Caſimir9	laus ſ.		Clemens III.
NacerLa	Angliæ		Bela III.	II.	Otto-		Cœleſtin9 III.
din.	regis pro-			Leſcus	carus.		Innoc. III.
	feſſus.		Emericus.	Albus.			

RUM & GIBELLINORUM. MICISLAUS dux Opolienſis & Teſchenſis. BOLESLAUS PROCERUS, dux Vratislavienſis.

IN SULTANATU Iconienſi Clizaſthianes, Aladinus, Gajazadinus Chriſtianus à Tartaris everſus.

SAMUCHUS dux Turcorum Aleppum occupat, pater Sangvini, qvi Niniven expugnavit, proavus Noradini, jurati illius Chriſtianorum hoſtis. ABDALA religionis prætextu regnum Tingitanum in Africa invadit.

FLORENT Bernhardus, Euſthathius Homeri interpres, P. Lombardus, Gratianus, Hugo de S. Victore, Petrus Comeſtor, Joh. Sarisberienſis, Azo, Helmoldus, Otto Friſingenſis, Gothofredus Viterbienſis, Sigebertus, Joachimus abbas, Guntherus poeta, S. Hildegardis, S. Eliſabetha, Averroes, Meſua, R. Sal. Jarchi ſeu Raſchi, Maimonides ſeu Rambam, Abenezra, Kimchi. Irnerius Wernerus Jurisprudentiam primus profitetur. Johannes de tempore Caroli M. armiger anno ætatis CCCLXI. in Gallia moritur.

PANDECTÆ PISANÆ Melphi à Lothario II. repertæ: qvæ ſeculo XV. dici cœpere Pandectæ FLORENTINÆ.

SECU-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

SECULUM INITII AUSTRIACORUM,

A. C.	*Imp.Ger.*	*Imp.Græc*	*Svec.*	*Dan.*	*Caſtil.*	*Arrag.*	*Portug.*	*Gall.*
1207	Otto IV.	Alexius V.		Wal-	Henricus	Jacobus		
1218	Fridericus	Balduinꝰ	Ericus X	de-	I.	I.	Alphon-	
	II.	&	Johannes.	marꝰ			ſus II.	Ludovi-
1250	Interre-	Theodorꝰ	Ericus XI.	II.				cus VIII.
	gnum, in	Laſcares.		Ericꝰ				
	qvo Con	Henricus.		VII.				
	radus IV.	Petrus.		Abel.	Ferdinã-		Sanctius	
	Wilhel-	Robertus	Walde-	Chri-	dus III.	Petrus M.	II.	
	mus.	Balduinꝰ.	marus.	ſto-	Alphon-	III.		Ludovi-
	Richardꝰ.	Joh. III.		phor.	ſus X. ſa	Alphon-		cus S. IX.
	Alphonſꝰ	Mich. VIII		I.	piens.	ſus III. be	Alphon-	
1273	Rudolphꝰ	Palæolog.		Ericꝰ	Sanctius	neficus.	ſus III.	
	I. Habsp.	Androni-	Magnus	VIII.	IV.	Jacobus		Philippus
1281	Adolphu-	cus.	Ladelås.	Ericꝰ	Ferdinã-	II. juſtus.		III. audax
	Naſſov.	Mich. IX.		IX.	dus IV.		Dionyſi-	Philippus
1298	Albertus I.	Conſtan-	Birgerus.				us.	IV. pulcer
	Auſtriacꝰ	tinus XIII.						

IMPERIUM GRÆCUM dividitur in Conſtantinopolitanum, Adrianopolitanum & Trapezuntinum.

IN SICILIA ſunt reges poſt Fridericum II. Conradus imperator, pater Conradini decollati, Manfredus à Carolo Gallo peremtus, Petrus Arragonus, Jacobus I. Fridericus, Andreas filius Andreæ II. regis Hungariæ, ſtirps ducum Crojæ. Veſperæ Siculæ 1282.

NEAPOLI Carolus I. Andegavenſis, Carolus II. claudus, ACTIOLINUS in Italia tyrannus.

MEDIOLANI floret Ubertus & Turriani. Initium ducatus Mutinenſis in Opizone. Initium confœderationis civitatum Hanſeaticarum. Otto II. primus elector, palatinus Rheni: Henricus infans, primus Landgravius Haſſiæ ex ducibus Bdabantiæ. Henricus illuſtris, primus Landgravius Thuringiæ ex marchionibus Miſniæ. Gebhardus, primus Landgravius Leuchtenbergenſis.

MAMMALUCI Ægyptum occupant, trucidato Ægypti Calipha 1245. INTER TURCAS Noradinus, qvi Damaſcum occupavit, cujus dux SARRACON: cujus ex fratre nepos eſt SALAVINUS, qvi omnem Ægyptum & Syriam ad ſe traxit. Saladini ex fratre nepotem MELECHRASEREM evertunt Tartari, & ſibi Damaſcum, Perſiam & Meſopotamiam ſubmittunt. TARTARUS HALACHUS Calypham ultimum Syriæ perimit. FESSA incipit haberi altera ſedes Machometani imperii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XIII. POST CHRISTUM.

Sarac.	*Scot.*	*Angl.*	*Hungar.*	*Polon.*	*Bohem.*	*Muscov.*	*Pontif.*
Almo ftanzer. Abdula, ultimus Calipha in Babyl. 1258. TARTARI Babyloniam & Perfiam occupant.	Alexand. II. Alex. III. ultimus ex mafculis Fergufii. Interregnum. Joh. Balliolus.	Johannes fine terra. Henricus III. Eduardus I.	Ladislaus III. (II) Andreas II. Bela IV. Stephanus V. Ladisl. IV Andreas III.	Vladisl. III. f. Lafcogonus. Boleslaus V. pudicus. Lefcus niger. Primislaus poftumus, rex I. Vladislaus IV. Locticus.	Wencesl. Ottocarus, monoculus. Primisl. Ottocarus. S. Wenceslaus.	Georg. à Tartaris cæfus. Jaroslaus. Alexander.	Honorius III Gregor. IX. Cœleft. IV. Innocent. IV Alex. IV Urbanus IV. Clemens IV. Gregor. X. Innocent. V. Adrianus. Joh. XXII. Nicolaus III. Martinus IV. Honorius IV Nicol. IV. Cœleftinus V. Bonif. VIII.

FLORENT Alexander Alenfis Anglus, Albertus M. Bonaventura, Thomas Aqvinas, Durandus, Ægidius Romanus: Lyra & Hugo commentatores Bibliorum: Gvilhelmus Antifidorenfis, Gvilhelmus Parifienfis, P. Hifpanus Logicus, poftea Papa, Robertus Sorbon, unde nomen Sorbonæ, Raymundus Lullus, Johannes de S. Bufto, Accurfius, Antonius de Padua, Jacobus de Voragine hiftoricus Lombardicus, Conradus Urfpergenfis, Saxo Grammaticus, Marcus Paulus Venetus, Martinus Polus, Vincentius Bellovacenfis, Matthæus Paris: Francifcus & Dominicus monachorum patres: Decretalium Gregorii IX. conditores. Gvelphi & Gibellini magis magisq; turbant. Petrus Vinea pro dignitate imperiali fcribit. Azo, Accurfius, Hoftienfis, Dynus, Mugellanus JURISCONSULTI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

A. C.	Imp. Ger.	Imp. Græc.	Svec.	Dan.	Caſtil.	Arrag.	Port.	Gall.
1308	Henricus VII. Lützelb.	Andronicus junior.	Magnus Smech.	Chriſtophorꝰ II	Alphonſus XI.	Alphonſus IV. benignꝰ.		Ludov X. Hutinus, rex Navarræ.
1314	Ludovicus V. Bavarus & Fridericꝰ Auſtriacus pulcer.	Calo-Johan. Paleolog. Joh. Cantacuzenꝰ.	Albertus Mechlenburg.	Waldemarꝰ III.	Petrus I. Henricus II.	Petrus IV ceremonioſus.	Alphōſꝰ IV.	Philippus V. longus. Carolus IV. pulcer. Philippus VI Valeſ.
1346	Carolus IV.		Margareta Danica.		Johannes	Johan. I.	Petrꝰ Ferdinandus.	Joh. Valeſius. Carolus V. Valeſ.
1378	Wenceslaus.	Andronicus III. Manuel.	Ericus Pomeranus.		Henricus III.	Martinꝰ.	Joh. I.	Carolus VI. Valeſius.

OTTOMANNICA DOMUS incipit, inq; ea Ottoman: Orchanes: Amurath: Bajazeth.

IN SICILIA ſunt reges, Petrus II: Ludovicus: Fridericus ſimplex: Maria: Martianus: poſt qvem reges Arragoniæ Siciliam occuparunt.

NEAPOLI ſunt reges, Robertus, Johanna I. Andreas Hung. Ludovicus Tarentinus, Ludovicus Hung. Carolus Dyrrachius, Ladislaus.

INITIUM DUCATUS CLIVENSIS 1389. Dux I. Mediolanenſis Galeatius 1380. Medicea familia emergit Florentiæ. Franciſcus Picus Mirandula vicarius imperii apud Mutinenſes: Gerhardus à Margareta Danica dux Slesvicenſis conſtitutus. Helveticæ libertatis initium. Templarii exciſi 1307. Inventio uſus magnetis in re nautica circa 1300. Inventio uſus bombardarum à Bertholdo Nigro, monacho 1370. Livonum converſio.

FLORENT Johannes Duns, Scotus, princeps Scotiſtarum: Occam: Petrus Bertrandus: Arnoldus de villa nova: Nicephorus Calliſta: Gregoras: Haythonus:

Fros-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XIV. POST CHRISTUM.

Sarac.	*Scot.*	*Angl.*	*Hung.*	*Polon.*	*Bohem.*	*Moscov.*	*Pontif.*
	Robertus						Bened. XI.
Tarcorum	Brusfius		Wenceslaus rex Hung. Bo-				Clemens V.
principes		Eduardus	hem. & Pol.				Joh. XXII.
Tartaris se		II. igna-	Otto Bav.		Henricus		Nicol. V.
opponunt.	David.	vus.	Carolus		Carinth.		Bened. XII.
Præcipui in-	Eduardus	Eduardus	Martelli.		Rudolphus	Daniel.	
ter eos As-	Ballio-	III. fortis.	Carolus		Austr.		Clemens VI.
simbei in	lus.	Richar-	puer.				Innoc. VI.
Persia &		dus II.	Ludovicus rex Hun-		Johannes		Urbanus V.
Ottoman-			gar. & Polon.		Luzelb.	Johannes.	
ni: inter					Carolus		Gregor. XI.
qvos			Maria.		IV. imp.		Urbanus VI.
Ottoman.							*Romæ* &
Orchanes.	Hinc		Carolus				Clemens VII
Amurath.	STUAR-		Dyrrha-	Hedwigis			*Avenione.*
Bajazeth,	TI 1370.		chius.	&	Wences-		
qvem Tam-	Robertus			Vladisl.	laus imp.	Johannes.	Bonif. IX.
berlanes	III. Stuar-		Sigismũ-	IV. seu Ja-			
Tartarus	tus.		dus imp.	gello Li-			Bened. XIII.
captivum				thanus.			
abduxit.	Johannes						

sardus: J. Boccatius: Simon de Cassia: Taulerus: Berchorius: Bartolus: Baldus: Dantes Aligerius: Fr. Petrarcha: Marsilius Paravinus, qvi pro Ludovico V. scripsit: Wiclephus Papæ oppugnator: S. Brigitta: S. Catharina Senensis: Gvido Carmelita, qvi scripsit de hæresibus: Johannes Andreæ, dictus Tuba juris Canonici: Constitutiones Clementinæ 1310. Schisma pontificum per L. annos.

SECULUM CAPTÆ CONSTANTINOPOLIS,

A. C.	*Imp. Ger.*	*Imp. Græc*	*Svec.*	*Dan.*	*Caſtil.*	*Arrag.*	*Portug.*	*Gall.*
1400	Fridericꝰ					Ferdinandus juſtus.	Eduardus	Carolus VII. Valeſ.
1400	Rupertus				Johannes II.			
1410	Jodocus.	Joh. Andronici.						
1411	Sigismũdus.	Joh. Manuelis.	Chriſtophorus Palatinus Rheni.		Henr. IV.	Alphonſus V. ſapiens.	Alphonſꝰ Africanus.	Ludovicꝰ XI. Valeſ.
		Conſtantinus. 1453.				Johannes II.		
1438	Albertus II. Auſtr		Carolus VIII. Canutus		Ferdinandus catholicus, regna Caſtiliæ & Arragoniæ conjunxit, & Carolum V. Imper habuit in iis ſucceſſorem.			
1440	Fridericꝰ III.	OTTOMANNI TURCI. Machomet II.		Chriſtianus I.			Johannes II.	Carolus VIII Valeſ.
			Interregnum ſub regni gubernatore Stenone Sture.					Ludovicꝰ XII. Valeſ.
1493	Maximil. I.	Bajazeth II.		Johannes.			Emanuel	

In Ottomannica Domo Solimannus: Machomet I. Amurathes II. Machomet II. Bajazeth II. Tamerlanes ſœvit: Constantinopolis Capta 1453. Aidar ſeu Arduelles ſanctus inter Perſas rebellionem Saracenicam inter eos interpolat. Georgius Castriotus Scanderbegus Turcis formidabilis.

Neapoli regnant Johanna II. Alphonſus I. Arrag. Ferdinandus I. Alphonſus II. Ferdinandus II. Fridericus. Hinc Ferdinandus catholicus.

Genua libertatem 1444 recuperat per Sim. Buccanigrum. Initia Ducatus Urbinatis; item Ducatus Sabaudiæ in Amadeo VII. & Ducatus Ferrariæ in Hercule I. & Marchionatus Mantuæ in Franc. Gonzaga. Jacobus nothus, Rex Cypri ultimus; Carolus audax, Dux Burgundiæ ultimus. Fridericus Bellicosus, primus Saxoniæ elector ex marchionibus Miſniæ. Eberhardus I. Dux Wurtenbergensis primus. Alphonſus I. Dux Cliviæ: Ulricus I. Comes Hanovicus, & Otto, Solmensis. Borussia in ſuperiorem ſeu regiam & in inferiorem diviſa 1466. Conſalvus Magnus, heros ſub Ferdinando catholico: Ziſca ſub Sigismundo imperatore.

Typographia inventa per Joh. Gutenberg 1440. Novus Orbis detectus per Chriſt. Columbum & Americum Veſputium. Regnum Congo converſum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XV. POST CHRISTUM.

Sar. Turc.	*Perf.*	*Scot.*	*Angl.*	*Hung.*	*Polon.*	*Bohem.*	*Moscov.*	*Pontif.*
Suliman-	Cafa Is-							Innoc.VII
nus.	fuf Tar-		Henr.IV.	Albertus			Simeon.	Greg. XII.
Macho-	taris eri-	Jacobus I.		Imp. &		Sigismũ-		Alex. X.
met I.	pit Per-		Henr. V.	rex Boh.		dus Imp.		Johannes
	fiam.					Albertus	Demetrius.	XXIII.
Amura-	Amir-		Henr.VI.		Vladis-	Imp. &		Martin. V
thes II.	Scãder.	Jacobus II.	Eduardus	Vladisl.	lasIII	rexHung		Clemens
	Jooncha.		IV.	IV. rex				VIII.
	Acaltabus.			Boh.			Bafilius.	Eugen.IV
	Ufumcas-		Eduardus	Vladisl. V	Cafim.	Vladisla-		Felix V.
Matho-	fanus f. As-	Jacobus III.	V.	posthumus	IV.	us posthu		Nicol.VI.
met II.	fimbejus.			Matthias		mus rex	Georgius.	Calixtus
qvi oc-	Calil.		Richard.	Corvinus		Hung.		III.
cupavit	Jacuppus		III.			Georg.		Pius II.
Conftã-	Beylagor			Vladisl.		Podie-	Bafilius	Paulus II.
tinopo-	Rollanus		Henricus	VI. rex	Johan.	bracius.	cœcus.	Sixtus IV.
lin.	Hagmec	Jacobus IV.	VII.	Boh.	Alber-	Vladisla-		Innocent.
Bajaze-	bec.				tus.	us rex		VIII.
thes II.	Alwãbec					Hung.		Alex. VI.

FLORENT Petrus de Alliaco : Petrus Dresdenfis : Joh. Gerfon, cancellarius Parifienfis : Alf. Toftatus : Joh. de Turrecremata : Gabriel Biel : Dionyfius Rickel : Paulus Burgenfis ex Judæo commentator Chriftianus Bibliorum : Johannes Hufs & Hieronymus Pragenfis, martyres : Thomas de Kempis : Alexander ab Alexandro : Johannes de rupe fciffa : Salicetus : Poggius : Johan. de Imola JCtus : Laur. Valla : Emanuel Chryfoloras : Theodorus Gaza : G.Trapezuntius : Beffarion : Argyropolus : Fr. Philelfus : Raphael Volaterranus : Nic. Perottus : Marfilius Ficinus : Rudolphus Agricola : Joh. Picus Mirandula : Angel. Politianus : Conradus Celtes : Lilius Greg. Gyraldus : Baptifta Mantuanus : Hermolaus Barbarus : Ambr. Calepinus : Hieron. Savanorola : Nic. Cufanus : Æneas Silvius : Joh. Reuchlinus Capnion : Matthiolus Medicus : Purbachius : Joh. Regiomontanus : Pomponius Lætus : Joh. Annius Viterbienfis : Leonh. Aretinus : Panormitanus : Joh. de Capiftrano : Laon. Chalcocondylas : Platina : Antoninus : Bonfinius : Joh. Aventinus : Blondus : Sabellicus : Trithemius : Barth. Cæpola : Joh. Schneidewin. Lutherus natus 1483. Ph. I. Melanchthon natus 1497.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

A. C.	*Imp. Ger.*	*Imp.Turc.*	*Svec.*	*Dan.*	*Hiſpan.*	*Portug.*	*Gall.*
		Selimus I.	Svanto &				
			Sveno gu-			Johan.III.	Franciſcꝰ
1519	Carolꝰ V.	Soliman-	bernatores.		Carolꝰ V.		I.Valeſiꝰ.
		nus II.	Chriſtianus II. rex Dan.				
			& Svec.				
			Guſtavus I.				Henricus
			Ericus Gu-				II. Valeſ.
			ſtavi.	Frideri-			
			Johannes	cus I.		Sebaſtia-	Franciſc.
			Guſtavi.	Chriſtia-	Philippus	nus.	II. Valeſ.
1555	Ferdinan-		Sigismun-	nus III.	II.	Henricus	Carolus
	dus I.		dus Johan-			Cardin.	IX. Valeſ.
1562	Maximil.		nis rex Pol	Frider. II.		Philip. II.	Henricus
	II.	Selimus II	Carolus IX.			rex Hiſp.	III. Valeſ.
1576	Rudolphꝰ	Amura-	Guſtavi.	Chriſtia-	Philippus III. rex		Henr. IV.
	II.	thes III.		nus IV.	Hiſp. & Port.		Borboniꝰ

INITIUM XERIFIORUM in Mauritania 1512. ÆGYPTUS occupata à Selimo Turcorum imperatore 1017. TARTARI Moſcoviam urbem in prædam habent.

Primus dux Borusſiæ Albertus ex Magiſtro Ordinis cruciferorum 1525. Primus dux Mantuæ & Montferrati Fridericus: Primus dux Curlandiæ Wilhelmus 1561. Primus dux Parmæ & Placentiæ Petrus Aloyſius Farneſius 1544. Andreas Auria Genuenſis.

INITIUM REFORMATIONIS PER LUTHERUM 1517. Ruſtici tumultuantur 1525. Nomen Proteſtantium 1529. Auguſtana confeſſio 1530. Articuli Smalcaldici 1537. Liber Interimiſticus 1540. Bellum Smalcaldicum 1546. Tranſactio Pasſavienſis 1552. Colloqvium Wormatienſe 1557. Concilium Tridentinum 1563 Initium Belgicorum tumultuum 1568. Nuptiæ & lanicna Pariſienſis 1572. Formula concordiæ 1574. Calendarium novum 1582. Colloqvium Mompelgartenſe 1886. Opus regium editum per Benedictum Ariæmontanum 1571.

IN BELGIO GUBERNATORES Margareta Auſtriaca: Ferdinandus dux Albæ: Ludovicus Reqveſcentius: Johan. Auſtriacus: Al. Farneſius: Albertus & Iſabella. IN TRANSILVANIA Joh. Zepuſius I. &c II. Stephanus Bathoreus: Chriſtophorus: Sigismundus.

FLORENT Thomas de Vejo, Cajetanus: Spalatinus: Er. Roterodamus: Lud. Vives: Fr. Za-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XVI. POST CHRISUM.

Perſ.	*Scot.*	*Angl.*	*Hung. & Boh.*	*Polon.*	*Moſcov.*	*Pontif.*
Sultan		Henricus		Alexander.	Johannes	Pius III.
Morat.	Jacobus	VIII.	Ludovi-		M.	Julius II.
	V.		cus II.	Sigismun-	Baſilius.	Leo X.
Iſmael Se			puer.	dus I.	Joh. Baſi-	Adrianus IV.
fi.			Ferdinan	Sigismund9	lides ty-	Clemens VII.
		Edvardus	dus imp.	Auguſtus.	rannus.	Paulus III.
		VI.	cui ſe op			Julius III.
Tamas.	Maria regina Scot.		poſuit in	Henricus Va-		Marcellinus II.
Iſmael.	& Angl.		Hung.	leſius, poſt-		Paulus IV.
Machom.			Joh. Ze-	ea rex Gall.		Pius V.
Coda-			puſius.	Stephanus	Theodo-	Gregor. XIII.
benda.		Eliſabe-	Maximil.	Bathoreus	rus ſeu	Sixtus V.
Emir		tha.	II.	Tranſilv.	Fedor.	Urbanus VII.
Hemſe.	Jacobus VI. poſt Eli-		Rudol-	Sigismun-	Boris Fe-	Gregor. XIV.
Scach	ſabetham etiam		phus II.	dus III.	dorowiz.	Innocent. IX.
Abas.	rex Angliæ.					Clemens VIII.

Fr. Zabarella: Toletus: Fonſeca: Piccolhomineus: Joach. Camerarius: Cardanus: Jul. Scaliger: Thomas Morus: Budæus: Jac. Sadoletus: Petrus Bembus: Fr. Mirandula: Beroaldus: Cœl. Rhodiginus: Viretus: Linacer: Cornel. Agrippa: Vatablus: P. Galatinus: Tremellius: Ramus: Turnebus: Muretus: Paulus & Aldus Manutius: Sturmius: Longolius: Henr. Stephani: Ortelius: Douza: P. Æmilius: Bodinus: Machiavellus: Lycoſthenes: Nauclerus: Kranzius: Olaus M. Polydorus Virgilius: Munſterus: Carion: Beatus Rhenanus: Paul. Jovius: Guicciardinus: Cominæus: Sleidanus: Sigonius: Bucholzerus: Funccius: Zwingerus: Cuſpinianus: Alciatus: Flaminius: Eobanus Heſſus: Sannazarius: Vida: Palingenius: Buchananus: Euryc. Cordus: Meliſſus: Lotichius: Stigelius: Joh. Schonerus: Nic. Copernicus: Gemma Friſius: Orlandus de Laſo: Tiraqvellus: Hippolytus de Marſiliis: Jaſon: Weſenbecius: Gaylius: Mynſinger: Hotomannus: Zaſius: Coraſius: Cujacius: Tiraqvellus: Lutherus: Melanchthon: Brentius: Snepfius: Er. Alberi: Muſculus: Urb. Rhegius Cruciger: Flacius: Jac. Andreæ: Zwinglius: Oecolampadius: Beza: Calvinus: Bucerus: Martyr: Zanchius: Bullingerus: Urſinus: Sadeel: Junius: Eccius: Faber. Cochlæus: Pighius: &c.

SECU-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

A. C.	*Imp. Ger. & Reges Hung & Boh.*	*Imp. Turc.*	*Svec.*	*Dan.*	*Hiſp. & Port.*	*Gall.*	*Perſ.*	*Scot. & Angl.*	*Pol.*	*Moſcov.*	*Pontif.*
		Achmet I	Guſtavus Adolphus M.	Chriſtianꝰ V. ante patrem defunctus.		Ludovicus XIII.	Schach Seſi.	Carolus Jacobi VI filius anno 1649 decollatus.	Vladislaus Sigismundus.	Theodorus. Tres Pſeudo-Demetrii. Baſilius Zusky. Michael Fedorowitz.	Leo XI. Paulus V. Gregor. XV. Urbanus VIII.
1612	Matthias.										
1619	Ferdinandus II.	Muſtapha. Oſmā Amurathes. Ibraim.			Philippus IV. cui eripuit Portugalliam *Johannes V.* anno 1640.						
1637	Ferdinandus III.	Achmet II.	Chriſtina.	Fridericus III.		Ludovicus XIV.	Schach Seſi II.	Carolus II. à Scotis receptus, ſed poſt cladem Anglicam profugꝰ.	Joh. Caſimirus.	Alexius.	Innocentius X.

1614. OCTAVA REVOLUTIO PLANETARUM OCTINGENTENARIA, qvæ felix ſperatur eccleſiæ propter continuam felicitatis & afflictionis alternationem.

Ratisbonenſe colloqvium 1602. Veneti excommunicantur 1605. Unio evangelicorum Halæ Svevorum & Liga Pontificiorum Herbipoli 1610. 1618 Synodus Dordraceana: cometa ardet: oppidum Pleurs obruitur. 1619 Fridericus Palatinus rex Bohemorum electus: Hinc tricennale bellum, qvod pace Monaſterienſi & Oſnabrugenſi tandem eſt terminatum. Bella Polonorum adverſus Coſaccos & Tartaros; Anglorum adverſus regem, qvem ſecuri tandem 1650 ſubjecerunt, & liberam remp. condiderunt; Venetorum adverſus Turcam; Gallorum externa & civilia; Belgarum adverſus Anglos.

Floruere & florent, qvorum nomina in recenti ſunt memoria.

SOLI DEO GLORIA.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

CATALOGUS HISTORICORUM, UNDE CONSTAT, QVINAM DE QVO SCRIPSERINT.

NOn ignoro, à multis meum carpi institutum, qvod in recensendis Historiis, autorum, unde excerptæ sunt, nomina, aut nunqvam aut raro adscripsi: ipseq; ego, cùm novam & auctiorem hujus Syntagmatis editionem meditabar, cœpi initio, ex qvibusnam singula collegissem, annotare. Verum progressurus, eosdem autores, eosdemq; illorum libros sæpius esse ad fastidium usq; allegandos, magnamq; chartæ partem iteratis eorundem nominum descriptionibus compleri intelligebam. Mutato igitur consilio, omissis tœdiosis allegationibus, in ipso statim libri limine, apud qvemnam historicum, qvæ inveniantur, qviq; de qvo scripserint, peculiari indice significare constitui. Illud & gratius tibi, Lector benevole, & studiosis historiarum utilius fore credidi. Sunt ergo, qvi de historia sive rectè scribenda sive utiliter legenda præcepta tradiderunt. Sunt, qvi ipsam historiam literis consignarunt. Et hi aut compendia historiarum universalium ediderunt, aut completam historiam sive in rebus ecclesiasticis sive in politicis conscripserunt. Sic in universum qvatuor eorum erunt genera, à qvibus omnis historica cognitio petenda est.

I. Qvi de historiis sive scribendis sive legendis præcepta inculcarunt.

II. Qvi compendia historiarum universalium ediderunt.

III. Qvi res ecclesiæ pertractarunt.

IV. Qvi diversorũ regnorũ & rerump. historias consignarunt.

Qvos omnes qvi sibi ordine facit familiares & ad ultimos à primis progressus diurna nocturnaq; manu, qvod scripserunt, versat, næ absolutam omnium eorum, qvæ unqvam in regnis rebusq; publicis egesta sunt, cognitionem sibi comparabit. Interim si qvis qvorum historicorum libri perierint scire discupit, illi consulendus est Gerh. Jo. Vossius in libris IV. de historicis Græcis, & in libris III. de historicis Latinis.

I.

Qvi de historiis sive scribendis sive legendis præcepta tradiderunt.

Lucianus primas hic ducit, vixit sub Trajano, qvi & peculiari ad Philonẽ

 tracta-

tractatu, qvæ fugienda ſint ſcripturo hiſtoriam, & qvæ ſectanda, ſtylo mordaci ediſſerit, docetq; octo potisſimum conſideranda, principium: ordinem: finem: res ſilentio prætereundas vel enarrandas: obiter dicendas: copioſius recenſendas: modum deniq;, qvo res geſtæ ſint narrandæ. Poſt eum *Hermolaus Barbarus* librum de conſcribenda hiſtoria reliqvit. *Franc. Patricius* x. dialogis hiſtoriæ definitionem, diverſitatem, finem, veritatem, utilitatem & dignitatem operoſe indagavit. *Jo. Bodinus* luculentam methodū ad facilem hiſtoriarum cognitionem edidit, decemq; capitibus inqviſivit, qvid ſit hiſtoria & qvotuplex; qvo ordine & qvo delectu legenda; qvi loci communes rerum memorabilium componendi; qva ratione tempus, populorum origines, variæ rerump. gubernationes ex illis judicentur. Hanc Bodini methodum *Frid. Tilemannus* accurata lima dignatus eſt. *David Chytræus* peculiari diſcurſu de lectione hiſtoriarum inſtituenda commentatus eſt, & accuratum de ſingulis hiſtoriis tulit judicium. *Jo. Jov. Pontanus* luculento dialogo, qvem Actium inſcribit, demonſtrat, hiſtoriam esſe poeſin ſolutam, multisq; coacervatis, in qvibus poeta & hiſtoricus conveniunt, tandem fine, numeris & ordine differre concludit. *Fr. Balduinus* ad Antonium Borbonium, regem Navarræ, duobus libris inſtitutionem hiſtoriæ univerſæ & ejus cum jurisprudentia conjunctionem eleganter complexus eſt. *Seb. Foxus* omnes hiſtoriæ proprietatis cauſas, partes, omnemq; ejus apparatum peculiari libro in forma dialogi feliciter comprehendit. *Jo. Ant. Viperanus* idem argumentum XVII. capitibus libri ſingularis de ſcribenda hiſtoria perſeqvitur. Idem conatur *Fr. Robertellus* brevi libello ad Læl. Taurellum. Eodem argumento *Ubertus Folietta* utitur, & monſtrat ſimilitudinem normæ Polybianæ in duobus libellis. Scripſit etiam *Ant. Riccobonus* de hiſtoria, qvid ſit, & qvæ ejus leges. Idem fecit *Bilibaldus Pirckheimerus*, & commentarium de ratione ſcribendæ hiſtoriæ conſecravit Maximiliano I. Imperatori. Sic & *Andr. Franckenbergerus* in inſtitutionibus antiqvitatis & hiſtoriarū de judicio & delectu autorum copioſe disſeruit, & uſum Chronici Carionis Philippici monſtravit. *Jo. Bernartus* de utilitate legendæ hiſtoriæ duos libros conſignavit. *Rein. Reineccius* methodum accuratam legendi & cognoſcendi hiſtoriam edidit. Extant etiam *Pauli Benii* libri IV. de hiſtoria: *Keckermanni* commentarius de natura & proprietatibus hiſtoriæ: *Ger. Jo. Voſſii* ars hiſtorica & libri IV. de hiſtoriis Græcis; III. de Latinis: *Jo. Jac. Beureri* ſynopſis & methodus nova hiſtoriarum libris duobus: *Sim. Starowolſci* penu hiſtoriarum de dextera & fructuoſa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ctuosa ratione legendi historias: *Ant. Possevini* apparatus ad omnium gentium historiam: *Joh. Henr. Alstedii* integer liber XXXII. in Encyclopædia de natura Historicæ: *Tob. Wagneri* libri VII. institutionum historicarum.

II.

Qvi compendia historiarum universalium ediderunt.

I. *Berosus Chaldæus*, qvi anno ante Christum CCCXXX. Athenis docuit disciplinas Chaldaicas, & cui Athenienses, teste Plinio, statuam aurea lingva in publico Gymnasio posuerunt, libros V. de antiqvitatibus ab orbe condito ad conditam usqve Trojam edidit: qvos à Georgio Armeno, socio Matthiæ, Provincialis Armeniæ ordinis sui, dono acceptos, Annius Viterbiensis, professor Theologiæ Antverpiæ, prolixo commentario illustravit. Hos tamen subodorantur suppositios esse Scaliger, Volaterranus, Vives, Glareanus, Tilemannus, Calvisius, Vossius, & censent ab illo Beroso haud conscriptos, qvem Josephus lib. X. cap. XI. L. A. & lib. I. contra App. allegat. Qvid hic sentiamus, explicuimus lib. I. sect. II. qv. I.

II. *Manetho Ægyptius* Beroso supplementa addidit: de qvibus idem, qvod de Berosi antiqvitatibus, ferunt judicium.

III. *Philo Judæus*, qvi anno post natum Christum XXXVIII. claruit, Breviarium de temporibus edidit, prout in antiqvitatibus Gothofredi videre est: cui tamen libello itidem parum fidei tribuunt. Alioqvin Philo non immerito Philosophistoricus nominatur, qvia variis libris & eruditis opusculis historias ab O. C. illustravit.

IV. *Phlegon Trallianus*, Adriani imperatoris libertus, de mirabilibus, olympiadibus, & longævis, libros condidit ad sua usq; tempora, nuper editus opera Joh. Meursii.

V. *Eusebius Pamphili* ab O. C. ad annum Christi CCC. Chronicon deduxit: cui *Hieronymus* annos L.; *Prosper Aqvitanicus* LX; *Palmerius Florentinus* CIƆXL; *Palmerius Pisanus* XXX. adjecerunt: Alii tandem ad nostra illud tempora perduxerunt.

VI. *Julius Africanus*, primus inter Christianos chronologus, ab O. C. ad annum Christi, qvo ipse floruit, CCCXX. chronicon consignavit.

VII. *Paul. Orosius*, Hispanus, hortatu Augustini ab O. C. ad Honorium libros VII. historiarum confecit, illisq; nomen, Homestæ, incertum qva causa, indidit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

VIII. *Hesychius* Milesius sub Justiniano universalem historiam à Belo Assyriorum rege usq; ad Anastasium Dicorum condidit.

IX. *M. Aurel. Casiodorus Senator* Chronicon ab O. C. usq; ad Theodoricum Veronensem Gothonum regem in seculo v. condidit.

X. *Prosper Rheginensis* ab anno Christi CCCLXXXI. per CVI. annos Chronicon edidit.

XI. *Jornandes Gothus*, ab U. C. usq; ad Justiniani tempora historiam vel potius Chronicon scripsit.

XII. *Freculphus*, alias Treculphus, episcopus Lexoviensis, epitomen ab O. C. usq; ad annum Christi IↃL. reliqvit.

XIII. *Isidorus Hispalensis* tempore Heraclii ab O. C. ad annum IↃCXXVI. Chronicon delineavit.

XIV. *Beda Anglus* ab O. C. ad annum IↃCC. annales seu Chronicon scripsit.

XV. *Ado Viennensis* in Gallia archiepiscopus de VI. mundi ætatibus ad annum Christi IↃCCCLXXIX. commentatus est.

XVI. *Regino*, Abbas Prumiensis, Chronicon à nato Christo ad annum IↃCCCCVIII. edidit: cui appendix per annos LIX. adjuncta est.

XVII. *Hermannus Contractus*, comes Veringensis, tempore Henrici III. chronicon de VI. mundi ætatibus ad annum CIↃL. consignavit: qvod Bertholdus Constantiensis continuavit, & simul Henrici IV. historiam contexuit. Refert Bodinus, Helmandum historias ad idem cum Hermanno tempus scripsisse.

XVIII. *G. Cedrenus* monachus ab O. C. annales usq; ad Isacium Comnenum pertexuit, & vocavit synopsin historiarum.

XIX. *Constantinus Manasses* synopsin contexuit historiæ ab O. C. usq; ad annum CIↃLXXXI. diligens Byzantinarum rerum scriptor.

XX. *Marianus Scotus*, monachus Fuldensis, tres libros Chronicorum à Christo nato ad sua tempora & ad annum CIↃLXXXIII. deduxit, qvibus conjungitur appendix Dodechini abbatis per CXIV. annos.

XXI. *Jo. Zonaræ* annales universæ historiæ ab O. C. tribus libris: qvorum primo tractat historias sacras usq, ad excidium Hierosolymorum; altero Romanas ab U. C. usq; ad Constantinum; tertio res imperatorum Christianorum usq; ad Alexii Comneni obitum ad annum CIↃCXVII.

XXII. *Honorii Augustodunensis* Chronicon ab O. C. ad annum CIↃCXX.

XXIII. *Sigeberti Gemblacensis* chronographia ab anno Christi CCCLXXXI.

ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

ad annum cIↃcXIII noncupla diſtinctione res Romanorum, Perſarum, Francorum, Anglorum, Vandalorum, Longobardorum, Veſtrogothorum, Oſtrogothorum, Hunnorum explicat.

XXIV. *Chronicon Caſinenſe* Leonis Oſtienſis & Petri Diaconi Caſinenſis ab A. C. IↃXLII. ad A. C. cIↃcXXXVIII.

XXV. *Ottonis Friſingenſis* epiſcopi, fratris Henrici ducis Auſtriæ, Chronicon lectu dignisſimum ab O. C. ad annum cIↃcL. libris VIII. cum continuatione Radevici & Ottonis de S. Blaſio. Idem prolixam hiſtoriam de Friderico Barbaroſſa, ſuo ex fratre nepote, conſcripſit, qvi extat.

XXVI. *Goth. Viterbienſis* presbyter tempore Friderici I. univerſale Chronicon ab O. C. usq; ad ſua tempora protraxit.

XXVII. *Helinandus*, monachus Gallus, ab O. C. usq; ad A. C. cIↃccXII.

XXVIII. Conradi à Lichtenow, *Abbatis Urſpergenſis*, Chronicon famigerabile, ab O. C. ad A. C. cIↃccXXX: cui addita ſunt paralipomena.

XXIX. *Vincentii Bellovacenſis* hiſtoriale ſpeculum ab O. C. ad A. C. cIↃccXLIV.

XXX. *Albert. Abbatis* Stadenſis Chronicon ab O. C. ad. A. C. cIↃccLVI.

XXXI. *Lucæ Tudenſis* Chronicon mundi ad A. C. cIↃccLXXIV. qvod invenitur in Hiſpania illuſtrata; in qva etiam legitur Chronicon *Victoris Tunnunenſis* à Theodoſio juniore ad A. C. IↃLXIII; *Jo. Biclanenſis* à Juſtino ad Mauritium; *Idacii* à Nino ad imperii occidentalis everſionem.

XXXII. *Guil. de Nangiaco*, monachi, Chronicon ab O. C. ad A. C. cIↃ ccccI.

XXXIII. *Mart. Poloni*, archiepiſcopi Conſentini, Chronicon ab O. C. ad A. C. cIↃcccXII. A qvo allegantur alia qvoq; Chronica *Damaſi Papæ*; *Pauli Romani diaconi*; *Gilberti*; *Richardi*; *Gervaſii*; *Methodii*.

XXXIV. *Henrici de Erphordia* monachi facta illuſtria ab O. C. ad A. C. cIↃ cccLIV.

XXXV. *Siffridi*, presbyteri Miſnenſis, epitome libris duobus ab A. C. ccccXIIX. ad A. C. cIↃ cccXVII.

XXXVI. *Gobel. Perſonæ* Coſmodromium ſeu Chronicon univerſale ab O. C. ad A. C. cIↃ ccccXVIII.

XXXVII. *Mich. Glycæ* Siculi annales qvadripartiti, ab O. C. ad captam Conſtantinopol in A. C. cIↃ ccccLIII.

XXXVIII. *Antonini Florentini* archiepiſcopi hiſtoria luculenta ab O. C. ad A. C. cIↃ ccccLIX. in tripartito Chronico.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XXXIX. *Donati Bosſii* Mediolanenſis Chronicon ab O. C. ad A. C. cIↃcccclxxxix.

XL. *Werneri Weſtphali Carthuſiani* Faſciculus temporis operoſo opere ab O. C. ad A. C. cIↃcccclxxxiv.

XLI. *Hartmanni Schedelii* chronicon, qvod vocatur *Noribergenſe*, & res omnium regnorum ab O. C. ad A. C. cIↃ ccccxcii. continet.

XLII. *Jac. Phil. Bergomatis* Chronicon, lectu utile & jucundum, ab O. C. ad A. C. cIↃIↃiii. libris xvi. conſtans.

XLIII. *Jo. Cuſpiniani*, qvi Maximiliano I fuit à conſiliis, catalogus conſulum Romanorum & imperatorum usq; ad A. C. cIↃccccxciv. Huic acceſsit continuatio per annos lxxvii. à Rudolpho Habspurgenſi ad Carolum iv. opera *M. Alberti Argentinenſis.*

XLIV. *Jo. Naucleri*, Præpoſiti & primi Rectoris Tubingenſis, Chronographia variis rebus ſcitu & lectu dignisſimus referta, duobus libris ab O. C. ad A. C. cIↃIↃ cum appendice Laur. Surii, annorum lxiv.

XLV *M. Ant. Cocc. Sabellici* Enneades xi. ab O. C. ad A. C. cIↃ IↃ iv. qvas *Caſp. Hedio* per annos xxxiv. continuavit.

XLVI. *Martini Lutheri* ſeries annorum mundi, ad ſuam usq; ætatem.

XLVII. *Henrici Thaboritæ* ingens hiſtoria à nato Chriſto ad A. C. cIↃIↃviii.

XLVIII. *Paul. Conſt. Phrygionis* Chronicon ab O. C. ad A. C. cIↃIↃxxii.

XLIX. *Achillis Priminii Gaslari* Epitome Chronicorum mundi ad A. C. cIↃIↃxxx.

L. *Amandi Zierizenſis* Chronicon ab O. C. ad A. C. cIↃIↃxxxiv.

LI. *Henr. Bullingeri* Chronicon univerſale ad A. C. cIↃIↃxlv.

LII. *Flinsbachii* Chronicon ab O. C. ad A. C. cIↃIↃlii.

LIII. *Pontani* Chronicon ab O. C. ad A. C. cIↃIↃlxvi.

LIV. *Fr. Huſmanni* Chronicon ab O. C. ad A. C. cIↃIↃlxxxi.

LV. *Temporarii* Chronicon usq; ad illud ipſum tempus.

LVI. *Gilb. Genebrardi* chronographiæ univerſi mundi libri iv. usq; ad idem tempus, cum continuatione annorum xxviii.

LVII. *Mich. Beutkeri* Argentinenſis libri xxvi. ab O. C. ad A. C. cIↃ IↃlxxxv.

Sed qvid operoſus ſum in omnibus chronicis libris colligendis, qvi vel ab O. C. vel à Chriſto nato, vel ab alia epocha, res in orbe geſtas, tanqvam in compendio, propronunt, qvum innumerus eorum numerus vix iniri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

iniri qveat? Inveniuntur enim, pæter ea, qvæ jam allegata sunt, varia historiarum compendia, epitomæ, synopses, syntagmata & chronica universalia, superiori & nostro seculo concinnata, à qvorum aliqvo historicum studium auspicandum est: ceu sunt compendia *Achillis Gassari*: *Rod. Agricolæ* (qvi in gratiam Philippi electoris Palatini epitomen de IV. monarchiis contexuit) *Bellarmini*: *Christoph. Besoldi*: *Brachelii* (qvi historiam nostrorum temporum scripsit) *Bucelini*: *Cariolani*: *Carionis mathematici* (cujus Chronicon Germanico idiomate contextum *Hermannus Bonnus*, pastor Lübecensis, Latinitate donavit, & *Philippus Melanchthon* ad se, ut emendaret, missum, una litura abolitum retexuit, inq; eam formam, in qva hodie legitur, redegit, eoq; defuncto *Caspar Peucerus* ad sua usq; tempora continuavit) *Jac. Capelli* in historia ab Adamo usq; ad Augustum: *Cluverii*, professoris Soræ regii: *Johan. Cochlei* in historia historiarum: *Dresseri* (qvi in Isagoge historia per VI. mundi millenarios acta in ecclesia & politiis recensuit) *Frejeri*: *Glaseri* (qvi in synopsi historica res totius mundi in politiis & ecclesiis complexus est) *Gordonii*: *Gothofriedi* (qvi ad elegantes Matth. Meriani figuras ære impressas historicam omnium temporum & rerum descriptionem edidit.) *Joh. Gvaltherii* (qvi Chronica Chronicorum & ecclesiastico-Poilticum IV. tomis conscripsit, eoq; omnia scitu digna qvasi uno fasciculo collegit) *Havillæi*: *Junii*: *Krenzenhemii*: *Laur. Ludenii*: (qvi in libro de Informatione prudentiæ ad usum universi mundi historicam seriem ad nostra tempora continuavit.) *Chr. Matthiæ* (qvi nuper Theatrum theoretico-practicum de IV. monarchiis edidit) *Matenesii*: *Miræi*: *Mich. Neandri*: *G. Nigrini*: *Opmerii*: *Dav. Paræi* (qvi universalis historiæ medullam usq; ad annum hujus seculi XLI. continuatam exhibuit) *Pezelii* (qvi in Mellificio historico, qvod *Lampadius* continuavit, luculentum in tres Scleidani de summis imperiis libros commentarium edidit) *Rolevincii*: *Joh. Sleidani* (cujus tres libelli de IV. summis imperiis juventuti sunt commendatissimi) *Horat. Tursellini* (cujus epitome historiarum X. libris ad nostra usq; tempora deducta laudem meruit egregiam) *Wolfii*.

III.

Qvi res ecclesiasticas pertractarunt.

I. *Codex Bibliorum sacer* ab O. C ad Neronis tempora, qvæcunq; in ecclesia gesta sunt, divina eloqventia describit.

II. *Jo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

II. *Josephus*, Livius ille Judæorum Græcus, ex ſtirpe Maccabæorum ſeu Haſmanæorum natus, dux Galilæorum, poſtea à Romanis captus, & in delitiis à Veſpaſiano & Tito habitus, Romæq; ob ingenii gloriam, teſte Hieronymo, ſtatuam meritus, veſtigia ſcripturæ legens, omnem Judaicam hiſtoriam xx. libris antiqvitatum & vii. libris de bello Judaico ad Veſpaſiani imperium perſeqvitur. Alius eſt ab eo *Joſippus*, Gorionis filius, & qvidem longe remotior à Joſephi temporibus, minus probatæ fidei.

III. *Hegeſippus* hiſtoriam Judæorum à Maccabæis ad A. C. lxxii. libris qvinq; deſcripſit: autor ſecundum Photium elegans & gravis, ex Judæis ad fidem Chriſti converſus. Scaliger & alii libros hujus Hegeſippi, qvem jam legimus, putant esſe alterius, & qvidem recentioris, qvam qvem Euſebius & Hieronymus teſtantur qvinq; actuum eccleſiaſticorum libros ſcripſisſe.

IV. *Annalium V. T. Scriptores* hiſce ſuffragantur *Jac. Salianus*: *Henr. Samerius*: *Aug. Torniellus.*

V. *Euſebius Pamphili*, Ceſareæ Paleſtinæ epiſcopus, hiſtoriam eccleſiaſticam à Chriſto nato ad Synodum Nicænam anni cccxxv. libris ix. deſcripſit. In ejus qvoq; Panegyrico res à Diocletiano, Maxentio & Conſtantino geſtæ accurate exponuntur.

VI. *Sulpitius Severus*, Gallus, qvi floruit A. C. ccclxxvii. ab O. C. ad Valentinianum hiſtoriam eccleſiæ libris duobus perſecutus eſt. Scripſit qvoq; vitam B. Martini & B. Paulini, tanta facundia, ut Chriſtianus Salluſtius vocetur.

VII. *Ruffinus* Aqvilejenſis duobus libris Euſebiũ cõtinuat ad A. C. cccc.

VIII. *Tripartita* hiſtoria ex tribus Græcis hiſtoricis, *Sozomeno*, *Socrate* & *Theodoreto*, qvorum libri adhuc extant, per Casſiodorum Senatorem collecta, eundem Euſebium usq; ad annum ccccxliv. continuat xii. libris.

IX. *Evagrius* Scholaſticus, tempore Mauritii Imperatoris, ubi Tripartitam hiſtoriam definit, orditur, & ad A. C. Ioxcv. res eccleſiæ libris vi. perſeqvitur.

X. *Nicephorus* monachus itidem Tripartitam hiſtoriam per qvatuor Imperatorum tempora continuat.

XI. *Victor* epiſcopus perſecutionem Africanam, tempore Genſerici & Hunerici, Vandalorum regum, tribus libris conſignavit.

XII. *Mar-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XII. *Marcellinus* comes, vir consularis, annales rerum ecclesiasticarum in oriente,ab obitu Valentis usq; ad annum Justiniani xx.contexuit.

XIII. *Haymo*, episcopus Halberstadiensis, qvi sub Ludovico Pio floruit, historiam ecclesiasticam edidit, cui adjunctæ sunt P, Galesini annotationes.

XIV. *Nicephorus* Callistus initio seculi XIV. universam historiam ecclesiasticam ab A. C. usq; ad Heraclii tempora complexus est ad A. C. IↃCXXV.

Nostro imprimis & superiori seculo historiam ecclesiasticam qvamplures illustrarunt: inter qvos merito I. primas tenent CENTURIATORES MAGDEBURGENSES, *Flacius Illyricus: J. Wigandus: Matth. Judex: Bas. Faber: Andr. Corvinus: Th. Holthuter:* qvi omnium veterum Scriptorum monumenta mira diligentia & ordine pulcerrimo comportarunt. Et qvanqvam eos *Brunus: Canisius; Turrianus* impugnaverunt, sua tamen adhuc nitent & constant veritate, & in epitomen redacti sunt à *Luca Osiandro.* Præ aliis opposuit illis *Cæs. Baronius* XII. annalium Tomos, qvos *Abr. Bzovius* continuavit; *Henr. Spondanus & Bisciola* in epitomen redegerunt; *Goldastus* in Rationali,& *Isaacius Casaubonus* in XVII. exercitationibus, aliiq; qvà parte debebant, ad examen revocarunt.

II. EPITOMATORES ecclesiasticæ historiæ *Euseb. Bohemus: Buchingerus: Christopherſonus: Gvalth. Eisiengerus: G. Fabricius: Flinspachius: Joh. Foxus: Casp. Hedio: Hottingerus: Onuphrius; Pantaleon: Pappus: Pareus: Riogha: Scultetus: Ant, Severinus,*

III. CONCILIORUM concinnatores, *Severinus Binius: Margarinus: Surius:* ex qvibus *Angelocrator, Caranza, Gesnerus, Prateolus,* epitomas Conciliorum concinnaverunt. Qvo pertinent, qvæ *Mich. Psellus* jam seculo XI. de VII. Synodis scripsit: & qvæ acta Conciliorum *Robertus seu Remigii monachus* seculo XII. collegit. Item libri *Æneæ Silvii* de concilio Basiliensi; libri octo historiæ Concilii Tridentini, *Petri Svavis* Polani i. e. Italicè Pietro Soave Polano, per anagramma Paulo Sarpio Veneto · *Bullarium* diversarum constitutionum pontificum & sanctionum eorundem, qvarum illas in unum corpus redegit *Laert. Cherubinus;* has *Fr. Joverius.*

IV. ACTA COLLOQVIORUM & Disputationum, ut Marpurgi, Wormatiæ, Ratisbonæ, Maulbronnæ, Altenburgi, Mompelgarti, Posſiaci & alibi, habitarum.

V. MARTYROLOGIA, ut sunt, præter *Romanum, Adonis* Vien-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

nensis, *Baduelli: Bedæ: Canisii: Crocii: Paul. Diaconi: Foxi: Gallesinii: Origenis: Rolovingii: Usuardi*, monachi Fuldensis. Qvo pertinent hymni *Prudentii* de martyribus.

VI. HÆRESIOLOGIÆ *Augustini: Bernardi Luzenburgi: Dan. Crameri: Damasceni: Danæi: Epiphanii: Florimundi: Irenæi: Mülleri: Gab. Prateoli: Philastrii: Schlusselburgii: Theodoreti: Wolfii.* Qvo pertinet historia anabaptistica *Ant. Corvini: Lamb. Hortensii: Arn. Messovii.*

VII. CATALOGUS TESTIUM VERITATIS *Flacii Illyrici*, auctus postea & in libros xx. tributus, atq; ita renovatus, ut plane novus videri possit. Qvo pertinet mysterium iniqvitatis *Phil. Mornæi Plessæi.*

VIII. VITÆ sanctorũ. Ubi *Abdias: G. Cassander: Fortunatus: Fulgosius: Grasius: Haræus: Aloys. Lipomannus: Perionius: Petrus de Natalibus: Petrus Scharga: Nic. Simonis: Surius: Vicelius: Jac. de Voragine in historia Lombardica, seu Legenda aurea:* cui simile est *Speculum exemplorum magnum*, à Casp. Finckio, IV. centuriis salsè irrisum. Qvo pertinent *Epiphanius* de vitis prophetarum: *G. Fabricius* de vitis illustrium virorum ex sacris Bibliis: *Sophronius* de vitis evangelistarum: *Joh. Scopfius* de vita Apostolorum, patrum & doctorum ecclesiæ in Academia Christi: *Laur. de la Barre: G. Major, & Rosweida* de vitis patrum. *Alvarez: Anastasius*, Romanus bibliothecarius: *Dan. Angelocrator: Augerius: Balæus: Rob. Barus: Ciaconius: Ant. Cicarella: Garimbertus: Haræus: Jaczenus: Ge. Lilius: Luitbrandus Ticinensis: Massonus: Onuphrius: Platina: Ricobaldus: Jo. Stella: St. Stzegedinus: Casp. Ursinus: Wintermonat*, de vitis Pontificum: *Gennadius Massiliensis, Bellarminus & Trithemius* de scriptoribus ecclesiasticis: *Severus Sulpitius de* vita B. Martini: *Eugippius* seculo sexto de vita S. Severini: *Evodius*, alias *Ennodius*, de vita Epiphanii & Antonii Cyri: *Hieronymus* de vita Pauli eremitæ, Hilarionis, Malchi, & trium viduarum Romanarum: item de illustribus ecclesiæ viris. *Henr. Oræi* nomenclator doctorum, scriptorum, episcoporum, testium veritatis, hæreticorum: *Benno* seculo XI. de Hildebrando seu Gregorio VII. *Philippus Melanchthon, Matthesius, Dresserus* de vita Lutheri: *Camerarius & Peucerus* de vita Philippi Melanchthonis: *Melchior Adamus, Bismarcus, Menzius* de vitis theologorum hujus temporis.

IX. EPISCOPORUM successiones, & particularium ecclesiarum historiæ: inter qvas *Italiã sacram, ejusq; episcopos*, consignavit Ferd. Ughellus: *Anglicæ ecclesiæ* historias à Wiclefo ad A. C. CIↃIↃLII. descripsit J. Foxius: *Britannicarum ecclesiarum* antiqvitatem Jo. Dajus: *Saxoniæ inferioris & Westphaliæ*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

phaliæ epiſcopos in XII. eccleſiis cathedralibus à temporibus Caroli, M. Alb. Cranzius in Metropoli: *Omnes archiepiſcopos & epiſcopos* Opmerſenus: *Bremenſem* diœceſin & ſeptentrionem à temporibus Caroli M. usq; ad Henricum IV. M. Adamus Bremenſis: *Leodienſes, Trajectenſes, & Tungrenſes pontifices* Æg. Bucherus tribus tomis: *Bavariam ſanctam* Roderus: *Conſtantienſes* Joh. Manlius: *Argentinenſes* Gvillimannus: *Eichſtadienſes* Greſterus: *Trajectenſes* Heda: *Auguſtanos* Sig. Religioſus: *Mindenſes* Jul. Schradius: *Naumburgicos* & *Citizenſes* Langius: *Remenſes* Flodoardus, alias Frodoardus ſub Ottone I. qvatuor libris: Pertinent huc Epiſcopatus Germaniæ *Bruſchii:* Politia eccleſiaſtica *Miræi:* Status eccleſiæ per Græciam, Aſiam & Africam *Chytræi.*

X. MONACHORUM origo, inſtituta, res geſtæ. Ubi *Hoſpinianus* de origine monachatus, templorum, feſtorum: *Joh. Casſianus* de inſtitutis monachorum ſeculo V. *Henr. Petræus* & *Bruſchius* de monaſteriis: *Capetius, Molanus, Signius* de origine & officio Canonicorum: *Jac. Boſius: Chr. ab Oſterhauſen: Gvil. Cadurcenſis* de ordine militari S. Johannis: *Pantaleo* in XII. libris de ordine militari: *Mennenii* deliciæ eqveſtrium ordinum: *Zittardi* chronicon generalium magiſtrorũ ordinis Dominicani: *Gratſeri: Haſenmülleri: Laſcovii: Leporini: Nic: Orlandini: Tyardæi* hiſtoriæ Jeſuiticæ: *Ant. Arnoldi,* Advocati Pariſienſis, actio contra Jeſuitas: *Acoſtæ* commentarius rerum à ſocietate Jeſu in oriente geſtarum: *Fuldenſes Traditiones: Trithemii* Chronicon Hirſchavienſe & Spanheimenſe: *Servitæ, Conſalvii, Urſini, Paramozii* artes inqviſitionis Hiſpanicæ: *Adriani* Dordrechtani de fratre Cornelio.

XI. HEBRÆORUM respublica, deſcripta ab *Altino: Corn. Bertramo: Cunæo: Hornbergio: Menachio: Sigonio.* Qvo pertinent *Ariæmontanus* de antiqvitatibus Judaicis: *P. Galatinus* de arcanis catholicæ veritatis: *Buxdorfius* de Synagoga Judaica: *Adrichomii* theatrum terræ ſanctæ: *Eizingeri & Angelii* Hieroſolyma: *Büntingii* Itinerarium.

XII. FASTORUM & Calendariorum Scriptores, *Val. Beierus: Beutherus: Mart. Bohemus: Bonicontrius: Aug. Brunnius: P. Eberus: Gauricus: Goldwurmius: Haræus: Hoſpinianus de Feſtis: El. Reuſnerus: Scultetus.*

XIII. ACADEMIÆ *Angelocratoris: Burckhardi: Cholini: Conringii: Cratepolei: Herlizii: Matamori: Middendorpii.*

XIV. BIBLIOTHECÆ *Angeli Bocchæ,* qvi Vaticanam Bibliothecam commentario illuſtravit: *Beſodneri: Bolduani: Draudii: Geſneri: Sauberti:* qvi bibliothecam Norinbergenſium deſcripſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XV. PAGANÆ SUPERSTITIONIS historici, *Irenæus: Lactantius: Arnobius* in libris adversus gentes: *Clemens Alexandrinus* in libris VIII. Stromaton: *Augustinus* in libris de Civitate Dei: *Gyraldus* de Diis omnium gentium: *Natalis Comes* de mythologia Deorum: Albericus philosophus de pictis Deorum imaginibus: *Boccatius* de genealogia Deorum: *Seldenus* de Diis Syris: *Schlederus* de Diis fatidicis. Refer huc *Dæmonidm* Bodini, Wieri, Remigii: *Theatrum diabolorum* Bosavii & Feyrabendii: *Goëtiam* Hiltebrandi: *Malleum maleficiorum* Sprengeri: *de Divinationibus* Peuceri & Artemidori. Apollonium Thyaneum *Philostrati*.

XVI. ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ PARTICULARES. Sic veterum principum Germanorum erga religionem zelum *Lupoldus*, episcopus Bambergensis, circa annum cIɔcccXL. depinxit: *Cutfemius* Saxoniam catholicam edidit: in qva refutanda *Henr. Höpfnerus* & *Müllerus* desudarunt. *Baazus* inventarium ecclesiarum Svecicarum consignavit: *Fr. Godwinus* commentarium de præsidibus Angliæ edidit: *J. Foxus* à Wiclefo ad annum cIɔ IɔLII. historias ecclesiæ Anglicæ scripsit: *Jo. Dajus* de antiqvitate Britannicarum ecclesiarum commentatus est: *Sanderus* schisma Anglicum exposuit: *G. Barth. Pontanus* Bohemiam piam; *Roderus* Bavariam sanctam descripsit: *Dan. Cramerus* Pomeranicas ecclesias peculiari historia solerter complexus est: *Chytræus, Cœlestinus, Jac. Godofredus, Saubertus* acta comitiorum, in qvibus confessio Augustana exhibita est, promulgarunt.

IV.

Qvi diversorum regnorum & rerumpubl. historias consignarunt.

Historici de qvatuor summis imperiis.

I. *Herodotus*, Halicarnasseus, qvadriennio ante Xerxis expeditionem natus, qvem Cicero patrem vocat historiæ, & sine ullis salebris qvasi sedatum amnem ferri censet, primo loco ponitur suo merito. A Gyge Lydorum rege initio facto, libris novem, qvibus novem Musarum nomina indita sunt, Lydorum, Medorum, Persarum, Ægyptiorum, Græcorum, aliorumq; populorum historiam per annos ccxxx. ad Xerxis usq; fugam perseqvitur. Plutarchus adversus eum scripsit in libro de malignitate Herodoti. Defensus est à Possevino & H. Stephano. Introductionem ad ejus lectionem scripsit Dav. Chytræus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

II. *Thucydides*, ad scribendum excitatus, cum Herodotum libros suos recitantē audiisset, à fuga Xerxis, ubi definit Herodotus, annos LXX. ad XXI. annū belli Peloponnesiaci, libris octo tā artificiosia eloqventia complectitur, ut Cicero in secundo de oratore eum dicat omnes dicendi artificio facile vicisse. Antiqvitas eum vocavit γνωμολογικὸν pulcerrimum.

III. *Xenophon*, apis illa Attica, philosophus, historicus & dux belli egregius, res à XXI. anno Peloponnesiaci per XLIV. annos gestas, usqve ad pugnam Epaminondæ juxta Mantinæam libris VII. describit. Historiam ejus ex Plutarcho & Diodoro continua serie usq; ad Cheronæam cladem *Georg. Gemistius*, alias *Plethon Byzantinus*, continuavit. Ipse autem Xenophon præterea scripsit, ad effigiem justi imperii, vitam Cyri: item Cyri junioris adversus Artaxerxen expeditionem, cui ipse interfuit, & X. millia Græcorum, jam de vita desperantium, in patriam è Persia reduxit.

IV. *Diodorus Siculus*, tempore J. Cæsaris, imprimis lucem historiis in bibliotheca historica attulit, in qvam, teste Justino Martyre, XXX. annos totos insumsit, & bonam Europæ & Asiæ partem peragravit. Eum primum inter Græcos Plinius dicit desiisse nugari. Sed dolendum est, ex XL. ejus libris, XV. saltem superesse, qvorum priores qvinq; Ægypti, Asiæ, Africæ, Græciæ, insularum & Europæ antiqvitates continentur. Inde V. libri desiderantur. Undecimus autem, & qvi ad librum XX. seqvuntur, ab expeditione Xerxis usq; ad Alexandri M. in Phrygia prælium & Antigoni cædem res Persarum, Græcorum, Macedonum & cæterorum orbis populorum exponunt. Additæ sunt ab Henrico Stephano aliqvot eclogæ seu excerpta ex libris bibliothecæ amissa.

V. *Justinus*, epitomator Trogi Pompeji, circa annum Christi CL. historias omnium gentium à Nino Assyriorum rege ad Augustum usq; contraxit ex XLIV. Trogi libris deperditis, qvi totius mundi origines, terræq; situs & historias Philippicas Romana lingva scripserat.

VI. *Ctesias* Cnidius res Assyriorum & Persarum libris XXIII. complexus est, à variis autoribus tanqvam verus & probus autor allegatus. Supersunt ex omnibus ejus scriptis Indica, & aliæ historiæ, à *Photio* excerptæ.

VII. *Dictys* Cretensis creditur vulgo ille esse, qvi tempore Trojani belli Idomenea secutus est, bellumq; Græcorum & Trojanorum idiomate Punico consignasse dicitur, unde Homerus suum poëma congesserit. Historiam suam, sex libris Troicorum digestam, ferunt illum, cum in Cretam ab Ilio esset reversus, in plumbea arcula repositam secum sepeliri jussisse:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

eamq; deinde tempore Neronis inventam Septimium Romanum latinitate donavisse. Sed qvi rem accuratius perpendunt, è *Poetarum*, & imprimis Homeri lectione, hos libros, tanqvam centones, esse consarcinatos intelligunt.

VIII. *Dares* Phrygius itidem Troica scripsit : sed ab illo Darete procul dubio diversus, cujus Homerus meminit, qvanqvam Ælianus testatur, ejus Phrygiam Iliadem sua adhuc ætate extitisse. Cornelius Nepos eum dicitur latino sermone expressisse : sed tam eleganti autori vix tam inficeta versio assignari debet. *Joh. Iscanius*, Britannus eum anno cIↃccxxIII. eleganti poëmate reddidit, qvod falso adscripsere Cornelio Nepoti.

IX. *Q. Curtius* libris decem Alexandri M. bella scripsit : historicus probus, legitimus, adstrictus, profluens, subtilis, clarus, & sine cura ulla accuratus, ut Lipsius testatur.

X. *Arrianus* Nicomediensis, discipulus Epicteti, vir consularis, φιλαληθὴς Rhodigino, & alter Xenophon aliis dictus, libris VIII. eadem bella Alexandri M. tempore Adriani imperatoris consignavit. Scripsit idem plures libros de rebus Parthicis, Alanicis, Bithynicis. Sed illi perierunt. Supersunt IV. libri de dissertationibus Epicteti.

XI. *Plutarchus* Chæronensis, Trajani amicus, amplissimus historiæ thesaurus, præcipuos Græcorum & Romanorum duces tam accuratè in parallelis suis Græce descripsit, ut Theodorus Gaza interrogatus, qvemnam esset ex omnium Scriptorum numero delecturus, si cæterorum omnium amittendorum incumberet necessitas, Plutarchum responderit.

XII. *Cornelius Nepos* tempore J. Cæsaris in eodem genere scribendi cum Plutarcho versatus, de vita XXII. excellentium imperatorum apud exteras gentes Latine scripsit, addita vita Catonis, & Pomponii Attici. Vulgo tribuuntur hæ imperatorum vitæ *Æmilio Probo* librario, qvi eas, patris & sua manu scriptas, obtulit Theodosio.

XIII. *Dionysius Halicarnassæus* sub Augusto antiqvitatum sive originum Romanarum historiam à Troja capta usq; ad cccxI. annum U. C. seu usq; ad primum bellum Punicum libris xI. contexuit, scriptor accuratus, & Atticæ puritatis studiosus.

XIV. *T. Livius*, Latinæ historiæ princeps, continuam IↃccxLVI. annorum historiam ab U. C. usq; ad xxxvI annum Augusti lactea ubertate, ceu Qvintilianus censet, conscripsit. Ex luculento opere, tres tantum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

tantum decades, nempe prima, tertia, qvarta cum dimidia qvintæ parte superſunt. Supplementa Livii nuper eleganti & congruo ſtylo edidit Frensheimius.

XV. *L. Annæus Florus*, Qvintiliani familiaris, præter hiſtoriam Romanam brevem & elegantem, epitomen etiam omnium librorum Livii concinnavit.

XVI. *Sextus Rufus* breviarium rerum à populo Romano geſtarum ad Valentinianum edidit.

XVII. *Fl. Eutropius*, diſcipulus Auguſtini, decem libris Romanæ hiſtoriæ epitomen ſcripſit usqve ad mortem Juliani. Ejus breviarium Græco-Latinum invenitur in Tomo III. Græcorum ſcriptorum minorum Romanæ hiſtoriæ.

XVIII. *Paulus Diaconus* Forojulienſis, Deſiderii cancellarius, libros ſeptem Eutropio addidit, qvibus ab obitu Juliani usq; ad Leonem iconomachum res imperii & imprimis Longobardorum explicuit.

XIX. *Sextus Aurelius Victor* de origine Romanæ gentis, deq; viris illuſtribus, ut & de imperatoribus usq; ad Theodoſium, breviarium ex omni priſcorum hiſtoria digesſit, hiſtoricus fidei non ſuſpectæ.

XX. *Polybius* Megapolitanus, Romanorum Thucydides, ſcriptor vetuſtus & gravis, multiplici experientia politica refertus, familiaris Scipionis junioris, libris XL. à primo bello Punico, cujus deſcriptione Liviana deſtituimur, ad Macedonicum bellum Philippi contexuit hiſtoriam, qvam vocat, catholicam, intermixtis, qvæ pasſim locorum eo tempore geſta ſunt. Extant ſaltem V. libri priores, & epitome ſeqventium librorum usq; ad XVII. ex Wolffg. Muſculi interpretatione. Scripſit etiam alia, ut de bello Numantino: ſed qvæ periere.

XXI. *Appianus* Alexandrinus, diu Romæ apud Auguſtorum tribunalia in cauſis agendis verſatus, vixit tempore Adriani & Antonini, deq; bellis civilibus hiſtoriam imperatoriam libris qvinq; ſcripſit, & præterea ſeriem regum Syriæ & Aſiæ continuam à Seleuco usq; ad Antiochum à Pompejo captum explicuit, atq; copioſe Punica, Parthica, Iberica, Celtica, Syriaca, Mithridatica, Annibalia pertractavit.

XXII. *Dio Casſius*, cognomento Cocceius, patria *Nicæus*, vir conſularis & prætorius, autor gravis, poſtqvam conſumſit annos XXII. in colligendis omnibus rebus, qvas populus Romanus ab U. C. usq; ad Severum Alexandrum gesſit, hiſtoriam IↃCCCCLXXI. annorum digesſit in VIII. de-
cades

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

cades seu LXXX. libros: ex qvibus XXV. tantum supersunt; priores XXXV. amissi sunt, præter aliqvas eclogas à Xiphilino collectas. Qvi extant, civilia bella & imperatorum vitas serie annorum CXXI. continua usq; ad mortem Neronis continent. Jornandes illum etiam Gothica scripsisse testatur, eaq; subinde in testimonium allegat. H. Stephani tantum illi dedit, ut scriberet:

Historias alias illi conferto Dioni:
Rivulus hæ; sed fons ista Dionis erunt.

XXIII. *Joh. Xiphilinus*, patriarchæ Constantinopolitani ex fratre nepos, temporibus Michaëlis imperatoris, epitomen in libros Dionis XLIV. posteriores edidit, continentem XXV. imperatorum historias, à Cn. Pompeio & J. Cæsare usq; ad Severum Alexandrum. Extant alia excerpta ex Dione per Theodosium.

XXIV. *C. Salustius Crispus* summa facundia, puraq; & arguta brevitate multas historiæ Romanæ partes tempore Ciceronis contexuit: ex qvibus conjuratio Catilinæ & bellum Jugurthinum superest. Martialis eum appellat primum in Romana historia.

XXV. *J. Cæsar* de suis rebus in bello Gallico & civili gestis purissima oratione & absoluto artificio commentarios edidit, qvibus accesfit appendix *A. Hirtii Pansæ*.

XXVI. *Vellejus Paterculus*, sub Tiberio præfectus eqvitum & qvæstor, duobus libris expitomen Romanæ historiæ usq; ad XVI. annum Tiberii eleganti sermonis genere perduxit.

XXVII. *C. Corn. Tacitus* sub Adriano, ab excessu Augusti, in qvo desierat Livius, ad mortem Neronis usq; annales, & inde historiam usq; ad Nervam, oratione pressa & arguta, crebrisq; sententiis ornata, complexus est. Desiderantur libri ejus nonnulli, qvibus res Caligulæ & Claudii exposuerat. Extat ejusdem de moribus Germanorum liber, qvos accuratius dignosse potuit, qvia aliqvamdiu procurator datus est Galliæ Belgicæ, dein qvæstor, prætor, consul. Extat & liber ejus de Julii Agricolæ vita. Andr. Alciatus omnibus aliis historiæ Romanæ scriptoribus eum præfert.

XXVIII. *Svetonius*, Tacito synchronus, magister epistolarum Adriani, eleganti verborum brevitate vitas XII. imperatorum priorum usq; ad Nervam descripsit, vehemens in eorum vitia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

XXIX. *Æl. Spartianus* de vita Adriani, Æl. Veri, Did. Juliani, Severi, Caracallæ & Getæ commentatus eſt.

XXX. *M. Aur. Antoninus*, philoſophus, imperator, libris XII. ideam vitæ ſuæ condidit. Illa autem Antonini vita, qvam Hiſpanice edidit Antonius Gvevarra, epiſcopus, in Horologio principum, eſt opus non hiſtoriæ, ſed eloqventiæ qvæſitæ.

XXXI. *Jul. Capitolinus* Antoninum pium, M. Aur. Antoninum philoſophum, Verum, Pertinacem, Albinum, Macrinum, Maximinos duos, Gordianos tres, Maximum & Balbinum deſcripſit: qvibus *Vulcatius Gallicanus* Avidium Casſium addidit.

XXXII. *Æl. Lampridius* Commodum, Diadumenum, Heliogabalū, Al. Severum ſibi deſcribendos ſumſit.

XXXIII. *Trebellius Pollio* duos Valerianos, duos Gallienos, XXX. tyrannos, & Claudium vivis coloribus depinxit.

XXXIV. *F. Vopiſcus* Aurelianum, Tacitum, Florianum, Probum, Firmum, Saturninum, Proculum, Bonoſum, Carum, Numerianum, Carinum deſcripſit.

XXXV. *Herodianus* Alexandrinus libris VIII. à morte M. Aur. Antonini usq; ad Gordianum juniorem, decem imperatorum vitas eleganti ſtilo enarravit.

XXXVI. *J. Pomp. Lætus* à Gordiano usq; ad Heraclium vitas imperatorum continuavit.

XXXVII. *Euſebius Pamphili* vitā Conſtantini M. copioſe recenſuit.

XXXVIII. *Ammianus Marcellinus* à libro XIV. usq; ad XXXI. (priores enim amisſi ſunt,) res geſtas Conſtantini, Juliani, Joviani, Valentiniani & Valentis, prolixe, graviter & ſplendide usq; ad annum CCCXCII. explicuit.

XXXIX. *Julianus* imperator, apoſtata, per ſatyram qvandam, Cæſares omnes à J. Cæſare usq; ad Conſtantinum & filios, fingit à Diis in Saturnalibus ad prandium invitatos, atq; à Sileno ob vitia morum ludibrio expoſitos.

XL. *Zoſimus*, comes & advocatus fiſci, res Arcadii & Honorii, qvorum tempore vixit, VI. libris latius perſeqvitur: præmisſa tamen ſerie illorum, qvæ à Dario usq; contigere. Paganus eſt, & ob id ab autoribus eccleſiaſticis ſæpe diſcrepat, tali tamen fide, ut egregiam apologiam meruerit à J. Leunclavio. Scopus ejus fuit, ipſo teſte, ut, qvemadmodum Polybius expoſuit, qvo pacto imperium orbis Romani exiguo tempore acqviſierint,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

fuerint, ita ipse explicet, qvo pacto suis sceleribus brevi tempore idem everterint. Breviter historiam Augustorum usq; ad Diocletianum percurrit. Inde omnia latius deducit.

XLI. *Prosper Aqvitanicus* historiam Romanam ab anno CCCLXXXII. per annos LXV. continuat usq; ad urbem à Genserico captam.

XLII. *Procopius*, Rhetor Caesariensis, Belisarii librarius & comes in omnibus bellis, exorsus historiam à morte Arcadii, bella Justiniani auspiciis Belisarii & aliorum ducum pertexuit, & duobus libris Persicum bellum; totidem Vandalicum; tribus Gothicum exposuit.

XLIII. *Agathias*, scholasticus Murinensis, alias Smyrnaeus, Procopii historiam qvinq; libris per XII. annos continuavit de rebus gestis Justiniani.

XLIV. *Marcellinus comes*, annales ab obitu Valentis usq; ad Justinianum pertexuit.

XLV. *Theophylactus Simocatta* res gestas Mauritii imperatoris VIII. libris complexus est, editis à Jac. Pontano.

XLVI. *Nicephorus*, patriarcha Constantinopolitanus, breviarium consignavit de rebus imperii à Mauritio usq; ad Leonem IV. ad annum IↃCCLXIX.

XLVII. *Nicetas* Acomiatus Choniates annales Zonarae, qvorum supra meminimus, & in qvibus imperatorum, praesertim Byzantinorum, historia diligenter enarratur, libris XIX. ab anno CIↃCXVII. usq; ad annum CIↃCCII. continuavit.

XLVIII. *Nicephorus Gregoras* libris XI. res à Graecis imperatoribus per annos CXLV. gestas ab eo tempore, qvo desiit Nicetas, deduxit.

XLIX. *G. Pachymerius* in iisdem temporibus est occupatus, in qvibus Gregoras.

L. *Jo. Curopalates* à morte Nicephori exorsus, ad Isacium Comnenum pervenit.

LI. *Annas Alexius* libris XX. res ab Alexio patre gestas edisseruit, allegatus à Bodino.

LII. *Georg. Phranza* chronicon edidit de ultimis orientalis imperii temporibus usq; ad Machometem II. libris tribus, editis à Pontano.

LIII. *Paul. Jovius*, episcopus Nucerinus, historiam universalem libris XLV. ab anno CIↃCCCCXCIII. per annos XLVI. stylo gravi, sed saepe fide fluxa scripsit.

LIV. *La-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

LIV. *Lagonotheta* chronicon Conſtantinopolitanum edidit.

LV. *Jac. Aug. Thuanus* hiſtoriam univerſalem à Carolo V. ad Matthiam deduxit. Ex qvibus omnibus licet abunde innoteſcat, qvod de regibus & imperatoribus qvatuor monarchiarum ſcire intereſt, ſuffragantur tamen illis in ſtudio hiſtorico vitæ Cæſarum & imperatorum peculiariter deſcriptæ à *Did. Apolephta*, *Joh. Cuſpiniano*, *Joh. Bapt. Egnatio*, *Hubert. Golzio*, *Lilio*, *Lotichio*, *Zach. Ortho*, *Petrarcha*, *Mich. Saxone*, *Octavio de Strada*, *Raph. Volaterrano*. Qvi ipſi ad imperatores noſtros Germanicos ſimul progrediuntur. Nos diſtinctè, à qvibus hiſtoricis regna poſt inclinatum in occidente Romanum imperium enata deſcribantur, indicabimus.

HISTORICI GERMANIÆ.

Germania, ut factis ſe ſemper probavit ſtupendis, iisq; tandem ipſum imperii Romani axioma ad ſe traduxit, ita, qvanqvam ipſa initio nihil literis mandare voluit, tam multis tamen rerum ſuarum præcones invenit, ut apud nullam gentem plura dentur antiqvitatis monumenta. Ne enim illos, qvos ſupra vel chronicon univerſalia vel alios libros univerſali hiſtoriæ inſervientes ſcripſisſe dixi, denuo producam, nec omnes autores recenſeam, qvi aut in *Germania illuſtrata Schardii*, aut in Tomis hiſtoricis Germanicis Marqvardi, Freheri: aut à *Chriſtiano Urſtiſienſi*, numero XVI. aut à *Joh. Piſtorio*, numero VI. conjunguntur, accipe ex multis paucos.

I. *Hunibaldus*, primus eſt Germanorum hiſtoricus, & libris XVIII. de Francis à bello Trojano ad Clodovici tempora commentatus eſt.

II. *Gregorius Turonenſis* epiſcopus libros X. hiſtoriæ Francorum ab eorum origine usq; ad annum Iↄc. edidit.

III. *Eginardus*, Berengarii II. Secretarius, ab anno Iↄcccxci. per annos LXXII. res præcipuas in orbe geſtas, & imprimis hiſtoriam imperatorum Germanicorum explicuit.

IV. *Witichindus*, monachus Corbejenſis, Saxo, Henrici aucupis & Ottonis I. res geſtas usq; ad annum Iↄcccclxxiv. deduxit.

V. *Lamb. Schaffnaburgenſis*, monachus, de rebus Germanicis à Carolo M. ad annum cIↄlxxviii. ſcripſit: cui appendix ccc. annorum addita eſt.

VI. *Dithmarus*, epiſcopus Mersburgenſis, hiſtoriam Saxonicorum

 impera-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

imperatorum libris VII. superioribus annis à Reinero Reineccio editis ab anno IↃCCCXCII. ad annum CIↃXX. descripsit.

VII. *Luithprandus* Ticinensis tempore Ottonis I. historiam de rebus suo tempore gestis scripsit.

VIII. *Roswida* virgo itidem res gestas Ottonis I. carmine celebravit.

IX. *Bruno*, monachus, historiam Henrici IV. scripsit.

X. *Wippe*, presbyter, sub Henrico III. res Conradi Saliqvi scripsit.

XI. *Helmoldus*, Canonicus Buzoviensis, Henetorum in Germania ad littus maris Balthici conversorum historiam à Caroli M. temporibus ad Friderici Barbarossæ imperium seu annum CIↃCLXVIII. deduxit.

XII. *Glaber Rudulphus*, Cluniacensis monachus, tempore Conradi II. & Henrici III. ab anno CIↃ. per XLV. annos historias contexuit.

XIII. *Godefredus*, monachus Coloniæ, historiam ab anno CIↃCLXXII. per LXXV. annos conscripsit.

XIV. *Guntherus* poëma nobile de rebus Friderici I. composuit, Ligurinum vocatum.

XV. *Albertinus Hussatus* de Henrico VII. & Ludovico Bavaro commentatus est.

XVI. *M. Albertus* Argentinensis chronicon à Rudolpho I. ad excessum Caroli IV. per annos CVIII. consignavit.

XVII. *Beatus Rhenanus* libris tribus rerum Germanicarum de origine, migrationibus & regno Francorum diligentissime scripsit.

XVIII. *Joh. Aventinus* in annalibus Bojorum omnes res Germanorum magna solertia persecutus est.

XIX. *H. Mutius* libros XXXI. chronicos de Germanorum prima origine, moribus & rebus gestis ad annum Christi CIↃIↃXXXIX. edidit.

XX. *Jac. Wimphelingius* epitomen imperatorum & rerum Germanicarum circa annum CIↃIↃL. concinnavit.

XXI. *Fr. Irenicus* ante illum libros XII. Germaniæ exegeseos evulgavit.

XXII. *Ludovicus ab Avila* scripsit libros duos de bello Germanico Caroli V. Idem fecit libris qvinq; *Lamb. Hortensius Montfortius.* Addatur *Zenocarus* de Carolo V. & *Besselmejerus* de bello Magdeburgico.

XXIII. *Sim. Schardius* qvatuor Tomis omnem Germanorum historiam absolvit, qvorum primo varios autores congessit, qvi Germaniam antiqvam illustrarunt: altero eos conjunxit, qvi descripsere, qvæ sub Carolo V.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

rolo V. contigerunt; tertio & qvarto, qvæ venerunt in Ferdinandi I. & Maximiliani II. gubernationem, complexus eſt.

XXIV. *Joh. Sleidanus* luculentos commentarios de ſtatu religionis & reipublicæ libris XXV. ab anno CIↃIↃXVII. ad annum CIↃIↃLVI. edidit: qvibus continuatio *Oſeæ Schadæi* ad noſtra tempora acceſſit.

XXV. *Jul. Cæſar Bulengerus* ſcripſit hiſtoriam ſui temporis ab anno CIↃIↃLX. ad annum hujus ſeculi XII.

XXVI. *Surius* hiſtoriam ab anno CIↃIↃLXIV. per annos XXII. continuavit.

XXVII. *Joh. Petrus Lotichius* libros CXIII rerum Germanicarum ſub Matthia Ferdinando II. & III. ab anno noſtri ſeculi XVII. usq; ad annum XLIII. edidit.

Refer huc Germaniam *Althameri: Audeberti: Babenbergii: Barlandi: Bebelii: Pet. Bertii: Joh. Boëmi: Seb. Brandii: Gabr. Buſelini: Cluverii* in commentario de moribus Germanorum Taciti: *Crinitii: G. Fabricii: Seb. Francki: Fr. Irenici: Seb. Murrhonis: Hugwald. Muthi: Henr. Petri: Bilib. Pirckheimeri: Nic. Reuſneri: Jac. Schopperi: Æn. Silvii: Chriſtoph. Sturzii: Mart. Zeileri:* qvi ſummo ſtudio in exornanda Germania noſtra fuerunt occupati. Qvum vero illa in plures ducatus, principatus & respublicas dividatur, plures inventi ſunt, qvi peculiares provincias & urbes peculiaribus chronicis & libris deſcripſerunt. Longo ordine hic recenſeri posſunt

Alſatia Seb. Brandii & Bernh. Herzogii.
Altenburgum Hamelmanni.
Alvenslebium Cyr. Edini.
Amſtelodanum Joh. Iſac. Pontani.
Anhaltia Ern. Brotuffii.
Anneberga Jenniſii.
Antverpia Gorop. Becani & Car. Scribonii.
Aqvisgranum Joh. Noppii.
Argentina Fr. Closneri: Jac. Kongelshovii.
Auguſta Trevirorum Lud. Villebois.
Auguſta Vindelicorum Gasſeri: Gosſenbroti: Wolfg. Hartmanni: Kiriandri: J. Piſtorii: Sigismundi in Chronico Auguſtano, edito à Joh. Piſtoris: Marc. Welſeri: Engelb. Werlichii, qvi ex VIII. libris Welſeri Latine conſcriptis, & ex Gasſero, Chronicon Auguſtæ Germanicum concinnavit.
Auſtria Rich. Bartolini: Fr. Bergomatis: Jo. Cuſpiniani: Gebwileri:

 Wolfg.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Wolfg. Lazii: Megiſeri: Rasſæ: Gerh. de Roo: Joh. Seifridi: Car. Stengelii. Qvo pertinet Laurus Auſtriaca de proximis Auſtriacorum bellis & victoriis edita: item Annus Auſtriacus,& apologia pro gente Auſtriaca, & libri III. de virtutibus gentis Auſtriacæ Nic. Vernulæi.

Bardewicum Meibomii.

Baſilea Hulr. Frolichii: Urſtiſii: Grosſii.

Bavaria P. Apiani: Jo. Aventini: Andr. Brünneri, qvi annales Bojorum libris xv. condidit usq; ad annum cIↃcccxiv. Freherii: Matth. Raderi, qvi ſcripſit Bavariam ſanctam: Andr. Ratisbonenſis, qvi vixit anno cIↃccccxxxix. Trithemii: Marc. Velſeri. Nota, qvod Fretulphus & Schritovinus ſint antiqvisſimi Bojorum hiſtorici, ex qvibus Aventinus multa in ſuos annales retulit.

Belgium & inferior Germania Adamæi: Anonymi in magno chronico Belgico, per Joh. Piſtorium edito: Cominæi: Corn. Aurelii: Adr. Barlandi: Joh. de Beca: Marc. Zuerii Boxhornii: P. Candidi: Henr. Catarini Davilæ: P. Divæi, qvi ſcripſit librum de Gallicæ Belgicæ antiqvitatibus: Jani Douſæ, qvi ſcripſit annales Hollandiæ: Caſp. Ens de bello civili in Belgio: Florentii van der Haer: Gallæi: Joh. Geerbrandi à Leydis: Gerh. Geldenhaurii: Joh. Bapt. Gramaye: Hug. Grotii de antiqvitate reip. Batavorum: Lud. Gvicciardini: Jul. Haſarti: Heuteri: Hadr. Junii: Locrii: Em. Meterani: Joh. Meurſii: Aub. Miræi: Noviomagi: Pantaleonis: Æg. de Roya: Joh. à Sande in epitome hiſtoriæ Belgicæ: Mart. Schooklii in Belgio fœderato: Fr. Schweertii: Scriverii: Reneri Snoi: Firmiani Stradæ in bello Belgico: Hub. Thomæ Leodii de Tungris & Eburonibus: Zeileri. Refer huc laurum Nasſavicam.

Boruſſia Grunovii: Caſp Hennebergeri: Er. Stellæ: Caſp. Schuzii: Matth. Waisſelii.

Brabantia Æg. Aurifabri: Adr. Barlandi: P. Dinæi: Joh. Bapt. Gramaye: Fr Haræi: Phil. Wielani.

Brandeburgici marchiones. Vid. Marchia.

Brema Wilh. Dillichii.

Brunsviga & Lüneburgum Büntingii: Lesſii: Meibaumii.

Bruxella Puteani.

Cameracum Phil. Wielani.

Carinthia Megiſeri: Salivani.

Clivia Tesſchenmacheri.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Colonia Æg. Gelenii. Adde Colonienses Archiepiscopos Bruschii: item Petri Merfæl electores ecclesiasticos.
Constantia Jac. Manlii.
Culmbachia Schleupneri.
Curlandia Sal. Henningii.
Embecca Joh. Lezneri.
Flandria Æmundi: Beisselli: Kærii: Marchantii: Jac. Mejeri libris XVII. Wielani.
Franckenberga in Hassia Gerstenbergeri.
Franconia F. Vallesii: Trithemii. Orgines Francorum præter Trithemium edidit Pontanus & J. Schenckius. Vid. Historicos Gallorum & belli sacri Hierosolymitani.
Friberga Misniæ Boceri.
Frisia Ubbon. Emmii: Furmerii: Hameonii: Corn. Kempii: Werner. Rolevingii: Suffridi Petri.
Fulda Christoph. Broweri: Val. Münzeri: J. Pistorii, qvi edidit Fuldenses annales, & traditiones historici anonymi.
Hamburgenses origines Pet. Lambecii, Ad. Thracigeri.
Hannonia Jac. Lessabæi.
Hanseaticæ respupl. Joh. Angelii Werdenhagii.
Hassia Wilh. Dillichii: Willi Schefferi.
Helvetia & Rhætia Glareani: Fr. Gvillimanni: Gulleri: Hemmerlinii: Molitoris: Nigri: Pirckheimeri de bello Helvetiorum adversus Carolum Burgundum & Maximilianum I. Beat. Rhenani: Lamb. Schaffnæburgensis: Josiæ Simleri: Sprecheri: Stumpfii: Svizerii: Æg. Tschudii.
Henneberga Cyriac. Spangenbergii.
Hildesia Mœckeri.
Hollandia, Vid. Belgium.
Holsatia Andr. Angeli: Elverfeldii: J. Petri f. Petersen: Spangenbergii.
Juliacum Adelarii: Erichii: Teschenmacheri.
Limburga in Limburgensibus fastis.
Lippia Joh. Pideritii.
Lipsia Tob Heidenreichii.
Livonia Bredenbachii: Salom. Henningii: Russovii in lingva Saxonica.
Lovanium Lipsii.
Lubeca Herm. Bonni: Sibrandi. H. Bangerti chronicon Lubecense, qvod consignavit, nondum est editum.
Lucem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Lucemburga Joh. Bertelii abbatis: Nic. Viegnieri.
Lüneburga Vid. Brunsviga.
Magdeburgum Besselmejeri in bello Magdeburgico: Pomarii: Andr. Werneri.
Mansfeldia Cyriac. Spangenbergii.
Marchia Andr. Angelii: Joh. Cernitii: Enzelii: Leutingeri: Mencii: Rein. Reineccii. Confer genealogicam deductionem stemmatis electorũ Brandenburgensium Ottonis Böttecheri, ut & electores Brunnii. Leopoldus à Northoff Marcanas origines composuit.
Martisburgum Ern. Brotuffii: G. Hahnii.
Mechlenburgia Boceri: Simonii.
Mifreda in Chronico Mindensi per J. Pistorium edito.
Misnia P. Albini: G. Fabricii: Laur. Fausti: Joh. Garzonis: Rein. Reinecci: Schulteti.
Moguntia Casp. Bruschii: Conradi episcopi: Gvilielmi archiepiscopi: Nic. Serarii: G. Helvici.
Nassavia Jo. Orles: Jo. Textoris: Tob. Weberi.
Noriberga Jo. Camerarii: Conradi Celtis: Er. Mich. Læti: Eobani Hessi in carmine heroico.
Oldenburgum Herm. Hamelmanni.
Palatinatus Jac. Lud. Beutheri: Aug. Brunnii de electoribus Palatinis: Marq. Freheri in originibus Palatinis: Dav. Parei: P. Pithoëi.
Pomerania Crameri in chronico ecclesiastico: Fridebornii in chronico Stetinensi: Micrælii in annalibus & historia Pomeranica.
Quernfurdia Cyr. Spangenbergii.
Rhætia Joh. Guleri: Joh. Heroldi in I. Tomo Germaniæ illustratæ: Joh. Georg. Schlee: Sprecheri. Vid. Helvetia.
Rostochium Petri Lindenbergii.
Salisburgum Hundii.
Saxonia Aug. Brunnii: Alb. Cranzii: Chytræi: Dresseri: Georg. Fabricii: Bas. Fabri: Mencii: Laur. Peccensteinii: Philib. Pingonii: Joh. Pomarii: Spangenbergii: Wittichindi.
Schawenburgia Spangenbergii.
Silesia Joach. Curæi: Henelii: Peccenstenii: Henr. Ratelii: Schikfusii.
Solmenses comites Alb. Otton. Billgen.
Spira Eisengreinii: Christoph Lehmanni: Ph. Simonis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Stetinum Paul. Fridebornii: Hiobi Trederi.
Svevia Joh. Boemi: Mart. Crusii: Th. Lyreri.
Thuringia Joh. Bangen: Joh Bechereri: Joh. Binhardi: Zach. Rivandri: Frid. Schmidlini.
Treveris Bruschii: Kyriandri: Mersfæi: Joh. Scheckmanni.
Ultrajectinæ secesssiones Lamb. Hortensii; ecclesiæ Joh. de Beka.
Uratislavia Helii.
Wandalia Alb. Cranzii: Isidori Hispalensis in historia de regno Vandalorum & Svevorum.
Wurtenbergia Joh. Tethingeri in II. Tom. Germ. illustratæ Schardii.
Wittenberga Balth. Menzii.
Zwiccana Laur. Wilhelmi.

Pertinet ad historiam Germanorum expeditio sacri belli, descripti per Joh. *Gvilielmum, Tyrium archiepiscopum; Angelium, & autorem anonymon*, cujus XII. libros R. Reineccius edidit: reges Hierosolymitani *Brandii:* enarrationes electorum *Brunnii: Mersfæi: Nic. Reusneri:* res antiqvæ Germanicarum gentium *Phil. Nicolai* sex libris: virtutes Germanorum principum *Castritii:* & opera innumera alia.

HISTORICI ITALIÆ

Et horum omnino multi sunt. Inter illos sunt, *Joh. Bapt. Adrianus*, Florentinus, in libris XXII. de historia suorum temporum in Italia usq; ad Caroli V. mortem: *Fl. Blondus* in libris XXX. ab inclinatione imperii ad sua tempora & in libris X. de Roma triumphante, atq; Italia illustrata: *Th. Bozius* de statu Italiæ antiqvo & novo adversus Machiavellum libris qvatuor: *Brixianus* de urbibus Italiæ: *Galeatius Capella* de bellis in Italia inter Carolum V. & Franciscum regem Galliarum gestis, cum continuatione *Pandini: Mich. Coccinius* de bellis Italicis: *Ubertus Folietta* de rebus per Italiam suo tempore gestis: *Fr. Gvicciardinus* libris XX. historiam sui temporis usq; ad annum CIƆIƆXXXVI. *Leander* de Italia: *Megiserus* in paradiso deliciarum: *Lud. Rodulfinus* de ducibus Italiæ: *Joh. Henr. à Phlaumern* in Mercurio Italico seu duce per Italiam: *Reusnerus: Schraderus: Car. Sigonius* in XXX. libris historiarum de regno Italiæ ad annum CIƆCCLXXXVI. *Æn. Silvius* libris XX. de rebus in Italia suo tempore gestis. *Alex. Ugonius* de maximis Italiæ & Græciæ calamitatibus. Præter hos extat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Aqvileia Joh. Candidi.

Apulia. Vid. Neapolis.

Calabria Gabr. Barrii. Vid. Neapolis.

Campania Ant. Sanfelicii.

Corsica Aug. Justiniani.

Fernaria Bapt. Panætii: Joh. Bapt. Pignæ.

Florentia Aretini: Joh. Boccatii: Brandolini: Briati: Burgini: Marsil. Ficini: Jovii: Kellneri: Nic. Machiavelli in historia Florentina ab anno cIɔcc. ad cIɔcccccxciv. Mich. Sanuti: Villani.

Genua Joh. Bohemi: Jac. Bracelli: Barthol. Facii: Foliettæ: Aug. Justiniani: Pii II: Pizari: Sabellici: Jacobi de Voragine.

Malta Breithauptii.

Hetruria Postelli.

Mantua Posſevini: Pet. Paul. Vergerii.

Montisferratum Posſevini.

Mediolanum & Insubria Gal. Capellæ: Bernardini Corii: Fr. Gvillimanni: Georg Merulæ: Puteani. Confer res Longobardorum P. Diaconi: item Johannem Simonetem de rebus gestis Fr. Sfortiæ.

Neapolis Henr. Bacci: Capatii: Barthol. Facii in libris x de Alphonso I. Rege Neapolis: Pandulphi Collenutii in historia ab Augusto ad Carolum V. cui appendix per Th. Costam accessit: Contareni: Joh. Jov. Pontani de bellis Ferdinandi Neapolitani contra Andegavensem: Mich. Ritii in libris iv. de regibus Neapolis & Siciliæ Joh. Villani in Chronico Neapolitano. Vid. Sicilia.

Normannia Vid. Sicilia.

Patavia Laur. Pignorii: Bernh. Scardæonii: Sertorii Ursati.

Placentia Humb. Locati.

Ravenna Jo. Petri Ferreti tribus decadibus: Hier. Rubbi.

ROMA: cujus antiqvitates eruerunt Ant. Augustinus: Boisſardus: Bozius: Dempsterus: G. Fabricius: Bern. Gamuccius: Golzius: Paul. Manutius: Rosinus: Servilius; *mirabilia* consignarunt Faunus: Flaminius Primus; *topographiam* expresserunt Boisſardus: Barthol Marlianus; *historiam & annales* conscripserunt Joh. Boccatius: Pighius: Frid. Sylburgus tribus tomis; *imperatores & consules* recensuerunt Cuspinianus, Golzius & alii, qvos supra in numero Historicorum de iv. summis imperiis allegavimus; *rempublicam* commentariis illustrarunt Wolfg. Lazius, qvi xii. libris prolixus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

prolixus est in republica Romana in exteris provinciis per Romanos bello acqvisitis: Onuphrius Patavinus, qvi edidit libros III. commentariorum reipubl. Romanæ: civitatem Romanam: imperium Romanum: libros IV. principum: Romanorum ludos Circenses & triumphos; *potestates & magistratus* exposuerunt Alciatus: And. Dominic. Floccus libris qvatuor, qvi falso L Fenestellæ adscribuntur: Golzius: Jan. Gvilielmus: Pomp. Lætus: Lipsius: Prevotius: Sigonius: Volaterranus; *familias Romanas* deduxerunt Admiratus: Ant. Augustinus: Reusnerus: Streinius: Fulv. Ursinus; *rem militarem* explicuerunt Lipsius: Vultrinus; *septem colles* depinxit Serranus; *aditum & ambitum* delineavit Hiob. Trederus. Adde Joh. Meursium *de luxuriante Roma*: Glandorpii *onomasticon* historiæ Romanæ.

Senæ Cæsaris Orlandii.

Siciliæ Aretii: Pandulph. Collenutii: Hug. Falcati: Fazelli: Gvicciardini: Mich. Ritii: Valgvarneræ. Adde Johannis de Taylon historiam Normannorum: Gaufredi monachi sub Henrico IV. libros IV. de acqvisitione Siciliæ, Calabriæ & Apuliæ per Rob. Gviscardum & fratres de Normannia: Gvilielmi Gemeticensis Normanni sex libros de rebus Normannorum: Hugonis Falcandi tempore Friderici I. res Siciliæ. Vid. Neapolis.

Tarentum Joh. Juvenis libris VIII.

Venetiæ P. Bembi: Casp. Contareni: Donati Giannotti: Silvestri Gyrelli: P. Justiniani: Nic. Kellneri: Petr. Marcelli: Mauroceni: Natalis comitis: Paul. Parutæ. Sabellici: Jo. Bapt. Veri.

Verona Torelli Saraynæ.

Omnium historicorum Italiæ vicem præstabunt varii Italiæ illustratæ autores.

HISTORICI GALLIÆ.

Et illi varii & multi sunt, qvos secundum alphabetum Possevinus collegit. *P. Pithoëus* ex bibliotheca sua XI. Scriptores veteres prodidit, qvi ab anno cIↃcccLXXXV. Francorum historiam designarunt. Refer huc, qvos supra diximus Francorum origines & res gestas descripsisse. Præter illos *P. Æmilius* Veronensis, qvem Livianæ facundiæ æmulum vocant, historiam à Pharamundo usq; ad Carolum VIII. libris X. comprehendit, cui addidit continuationem usq; ad Franciscum *Jo. Ferronius*. *Aimonius* monachus libris IV. reges Francorum usq; ad Ludovicum pium ad annum IↃcccXXVI. descripsit: qvos deinde alii usq; ad natalem Philippi Augusti ad annum cIↃcLVI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

continuarunt: *Fr. Belcarius* commentaria rerum Galliarum edidit. Celebres deinde ſunt Mart. Bellajus, qvem vocant Xenophontem Gallicum, in x. commentariis de rebus geſtis Franciſci I. *Rod. Botoreus* libris xvi. ab anno cIↄIↄxciv. per xv. annos. *Henr. Caterinus* Davila libris xxv. de bellis civilibus â Franciſco II. usq; ad Henricum II. *Ph. Cominæus,* Flander, ſolo rerum uſu hiſtoricus incomparabilis, in commentariis librorum x. de Ludovico XI. & librorum v. de Carolo V. in bello Neapolitano: *Rob. Cænalis* in hiſtoria Gallica: *Dinothus* de bellis in Gallia propter religionem: *Duchesnius* in hiſtoria Gallica. *Cl. Fochetius* de antiqvitatibus Galliæ: *Froſſardus* de bellis Francorum & Anglorum ab anno Iↄcccxxxv. per annos Lxv. cum continuatione Engverrani: *Nic. Gillius*: *Bernh. de Girard* de ſtatu & ſucceſſu rerum Francicarum: *Gab. Barth. Gramondus* xviii. libris de geſtis Ludovici xiii. Gregorius Turonenſis ſeculo qvinto libris decem de Francorum regibus â Fredegario usq; ad ſua tempora: *Rob. Gvaguinus*: *Hermanus* comes de rebus Francorum usq; ad annum cIↄIↄxxv. *Jvo* Carnotenſis ſeculo xii. de regibus Francorum: *Lanarius Campana* de bello civili Gallico religionis cauſa: *Vincent. Lupanus* libris tribus de magiſtratibus Francorum: *Petr. Matthiæ* ab anno cIↄIↄxcviii. in prolixis commentariis: *Merula* de antiqvitatibus Galliæ: *Gvil. de Nangico* in Chronico regum Galliæ: *Steph. Paſchaſius* ſeu Paſqvier de antiqvitatibus & rebus memoralibus Galliæ: *Petavius* & *Pet. Pithoëus* in tribus tomis variorum autorum de geſtis Francorum in expeditione Hieroſolymitana: *Scipio Pleixius* in iv. Tomis hiſtoriarum Francicarum: *Pontanus* in libris vi. originum Franciæ: *Ramus* de moribus veterum Gallorum: *Mich. Ritius* libris v. de regibus Francorum: *Franc. de Rues* in deſcriptione regni Galliæ: *Rupertus* libris x. de Gallorum geſtis adverſus Saracenos: *Adr. Schrieckius* libris xxiii. de Celticarum & Belgicarum rerum originibus: *Joh. Serreus* in inventario generali hiſtoriæ Francicæ â Pharamundo usq; ad Ludovicum xii. *Joh. Serranus* in commentariis de ſtatu religionis & reipub. in Gallia: *Seſelius* libris duobus de Gallorum republica: *Joh. Texera* in genealogia regum Galliæ. *Joh. Tilius* Pariſienſis in epitome hiſtoriarum â Pharamundo usq; ad Henricum II. *Jac. Aug. Thuanus* libris cxx. in abſolutiſſima hiſtoria ſuperioris ſeculi.

Refer huc *Aqvitaniam* Elmundi de Boully: *Arelatenſem urbem Gan-Lartii Burdigaliam* El. Veneti: *Burgundiam* Alphonſi del Bene: Cominæi: Divæi; Lud. Gollusi: Ponti Heuteri; Miræi; Gvil. Paradini; Petri Sancto-Juliani: Nic. Vignierii Borrenſis: *Lotharingiam* Edmundi de Boullay & Franc.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Franc. de Roſieres; *Sabaudiam* Lamberti Burchii. *Veſontionem* Joh. Jac. Chifletii.

HISTORICI HISPANIÆ.

Hos in IV. Tomis Hiſpaniæ illuſtratæ conjunctos legere licet. Sunt autem *Margarinus: Rod. Sanctius: Alph. a Carthagena: Marineus: Tarapha: Vaſæus: Laur. Valla: Æl. Antonius: Alvarus: Bernh. Gomecius* de rebus Arragoniæ: *Damianus a Goes: Mich. Ritius* libris III. de regibus Hiſpaniæ: *Ximenius: Pantinus Toletanus: Mariana: Reſendius: Menatius: Hier. Pauli: Conſtaggius: Gaufred. Malaterra: Alexander Abbas: Bernardinus Gomeſius: Hier. Blanca: Lud. Nonius.* Præter hos Bodinus allegat *Rodericum Palentinum, Medimnam* & alios. Plures adhuc allegantur in apparatu Ant. Posſevini ad omnium gentium hiſtoriam. Præ reliqvis noti ſunt *Iſidorus Hiſpalenſis: Hier. Oſorius* in XII libris de rebus Emanuelis regis Luſataniæ: *Stephanus de Garibay* in XL. libris de regnis Hiſpaniæ ab O. C. usq; ad Carolum V. *J. de Laet*, itidem de regnis Hiſpaniæ: *Ambr. Salazarius* in inventario generali de rebus maxime notabilibus Hiſpaniæ: *Ambr. Morales* in annalibus & antiqvitatibus Hiſpaniæ: *Ant. Beuterus* in chronico generali Hiſpaniæ & regni Valentiæ: *Fr. Didacus* in annalibus regni Valentini: *Palladius* de Luſitania. Qvo pertinent *Molina* de nobilitate Hiſpaniæ: *Conſalvius* de inqviſitione Hiſpanica: *Car. Verardus* de expugnatione Granatæ & de hiſtoria Bætica: *Viperanus* de obtentu Portugalliæ per Philippum II. Portugallia *Oliveiræ: Reſendii* delitiæ Luſitano-Hiſpanicæ. *Souſæ* Luſitania liberata.

HISTORICI ANGLIÆ & SCOTIÆ.

Ordine alphabetico illos ponemus, qvorum notitia ad nos pervenit: & ſunt, *Anonymus* de vita Gvil. Conqveſtoris: *Aſſer Menevenſis: Baſtintochius: Beda* in libris qvinq; hiſtoriæ eccleſiaſticæ usq; ad annum IↃCCXXXI. *Jo. Bernardus: Hector Boethius* libris XVII. & *Georg. Buchananus* libris XX. de rebus Scoticis, & in dialogo de jure regni apud Scotos: *Gvil. Camdenus* in chorographia: *Andr. de Cheſne* in hiſtoria generali Angliæ: *Lamb. Elvius* in Floro Anglico: *Ethalwerdus: Joh. Fordonius* de rebus Scoticis: *Joh. Foxius* in eccleſiaſtica hiſtoria à Wiclefo usq; ad annum CIↃIↃLII. *Petrus Garzius* in ſpeculo Puritanæ fidei: *Gaufridus* ſive *Galfridus Arturius* libris VIII *Gvil. Gemiticenſis: Gilda Sapiens* ſeculo ſexto de excidio Britanniæ: *Silv. Giraldus* Cambrenſis in Hibernia: *Godwinus* de præſulibus Angliæ: *Heuteri* res Scoticæ: *Rog. Hovedemus: Henr. Hungtingtonenſis* libris X hiſtoriæ rerum Auglicarum

jam ſeculo XII. conſcriptis: *Ingulphus*: *Joh. Jonſtonus & Joh. Lesſius* in Scoticis: *Georg. Lilius* in chronico ab anno IↃC ad CIↃIↃLX. *Joh. Marius*: *Gvil. Malmesberienſis* monachus, tempore Conradi III. libris V. hiſtoriæ Anglicanæ & IV. epiſcoporum: *Matth. Pariſienſis* in hiſtoria majore â Gvilh. Conqveſtore ad Henricum III. jam ſeculo XIII. conſcripta: *Miltonius* in defenſione pro populo Anglicano contra Salmaſium: *Thomas Morus* in hiſtoria Richardi III. *Gvil. Neubrigenſis* ſub Richardo rege duobus libris de regibus Anglorum & qvinqve de rebus eorundem: *Joh. Pitſæus* tomis tribus relationum hiſtoricarum: *Polydorus Virgilius* libris XXVII. *Salmaſius* in defenſione regia: *Joh. Seldeni* Metamorphoſis & Janus Anglorum; *Smithus* libris tribus: *Spedus* in theatro magnæ Britanniæ: *Nic. Trivetus* vel Threveth ſeculo XIV. in annalibus Anglicis ab anno CIↃCXXXVI. ad CIↃCCCVII. *Ponticus Virungius* libris VI. *Rich. Vitus* libris IX. *Henr. Utidonenſis*: *Th. Walſingham*: *Matth. Weſtmonaſterienſis*.

HISTORICI BOHEMIÆ.

Æneas Silvius, nempe Pius II. in Bohemica hiſtoria. *Joh. Boemus*: *Martin. Boregk*: *Pantal. Candidus* in Caroli IV. vita ab ipſo deſcripta: *Coſmas Pragenſis* in Chronico Bohemorum tribus libris ad annum CIↃCXXVI *Mart. Cutſemius*: *Joh. Dubravius*, alias *Joh. Scala*, legum doctor & copiarum ductor ſub Ferdinando I. tandem epiſcopus Olmuzenſis: *Goldaſtus* de regni Bohemiæ juribus: *Wenc. Hagecus* in Bohemica lingva, verſus per Sandelium Germanice. *Jac. Piccolomineus* in bello Husſitico; *Pontanus* in pia Bohemia; *Pulcava*: *Zach. Theobaldi* bellum Husſiticum.

HISTORICI HUNGARIÆ.

Hic legendi rerum Hungaricarum ſcriptores varii, Francofurti impresſi. Noti ſunt præcipue *Goth. Arthuſius*: *Ant. Bonfinius* in V. decadibus usq; ad annum CIↃCCCCXCV. continuatus, cum appendice *Sambuci*: *Alb. Boſteten*: *Phil. Callimachus*: *Wilh. Dillichius & Casp. Heltai* in chronico Hungariæ; *Casp. Ens*: *Friſius*: *Lev. Hulſius*: *Nic. Iſthuanſius* libris XXXIV. ab anno CIↃCCCCXC. *Hier. Ortelius* in bellis Hungaricis; *Privatus*: *P. Ranzanus*: *Reuſnerus*: *Mich. Ritius* libris duobus de regibus Hungariæ: *Jac. Sadoleus*: *Melch. Soiterus*, qvi de bellis Hungaricis ante Ortelium ſcripſit. *Lud. Tubero* de rebus in Pannonia geſtis. *M. Joh. de Twrócz*. Pertinet huc Tranſilvania *Hulſii*: Chorographia Tranſilvaniæ & Moldaviæ *Georg. à Reychersdorff*: Croatia *Fritſchii*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

HISTORICI POLONIÆ ET SLAVORUM.

Vincent. Cadlubcus, qvi feculo XIII. primus rerum Polonarum hiftoriam adornavit: *Mart. Cromerus* epifcopus Warmienfis libris XXX. *Joh. Lud. Decius* de vetuftate Polonorum: *Al. Gvagninus* in tribus rerum Polonicarum tomis & de Sarmatia Europæa. *Laur. Gorecius* in Walachia: *Heidenfteinius* fex libris de bello inter Stephanum Bathoræum & Johannem Bafiliden. *Helmoldus* presbyter Büzoenfis in chronico Slavorum à Carolo M. usq; ad annum CIↃCLXVIII. cui fupplementum tempore Ottonis IV. addidit *Arnoldus Hildefemenfis*: *Jo. Herburtus* in Chronico Poloniæ: *Stanisl. Krziftanowic* J. C. de ftatu regni Poloniæ: *Matth. à Michow* tempore Maximiliani I. libris duobus de Sarmatia Afiatica & Europæa: *Stan. Lubienski* de rebus geftis Sigismundi III. in opere poftumo: *Laur. Müllerus* de rebus Stephani Bathoræi: *Salom. Neugebawerus* libris decem hiftoriæ rerum Polonicarum: *Joach. Paftorius* de bello Scythico-Cofaico: *Paul. Pjafecius* in Chronicis geftorum in Europa fingularium ad annum CIↃIↃCXLVI. *Stanisl. Sarnicius* libris octo annalium de rebus Polonorum & Lithuanorum: *Sim Starovolfci* de Polonia. *Jo. Demetr. Sulikovius* de rebus Polonicis à morte Sigismundi Augufti regis Poloniæ. Huc refer *Alberti Wiiuk Kojalowiz* hiftoriam Lithuanam de rebus Lithuanorum ante fufceptam Chriftianam religionem libris IX. nuper editis defcriptam: ante qvem, ut ipfe teftatur, de rebus Lithuanis fcripfere *Matthias Stryikowski Osfoftevitius* & *Michalo Luthuanus*.

HISTORICI GOTHIÆ ET SVECIÆ.

Jornandes feu Jordanus, epifcopus Gothorum circa annum IↃXL. libro de origine & rebus geftis Getarum, facem plurimis hiftoriis prælucet, præfertim fi conjungantur *Procopius* & *Agathias*, qvorum fupra meminimus, & præterea *Casfiodorus*, qvi libros XII. de rebus Gothorum fcripfit: *Ifidorus Hifpalenfis* de origine Gothorum: *Gvido Ravennas* de bello Gothorum: *Leonardus Aretinus* libris IV. de bello Italico adverfus Gothos usq; ad Teiæ cædem. Superiori feculo duo *Magni*, fratres, archiepifcopi Upfalienfes, feptentrionalium populorum hiftorias admirandas egregia opera dilucidarunt, & *Johannes* qvidem reges & res geftas; *Olaus* mores, ritus & ftudia gentis hujus expofuerunt. *Ericus Georgii Tegelius* duos libros de vita Guftavi I. Svecice edidit. Egregiam imprimis operam in hiftoria Svecana dilucidanda noftro feculo præftitere *Loccenius* in antiqvitatibus Sveo-Gothicis: *Paulinus* archiepifcopus Upfalienfis, *Baazius*: *Henr. Soterus*: *Petrus Petreius*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

treius Upſalienſis: *Jonas Magni* in Synopſi hiſtoriæ univerſalis: *duo Meſſenii*, pater & filius. Guſtavi M. bellum Germanicum deſcripſit *P. Lansbergius*. Idem fecit *Bog. Phil. Chemnizius*, qvi Svecorum bella in Germania ſub directione Ax. Oxenſtiernii poſt Guſtavum M. continuata usq; ad annũ ſeculi XXXVI. libris qvatuor fuſe depinxit. *Lud. Gotfridus* inventarium Sveciæ edidit, in qvo tam ſtatum, inſtituta, res geſtas Svecorum, qvam felices ejusdem regis expeditiones luculenter exponit. His conjungantur, qvi Septentrionalium populorum hiſtoriam condidere, ut *Albertus Cranzius*, qvi hiſtoriam eorum usq; ad annum CIↃIↃIV. continuavit: *Laur. Müllerus*, qvi ad annum CIↃIↃXCV. eandem perduxit: *Andreas Bureus*, qvi orbis Arctoi deſcriptionem edidit.

HISTORICI DANIÆ.

Præter eos, qvi omnes ſimul populos Septentrionales deſcripſere, & inter qvos præcipuus eſt *Albertus Cranzius*, de qvo jam diximus, *Saxo Grammaticus*, præpoſitus Rœſchildenſis ſeculo duodecimo, libris XVI. res Danicas ſtylo fœcundo deſcripſit, qvos notis illuſtravit *Stephanus Johannis Stephanius*. *M. Adamus Bremenſis* libellum de ſitu Daniæ edidit: *Idacius* Danica à Theodoſio M. usq; ad annum CCCC. ſcripſit: *Ericus*, rex Daniæ & dux Pomeraniæ, ſeriem regum Daniæ edidit: *Joh. Iſaacius Pontanus* libris X. res Danicas complexus eſt: *Joh. Janus Svaningius* chronologiam Danicam edidit à prima regni origine usq; ad annum CIↃIↃCL. Daniam etiam ſcripſit *Egenbergerus*. Confer huc monumenta Runica *Olai Wormii*: opus genealogicum regum Daniæ & antiqvitates Danicas *Lyſchandri*: item *Caſparum Ens*: *Jo. Bocerum* & *Lindenbruchium*. Peculiariter S. Canuti regis Daniæ vitam & paſſionem deſcripſit *Ælnothus*; res geſtas regum Danicorum usq; ad Chriſtianum II. *Jo. Meurſius*; tyrannidem Chriſtiani II. *Jac. Zieglerus*. Pertinent huc Norwegia *Joh: Martini*, Islandia & inſulæ ſeptentrionales *Bleskemii* & *Jonæ Angrimi*: Friſiandia *Idſardi Gravii* ab anno IↃCCLXIII. ad CIↃIↃXIV.

HISTORICI MOSCOVIÆ.

Eam illuſtrarunt *Ant. Poſſevinus*: *Sigismundus* L. B. in Herberſtein: *Petrus Petrejus* in chronico Moſcovitico; *Paulus Jovius*: *Joh. Lewenclavius*. Peculiariter vitam Johannis Baſilidis edisſeruit *Oderbornius*. *Reinh. Heidenſteinius* bellum inter Stephanum Bathoræum & Johannem Baſiliden VI. libris complexus eſt. Confer Itinerarium Perſicum *Olearii*: & imprimis Sarmatiam Aſianam atq; Europæam *Matth. Mechovii*.

HISTO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

HISTORICI TARTARIÆ

Tartariæ ſtatum *Haithon Armenus* circa annum cIɔccxc. & paulo ante eum *Marcus Paulus Venetus*, oculati teſtes, diligenter deſcripſerunt. Qvibus addatur Tartaria *Mart. Broniovii*: *Jac. Navarchi* epiſtola Aſiatica de Tartarorum potentia & ortu: item hiſtoria Tamerlanis *à Johanne de Bec* abbate Mortemerenſi ex Arabico collecta, eaqve Germanice edita Cothoniæ.

HISTORICI GRÆCORUM.

Clasſici Græcorum hiſtorici jam ſupra recitati ſunt. Proximiora ſecula attingunt *Zonaras*, *Cedrenus*, *Niceph. Gregoras*, *G. Pachymerius*, *G. Codinus*, vulgo *Curopalata*, de originibus & officialibus Conſtantinopolitanis, *Joh. Cantacuzenus*, qvi ex imperatore monachus factus, ſub nomine Chriſtoduli, condidit libris IV. hiſtoriam de rebus Andronici junioris & ſuis. *G. Logothetes*, tempore Michaelis Palæologi, chronicon edidit Conſtantinopolitanum ab anno cIɔcciII. per annos LVIII. *Georg. Phranza* chronicon de rebus Byzantinis ſeculo XIV. condidit. *Gvil. Courinus*, *Pontanus*, *Verronius* de bello & obſidione Rhodi; *Hier. Alexandrinus* de obſidione Melitenſi ſcripſere. *Martinus Barletius* Dalmata XIII. libris Georgii Caſtrioti ſeu Scanderbegii, principis Epirotarum, res geſtas deſcripſit. Adde his commentarium rerum Græcarum à *Leonh. Aretino* circa annum cIɔccccL. editum; topographiam Conſtantinopoleos *P. Gyllii*; annales *Conſtantini Manasſes*; *Vidi Pancirollæ* antiqvitates orientalis imperii: item *Gerbelium*, *Golzium*, *Lazium*, *Jo. Meurſium*, qvi in Græcia & vicinis regionibus deſcribendis occupati ſunt: item rempublicam Lacedæmoniorum *Cragii*, remp. Athenienſem *Sigonii*, reſpublicas Græcorum *Ubbonis Emmii*, maximas calamitates Italiæ & Græciæ *Alex. Ugonii*.

HISTORICI SARACENORUM ET TURCORUM.

Hic præter eos, qvos inter hiſtoricos Græcorum recenſuimus, operam locarunt *Joh. Baptiſta Montalbanus* in commentario rerum Turcicarum: *Mich. Bapſtius* & *Mart. Barletius* in tribus tomis Chronicorum Turcicorum: *Chriſtoph. Beſoldus* in hiſtoria Conſtantinopolitana Turcica poſt avulſum à Carolo M. occidentem: *P. Pizarus* tribus de bello Cyprio, & uno de bello Pannonico: *Boisſardus* in vitis & imaginibus regum Turciæ: *Bubeqvius*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

in IV. epiſtolis Turcicis: *Joh. Nic. Buboicus* de origine & rebus geſtis Turcorum: *Laonic. Chalcondyla* Athenienſis in X. libris de origine & rebus geſtis Turcorum ab anno cIↃccxcIV. ad annum XIII. Machometis I. qvi eſt Chriſti cIↃcccclXII. *Cruſius* in Turco-Græcia: *Cœl. Aug. Curio* in Saracenicorum libris tribus: *J. Cuſpinianus* in libro de Turcorum origine: *Herm. Dalmata* in Chronicis Saracenorum: *Caſp. Dornavius* de incrementis regni Turcici: *Dreſchlerus* in Chronico Saracenorum & Turcorum origine: *Bapt. Egnatius* & *Th. Gaza* de rebus Turcicis: *G. Elmacinus* in Chronico Saracenico: *Barth. Georgiviz* de moribus Turcorum: *Ant. Geufræus* in deſcriptione aulæ Turcicæ & Ottomannici imperii: *J. Bapt. Gramayes* in Aſia ſeu hiſtoria univerſali Aſiaticarum gentium: *Niceph. Gregoras* in libris XI. Bizantinæ hiſtoriæ: *Nic. Hemmingius* de rebus Turcicis: *J. Henr. Hottingerus* in hiſtoria orientali de Machometiſmo: *P. Jovius* in commentario rerum Turcicarum: *Jo. Lewenslavius* ſeu *Leunclavius* in pandectis hiſtoricis Turcicis & in annalibus Sultanorum usq; ad annum cIↃIↃLXXXVIII. *Lonicerus* in tomis tribus Chronicorum Turcicorum: *Henr. Müllerus* in tribus libris Germanicis, qvorum primo explicat Turcorum hiſtorias ex Vaſco dia Stanco Hiſpano; altero eorundem mores ex Joh. Menavino Genuenſi; tertio de cauſis calamitatum per Turcos ex Joh. Aventino: *Zach. Orthus* in hiſtoria Turcicorum Cæſarum: *Gv. Poſtellus* de moribus, religione & rep. Turcorum: *Reuſnerus* in narrationibus hiſtoricis rerum Turcicarum à capta Conſtantinopoli usq; ad annum cIↃIↃc. *Chriſtoph. Richerius* libris V. de rebus Turcorum: *Nic. Segundinus* in genealogia Turcorum: *Laz. Soranza* de imperio Turcorum: *Rod. Ximenez* in hiſtoria Arabum: *Abr. Zacuthus* in Chronico Arabico apud Scaligerum in Canon. Iſagog. Euſebii.

HISTORICI PERSARUM.

Palmam hic obtinet *P. Pizarus* XII. libris: qvibus appendix *Geuderi* cohæret, in qva *Joſephi Barbari Veneti* & *Contareni* Itineraria. Confer *Porſium*: *Minadoum* de hiſtoria belli Turco-Perſici inter Amurathem III. & Perſas: Chronicon regum Perſicorum ex variis autoribus, & imprimis ex *Petro Texeira* & *Tarich Mirkondo* in archontologia coſmica Gothofredi & ex editione Wilh. Schigkardi; Itinerarium Perſicum *Olearii*; *Brisſonii* tres libros de regio Perſarum principatu; vitas & imagines regum Perſicorum *Boiſſardi*. Imprimis Rein. Reineccii commentarium de regibus Perſicis.

HISTO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

HISTORICI AFRICANORUM.

Africam *Jo. Bapt. Grammara* libris x. & *Marmollius* libris III. expoſuit. Ægyptum *Jo. Pierius, Pignorius* & *Majerus* illuſtravit, Æthiopica *Alvareſius, Godignus, Damianus à Goes* pertractarunt. Qvibus adde alios autores in II Tomo Hiſpaniæ illuſtratæ. Adde etiam bellum Africanum Sebaſtiani à *Freigio* deſcriptum. Cæterum unus *Leo Afer,* converſus Saracenus, qvi vixit anno cIↃIↃx. omnibus hiſtoricis Africanis facem prælucet.

HISTORICI INDORUM ET AMERICANORUM.

Hic commendantur *Urb. Calvetonis* novæ hiſtoriæ novi orbis. *Gonzales de Oviedo* hiſtoria Indica generalis. *Damianus à Goes* de rebus Luſitanorum in India geſtis. *Marcus Paulus Venetus,* qvi ſuas & patris Nicolai atq; patrui in oriente peregrinationes, resq; illic memorabiles, tempore Rudolphi I. expoſuit. *P. Martyr* de rebus oceanicis & novo orbe, deq; Babylonica legatione. *Moriſotus* de hiſtoria orbis maritimi. Orientalem imprimis Indiam deſcripſere *Linſchotanus, Bilibaldus, Maffæus, Megiſerus.* In illa regnum Japoniæ ex variis Japonicis epiſtolis & relationibus à *Gvelreiro, Gemerio* & aliis editis, atq; imprimis ex libris v. *Trigautii,* & relatione hiſtorica *Æg. Albertini;* China ex eodem *Trigautio, Marco Henningo, Joh. Barrio, Matth. Dresſero, Mendoza* & *Valignano* patefiunt. Indiam occidentalem notam fecerunt *Hier. Benzo, Mediolanenſis, Antonius de Herrera, Hier. Oſorius, Goth. Arthuſius, Gaſp. Ens, Joſephus de Acoſta, Ziglerus,* qvi res oceanicas & novum orbem tribus decadibus deſcripſit, *Schmidelius, Ferdinandus de Qvir.* Qvibus adde *Aloyſ. Codamuſti* navigationes ad terras novas: Peruanum regnum *Apollonii: Joh. Lerii* navigationes in Braſiliam: navigationes item varias *Columbi, Patritii, Gambaræ, Veſputii, Barrii, Vartomanni, Lopezii, Aurigarii, Forbisſeri, Hulſii, Candiſichii, Barthemæ, Arthuſii, Wagneri.* Videantur Indica in II. Tomo Hiſpaniæ illuſtratæ: ut & novus orbis regionum incognitarum variis libellis deſcriptus & Baſileæ impresſus: imprimis *Hier. Oſorius* in rebus Emanuelis regis Luſitaniæ.

Rem hiſtoricam porro juverunt I. CHRONOLOGI illi, qvi temporū articulos accurate conſtituerunt, & cum aliis characteribus, tum ex eclipſibus & rationibus Aſtronomicis demonſtrarunt, ceu ſunt, *Joh. Henr. Alſtedius, Dan. Angelocrator, Matth. Beroaldus, Laur. Beyerlingius, Theod. Bibliander,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Joh. Bohemus, *Abr. Bucholzerus*, *Sethus Calvisius*, *Pantaleon Candidus*, *Canus*, *Contius*, *Leonh. Cranzhemius*, *Ubbo Emmius*, *Fasti consulares* (Græci, Siculi, Capitulini, Latini) *Culm. Flinsbachius*, *Joh. Funccius*, *J. Gaulterus*, *Christoph. Helvicus*, *Andr. Helvigius*, *Frid. Husmannus*, *Gerh. Mercator*, *G. Nigrinus*, *Onuphrius*, *Opmeerus*, *Bened. Pererius*, *Dion. Petavius*, *Bened. Phrygio*, *El. Reusnerus*, *Joh. Scaliger*, *Clem. Schubertus*.

II. COSMOGRAPHI, *Belleforestus*, *Contarenus*, *Gallucius*, *Merula*, *Münsterus*, *Plinius*, *Postellus*, *Jo. Raw*, *Ritterus*.

III. GEOGRAPHI, *Dion. Afer*, *Annius*, *P. Bertius*, *Bochius*, *Joh. Boterus* in amphitheatro de cuncti orbis monarcharum censu & potentia, *Buntingius* in Itinerario, *Cellarius*, *Cestius*, *Cluverius*, *Fabronius*, *Facius de Ubertinis*, *Glareanus*, *Jo. Lud. Gothofredus* in Archontologia Cosmica imperiorum per totum terrarum orbem Gallice conscripta, & in Latinum sermonem ab ipso versa, *Chr. Heumann*, *Marcian. Heracleota*, *Hœschelius*, *Hondius*, *Hulsius*, *Maginus*, *Pompon. Mela*, *Mercator*, *Ortelius*, *Pausanias*, *Ptolemæus*, *Sansovinus* de gubernatione diversorum regnorum & rerump. *Vibius Seqvester*, *Solinus*, *Strabo*, *Andr. Thevetus*, *Vadianus*, *Volaterranus*, *Wagnerus*, *Welperus*.

IV. GENEALOGI, qvi certarum familiarum majores & posteros deduxerunt, *Ant. Albizius* in Principum Christianorum stemmatibus, *P. Albinus*, *Aventinus*, *Gabr. Bucelius*, *Chytræus*, *Cuspinianus*, *Rud. Diepholdus*, *Enustinus* in genealogia Machometana, *Flinsbachius*, *Gans* in arboreto Genealogico omnium principum totius Europæ, *Jac. Gerschovius*, *Hier. Henninges* in theatro genealogico in IV. tomos distincto, *Jessenius*, *Lazius*, *Jac. Manlius*, *H. Ranzovius*, *Reinerus Reineccius* in historia Julia, opere locuplete, *El. Reusnerus* in opere genealogico, qvod Andreas Hiltebrandus Pomeranus continuavit, sed nondum editum, *Texeira*, *Zecillius*. In Romanis familiis occupati imprimis fuere *Ant. Augustinus*, *Glandorpius*, *Onuphrius*, *Streinnius*, *Volaterranus*, *Fulv. Ursinus*, *Tob. Wagnerus*.

V. URBIUM & civitatum theatra qvi ediderunt, *G. Braun*, *Fr. Hogenergius*, *Adr. Romanus*, *Abr. Saurius*.

VI. EXEMPLORUM & rerum memorabilium theatra, promtuaria, specula qvi ediderunt de virtutibus & vitiis, *Alex. ab Alexandro* in Genialibus diebus: *Didac. Apolephthes*, *Beurerus*, *Birckius*, *Gvido Bituricensis*, *Bredenbachius*, *Gilb. Cognatus Nozerenus*, *Cuperus*, *Jo. Dongois*, *Egnatius*, *Frontinus*, *Hanapus* patriarcha Hierosolymitanus, *Hondorfius*, *Lonicerus*, *Raph. Lycosthenes*, *Manlius*, *Marulus*, *P. Matthæi*, *Petrarcha*, *Richterus*, *Sabellicus*,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Suidas. Valerius Maximus, Zieglerus, Theod. Zwingerus in theatro vitæ humanæ copiosissimo, novem voluminibus.

VII Qvo pertinent FACTA & DICTA MEMORABILIA *Æg. Carrozeti, Dinothi, Joh. Bapt. Fulgosi,* ducis Genuensis, *Ant. Panormitani* in IV. libris de dictis & factis Matthiæ Corvini. APOPHTHEGMATA *Plutarchi, Roterodami, Zinggræfii.* STRATEGEMATA *Sext. Jul. Frontini,* qvi vixit tempore Trajani, *Polyæni Macedonis.* MIRANDA ANTIQVORUM OPERA *Servilii.* RES DEPERDITÆ ET INVENTÆ *Panzirolli.* MIRACULA ET PRODIGIA *Brunnii, Cæsarii, Engelmanni, Jobi Fincelii, Heisterbacensis,* qvi floruit sub Friderico II. *Lycosthenis, Jul. Obseqventis.* MONSTRA *Mart. Weinrichii.* VITÆ VIRORUM ILLUSTRIUM *Melch. Adami, Boccatii, Diogenis Laërtii, Eunapii, Jovii, Isidori Hispalensis, Loniceri, Malchi, Henr. Pantaleonis, Petrarchæ, Philostrati* de vita Apollonii, *Nic. Reusneri, G. Sabini, Plutarchi, Reineccii, Theveti, Tomasini, Volaterrani.* VITÆ PHILOSOPHORUM *Diogenis Laertii* & *Morelli Tutiani.* IMPERATORES & REGES *Aug. Brunnii.* ROMANI DUCES, *C. Plinii Cælicii Secundi junioris.* SYMBOLA pontificum, imperatorum, regum J. *Stowæi.* ORATORES *Ciceronis.* GRAMMATICI Svetonii. POETÆ *Criniti, Gyraldi.* JURIS CIVILIS historia *Aymari Rivalii* v. libris. CLARI MEDICI *Campegii.* SOPHISTÆ *Philostrati* & *Eunapii* qvi vixit tempore Valentiniani. SCRIPTORES HISTORICI *Bellarmini, Massæi, Possevini* in apparatu sacro, *Vossii, Zeilleri.* CLARÆ MULIERES *Corn. Agrippæ, Jac. Bergomensis, Joh. à Pino, Plutarchi.* IMAGINES illustrium virorum & mulierum *Andr. Fulvii, Gesneri, Huttichii, Jovii, Meriani, Rovillii, Sadoleti, Schengkii, Jac. de Strada, Theveti.* VARII SEPELIENDI RITUS *Gyraldi* & *Kirchmanni.* RITUS NUPTIARUM *Hotomanni* & *Gyraldi.* HISTORIÆ TRAGICÆ *Fr. Roscheti* & *Zeilleri.* OBSERVATIONES HISTORICO-POLITICÆ *Piccarti.* CONVIVIA & sermones Convivales *Athenæi* in XV. libris Dipnosophistarum, *Gasfii, Philelfi, Stuckii.* DE INVENTIONE RERUM *Polydorus Virgilius.* PANDECTÆ TRIUMPHALES *Modii.* MIGRATIONES GENTIUM *Phil. Nicolai* & *Peutingeri.* TORNEAMENTA EQVESTRIA *G. Rexneri.* DE LUDIS *Redlerus.* INSCRIPTIONES ANTIQVÆ *Gruteri, Scaligeri, Schraderi, Velseri, Jo. Veronensis, Zamosii* in analectis lapidum vetustorum & antiqvitatum in Dacia. HIEROGLYPHICA *Hori Apollinis, Goropii Becani, Hervardi, Pierii.* ICONES & IMAGINES *Sadoleti, Huttichii, Stradæ, Rovillii, A. Gesneri, Theveti.*

IIX. VARIARUM RERUM ET HISTORIARUM SCRIPTORES,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Ælianus, Angelocrator, Joh. à Chokier in face historiarum de moribus diversarum gentium & ritibus sacris, *Lud. Dominicus, Casp. Ens, Gvido de Fontenay, Leonicus, Plinius, Al. Sardis, Solinus, Car. Stephani, Tzezes.* Qvo pertinent HORÆ SUCCISIVÆ seu meditationes historicæ *Camerarii, Læl. Bisciolæ.* LECTIONES MEMORABILES *Petr. Messiæ Hispani, Cæl. Rhodingini, Joh. Wolfii.* DIES CANICULARES *Sim. Majoli.* DELICIÆ REGNORUM *Eichovii, Megiseri, Fr. Schweertii.* RES MIRABILES *Leonici Goldioni.* HISTORIÆ MIRABILES *Antigoni Calystii.* Μυριόβιβλον *Photii*, patriarchæ Constantinopolitani, qvod vocat Bibliothecam. MISCELLANEA *Piccardi.* ACERRA philologica *Laurenbergii.*

IX. ACTA PUBLICA ET RELATIONES modernorum temporum, *Arthusii* in Mercurio Gallobelgico, cum continuatione *Jansonii* & *Hersbachii, Boteri, Eizingeri, Franci, Meureri, Henr. Petri.*

X. HODÆPORICA ET ITINERARIA, qvorum aliqva Francofurti ad Mœnum duobus tomis anno cIↄIↄIX. sunt impressa, *Alberti*, Comitis Lewensteniensis, *Alexandri*, Palatini Rheni, *Antonini* seu *Æthici, Josaph. Barbari* Veneti, *Mart. Baumgartenii, Petr. Bellonii, Benjamini* Judæi, *Bogislai X.* Pomerani, *Bredenbachii, Breuningii, Fratris Brocardi, Th. Carvenii, Joh. Cotovici, Joh. à Düsseldorf, Joh. Ehrenbergii, Petri Eisenbergii, Dan. Eklingii, Fabri, Felicis* de peregrinatione, *Joh. Werlii* & sociorum, *Friderici* ducis Würtenbergensis per Schickardum, *Fureri, Fürstenbachii, Gilberti, Golmizii, Grasseri, Hebereri, Joh. Helfrichii, Henzneri, Joh. de Hese, Johannis* Comitis Solmensis, *Hug. à Linschotten, Lopii, Joh. de Monte Villa, Neumeyeri, Olearii, H. Porsii, Nic. Christoph. Radzevilii, Rauchwolfii, Rudolphi Suchensis, Sabini, Schweiggeri, Franc. & Andr. Schotti, Melch. Seidlizii, Jod. Sinceri, Sturicæ, Phil. à S. Trinitate, Joh. Tücheri, Jac. Wormseri, Zeilleri.*

XI. HISTORIÆ NATURALIS scriptores, *Aristoteles, Plinius*, Pliniiq; qvidam epitomator *Solinus, Marcellus Donatus.* Imprimis de animalibus opere sumtuoso *Aldrovandinus*; de Cœlo & Stellis *Aratus, Hyginus, Manilius*; de plantis & herbis *Theophrastus, Dioscorides, Matthiolus, Ariæmontanus* & alii Botanici; de mineralibus & re metallica *Georgius Agricola.*

XII. Nec prorsus omittenda sunt, qvæ historiam æmulantur, ut Amatoria & Erotica Parthenii Nicensis: Eustathii philosophi de Ismenes & Ismenias amoribus libri XI: Heliodori episcopi Tricensis Æthiopica de castis Theagenis & Chariclíæ amoribus: Homeri, Virgilii, Ovidii & aliorum poëtarum historiæ pigmentis poëticis figuratæ: Nonni Panopolitani Dionysiaca

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

nysiaca: Barclaii Argenis & Euphormio: Honorati Arsæi Astræa: Amandi pastoralia; Ariosti furiosus Rolandus: Philippi Sidnei Arcadia: Boccatii centum Novellæ seu Decameron: Gyraldi Novellæ: Traj. Boccalini relationes ex Parnasso: Petronii Arbitri Satyra: Apuleji asinus aureus: Æsopi fabulæ: Rollenhagii vera Mendacia, & ex Homero Batryomyomachia: Gusmanni proscenium vitæ humanæ: Speculum aulicæ vitæ per vulpeculam repræsentatæ: Athenæi Dipnosophistæ: Jocoseria Joh. Pauli monachi Colmariensis, & Melandri. Variæ facetiæ Barlandi, Bebelii, Brusonii, Eulenspiegelii, Frischlini, Hieroclis, Ottomari, Luscinii, Mich. Scoti, Peutingeri, Poggii. Procacioribus solet imprimis in his lusibus historicis placere Amadisus Domini des Essars &, ut testatur Bodinus in methodo capite IV. Gorræi Parisiensis. Sed contra ejus impietatem audiatur Possevinus in apparatu, & Lansius contra Galliam.

INDEX PRÆCIPUARUM PERSONARUM, FACTORUM ET LOCORUM, QVÆ IN HOC HISTORICO SYNTAGMATE DESCRIBUNTUR.

Achilles

Ægy-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

 Andoi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

 Ariafpes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Arte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

oppu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Bethle-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Chari-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Cleobis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

P Crocus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Daphon

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Egipta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Heliodorus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Hornius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Jupiter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Laodamia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Mechle-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Muri

Neſto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Odrysæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Papæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Medicus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Porus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Philadel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Rollo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Samo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Simma

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Tarſen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Theodo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Tolisto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

V.

Vinius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

winther

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

INDEX NONNULLORUM EXEMPLORUM, AD MORES PERTINENTIUM.

x dum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Nihil

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

 Ægysthi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Aristo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Diis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Sejani

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Apoliſar

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Ptole-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

in Ger-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Antiochus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Nover-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Parrhe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Profugi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

è carcere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Pausa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643

Marii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.643